ORIENTIS GRAECI

INSCRIPTIONES SELECTAE.

SUPPLEMENTUM SYLLOGES INSCRIPTIONUM GRAECARUM

EDIDIT

WILHELMUS DITTENBERGER.

VOLUMEN ALTERUM.

LIPSIAE
APUD S. HIRZEL
MDCCCCV.

PRAEFATIO.

Quae priori volumini praemisi de huius collectionis consilio atque ordine, eis non esset cur hic quicquam adderem, nisi ingratissimi animi esse existimarem hominum doctissimorum, a quibus in hac altera parte adornanda egregie adiutus sum, nomina et beneficia silentio premere. Ac primum quidem quod tria monumenta inedita maximi momenti huic libro meo decori atque ornamento sunt, foedus Romanorum et Cibyratarum n. 762, epistula Eumenis regis ad commune Ionum n. 763, populiscitum Prienensium de Sotae honoribus n. 765, id eorum qui Museo Regio Berolinensi et Instituto archaeologico Vindobonensi praesunt Ricardi Schoene et Ottonis Benndorf virorum clarissimorum itemque eorum qui titulos a se erutos mihi edendos concesserunt et apographa atque ectypa a se confecta liberalissime mihi transmiserunt, Theodori Wiegandii et Rudolfi Heberdeyi, eximiae benignitati debetur. Item Mauricius Holleaux, qui iam antea studia mea epigraphica multifariam adiuverat, magnam gratiam a me iniit cum F. Dürrbachii commentationem, qua ille gravissimum de Pharnacis I Ponti regis et Nysae uxoris eius honoribus titulum (n. 771) edidit et insigni doctrina illustravit, recentem a prelo mihi transmisit; quod nisi factum esset, pretiosissimo monumento careret haec collectio. Deinde vero magnae utilitati mihi fuerunt censurae prioris voluminis, ex quibus multa eademque gravissima me didicisse ingenue profiteor. Quo nomine inter exteras nationes primum in gratiarum actione locum sibi vindicat Paulus Perdrizet Francogallus (Revue des études anciennes VI 1904 p. 156 sqq.), inter populares vero Udalricus Wilcken collega carissimus, qui in

ephemeride sua Archiv für Papyrusforschung III p. 316 sqq. commentationem doctrinae et acuminis plenissimam proposuit, in qua per titulorum Aegyptiorum seriem sic editionem meam prosequitur, ut vix ullus ex eorum numero sit, cui non ex admirabili omnium rerum Aegyptiacarum cognitione qua inter homines huius aetatis eminet aliquid lucis affundat. Quare in Addendis huius voluminis (p. 539 sqq.) fere omnia quae ei accepta fero repetenda curavi. Neque vero his terminis continentur bona quae ex illius doctrina et sagacitate in hunc librum redundaverunt. Immo etiam privatim vir amicissimus mihi utilissimam praestitit operam, cuius rei exempla hic commemorare satis sit subtilem et probabilem de titulo n. 5 observationem, de qua rettuli in Addendis p. 538, et edictum illud nobilissimum Ti. Iulii Alexandri praefecti n. 669, cuius editio quaecumque habere videbitur bona si eam cum antiquioribus contuleris, ex eis pleraque ad illum hominem doctum redire neminem fugiet. Neque vero silentio transmittendum mihi videtur hominis item historiae antiquae perquam periti F. C. Lehmanni Berolinensis beneficium ultro mihi oblatum, qui titulum perquam memorabilem a se inventum, cuius mentionem fecit Verhandlungen der 46. Versammlung deutscher Philologen und Schulmänner zu Straßburg i. E. p. 33, priusquam ipse imaginem accurate delineatam publici iuris faceret, ut in hanc syllogen reciperem mihi permissurus erat. Cum et ipse Lehmannus et Th. Nöldeke iure meritoque monumentum gravissimum iudicarent, gratissimo animo donum pretiosissimum accepi. Sed cum inscriptionem accuratius inspicerem, de ea in integrum restituenda desperare coepi, quia fragmentorum in diversis lapidibus scriptorum ne ordinem quidem ac posituram ut certa ratione definirem mihi contingebat, nedum integra enuntiata supplere liceret. Quare invitus tandem ab hoc monumento recipiendo abstinere decrevi, quia id editione quae minusculis modo litteris uteretur satis accurate repraesentari non posse persuasum habebam. Quod consilium sive probatur sive reprehenditur, utique nulla ex parte eo imminuitur insignis gratia quam homini doctissimo habeo.

Quod Iulius Beloch, cuius iudicium propter doctrinae copiam et ingenii acumen maximi facio, de priore volumine, quod aliis nominibus ei non displicuisse videtur, questus est quod selectas modo orientis Graeci inscriptiones edidissem cum tam facile fuisset totum ponere (Griech. Geschichte III p. VI), id sane miror. Nam apparet si huic desiderio morem gerere voluissem, futurum fuisse ut haec collectio in triplicem aut adeo quadruplicem ambitum accresceret. Namque, ut hoc potissimum utar, Pergamenos titulos regni aetate exaratos Fränkelii collectio habet ducentos quinquaginta, ex quibus non recepi nisi quintam partem. Sane non ubique eadem obtinet numerorum ratio; sed etiam in aliarum regionum, praecipue Aegypti, monumentis sedulo cavendum erat ne nimia titulorum fere inutilium mole liber oneraretur.

Scribebam Halis Saxonum
mense Maio anni MDCCCCV.

W. DITTENBERGER.

Conspectus eorum quae hoc volumine continentur.

VIII.

Imperii Romani provinciae orientales.

1. Asia.

435 Fragmentum marmoris albi, Pergami ex domo privata Turcica in museum illatum, asservatum ibidem apud Demetrium Tscholakidem. Th. Mommseno et U. de Wilamowitz-Möllendorff adiuvantibus ediderunt A. Conze et C. Schuchhardt Mitth. des arch. Inst. in Athen XXIV (1899) p. 190 n. 61 (Revue archéol. Troisième ser. XXXV 1899 p. 509 n. 200).

σ-------------[1] |

I Συνκλ[ήτου δόγμα] |.

[Γ]άϊος Ποπίλλιος Γαΐου υἱὸς σ[τρατηγὸς[2] τῆι συγκλή|τ]ωι συνεβουλεύσατο πρὸ ἡμ[ερῶν --------- || . . .]εμβρίων· περὶ ὧν λόγους ἐπ[οιήσαντο περὶ τῶν ἐν Περγά|μ]ωι[3] πραγμάτων, τίνες ἐντολ[αὶ ἔσονται τοῖς εἰς | Ἀ]σίαν[4] πορευομένοις στρατηγοῖς,

---

Litterae ΙΘΘΠΠΣ. Extremae hastae plerumque lineolis transversis ornatae. O modo eiusdem atque aliae litterae magnitudinis, modo paullo minoris. 1 Σ̇Ι/ lapis. Ceterum supplementa fere omnino Wilamowitzii sunt. 2 Non licere σ[τρατηγὸς ὕπατος] suppleri, quia nemo cui hoc nomen esset consulatum Romae gessisset, observavit Mommsen. Consuli anni 132 a. Chr. n. enim *Publius* praenomen fuisse constat. Cf. Cic. in Verr. IV, 50, 112. pro Cluentio 35, 95. de domo sua 31, 82. 32, 87. Brutus 25, 95. 34, 128. Praetorem igitur fuisse huius tituli C. Popillium C. f. apparet, sed nusquam alibi idem homo commemorari videtur. Nam eum C. Popillium, qui anno 107 a. Chr. n. legatus L. Cassii consulis a Tigurinis victus esset, iam viginti quinque annis ante praetura functum nequaquam veri simile est. 3 Supplevit A. Wilhelm apud C. et Sch. 4 Post Ti. Gracchi necem P. Scipionem Nasicam cum quattuor aliis legatum in Asiam missum esse, ne Romae acerrimo partium popularium odio periclitaretur, Plutarchus refert Tib. Gracchus 21, qua in legatione Pergami decessisse fertur (Cicero pro Flacco 31, 75). Sed de hac legatione hic cogitari nequit cum quia omnino non legati, sed praetores, qui ad provinciam administrandam illuc mittantur, hic

ὅ[σα ἐν Ἀσίαι ἕ|ω]ς[5] τῆς Ἀττάλου τελευτῆς[6] ὑπὸ τῶν [βασιλέων | δι]ωρθώθη ἐδωρήθη ἀφέθη[7] ἐζημιώ[θη πότερον ἦι ‖ κύ]ρια, ὑπὲρ τούτου τῆι συνκλήτωι οὕτ[ως ἔδοξε· περὶ | ὧν Γ]άϊος Ποπίλλιος Γαΐου υἱὸς στρατη[γὸς λόγους ἐ|ποιή]σατο, περὶ τούτου τοῦ πράγματο[ς οὕτως ἔδοξε· | ὅπω]ς ὅσα βασιλεὺς Ἄτταλος οἵ τε λο[ιποὶ βασι|λεῖς] διώρθωσαν ἐζημίωσαν ἢ[8] [ἀφῆκαν ἐδωρήσαν‖το, ὅ]σα[9] τούτων ἐγένετο πρὸ μιᾶς [ἡμέρας ἢ | Ἄττ]αλον τελευτῆσαι[10], ὅπως ταῦτ[α κύρια ἦι στρατη|γο]ί τε οἱ εἰς Ἀσίαν πορευόμεν[οι μηδὲν κινῶσι | μάτ]ην[11], ἀλλὰ ἐῶσι κύρια μένειν II [καθὼς[12] ἡ σύνκλη]|τος ἐπέκριν[εν[13].] ‖ [Γραμ]μάτων[14] [Ποπ]λίου Σερουι[λίου[15] ------|--]υ[15] τε[16] --------

designatur, tum quia hoc senatus consultum proximo post Attali III mortem tempore factum est, ante Aristonici bellum et provinciam a M'. Aquillio cos. 129 a. Chr. constitutam; illa vero legatio tum demum missa videtur, cum iam incolae regni quod Attalorum fuerat rebellionem contra Romanos fecissent. 5 Lapis ΞΤΗΣ. μέ|χρι]ς C. et Sch. 6 Attalus III Philometor (138—133 a. Chr. n.). 7 Augmentum temporale neglectum non tam ad memoriam antiqui usus epici et Ionici (Batrachom. 87) quam ad eandem recentioris aetatis neglegentiam referendum videtur, qua etiam augmentum syllabicum haud raro omittitur. Cf. n. 90[101]. 8 Particulam disiunctivam hic minime aptam esse non fugit editores. Mihi in mentem venit ἠ[φίεσαν], sed imperfectum inter tot aoristos vix tolerabile existimaverim. 9 ¯A. 10 Ioseph. Ant. XIV, 317: πρὸ μιᾶς ἡμέρας ἢ Γάϊον Κάσσιον πόλεμον οὐ συγκεχωρημένον ἐπάγοντα ἐπιβῆναι τῆς ἐπαρχίας ἡμῶν conferunt editores. Simillimus, nisi quod genetivus nominis pro illo ἢ cum infinitivo ponitur, est mos sollennis dies ex fastis Romanorum Graeco sermone significandi, quem habes v. 4. 5 et alibi innumeris locis. 11 Supplevi. 12 Supplevi. πλὴν ὅσα editores. Sed hoc ni fallor pugnat cum usitata verbi ἐπικρίνειν notione; sic enim enuntiaretur, non conservanda esse ea regum decreta, quae supremo senatus Romani iudicio comprobata essent et confirmata, quod sensu cassum esse non est quod demonstretur. καθὼς — ἐπέκρινεν ad hoc ipsum senatus consultum pertinere existimo. 13 Versus undevigesimi prior pars scriptura vacat, ut appareat haec ΤΟΣΕΠΕΚΡΙΝ[ΕΝ] medio versui priori subscripta esse et his finiri senatus consultum, a versu 20 incipere aliud instrumentum ad eandem causam spectans. 14 Genetivus pendere videtur a nomine ἀντίγραφον vel alio similis notionis, quod infra intercidit, ita ut hic indicem argumenti superscriptum teneamus. Nam praepositioni quae hunc genetivum regat supplendae spatium non sufficit, quia ab huius demum versus initio illud alterum instrumentum incipere ex litterarum dispositione quae in proxime superiore versu obtinet (not. 13) apparet. 15 Homo quod sciam ceteroqui ignotus. Ex praenomine et temporum ratione colligas, eum P. Servilii Vatiae Isaurici cos. 79 a. Chr. patruum fuisse; nam patri quidem *Gaius* nomen fuit. At cum etiam aliae Serviliae gentis stirpes nobiles

praenomine quod est *Publius* usae sint (P. Servilius Rullus tribunus plebis a. 63, P. Servilius Casca 44 a. Chr. n.), res incerta est. 16 ʹΤΕʹ.

---

436 In Phrygiae maioris vico hodierno, qui appellatur *Aresli*, repperit W. M. Ramsay et edidit Journal of Hell. stud. VIII 1887 p. 496 (P. Viereck Sermo Graecus p. 51 n. XXIX. Th. Reinach Mithradates Eupator p. 457 n. 4). Cf. quae adnotaverunt Th. Mommsen Mitth. des arch. Inst. in Athen XXIV 1899 p. 195 cum not. 3 et in litteris ad Ramsayum Classical review II 1888 p. 326. Th. Reinach Mithradates Eupator p. 37 vers. Germ. B. Niese Gesch. der gr. und maked. Staaten III p. 373 not. 4.

[------------------ ο]ὕτως | ------------------ν διωρθώ||[θη[1],
------------------] ἐγένετο πρό||[τερον ------------------]ος,
ταῦτα κύρια μέ||[νειν --------------- δόγ]μα συνκλήτου.
[Περὶ ὧν Κόιντος Φάβιος --------- υἱὸς Μάξιμος, Γ]άιος
Λικίννιος Ποπλίου | [υἱὸς Γέτας ὕπατοι[2] λόγους ἐποιήσαν]το,

---

Litterae ΑΛΕΘΜΗΠϹΩ. 1 Cf. n. 435, 9. Passivum, quod illic est, hic quoque reponere malui, cum Ramsay, Viereck, Reinach διωρθώ[σατο] supplevissent. Nam manifesto hic ut in illo titulo complura verba similis notionis se excipiebant, ex quibus postremum fuit ἐγένετο (praemisso adiectivo praedicativo quod intercidit); at huic διωρθώσατο, quod activae significationis est, respondere non poterat. 2 Consulum anni 116 a. Chr. n. nomina reposuit Mommsen, neque ad ullos alios referri licet relliquias quae in lapide exstant. Post Aristonici bellum a. 129 a. Chr. n. M' Aquillius consul Phrygiam maiorem Mithridati regi Ponti concesserat praemium auxilii quod Romanis per illud bellum tulerat. Sed eo rege defuncto senatus heredibus impuberibus Phrygiam rursus ademerat, quia Aquillius pecunia corruptus eam illi dedisset. Hoc in litteris superstitibus nusquam quidem accurate narratur, sed tamen haud ambigue tangitur in oratione Mithridatis Eupatoris apud Iustinum XXXVIII, 5, 3: *nam bellum quidem iam tunc secum ab illis geri coeptum, cum sibi pupillo maiorem Phrygiam ademerint, quam patri suo praemium lati adversus Aristonicum auxilii concesserant, gentem quam et proavo suo Mithridati Seleucus Callinicus in dotem dedisset.* Cf. Appian. Mithr. 11: Φρυγίαν ἔναγχος ὑπ αὐτῶν (sc. Ῥωμαίων) ἀφῃρημένος (Μιθριδάτης ὁ Εὐπάτωρ). 12: ἀνθ' ὧν αὐτὸν ὁ Πελοπίδας (Mithridatis Eupatoris legatus) ἔφη Φρυγίαν ἀφῃρῆσθαι καὶ Καππαδοκίαν, τὴν μὲν ἀεὶ τῶν προγόνων αὐτοῦ γενομένην καὶ ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἀναληφθεῖσαν, Φρυγίαν δὲ ἐπινίκιον ἐπὶ Ἀριστονίκῳ παρὰ τοῦ ὑμετέρου στρατηγοῦ δοθεῖσάν τε καὶ οὐχ ἧσσον παρὰ τοῦ αὐτοῦ στρατηγοῦ πολλῶν χρημάτων ἐωνημένην. 56: ἦσαν δ' οἱ λόγοι Μιθριδάτου μὲν — ἐπὶ τοῖς Ῥωμαίων πρέσβεσι καὶ προβούλοις καὶ στρατηγοῖς κατηγορία ὧν ἐς αὐτὸν ἐπεπράχεσαν ἀδίκως, Ἀριοβαρζάνην τε κατάγοντες ἐς Καππαδοκίαν καὶ

περὶ τούτου πράγματος οὕ[[τως ἔδοξεν· ὅσα βασιλεὺς Μιθραδά-τη]ς[3] ἔγραψεν ἢ ἔδωκέν τισιν ἢ ἀφεῖ|[κεν[4], ἵνα ταῦτα κύρια μείνῃ οὕτω καθὼς] ἐδωρήσατο εἰς ἐσχάτην ἡμέραν, ‖ [περὶ δὲ τῶν λοιπῶν ἵνα κρίνωσιν οἱ δέκα] πρεσβευταὶ εἰς Ἀσίαν δια-βάντες.

Φρυγίας αὐτὸν ἀφαιρούμενοι. **57**: ὁ δὲ Σύλλας ὑπολαβὼν ἀπεκρίνατο· — Φρυγίαν δέ σοι Μάνιος ἔδωκεν ἐπὶ δωροδοκίᾳ, ὃ κοινόν ἐστιν ἀμφοῖν ἀδίκημα. καὶ τῷδε μάλιστα αὐτὴν ὁμολογεῖς οὐ δικαίως λαβεῖν, ἐκ δωροδοκίας. ὅ τε Μάνιος καὶ τὰ ἄλλα ἠλέγχθη παρ' ἡμῖν ἐπὶ χρήμασι πράξας, καὶ πάντα ἀνέλυσεν ἡ βουλή. ᾧ λόγῳ καὶ Φρυγίαν ἀδίκως σοι δοθεῖσαν οὐχ ἑαυτῇ συντελεῖν ἐπέταξεν ἐς τοὺς φόρους, ἀλλ' αὐτόνομον μεθῆκεν. Mommsen. Mithridates Euergetes decessit anno 120 a. Chr. n. (Th. Reinach Mithradates Eupator p. 39 vers. Germ.), sed priusquam senatus res Phrygiae ab illius regno avolsae ordinaret quadriennium etiam transiisse hic titulus docet. 3 Supplevit Mommsen. Cf. not. 2. 4 ἀφεί|[λετο] Ramsay Viereck Reinach. Sed cum horum verborum, quae in protasi sunt, notiones in apodosi voce ἐδωρήσατο (v. 9) comprehendantur, verbo adimendi hic locum non esse patet. Quare ex n. 435, 9 ἀφέθη reposui ἀφεῖ|[κεν]. Inconcinnitas perfecti mediis aoristis interpositi non intolerabilis videtur, praesertim cum ἀφῆκε et ἀφεῖκε facile inter se confundi potuerint cum propter illius aetatis pronuntiationem tum propter pluralem aoristi ἀφεῖσάν qui ipse quoque diphthongum habet.

---

437 Fragmenta quinque tabulae marmoris albi subcaerulei, ex quibus duo summam partem lapidis (*a*) cum indice argumenti (v. 1) efficiunt, tertium (*b*) ad mediam lapidis partem pertinet. Atque in his quidem omnia praeter illum primum versum per duas columnas paris latitudinis (*A B*) disposita sunt. Denique duo reliqua fragmenta, non contingentia quidem inter se, sed exiguo modo lacunae intervallo discreta, inferioris partis (*c*) sunt; quae pars, undique nisi supra integra, versus continuos per totam lapidis latitudinem percurrentes habet. Pergami. Ed. M. Fränkel Alterthümer von Pergamon VIII, 2 p. 196 n. 268. Cf. quae de titulo disputaverunt E. Sonne de arbitris externis p. 26 n. XLVII. P. Foucart Revue de philologie XXV 1901 p. 87.

a [Συνθῆκαι Σαρδια]νῶν κ[αὶ Ἐφεσί]ων[1].

Litterarum formae volgares (etiam ΙΞ) praeter ΘΠΠΣ. 1 In superiore parte sunt duae epistulae Q. Mucii Scaevolae ad verbum inter se consentientes, in sinistra quidem columna (I v. 2—25) ad Sardianos, in dextra vero (II v. 26—55) ad Ephesios. Neque enim recte superiora modo fragmenta

I *A* [Κόϊντος Μούκιος Ποπλίου υἱὸς Σκαιόλας[2], | ἀνθύπατος Ῥωμαίων[3], Σαρδιανῶν τῆι βουλῆι κ]αὶ | [τῶι δήμωι χαίρειν· τῶν ἐν τῆι φιλίαι[4]

(*a* v. 2—9. 26—32) ad Scaevolae litteras rettulit Fränkel, cum in media lapidis parte (*b* v. 10—25. 33—55) epistulas populi Pergamenorum ad easdem duas civitates datas agnoscere sibi videretur. Quae opinio refellitur primum ea re, quod quem hominem hic v. 14. 15. 38 ad illos se misisse scribit auctor epistulae, ----σος Φυλοτίμου Ἀθηναῖος appellatur; nam magistratum Romanum cuiuslibet originis hominem, dummodo ei egregiam fidem haberet, mittere potuisse apparet, civitatem vero Graecam non cive, sed peregrino legato usuram fuisse omnium maxime improbabile est. Tum vero quod de eo scribitur v. 15. 16 et 39. 40 ἄνδρα καλὸν καὶ ἀγαθὸν καὶ τῆς μεγίστης πίστεως ἀξιούμενον παρ' ἡμῖν, id item a populorum Graecorum usu alienissimum est, cum reges et magistratus Romani talia de legatis suis praedicare soleant, cf. Syll.[2] 263, 2 sqq. Neque quicquam in his versibus legitur, quod impediat quominus haec omnia ad easdem ac prima epistulas proconsulis referamus. Non quinque igitur, ut Fränkelius sibi persuasit, sed tria modo instrumenta (I v. 2—25. II v. 26—55. III v. 56—96) huic lapidi incisa erant. Tertium est pactum quo Smyrnaei et Ephesii dissensionibus suis finem imponere conati sunt. De argumento epistularum et de ratione quae eis cum pacto (III) intercedit, cf. not. 8, de tempore tituli not. 3. 2 Cognomen hic quidem totum intercidit, v. 25 vero mutilum est. Tamen de scriptura, in qua consona *v* inter vocales omittitur, non est dubitandum. Eandem habes n. 439, 5, Ὀκταΐα n. 456, 57. Alia (Ὀκτάϊος, Νοέμβριος, Βόϊλλαι, Βοϊανόν, Φαώνιος) congessi Hermae VI p. 305. 3 Duos Q. Mucios Scaevolas Asiam provinciam rexisse, et utrumque quidem ante consulatum, constat. Ex quibus natu maiorem (cos. 117 a. Chr. n.) circiter a. 120 a. Chr. n., minorem (cos. 95 a. Chr.) fere 98 a. Chr. n. praetorem in Asia fuisse demonstravit W. H. Waddington Fastes des provinces Asiatiques de l'empire Rom. n. 4. 7. Uter hic designaretur, ea quidem re definiri negavit Th. Mommsen apud Fränkelium, quod ἀνθύπατος audiret hic, cum alibi hoc honoris vocabulum non legeretur nisi de minore natu ex illis duobus (Liv. Periocha LXX: *P. Rutilius — legatus Q. Muci proconsulis.* Infra n. 439, 6. 7 [στρατη]γὸν ἀνθύπατον Ῥωμαίων). Nam hoc ad merum casum redire, quandoquidem in Asiae provinciae praeside tum temporis appellatio proconsulis non minus usitata et legitima fuisset quam praetoris. Cf. Röm. Staatsrecht II[3] p. 648 not. 1. 2. At Muciorum feriae (not. 8), quas ad Scaevolae natu minoris proconsulatum spectasse Pseudoasconii testimonio constat, dubitari non sinunt quin huius sint epistulae quas hic habemus. 4 Acute supplevit Foucart ex n. 438, 2. 3 et titulo Pergameno quem illic attuli. Id unum displicet in eius invento, quod ante ἐν τῇ φιλίᾳ addidit κατ' ἄνδρα. Id sane in illis quos modo commemoravi titulis legitur, neque vero illic ad populos et gentes refertur, sed his adiunguntur ei qui praeterea *viritim* in amicitiam Romanorum recepti sunt. Quare apparet ei additamento hic locum non esse, praesertim cum neque hic neque v. 27 spatium ei supplendo sufficiat.

5 κριθέντω]ν⟨ι⟩[5] ‖ [δήμων τε καὶ ἐθνῶν[6] ψηφισαμένων[7] τιθέ]ναι | [θυμελικοὺς καὶ γυμνικοὺς ἀγῶνας πε]ντα|[ετηρικοὺς[8] ---------- --|---------]

5 NI in lapide esse testatur Fränkel, sed eius supplementum [νυ]νὶ cohaeret cum ratione qua κριθέντων ad arbitrium inter Sardianos et Ephesios retulit, quae post egregiam Foucarti observationem (not. 4) teneri iam non potest. Quare fieri non potest quin postremam hastam lapicidae errore additam iudicemus. 6 Supplevit Foucart. Cf. not. 4. 7 Supplevit Foucart. Cf. not. 4. 8 Non aliae hic indicari videntur feriae atque eae quas Asianae civitates condiderant ut Q. Mucio proconsuli propter egregiam provinciae administrationem gratiam referrent. Hae in titulis quidem (n. 438, 5. 439, 4) Μουκίεια, apud scriptores vero Latinos brevius *Mucia* appellantur. Cf. Cic. in Verr. II, 21, 51: *Mithridates in Asia, cum eam provinciam totam occupasset, Mucia non sustulit.* Pseudoasconius ad Cic. div. in Caecilium 17, 57 (p. 122, 16 Or.) *hic est Mucius, in honorem cuius Asiani diem festum Mucia nominabant.* ad or. in Verr. II, 10, 27 (p. 210, 16 Or.) *Q. Mucius Asiam singulariter rexerat, adeo ut dies festus a Graecis in honorem eius constitueretur, qui diceretur Mucia.* Tituli legitimam formam tenent, scriptores pronuntiationem volgarem, qua ιει, i. e. ῐῑ in unam productam vocalem coaluerant, sequuntur. Cf. εὐδινός, ταμεῖον, ὑγεία, κυρεία n. 194[32]. Sed quaenam necessitudo his ludis cum Sardianorum et Ephesiorum contentionibus intercedat, non facile est diiudicatu. Horum duorum populorum pactum primarium tituli argumentum esse praescripta v. 1 luculenter demonstrant. Quare epistulae proconsulis profecto huic tabulae non incisae essent, nisi ipsae eodem spectassent, neque id ulla ex parte dubium est, cum demonstraverim mediam tituli partem (*b* v. 10—25. 33—55) item ad has epistulas pertinere. At cur in huius argumenti litteris ludorum mentio fit? Fränkelius quidem eos propter concordiam illarum civitatium proconsulis cura restitutam conditos existimat. At is minus recto versuum 3. 4 et 27. 28 supplemento deceptus ab his potissimum duabus civitatibus ferias institutas sibi persuasit. Quod quoniam Foucartus demonstravit, longe aliter rem se habuisse (not. 4), nemo facile amplius tenebit sacra quae ab universae provinciae populis instituta et proconsulis nomine appellata essent, ad horum duorum populorum res potius quam ad totius provinciae regimen summa cum laude gestum spectare. Quare mihi quidem ordo rerum et temporum contrarius esse videtur: Primum civitates Graecae provinciae Asiae consilium ludorum instituendorum ceperant deque ea re proconsulem certiorem fecerant; deinde vero cum Ephesiorum et Sardianorum simultatem huic negotio magnopere obesse appareret, proconsul auctoritatem suam interposuit ut illos in gratiam reduceret. Sic res ad arbitros pervenit, quorum ex sententia non modo pax et concordia restituta est, sed etiam in reliquum tempus accuratissimis pactionibus provisum, quomodo dissensiones quae inter Sardianos et Ephesios oriri possent diiudicarentur. Non recte igitur, si quid video, Fränkelius epistulas I. II pacto III recentiores existimavit.

b [----------- ‖ ----------------------- | ------------------------------ | ----------------------- | ------------- εἰς τὸ αὐτὸ σ]υμ|[πορεύοιντο, ἐπέμψαμεν . . . . . σον] Φυλο‖[τίμου Ἀθηναῖον τῶν εὐδοκίμων[9], ἄν]δρα κα|[λὸν καὶ ἀγαθὸν καὶ τῆς μεγίστης ἀξι]ούμε|[νον πίστεως παρ' ἡμῖν, πρός τε τὸν ὑ]μέτε|[ρον δῆμον καὶ τὸν Ἐφεσίων, τὸν παρ]α[κα]λέ|[σοντα δοῦναι τὰς χεῖρας ἡμῖν εἰς] σύλλυ‖[σιν. συγκαταθεμένων δὲ τῶν δήμω]ν ἐκα|[τέρων τοῖς παρακαλουμένοις καὶ πεμψά]ν|[των πρεσβευτὰς ὑμῶν μὲν τοὺς στρατ]η|[γοὺς Μενεκράτην Διοδώρου[10], Φοίνικα Φοί|νικος, Ἀρχέλαον Θεοφίλου, Ἐφεσίων δὲ ‖ Ἱκέσιον Ἀρτεμιδώρου, -------------]

II *B a* Κόϊντος Μού[κιος Ποπλίου υ]ἱὸς Σκαιό[λας,] | ἀνθύπατος Ῥω[μαίων[11], Ἐφεσί]ων τῆι βουλ[ῆι καὶ] | τῶι δήμωι χαί[ρειν· τῶν ἐν τῆ]ι φιλίαι κριθέ[ντων] | δήμων τε καὶ ἐ[θνῶν[12] ψηφισαμέ]νων τιθέναι θυμ[ε]λικοὺς κ[α]ὶ [γυμνικοὺς ἀγῶ]να(ς)[13] πενταετηρι‖[κοὺς ---------------------α]ι περὶ τοῦ | [------------------- προ]οτρεψο|-------

b [-----------μ]ενος [-----|---------------- Σαρδια]νῶν τι ταρα[σσ------------ | --------------------- ἔχ]θραν καὶ διαφορὰν κα--------- ‖ ἐπιφανεστέρας καὶ ἐνδοξ(ο)τ[έρας[14], ἵνα οἱ ἀφ]‖εστηκότες[15] αὐτῶν δῆμοι μετ[ὰ πάσης εὐνοί]|ας εἰς το αὐτὸ⟨υ⟩ συμπορεύοιντο, ἐπέμ[ψαμεν . . . . .]|σον Φυλοτίμου Ἀθηναῖο[ν τ]ῶν ε[ὐδοκίμων,] | ἄνδρα κ[αλ]ὸν καὶ ἀγαθὸ[ν] καὶ τῆς [μεγίστης ἀξι]‖ούμενον πίστεως παρ' [ἡμ]ῖν, πρός [τε τὸν ὑμέ]|τερον δῆμον καὶ τὸν Σαρδιανῶ[ν, τὸν παρακα]|λέσοντα δοῦναι τ[ὰ]ς χεῖρας

9 Cf. v. 38, ubi post ethnicum exstat ΤΩΝΕ. Quod Fränkelius reposuit τῶν ἐ[μ Περγάμωι], id pendet ab errore quo hanc lapidis partem non ad Scaevolae epistulas pertinere, sed Pergamenorum esse sibi persuasit (not. 1). Athenienses, qui Pergami inquilini consedissent, corpus quoddam effecisse certe non traditum est, neque ulla est causa cur aut Pergami aut alius cuiuslibet loci nomen hic intercidisse sumamus. Quod contra inter nobilissimos Atheniensium fuisse legatum suum quod praedicat proconsul, id manifesto Ephesiorum et Sardianorum honoris causa facit. Quare supplevi ε[ὐδοκίμων]. Verbum sane praestare nolo, cogitaveris etiam de εὐδοκιμούντων, εὐγενῶν, εὐγενεστάτων, εὐπατριδῶν, ἐπιφανῶν. 10 Nomina et hic et v. 45 sqq. reposuit Fränkel ex v. 93—96, ubi integra exstant. 11 Cf. not. 2. 12 Cf. not. 4. 13 ΝΑ. 14 ΕΝΔΟΞΘΤι. 15 Ni plane fallor, αὐτῶν ad commune Graecarum civitatium Asiae spectat, a quo Ephesiorum et Sardianorum populi (δῆμοι) propter simultates, quas inter se exercebant, desciverant.

ἡμῖν εἴ[ς σύλλυσιν.] | συνκαταθεμένων δὲ τῶν δήμων [ἑκατέρων] | τοῖς παρακαλουμένοις[16] καὶ πεμψάντω[ν πρεσ]‖βευτὰς ὑμῶν μὲν Ἱκέσιον Ἀρτεμιδώρο[υ, Ποσει]‖δώνιον Ποσειδωνίου τοῦ Διονυσίου, Ἀ[ριστο]‖γείτονα Πάτρωνος, Ἀρτεμίδωρον Ἀρτ[εμιδώ]‖ρου, Μενεκράτην Μενε[κρά]τ[ου] τοῦ Ἀρ[τεμι]‖δώρου, Ἀπολλόδ[ωρον Ἑρμο]κρ[άτου, Ἕρμιπ]‖πον Μενοίτου, Σα[ρδιανῶν δὲ τοὺς στρατη]‖γοὺς Μενεκράτ[ην Διοδώρου, Φοίνικα Φοίνικος,] | Ἀρχέλαον Θεο[φίλου, ------------------] | κῆσαι τὰ πρ---------
--------------------- | τε μεσιτε[υ---------------------------
----------] ‖ συμφερε -----------------------------------

III *c* ----------οντας τα‖[------------------------- τὰ]ς ἐκκλήτους δ[ί]‖κας ---------------------------- παρ]α[γ]ένηται, δι[κ]άζεσθαι τὸν ἀδι‖[κο]ύμενο[ν κατὰ τὰ προγεγραμμ]ένα ἐν [τ]ῆι [τ]οῦ ἀδικοῦντος πόλει[17]. ἐὰν δέ τις συλη‖[θ]ῆι ἢ ἀδικη[θῆι Σαρδιανῶν ἢ Ἐφ]εσίων ὑπὸ τοῦ μὴ ὄντος μήτε Σαρδιανοῦ μήτε Ἐφεσίου, | ἐξέστω⟨ι⟩ τῶι Ἐφ[εσίωι ἐν Σάρδεσι κ]αὶ τῶι Σαρδιανῶι ἐν Ἐφέσωι τὸ δίκαιον λαμβάνειν κατὰ | τοὺς τῆς πόλ[εως νόμους ἐν ἧι ἄ]ν ληφθῆι ὁ ἀδικήσας· πλὴν εἴ τινές εἰσιν ἐκ τῶν πόλεων πρὸς | ἅς εἰσιν συνθῆκ[αι ἴδιαι, ταῦτα] διεξάγεσθαι κατὰ τὰς ἰδίας συνθήκας. ὅσα δ' ἂν κατὰ πόλε|μον μεθιστῆι τι[ς ἢ καὶ κατ' ἄ]λλο τι ὑπεκτιθῆται εἰς τὴν πόλιν ἢ τὴν χώραν ἢ Ἐφεσίων εἰς ‖ Σάρδεις ἢ Σαρδ[ιανῶν ε]ἰς Ἔφεσον, ἐπιδέχεσθαί τε καὶ τοὺς ἄρχοντας ἐπιμέλεσθαι καὶ | [συνδια]σώ[ζ]ειν[18]. [Ἐφεσίω]ν δὲ καὶ τῶν κατοικούντων ἐν Ἐφέσωι καὶ τῇ χώραι μηθεὶς

---

16 Hanc formulam tum temporis sollennem fuisse evicit Fränkel allatis locis Polybii XV, 5, 10: ὁ δὲ Πόπλιος ἀκούσας ταῦτα τοῦ κήρυκος συγκατετίθετο τοῖς παρακαλουμένοις. XXXI, 18, 6: ἡ σύγκλητος — συγκατέθετο τοῖς ὑπὸ τοῦ νεωτέρου (Πτολεμαίου) παρακαλουμένοις et decreto ficticio ap. Demosth. XVIII, 166: ἐγὼ μέντοι ἀκούσας τῶν πρεσβευτῶν συγκατατίθεμαι τοῖς παρακαλουμένοις. 17 Enuntiatum mutilum, a quo pars pacti (III) servata incipit, manifesto ad Sardianum, qui ab Ephesio, et Ephesium, qui a Sardiano iniuria affectus esset, spectabat. Fr. 18 Supplevi. [διανα]σώ[ζ]ειν restituit Fränkel. Sed primum concessit, aliud quidem huius verbi compositi exemplum non exstare. Deinde vero ἀνασώζειν non de conservandis quae habemus, sed de recuperandis quae amisimus usurpatur. Cf. Syll.[2] 237, 9: τά τε ἀπολωλότα ἐκ τοῦ ἱεροῦ ἀνέσωσαν. Vestigia scripturae tenuissima ᴺΙᴬ quae ante ΣΩΤΕΙΝ exstant, vix minore iure ad ΔΙΑ quam ad ΝΑ referuntur. Verbum συνδιασώζειν vero ut similia συνδιατηρεῖν et συνδιαφυλάττειν frequentissimum est in eiusmodi sententia.

στρα||[τευέσθω κατὰ Σαρδ]ιανῶν[19] μηδὲ δίοδον διδότω μηδὲ ξενολόγιον[20] παρεχέτω μηδὲ ὅπ(λ)α[21] | [διδότω μηδὲ χορηγ]είτω τοῖς Σαρδιανῶν πολεμίοις μήτε χρήματα μήτε ἀγοράν, μηδ[ὲ | λάφυρον ἐπιδεχέσ]θω μηδὲ ἄλλο μηθὲν ἐπὶ βλάβῃ πρασσέτω. ὁμοίως δὲ μηδὲ Σαρδ[ι||ανῶν μηθεὶς μ]ηδὲ τῶ[ν] κατοικούντων ἐν Σάρδεσιν ἢ τῆι χώραι στρατευέσθω κατὰ Ἐφ[ε|σίων μηδὲ δίο]δον διδότω μηδὲ ξενολόγιον παρεχέτω μηδὲ ὅπλα διδότω μηδὲ χορ[η|γείτω τοῖς Ἐφεσ]ίων πολεμίοις μήτε χρήματα μήτε ἀγοράν, μηδὲ λάφυρον ἐπιδεχέσθω μη||[δὲ ἄλλο μη]δὲν ἐπὶ βλάβῃ πρασσέτω. ὁπότερος δ' ἂν τῶν δήμων ὑπεναντίον | [πράσσηι τ]ινὶ τῶν ἐν τῆιδε τῆι συνθήκηι κατακεχωρισμένων, εἶναι τὸ δίκαιον λαβεῖν τῶι ἀδι||[κουμένῳ] ἐπὶ τῆς λαχούσης πόλεως ἐξ ὧν ἂν κατὰ κοινὸν ἕλωνται πόλεων, γενομένου κλήρου ἀπὸ | [τῆς μεσ]ιτευούσης τὰς συνθήκας[22] πόλεως. ὁ δὲ φάμενος ἀδικεῖσθαι δῆμος προλεγέτω δι[ὰ | πρεσ]βείας τῶι ἐγκαλουμένωι δήμωι τὸ ἔγ-

---

19 Mirum esse, quod definite vetarentur civitates in provincia Romana sitae inter se bellum gerere aut hostes in bello adiuvare haud inepte observavit Fränkel. Sed tenendum est, non modo bella in censum venire quae sua sponte hi ipsi populi inter se gererent, id quod tum temporis sane vix usu venire poterat, sed item ad bella inter Romanos illorum socios et externum aliquem hostem in Asia gerenda has condiciones spectare, quale certamen acerrimum paucis post hoc pactum annis re vera exarsisse nemo ignorat. Quare id unum ex his litteris colligi licet, Ephesum et Sardes ius belli gerendi illa aetate etiamtum habuisse, quod nulla ex parte mirum videri debet.

20 Non facultatem milites pretio conducendi, sed ipsum exercitum mercennariorum significari observat Fr. provocans ad usum sermonis Polybianum. Cf. Pol. XXIX, 23, 6: παρακαλοῦντες αὐτὸν συστήσασθαι ξενολόγιον χιλίων ἀνδρῶν. XXXI, 26, 1: συνήθροιζε ξενολόγιον ἐμβριθές. § 5 τὸ ξενολόγιον διαλύσασθαι. § 7 τὸ μὲν ξενολόγιον διέλυσεν.

21 ΟΠΑΑ.

22 Nomen non potest non ad id pactum spectare, quod hic tenemus. Id igitur, etsi primam ansam dederat in gratiam redeundi Scaevola proconsul misso ad utrosque legato Atheniensi (not. 9), tamen non convenerat nisi tertia quadam civitate Graeca, cui utrique fidem habebant, intercedente et conciliante. Quam Pergamenorum fuisse sine dubio recte ex v. 88 collegit Fränkel. Iam in posterum convenit, ut quicquid dissensionis oriatur inter Sardianos et Ephesios, utrique primum illam civitatem adeant, quae sane non ipsa arbitrio suo componat litem, sed sorte ducta aliam constituat civitatem, quae sententiam ferat. De verbi μεσιτεύειν structura Fr. provocat ad Diodor. XIX, 71, 6 μεσιτεύσαντος τὰς συνθήκας Ἀμίλκου τοῦ Καρχηδονίου. Dionys. Hal. Ant. IX, 59, 5 μετὰ τοῦτο συνθῆκαι γίνονται ταῖς πόλεσι μεσιτεύσαντος αὐτὰς τοῦ ὑπάτου τοιαίδε. Polyb. XI, 34, 3 ἠξίου τὸν Τηλέαν μεσιτεῦσαι τὴν διάλυσιν εὐνοϊκῶς.

κλημα, καὶ παραγεινέσθωσαν οἱ παρ' ἑκατέρων | [τ]ῶν πό[λε]ων εἰς τὴν διαδικασίαν, ἀφ' ἧς ἂν τὸ ψήφισμα οἱ ἐγκαλοῦντες ἀναδῶσιν[23] ἐν ἄλ[[λ]αις[24] ἡμέρα[ι]ς τριάκοντα, πρὸς τὸν μεσιτεύοντα δῆμον· καὶ ἐν ἄλλαις ἡμέραις πέντε κληρωσά||[τ]ωσαν τὸν κρινοῦντα δῆμον· μετὰ δὲ τὸν κλῆρον ἐν ἄλλαις ἡμέραις ἑξήκοντα παραγενόμε|νοι πρὸς τὸν εἰληχότα δῆμον διαδικαζέσθωσαν, φέροντες παρὰ τῶν ἰδίων πατρίδων | γράμματα πρὸς τὴν εἰληχεῖαν[25] πόλιν ὑπὲρ τῆς δόσ[ε]ως τοῦ δικαστηρίου, καὶ τὸ κατακριθὲν | πρασσέτωσαν παραχρῆμα. ἐὰν δέ τις μὴ παρα[γέ]νηται ἢ ἐπὶ τὸν μεσιτεύοντα δῆμον | ἢ ἐπὶ τὴν λαχοῦσαν πόλιν, ἔστω κατὰ τὸν [π]αρόντα[26]. ταῦτα δὲ ὑπάρχειν Σαρδιανοῖς κα[ὶ] || Ἐφεσίοις εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον, καὶ ἐάν τι αἱ πόλεις οἰκειότερον βουλεύσωνται[27]. ἀνα|γράψαι δὲ καὶ εἰς στήλας

---

23 Cf. Polyb. XXIX, 25, 7 οἱ δὲ παρὰ τοῦ Πτολεμαίου πρεσβευταί, διαψευσθέντες τῆς συμμαχίας, ἀνέδωκαν τοῖς ἄρχουσιν ἑτοίμας ἔχοντες ἐπιστολὰς παρὰ τῶν βασιλέων. Diodor. XI, 45, 2. 3: ἀνέδωκε τοῖς ἐφόροις τὰς ἐπιστολάς. τούτων δὲ ἀπιστούντων διὰ τὸ ἀνεῳγμένας αὐτοῖς τὰς ἐπιστολὰς ἀναδεδόσθαι, καὶ πίστιν ἑτέραν βεβαιοτέραν ἐπιζητούντων κτλ. Fränkel. 24 Hoc addito indicatur, ipsum diem quo plebiscitum redditum sit numero triginta dierum non contineri. Fr. 25 Forma feminini participii perfecti activi tribus postremis a. Chr. n. saeculis adeo frequens, ut Athenis quidem alteram in -υῖα cadentem plane expulerit (Meisterhans-Schwyzer Grammatik der att. Inschr.[3] p. 169 not. 1410). Etiam alibi inferiore aetate haud infrequens est. Cf. E. Schweizer Grammatik der pergamen. Inschriften p. 192. De origine Dorica convenit inter omnes homines doctos, sed dubito num iure. Certe exempla quae tabulae Heracleenses et testamentum Epictetae praebent (cf. Ahrens de dialectis II p. 331) vix sufficiunt ad id probandum, quandoquidem vix multo antiquiora sunt quam vetustissima aliarum regionum testimonia epigraphica. 26 Si alteruter non adfuerit, iudicabitur secundum praesentem. Cf. Cic. in Verr. II, 17, 41: *ubi comperit* (Verres) *Heraclium non adesse, cogere incipit eos* (iudices), *ut absentem Heraclium condemnent. illi eum commonefaciunt, ut, si ei videatur, utatur instituto suo nec cogat ante horam decimam de absente secundum praesentem iudicare.* Th. Mommsen apud Fränkelium. 27 Ni fallor οἰκειότερον nihil est nisi 'aptius', 'accommodatius' ad concordiam civitatium confirmandam. Aliter Fränkel '*welche Massnahmen eine jede der beiden Städte innerhalb ihres eigenen Interessenkreises künftig auch belieben möge*'. Sed primum quidem hoc non esset ἐάν τι, sed ὅτι ἄν; deinde ea, quae utraque civitas pro se de suis rebus decernit, profecto non simplici plurali αἱ πόλεις indicarentur; immo hoc necessario de eis intellegendum, de quibus inter ambos populos in posterum convenerit. Manere igitur in omne tempus pronuntiatur et hoc pactum et quodcumque ei in reliquum tempus addere civitates consentientes decreverint. Talia usitatissima esse in foederum formulis non est quod exemplis comprobetur.

λιθίνας τήνδε τὴν συνθήκην καὶ στῆσαι ἐν μὲν Ἐφέσωι ἐν | τῶι τῆς Ἀρτέμιδος ἱερῶι ἐν τῶι ἐπισημοτάτωι τόπωι, ἐν δὲ Σάρδεσιν ἐν τῶι τοῦ Διός ἱερῶ[ι][28] | ἐν τῶι ἐπισημοτάτωι τόπωι, ἐν δὲ Περγάμωι[29] ὃν ἂν αἰτήσωνται κατὰ κοινὸν αἱ πόλεις ἐπιση[μό]|τατον τόπον[30]. εἶναι δὲ τὴν συνθήκην κυρίαν ὡς μὲν Ἐφέσιοι ἄγουσιν ἀπὸ πρυτάνεως[31] Σελεύκου, ἱερέ[ως] || δὲ τῆς Ῥώμης[32] Ἀρτεμιδώρου, μηνὸς Ταυρεῶνος[33] τετράδος ἀπιόντος, ὡς δὲ Σαρδιανοὶ ἐπὶ ἱερέω[ς] | τῆς μὲν Ῥώμης Σωκράτου, τοῦ δὲ Διὸς τοῦ Πολιέως[34] Ἀλκαίου, μηνὸς Δαισίου[35] τετράδος ἀπιόντος. | εἰσὶν δὲ οἱ ὑφ' ἑκατέρων τῶν δήμων ἀποδειχθέντες ἄνδρες ἐπὶ τῶν συλλύσεων Σαρδιανῶν | μὲν Μενεκράτης Διοδώρου, Φοῖνιξ Φοίνικος, Ἀρχέλαος Θεοφίλου, Ἐφεσίων δὲ Ἱκέσιος Ἀρτεμιδώ|ρου, Ποσειδώνιος Ποσειδωνίου τοῦ Διονυσίου, Ἀριστογείτων Πάτρωνος, Ἀρτεμίδωρος || Ἀ(ρ)τεμ(ι)δώρου[36], Μενεκράτης Μενεκράτου τοῦ Ἀρτεμιδώρου, Ἀπολλόδωρος Ἑρμοκράτου, | [Ἕ]ρμιππος Μενοίτου.

---

28 Sc. τοῦ Πολιέως. Cf. not. 34. Seleucidarum aetate sane talia monumenta in Dianae potius delubro Sardibus collocari solebant. Cf. n. 225, 29. 29 Cf. not. 22. 30 Cum fragmenta lapidis partim in delubro Minervae, partim infra illud in theatro inventa sint, non dubium est, quin locus tabulae erigendae in illius deae fano ab Ephesiis Sardianisque petitus et a Pergamenis concessus sit. Fr. 31 Magistratus eponymus Ephesiorum; cf. Hicks, Gr. Inscr. in the Brit. mus. III, 2 p. 82, ad quem provocat Fränkel. 32 Deae Romae sacra iam inde ab initio alterius a. Chr. n. saeculi in Asia minore occurrunt, 195 a. Chr. n. Smyrnae (Tac. Ann. IV, 56), 170 a. Chr. n. Alabandis (Liv. XLIII, 6, 5). Fr. 33 Mensis etiam in aliis urbibus Ionicis usitatus, Cyzici, Sami, Sinopae, cum Daesio fastorum Macedonicorum respondeat (v. 91), sine dubio recte a Lollingio (Mitth. des arch. Inst. in Athen XIII p. 307) octavus ab aequinoctio autumnali, quod est apud Cyzicenos anni civilis initium, habetur, ut Atheniensium Thargelioni, Romanorum fere Maio respondeat. Fränkel. 34 Cf. C. I. G. 3461, 3. 4 ἀρχιερέα τῆς Ἀσίας ναῶν τῶν ἐν Λυδίᾳ Σαρδιανῶν καὶ ἱερέα μεγίστου Πολιέος Διός. Fr. 35 Octavus anni Macedonici ab aequinoctio auctumnali incipientis mensis. Cf. not. 33 et Pauly-Wissowa Realencyklopädie IV 2 p. 2014. 36 ΑΤΕΜΔΩΡϹΥ.

---

438 In loco *Eski Manias* (Poemaneni) marmor inaedificatum in muro meridionali castelli. Edd. A. S. Dorigny Revue arch. N. S. XXXIV (1877) p. 106 n. 3. J. H. Mordtmann Mitth. des arch. Inst. in Athen XV (1890) p. 157 n. 1. Omnium plenissime et accuratissime J. A. R. Munro Journal of Hell. stud. XVII (1897) p. 276 n. 27 (Revue

arch. Troisième Sér. XXXIII 1898 p. 445 n. 125. P. Foucart Revue de philologie XXV 1901 p. 86). Cf. quae adnotavit Th. Mommsen Mitth. des arch. Inst. in Athen XXIV (1899) p. 194.

Οἱ ἐν τῆι Ἀσίαι δῆμοι[1] κα[ὶ τ]ὰ ἔθν[η][2] | καὶ οἱ κατ᾽ ἄνδρα κεκριμένοι[3] ἐν τῆι πρὸς | Ῥωμαίους φιλίαι καὶ τῶν ἄλλων οἱ εἱρη|μένοι[4] μετέχειν τῶν Σωτηρίων[5] καὶ ‖ Μουκιείων[6] ἐτίμησαν | Ἡρόστρατον Δορκαλίωνος[7], ἄνδρα ἀγαθὸν γε|νόμενον καὶ

Litterae ΑΞΠΣ. 1 Persimilis titulus Pergami repertus est (Lebas-Waddington Inscr. III 1721b. Μουσεῖον καὶ βιβλιοθήκη τῆς ἐν Σμύρνῃ εὐαγγελικῆς σχολῆς 1876 p. 9 n. 56), quem P. Foucart sic restituit: Οἱ ἐν τῇ Ἀσίᾳ δῆμοι καὶ τὰ ἔθν[η] | καὶ οἱ κατ᾽ ἄνδρα κεκριμένοι ἐν τῆι π[ρὸς Ῥωμαίους φιλίαι] | ἐτίμησαν Ἀγήνορα, τὸν Δημητρίου τοῦ Δ[ημητρ]ίου | Περγαμηνοῦ υἱόν, τοῦ ἀγωνοθετήσαντος | τὰ πέμπτα Εὐεργέσια τὰ ἀχθέντα δημο[σί]ᾳ ἐν [Περγ]άμωι. De utriusque inscriptionis aetate cf. not. 7. Ubi hic lapis inventus sit, antiquitus Poemanenum oppidum fuisse anno 1836 pronuntiavit Hamilton, qui illas parietinas primus adiit. Sunt sane quae dubitationem moveant (Mitth. des ath. Inst. IX 1884 p. 35. H. Kiepert Formae orbis antiquae tab. IX comm. p. 2). 2 Hic Mordtmannus addidit καὶ αἱ πόλεις, sed eis supplendis spatium non sufficere definite testatur Munro. Ne n. 437, 5. 28. 439, 1 quidem hoc additur, neque magis in monumento Pergameno quod attuli not. 1. 3 Qui *in amicorum formulam relati sunt*, ut est in senatusconsulto de Asclepiade C. I. L. I, 203, 7. De Graeca huius locutionis versione Mommsenus provocavit ad Iosephum Ant. XIV, 194 εἶναί τε αὐτὸν (Ὑρκανὸν τὸν Ἀλεξάνδρου) καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ συμμάχους ἡμῖν ἔτι τε καὶ ἐν τοῖς κατ᾽ ἄνδρα φίλοις ἀριθμεῖσθαι. Praeterea cf. n. 437[4]. 4 Cum Munro εἰρημένοι scripsisset, Foucart perspexit, dicendi verbum a conexione sententiarum alienum esse, et perfectum verbi αἱρεῖσθαι agnovit. Medium, non passivum esse demonstravit idem collato n. 439, 3 ἑλόμενοι. Praeter eos igitur qui in Asia incolebant nonnullos alios Graecos sive populos sive singulos homines sua sponte Mucieorum ferias una cum illis habebant. 5 Easdem ferias propter salutem, quam Mucio acceptam ferebant Asiani, et Soteriorum et Mucieorum nomine significatas esse, etsi hic quidem titulus de ea re dubitari sinit, tamen luculentissime demonstrat n. 439, 3. 4 τῆς [ἀγ]ομέν[ης πεντετηρίδος τῶν Σω]τηρίων καὶ Μουκιείων. Ceterum post Σωτηρίων trium quattuorve litterarum spatium vacuum relictum est, item post Μουκιείων sex litterarum et reliqua pars versus post ἐτίμησαν, sine dubio ut haec vocabula quam maxime efferrentur. 6 Cf. n. 437[8]. 7 ΑΡΟΣΤΡΑΤΟΝ Munro, qui tamen ipse Dorignyum et Mordtmannum, qui initio ΗΡ exhiberent, rectius legisse persuasum habet. Ceterum huius hominis nomine Munro usus est in tituli aetate definienda, cum provocaret ad Plutarchi Brut. 24: καὶ γὰρ εἰς Μακεδονίαν ἔπεμψεν Ἡρόστρατον (M. Brutus) οἰκειούμενος τοὺς ἐπὶ τῶν ἐκεῖ στρατοπέδων. Eundem hominem hic haberi ratus titulum ad ver anni 42 a. Chr. n. rettulit. Etenim tum Brutum in Asia versatum esse ut provinciam

διενένκαντα πίστει καὶ ἀρετῆ | καὶ δ[ικ]αιοσύνῃ καὶ εὐσεβείαι καὶ περὶ το(ῦ κ)ο(ι)ν[οῦ][8] | συνφέροντος τὴν πλείστ[η]ν εἰσενηνεγμέ||νον σπουδὴν καὶ πολλὰ καὶ μεγάλα περιπο[ι]|ήσαντα τοῖς κοινοῖς τοῦ συνεδρίου πράγμα|σιν τῶν πρὸς δόξαν καὶ μνήμην αἰώνιο[ν] | ἀνηκόντων, ἀρετῆ[ς ἕνεκεν] καὶ εὐνοίας | τῆς ε(ἰς)[9] ἑαυτού[ς].

---

pro suis commodis et rationibus ordinaret et classem Cyzici pararet. Cf. Plut. Brut. 28: περαιώσας δὲ τὸν στρατὸν εἰς Ἀσίαν ἤδη λαμπρὸν ὄντα ναυτικὸν μὲν ἐξηρτύετο στόλον ἐν Βιθυνίᾳ καὶ περὶ Κύζικον, πεζῇ δ' αὐτὸς ἐπιὼν καθίστατο τὰς πόλεις καὶ τοῖς δυνάσταις ἐχρημάτιζε. At tum temporis etiam Mucia ab Asiae civitatibus et gentibus atque adeo ab aliis Graecis qui sua sponte se illis adiungerent acta esse neutiquam credibile mihi videtur. Ex altera parte quod Mommsenus et hunc titulum Poemanenum et geminum eius Pergamenum (not. 1) ad ipsa initia provinciae Asiae rettulit, id eadem feriarum mentione redargui mihi videtur, quippe quae Asia provincia instituta plus quam triginta annis recentiores fuerint. Quare hunc titulum ut n. 437. 439 eo tempore incisum existimaverim, quod medium fuit inter Mucii proconsulatum et Mithridatis bellum (98—88 a. Chr. n. Cf. n. 437[2]). 8 ΤΟЖΟΝ Munro, qui ligatura propter spatii angustias usum conicit lapicidam. 9 ΕΞ lapis. Emendavit Munro.

---

439 Fragmenta quattuor magnae basis lapidis calcarii flavi, inventa Olympiae. Cum unum ex eis iam Arch. Zeitung XXXVIII 1880 p. 164 n. 368 editum esset, accurata omnium delineatio a Purgoldo confecta proposita est Olympia V p. 449 n. 327. Initium sagaciter supplevit P. Foucart Revue de philologie XXV 1901 p. 86.

[Οἱ ἐν τῆι Ἀσίαι δῆμοι καὶ τὰ ἔθνη καὶ οἱ κατ' | ἄνδρα κεκριμένοι ἐν τῆι πρὸς Ῥ]ωμαίο[υς][1] φιλίαι καὶ | [τῶν ἄλλων Ἑλλήνων οἱ μετέχει]ν[2] ἑλόμενοι[3] τῆς | [ἀγ]ομέν[ης πεντετηρίδος τῶν Σω]τηρίων[4] καὶ Μουκιείων[5] | [Κό]ϊντον [Μούκιον Ποπλίου υἱὸν] Σκαιόλαν[6] | δια[φανέστατον ἄνδρα, στρατη]γὸν ἀνθύπατον | Ῥωμαίων, σωτῆρα καὶ [εὐεργέτην γε]νόμενον ἑαυτῶν | [κ]αὶ διενέγκαντα ἀρε[τῆι καὶ δικαιοσύν]ηι καὶ καθαρειότητι.

Litterae ΑΘΠΣ; ΟΩ reliquis minores. 1 Hucusque omnia supplevit Foucart. 2 Supplevit Foucart. 3 Cf. n. 438[4]. 4 Cf. n. 438[5]. 5 Cf. n. 437[8]. 438[6]. 6 Cf. n. 437[2].

440 Basis rotunda supra et infra marginibus prominentibus ornata. In superficie complura foramina. Effossus lapis Ilii. Ed. A. Brückner Troia und Ilion p. 453 n. XIV.

Ὁ δῆμος | Λεύκιον Ἰούλιον | Λευκίου υἱὸν Καίσαρα[1], | τιμη-τὴν γενόμενον[2] ‖ καὶ ἀποκαταστή|σαντα τὴν ἱερὰν | χώραν τῆι Ἀθηνᾶι | τῆι Ἰλιάδι[3] καὶ ἐξελόμενον | αὐτὴν ἐκ τῆς δημο-σιωνίας[4].

---

1 L. Iulius L. f. Sex. n. Caesar cos. 90 a. Chr. n., occisus anno 87 a. Chr. n. cum Marius Roma potitus esset. Cf. W. Drumann Gesch. Roms III p. 119 n. 20. 2 Censura L. Caesar functus est anno post consulatum, 89 a. Chr. n. Cf. Plinius N. hist. XIV, 95: *P. Licinius Crassus L. Iulius Caesar censores anno urbis conditae DCLXV edixerunt ne quis vinum Graecum Amineumque octonis aeris singula quadrantalia venderet.* Quae in censura beneficia contulit in delubrum Minervae Iliadis (not. 3), ea Ilienses praeter hoc ipsius monumentum etiam filiae statua dedicata remuneratos esse testatur titulus C. I. G. 3608 *b*: [ἡ βο]υλὴ καὶ ὁ δῆμος [Ἰου]λίαν, θυγατέρα [Λε]υκίου Ἰουλίου Καίσαρος, [διὰ] τὰς εὐεργεσίας τὰς ἐ[κ τ]οῦ πατρὸς αὐτῆς εἰς τὸν [δ]ῆμον γενομένας. De filio cf. n. 444, 3. 4 cum nota. 3 Terra sacra aliquando erepta erat Minervae Iliadi; quam Caesar memor antiquae conexionis quae Romanis cum Ilio intercedebat restituit. Alia eiusdem generis exempla attulit A. Wilhelm apud Brücknerum, velut Mitth. des ath. Inst. XXIV 1899 p. 177 n. 27, 2 sqq.: [τὸν] διὰ γέν[ους ἱερέα τοῦ Καθηγεμόνος Διο]νύσου, ἀποκα[ταστήσαντα τάς τε προσόδους] καὶ τὴν χώρα[ν τῶι θεῶι]. Michel Rec. p. 341 n. 459, 15 (ex emendatione Wilhelmi Gött. gel. Anz. 1898 p. 235) ἀποκατέστησε τῶι θεῶι τὴν χώραν, ἐξ ἧς (τά)ς τε [θ]υσίας καὶ τιμὰς τῶι Ἀπόλλωνι συμβέβηκεν ἐπιτελεῖσθαι. Simillima est causa Artemisii Ephesiorum, de quo Strabo XIV, 1, 26 p. 642 Cas. haec narrat: μετὰ δὲ τὴν ἐκβολὴν τοῦ Καΰστρου λίμνη ἐστὶν ἐκ τοῦ πελάγους ἀναχεομένη, καλεῖται δὲ Σελινουσία, καὶ ἐφεξῆς ἄλλη σύρρους αὐτῇ, μεγάλας ἔχουσαι προσόδους· ἃς οἱ βασιλεῖς μέν, ἱερὰς οὔσας, ἀφείλοντο τὴν θεόν, Ῥωμαῖοι δ' ἀπέδοσαν. 4 Non ita hoc videtur intellegendum, ut duo diversa beneficia, dominium agrorum deae restitutum et immunitas eis concessa, distinguantur, sed potius cum fundi ad deam redirent ipso iure immunes facti videbantur. Certe hanc interpretationem commendat narratio Strabonis qui post ea quae not. 3 exscripsi sic pergit: πάλιν δ' οἱ δημοσιῶναι βιασάμενοι περιέστησαν εἰς ἑαυτοὺς τὰ τέλη, πρεσβεύσας δὲ ὁ Ἀρτεμίδωρος, ὥς φησι, τάς τε λίμνας ἀπέλαβε τῷ θεῷ κτλ. Neque dissimilis est causa Amphiarai Oropiorum; nam hic deus esset necne ambigebatur, sed si deus esset fundum immunem esse debere inter omnes constabat. Cf. Syll.[2] 334.

---

441 Laginis (*Léina*) inter rudera templi Hecates repertae sunt reliquiae monumenti ex quattuor lapidum oblongorum ordinibus compositi, ex quibus aetatem tulerunt summi ordinis quinque integri

(*B C F L M*) et unius fragmentum (*A*), alterius ordinis tres lapides (*D G N*), tertii unus integer (*H*) et unius pars (*O*), quarti duo lapides (*E F*). Titulus per quinque columnas (*a b c d e*) scriptus, quae nullam rationem habent commissurarum lapidum, ut saepe in eodem lapide prioris columnae versuum fines et posterioris versuum initia contineantur, quae Viereckium secutus siglis B^1 B^2 sim. distinxi. Fragmenta nonnulla edd. C. T. Newton Discoveries at Halicarnassus, Cnidus and Branchidae II p. 75. Benndorf et Niemann Reisen in Lykien und Karien p. 155. Lebas-Waddington Inscr. III, 543. Omnia exscripserunt et coniuncta ediderunt Ch. Diehl et G. Cousin Bull. de corr. Hell. IX (1885) p. 437 sqq. praeter fragmentum postremum *P* (v. 207—219), quod postea inventum adiecit P. Foucart Bull. de corr. Hell. XIII 1889 p. 363 n. 1 (P. Viereck Sermo Graecus p. 24 n. XVI). Cf. quae exposuerunt S. Basis Ἐφ. ἀρχ. 1886 p. 42 sqq. B. Haussoullier Revue de philologie XXIII (1899) p. 152 not. 5.

I AB^1 (*a*) [Λεύκιος Κορνήλιος Λ]ευκίου [υἱὸς] Σύλλας Ἐπαφρόδιτος[1] | [δικτάτωρ Στρατονι]κέων ἄρ[χο]υσι βουλῆι δήμωι χαίρειν· | [οὐκ ἀγνοοῦμεν ὑμᾶς] διὰ προ[γ]όνων πάντα τὰ δίκαια | [πρὸς τὴν ἡμετέρα]ν ἡγεμ[ον]ίαν πεποιηκότας καὶ ἐν || [παντὶ καιρῶι τὴν πρὸς ἡ]μᾶς πί[σ]τιν εἰλικρινῶς τετηρηκότας | [ἔν τε τῶι πρὸς Μιθραδά]την π[ο]λέμωι[2] πρώτους τῶν ἐν τῆι | [Ἀσίαι

Litterae ΑΞΠΣ; memorabiles formae antiquiores ΙΘ conservatae. 1 Apparet hoc monumentum continere quinque documenta, quae tamen omnia ad unam eandemque rem, ad honores et iura Stratonicensibus et delubro Hecates a Romanis concessa spectant. I. Epistula L. Sullae dictatoris ad Stratonicenses, qua illi propter egregiam fidem, quam populo Romano praecipue per belli Mithridatici tempora praestiterant, collaudantur (v. 1—13). II. Epistula eiusdem ad eosdem, qua se senatusconsultum de eorum rebus factum legatis ipsorum tradidisse ut ad illos deferretur significat (v. 14—17). III. Senatus consultum de rebus Stratonicensium (v. 18—129). IV. Populiscitum Stratonicensium de incidendo lapidibus cum illo senatusconsulto (quae pars decreti non exstat), tum laterculo omnium populorum, regum, dynastarum, nationum, quae Stratonicensibus significaverant se ius asyli Hecates fano concessum agnoscere et ratum habere (v. 130—142). V. Laterculus civitatium regum dynastarum nationum (v. 143—219). De harum litterarum aetate nihil dubii relinquit dictaturae mentio, quam Sulla iniit sub ipsum finem anni 82 a. Chr. n. (Drumann Gesch. Roms II^2 p. 404), deposuit initio anni 79 (Drumann II^2 p. 421). Maxime probabile vero est, senatusconsultum et reliqua quae his lapidibus incisa sint anni 81 a. Chr. n. esse. Cf. not. 68. 2 Bellum Mithridaticum primum (88—84 a. Chr. n.) intellegi manifestum est.

ἀντιτεταγμένους[3] κα]ὶ διὰ ταῦτα κινδύνους πολλούς | [τε καὶ παντοδαπούς[4]] ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων δημοσίων | [πραγμάτων προθυμό]τατα[5] ἀ[ν]αδεδεγμένους[6] ‖ -------------------[7] καὶ τ[οὺς κοινοὺς][8] καὶ τοὺς ἰδιωτικοὺς | [φιλίας ἕ]νε[κεν π]ρὸς ἡμᾶς εὐνοίας τε | [καὶ χάριτος, καὶ ἐν τῶι τοῦ[9] πολέ]μου καιρῶι πρός τε | [τὰς ἄλλας τῆς Ἀσίας πόλεις[10] πεπρ]εσβευκότας καὶ πρ[ὸ]ς | [τὰς τῆς Ἑλλάδος[11] ------------------]

II B^2 C^1 (b) Λεύκιος Κορ[νήλιος[12] Σύλλας Ἐπαφρόδιτος δικτ]άτωρ ‖ Στρατο[νικέων ἄρχουσι[13] βουλῆι δήμωι χαίρειν·] | πρεσβευταῖς ὑμ[ετέροις τὸ γενόμενον ὑπὸ[14] συγκλήτ]ου δόγμα | τοῦτο [παρέδωκα[15]].

---

3 Sic supplevit Basis, quia v. 43. 84 ἀντιτετάχθαι legitur. ἀνθεσταμένους D. et C., quod V. retinet propter spatii rationes. Sed cum discrimen non plus quam duarum litterarum sit, non nimium huic argumento tribuendum videtur. 4 Supplevi non sine haesitatione. Nam πολὺς καὶ παντοδαπός quidem perfrequenter inter se coniunguntur, sed hic magnitudinis potius quam varietatis notionem desideres. μεγάλους usitatissimum quidem est, sed iusto brevius. In Wilamowitzii supplemento καὶ δεινοτάτους displicet positivi et superlativi coniunctio. Sed aliquod ex his adiectivis hic fuisse utique apparet, quia editorum primorum supplementum [καὶ μεγάλους ὑφεστηκότας] opinione improbabili de totius enuntiati argumento et structura nititur. 5 Supplevit Basis, [καὶ δεινό]τατα D. et C. 6 Supplevit Basis, ἅ[λλ]α δεδεγμένους D. et C. 7 Quid hic fuerit, obscurum. Nam utique proxima τ[οὺς κοινοὺς] καὶ τοὺς ἰδιωτικούς non licet ad κινδύνους v. 7 referri propter articulum additum. Suspiceris igitur initio versus decimi aliud nomen substantivum fuisse quo illa spectarent, sed quale id fuerit non assequor. 8 Supplevit Wilamowitz apud V. 9 D. et C. [ἐν πολέ]μου καιρῷ legunt, a priore versus parte restituenda abstinent. [καὶ χάριτος ἐν τούτου τοῦ πολέ]μου καιρῶι V. Sed aut utrique nomini addendus fuit articulus ut v. 36 aut in utroque omittendus ut v. 77. Particulam καὶ vero ante ἐν inserendam putavi, quia hic ni fallor ad aliam rem, ad legationes per belli tempora missas transitur, cum proxime superiora etiamtum ad fortitudinem et constantiam, qua belli mala subierint Stratonicenses, spectent. 10 Supplevit Viereck. 11 Supplevit Viereck. 12 Hic Λευκίου υἱός addiderant editores primi, sed ex spatii rationibus apparet, paternae originis significationem hoc quidem loco additam non fuisse. V. 13 Nihil nisi βουλῆι δήμωι supplent D. et C., sed magistratuum mentionem et versu 2 flagitari neque spatium ei reponendae deesse monet V. 14 Suppleverunt D. et C., in universum sine dubio recte, sed pro ὑπό, etsi σύγκλητος etiam aliis huius tituli locis articulo caret, fortasse τῆς legendum est. 15 Supplevi. συνεχώρησα D. et C., quod probavit V. Sed cum appareat de exemplo senatusconsulti a Sulla legatis tradito ut domum referrent dici, dubito num concedendi verbum huic sententiae accommodatum sit.

III Λεύκιος Κορνήλι[ος Λευκίου υἱὸς[16] Σύλλας Ἐπαφρόδιτος δικτ]άτωρ | συγκλήτωι συ[νεβουλεύσατο πρὸ ἡμερῶν ἓξ[17] κα]λανδῶν ‖ Ἀπριλίων ἐν τῶ[ι κομετίωι· γραφομένωι παρῆσαν Γ]άϊος | Φάννιος Γαΐου [υἱὸς[18] ------------------, Γ]άϊος | Φονδάνιος Γαΐ[ου υἱὸς[19] --------· περὶ ὧν Στρατονικε]ῖς ἐκ Χρυ|σαο[ρέων[20]] | Παιώνιος Ἱερ[οκλέους, --------- ---------, ------- --- ----------,] ‖ Ἑκαταῖος Πα[----------[21], --------- ----- ----, -----------,] | Διονύσιος Ε[-------[22] πρεσβευταὶ λόγους ἐποιή]σαντο | συμ[φώνως καὶ ἀκολούθως[23] τῶι Στρατονικέων ψηφίσματι | ἀξιοῦντες συνήδεσθαι ἐπὶ τῶι[24] τ]ὰ δημόσια πράγ[ματα τ]οῦ δήμου | [τοῦ Ῥωμαίων ἐν βελτίονι κα]ταστάσει εἶναι· ‖ [ὅπως χρυσοῦν στέφανον παρὰ τῆς ἰ]δίας πόλεως τῆι συγκλήτωι | [ἀναθεῖναι ἐξῆι[25] ἀπὸ ταλάντων δ]ιακοσίων[26], |

16 Hic Viereck addidit patris nomen a D. et C. omissum, quia id adiungi eius qui senatum consulit nomini solenne est, neque spatium non sufficit. 17 Accuratissima computatione de numero litterarum quae interciderunt instituta numerum senarium reposuit Viereck. 18 Eiusdem quidem hominis nulla videtur exstare alia memoria. At filium huius Gai haud improbabili coniectura fuisse statuunt D. et C. illum C. Fannium C. f. qui anno fere 49 a. Chr. provinciam Asiam praetor administraverit (W. H. Waddington Fastes des prov. Asiatiques de l'emp. Rom. n. 34). Patrem vero eius quem hic teneamus suspicor aut C. Fannium C. F. Strabonem cos. 122 a. Chr. aut C. Fannium M. F. Strabonem C. Laelii generum (Cic. Brut. 26, 101) fuisse. Quodsi recte D. et C. ex lacunae ambitu colligunt, praeter tribum, quae in Fundanio quidem sola commemorata sit, Fannio etiam cognomen additum fuisse, nescio an id Στράβων potissimum fuerit. 19 C. Fundanium C. F. tribunum plebis esse in lege de Thermessibus (C. I. L. I, 204, 3), amicum Ciceronis (Ep. ad Q. fratrem I, 2, 3, 10), propinquum Varronis (de re rustica I, 2, 1) observant D. et C. Sed eidem monent, si eum qui anno 71 a. Chr. tribunatu functus esset iam anno 81 a. Chr. senatorem fuisse statueremus, intervallum inter quaesturam et tribunatum interiectum nimium videri. Quare eum potius C. Fundanium qui fere 101 a. Chr. quaestor fuisset (C. I. L, I, 386. Borghesi, Oeuvres II p. 307) hic designari videri. 20 Cf. n. 111[4]. 234[11]. 21 Πα[ιωνίου] ex v. 24 D. et C. Sed id merito incertissimum iudicavit Viereck. 22 Ἑ[καταίου] D. et C.; cf. not. 21. 23 Simplex praetulit Viereck, cum D. et C., quorum reliqua huius loci supplementa sunt, ἐπακολούθως scripsissent. 24 Supplevit Viereck. διὰ τὸ D. et C., quorum reliqua huius versus supplementa sunt. 25 Cf. Syll.[2] 300, 31: ὡσαύτως περὶ ὧν οἱ αὐτοὶ (Thisbenses factionis Romanae) λόγους ἐποιήσαντο, χρυσίον, ὃ συνήνεγκαν εἰς στέφανον, ὅπως εἰς τὸ Καπετώλιον στέφανον κατασκευάσωσιν, τούτοις καθ[ότι] ἐνεφάνισαν, ὅπως αὐτοῖς ἀποδοθῆι, ὅ[πω]ς τοῦτον τὸν στέφανον εἰς [τὸ] Καπετώλιον κατασκευάσωσιν, οὕτως ἀποδοῦναι ἔδοξεν. 26 De talento, quod hic innuitur, Viereck provocat ad F. Hultschii Metrologiam

[θυσίαν τε ἐν τῶι Καπετωλίωι ὅπως] ποιῆσαι ἐξῆι[27] ὑπὲρ τῆς ν[ίκ]ης | [καὶ τῆς ἡγεμονίας τοῦ δήμου τοῦ] Ῥωμαίων, | [ὅπως τε τὸ λοιπὸν[28] Λευκίωι Κορνηλίωι Λ]ευκίου υἱῶι Σύλλαι Ἐπαφροδίτωι ‖ [δικτάτορι φαίνηται Στρατονικέων] δήμωι φιλανθρώπως κεχρῆσ[θ]αι· | [ἐπεί τε ὁ δῆμος ἐν τῶι καιρῶι τῆς εἰρήν]ης[29] συνετήρησεν τὴν ἰδίαν | [εὔνοιάν τε καὶ πίστιν καὶ φιλίαν[30]] πρὸς τὸν δῆμον τὸν Ῥωμαίων | [καὶ πρῶτος[31] τῶν ἐν τῆι Ἀσίαι, ὅτε Μιθρ]αδάτης ἐν αὐτ[ῆι[32] | δεινότατα[33] ἐτυράννευεν, προείλετο ἀν]τιτετάχθαι· ‖ [ἐπεὶ δὲ ὁ βασιλεὺς ἐπὶ[34] τὴν πόλιν ἐπῆλθεν[35],] | ἑλὼν δ' ἐκράτησ[ε]ν | ---------

---

ed. 2 p. 129 sqq., qui coronarum aurearum pondera talentis indicari observat apud Polybium XXI, 34, 4: καὶ ταῦτα λέγων ἅμα προὔτεινε στέφανον ἀπὸ πεντεκαίδεκα ταλάντων. XXVIII, 22, 1—3: ὅτι Ἀντίοχος — πρεσβευτὰς εἰς τὴν Ῥώμην ἐξέπεμπεν — συνθεὶς ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα τάλαντα, πεντήκοντα μὲν στέφανον Ῥωμαίοις, τὰ δὲ λοιπὰ τῶν χρημάτων εἰς δωρεὰν τισι τῶν κατὰ τὴν Ἑλλάδα πόλεων. Ubique tres stateras aureos vel sex drachmas Atticas auri intellegendas esse, ut demonstrent Pollux Onom. IV, 173: ὁ δὲ χρυσοῦς στατὴρ δύο ἦγε δραχμὰς Ἀττικάς, τὸ δὲ τάλαντον τρεῖς χρυσοῦς. IX, 53: ἠδύνατο δὲ τὸ τοῦ χρυσίου τάλαντον τρεῖς χρυσοῦς Ἀττικούς. Etym. M. 744, 38 sqq.: τὸ τάλαντον κατὰ τοὺς παλαιοὺς χρυσοῦς εἶχε τρεῖς· διὸ καὶ Φιλήμων ὁ κωμικός φησι· δύο εἰ λάβοι τάλαντα, χρυσοῦς ἓξ ἔχων ἀποίσεται. Lex. Seguerian. ap. Bekker Anecd. I p. 306, 1 emend. a Boeckhio Staatshaush. I[2] p. 40 a: δύναται δὲ τρεῖς χρυσοῦς, [ὡς] ὁ Θυατειρηνός (i. e. Nicander). 27 Cf. Syll.[2] 349, 3 sq. λόγους ἐποιήσαντο (legati Mytilenaeorum) — ἵνα τε ἐν Καπετωλίωι θυσ[ί]αν ποιῆσαι ἐξῆι. v. 8: ἐν Καπετωλίωι θυσίαν ποιῆσαι ἐξεῖναι. 28 Haec duo verba addidit Viereck propter spatium, reliqua supplementa primorum editorum sunt. 29 Suppleverunt D. et C., nisi quod articulos τῶι et τῆς adiecit Viereck, ne versus iusto brevior fieret. 30 [εὔνοιαν πίστιν τε καὶ φιλίαν] D. et C.; commodiorem verborum ordinem restituit V. 31 Sic V.; πρῶτός τε D. et C. 32 ΑΥΤΑΙΣ in lapide dispicere sibi videbantur editores primi, sed dubitantes. Certe plurali nullum hic esse locum perspexerunt ideoque αὐτ[ῆι] emendaverunt. 33 Sic V., ὠμότατα D. et C. 34 πρὸς Viereck (cf. not. 35), a cuius supplemento hoc uno nomine discedendum existimavi. Utraque quidem praepositio recte se habet; etenim etsi πρὸς non ut ἐπί hostiliter invadendi, sed appropinquandi modo notionem habet, tamen hoc quoque quominus de hoste dicatur nihil impedit. Cf. Syll.[2] 300, 22: πρὸ τοῦ ἢ Γάϊος Λοκρέτιος τὸ στρατόπεδον πρὸς τὴν πόλιν Θίσβας προσήγαγεν. At certe utrobique eadem propositione opus est; ἐπελθεῖν πρός τινα non minus inusitate dicitur quam προσελθεῖν ἐπί τινα. 35 Supplevit Viereck, cum primi editores [ἐπεί τε ὁ βασιλεὺς τὴν πόλιν πολιορκήσας] scripsissent, id quod particula δὲ post ἑλὼν addita redargui recte monet V. Idem de re gesta quae hic tangatur provocat ad Appianum Mithr. 21: ἐπανιὼν δὲ (Mithridates) ἐκ τῆς Ἰωνίας Στρατονίκειαν εἷλε καὶ ἐζημίωσε χρήμασι, καὶ φρουρὰν ἐς τὴν πόλιν ἐσήγαγεν.

O [----- Λευκίωι Κορνηλίωι Λευκίου υἱῶι Σύλλαι[36]] | δικτάτορι ἐπι[τάξαντι[37] -------------------------- | κ]αὶ ἐπεὶ ὁ δῆμος [συνετήρησεν ἀεὶ τὴν ὑπάρχουσαν αὐτῶι[38]] | εὔνοιαν καὶ πί[στιν] καὶ συμμαχί[αν πρὸς τὸν δῆμον τὸν Ῥωμαίων, τὰ ἴ]|δια[39] πράγματα κ[ατὰ τ]ὴν προαίρεσιν [τὴν ἐκείνων διοικήσας, καὶ Μιθριδάτηι[40]] ‖ πόλεμον ἐπο[ίησε, κα]ὶ[41] τὸν ἴδιον δη[λώσας θυμὸν προθυμότατα ἀντετάχθη[42]] | τῆι βασιλικῆι β[ουλῆ]ι καὶ δυνάμει --------------

E [--------- | δικαίοις[43] τε κ]αὶ νόμοις καὶ ἐθισμ[οῖς τοῖς ἰδίοις, οἷς ἐχρῶν|το ἐπάν]ω[44], ὅπως χρῶνται, ὅσα τε [ψηφίσματα ἐποίησαν τού|του τοῦ πο]λέμου ἕνεκεν[45], ὃν πρὸς βασ[ιλέα Μιθραδάτην ἀνέδειξαν, ‖ ὅπως τ]αῦτα πάντα κύρια ὦσιν· | [Πήδασόν[46]

36 Supplevi. 37 Supplevi. Videtur hic de nescio quibus rebus ad bellum necessariis dictum fuisse, quas Sulla Stratonicensibus imperasset, illi vero haud gravati praebuissent. Cf. Syll.[2] 330, 25: ἐπιτάξαντός τε τᾶι πόλει Γαΐου Γαλλίου σῖτον καὶ Κοΐντου Ἀγχαρίου ἱμάτια. Sane cum hoc fieret Sulla nondum dictator erat, sed ne alius quidem quisquam, ut utique minus accurate hic dictatoris mentionem fieri appareat. 38 Supplevi. [ἐν πολέμου καιρῶι συνετήρησεν διὰ τέλους] Viereck. D. et C. a conatu versus 41—46 restituendi omnino abstinuerunt. 39 Supplevi. καὶ συμμαχί[αν πρὸς τὸν δῆμον τὸν Ῥωμαίων,] | διὰ πράγματα Viereck. Praepositionem διὰ iam D. et C. agnoscere sibi visi erant, sed quid hic significare possit διὰ πράγματα, frustra quaesiveris. Adiectivum ἴδιος sane antiqua vi, qua privatum significat, in populum non quadrat. Sed huius tituli aetate id iam in pronominis possessivi vel adiectivi οἰκεῖος notionem abiisse constat, et in hoc ipso titulo bis (v. 45. 89) de civitate usurpatur. Cf. etiam 510, 1. 10: ἡ πρώτη καὶ μεγίστη μητρόπολις τῆς Ἀσίας — ἐκ τῶν ἰδίων. 40 Supplevi. Verbum διοικήσας sane non ab omni parte placet, sed aliud aptius non succurrit. 41 Supplevit Viereck, cum D. et V. πόλεμον ἐπο[λέμε]ι legissent. 42 Supplevi. Neque D. et C. neque V. haec attigit, nisi quod omnes τὸν ἴδιον δῆ-[μον] legunt. Sed cum populus Stratonicensium (ὁ δῆμος v. 42) subiecti vicibus fungatur, is vix de suo populo dicere potest. Neque intellego, quo iure verba καὶ τὸν ἴδιον δῆμον eis respondere dicat V., quae supra in Sulla epistula vs. 11 sqq. sint. Nam illic nihil simile legitur. 43 Quae proxime sequuntur, apparet ea esse, quae Stratonicensium legati a senatu petiverint; a v. 65 περὶ τούτου τοῦ πράγματος οὕτως ἔδοξε incipiunt quae senatus ad haec postulata decrevit. 44 Supplevit Viereck; [οἷς πρότερον ἐχρῶντ]ο D. et C. Sed cum versus 48 initio ΙΩ in lapide sit, hoc supplementum recte se habere nequit. 45 Similia decreta intellegi videntur atque Ephesii huius eiusdem belli causa fecerunt (Syll.[2] 329) et iam antea per occasionem belli Aristonici fecerant (Syll.[2] 510). 46 Suppleverunt D. et C. secuti Strabonem XIII, 1, 59 p. 611 Cas.: Πήδασον δὲ καὶ ἐν τῇ νῦν Στρατονικέων πολίχνιόν ἐστι.

τε,] Θεμησσόν[47], Κέραμον[48], χωρία [κώμας λιμένας προσό|δους τε τῶν] πόλεων, ὧν Λεύκιος Κορν[ήλιος Σύλλας αὐτοκράτωρ | τῆς τούτων] ἀρετῆς καταλογῆς[49] τε ἕ[νεκεν προσώρισεν συνεχώ-ρη|σεν, ὅπως τ]αῦτα αὐτοῖς ἔχειν ἐξ[ῆι· ‖ τὸ[50] ἱερὸν τῆς] Ἑκάτης, ἐπιφανεστά[της καὶ μεγίστης θεᾶς, ἐκ πολ|λοῦ τε τι]μώμενον καὶ πολλα[---------------------------- | τό τε τέμεν]ος, ὅπως τοῦτο ἄσυ[λον ὑπάρχηι· | περὶ τε τῶν ἀ]π[ολωλ]ότ[ων C²F αὐτοῖς ἐν τῶι πολέμωι, ὅπως] | ἡ σ[ύγ]κλ[ητος τῶι ἄρ]χοντ[ι[51] (c) τ]ῶι εἰς Ἀσίαν πορευομένωι ἐντολὰς ‖ δῶι, ἵνα φρο[ντίσ]ηι καὶ ἐπιστροφὴν[52] ποιήσηται, ὅπως τὰ ἐμφανῆ[53] | αὐτοῖς ἀποδοθῆναι φροντίσηι, τούς τε αἰχμαλώτους | κομίσωνται περί τε τῶν [λ]οιπῶν ἵνα τύχωσι τῶν δικαίων·[54] | ὅπως τε πρεσβευταῖς τοῖς παρὰ Στρατονικέων εἰς Ῥώμην | παρεσομένοις ἐκτὸς τοῦ στίχου οἱ ἄρχοντες σύγκλητον διδῶσ[ιν·] ‖ περὶ τούτου τοῦ πράγματος οὕτως ἔδοξεν· πρεσβευταῖς | Στρατονικέων[55] κατὰ πρόσωπον ἐν τῆι συγκλήτωι φιλανθρώ|πως ἀποκριθῆναι, χάριτα φιλίαν συμμαχίαν ἀνανεώσασθαι, | τοὺς πρεσβευτὰς ἄν[δρα]ς καλοὺς καὶ ἀγαθοὺς καὶ φίλους | συμμάχους τε ἡμε[τέρο]υς παρὰ δήμου

---

47 Situs huius oppidi ignoratur. 48 Oppidum Cariae ad sinum maris Aegaei qui inde ὁ Κεραμικὸς κόλπος appellatur. Cf. Strabo XIV, 2, 15 p. 656: εἶτα μετὰ Κνίδον Κέραμος καὶ Βάργασα πολίχνια ὑπὲρ θαλάττης. § 25 p. 660: οἱ δὲ πλείστας παρεχόμενοι κώμας προέχουσι τῇ ψήφῳ (in Chrysaorensium concilio, cf. n. 234[11]), καθάπερ Κεραμιῆται. Plinius N. hist. V, 107 *habitatur* (Halicarnassus) *inter duos sinus, Ceramicum et Iasium.* V, 134: *in Ceramico autem sinu Priaponesus* etc. V, 109: *Stratonicea libera, Hynidos, Ceramus, Troezene, Phorontis.* Mela I, 16, 84: *tum Cnidus in cornu paeneinsulae, interque eam et Ceramicum sinum in recessu posita Euthana.* Hierocles Synecd. 687, 12—688, 1: Κνίδος, | Κέραμος, | Μύλασσα, | Στρατονικία. 49 Cf. Syll.[2] 328[10]. 334[38]. 50 [τό τε ἱερὸν τῆς] D. et C. Sed ei supplemento cum spatium non sufficere videret V., particulam omisit; asyndeton ubi ad aliud caput transitur in eiusmodi litteris, veluti in senatusconsulto de Thisbensibus Syll.[2] 300, perfrequens est. 51 Praeses (ἡγεμών) provinciae hic ἄρχων appellatur, id quod minus frequens quidem est, sed facilem explicationem habet, quandoquidem de praefectis quos Athenienses olim miserant in oppida regionesque sibi subditas, hoc nomen solenne erat. Cf. Syll.[2] 54[5]. 52 Cf. n. 319[16]. 53 Quae tam manifesta erant, ut lite iudicioque non opus esset, sed statim reddi possent domino legitimo. 54 Hic de eis causis dici apparet, quae non sine iudicum sententia dirimi possint. 55 Formulam similem eius, quae hic v. 65—70 legitur, habes in senatusconsulto de Narthaciensibus Syll.[2] 307, 61: χάριτα, φιλίαν, συμμαχίαν [ἀ]νανεώσασθαι τούτοις τε φιλανθρώπως ἀποκριθῆναι, ἄνδρας καλοὺς κἀγαθοὺς προσαγορεῦσαι et alibi.

καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ ‖ καὶ φίλου συμμάχου [τε ἡμ]ετέρου προσα-
γορεῦσαι ἔδοξεν. | περί τε ὧν οὗτοι οἱ [πρεσβευ]ταὶ λόγους
ἐποιήσαντο καὶ περ[ὶ ὧν] | Λεύκιος Κορνήλι[ος Σύλλα]ς Ἐπα-
G φρόδιτος δικτάτωρ λόγο[υς | ἐποιήσατο, γνωστὸν εἶναι Ῥωμ]α-
ίοις[56] [κατὰ τὰς ἀποσταλείσας[57] | παρ]ὰ[58] τῶν Ἀσίαν τήν τε
Ἑλλάδα [διακατασχόντων τῶν τε ἐν ‖ ταύτα]ις ταῖς ἐπαρχείαις
πρεσβευ[τῶν γεγενημένων ἐπιστολὰς[59] | τοὺς] Στρατονικεῖς τήν τε
φιλίαν κ[αὶ πίστιν καὶ εὔνοιαν πρὸς τὸν | δῆ]μον τὸν Ῥωμαίων
διὰ τέλους [ἐν καιρῶι εἰρήνης πολέμου[60] | τε] (ἀ)εὶ[61] συντετη-
ρηκέναι στρατιώ[ταις τε καὶ σίτωι[62] καὶ μεγάλαις | δαπάν]αις
τὰ δημόσια πράγματα [τοῦ δήμου τοῦ Ῥωμαίων ‖ προ]θυμό-
τατα ὑπερησπικέναι π--------- ---- ---------| . . υς ὑπὲρ τῆς
μεγαλοφροσύνη[ς[63] τῆς ἑαυτῶν αὐτοῖς συμπε|πολ]εμηκέναι[64] τοῖς
τε βασιλέω[ς Μιθραδάτου ἡγεμόσιν[65] | δυν]άμεσίν τε ἐπανδρό-
τατα πε[ρὶ τῶν πολέων τῆς Ἀσίας καὶ | τῆς[66]] Ἑλλάδος ἀ[ν]τι-
τετάχθαι· ‖ [περὶ τούτων τῶν πραγμάτων οὕτως ἔδοξεν· ἀρέσκειν
H τῆι συγ|κλήτωι ἀνδρῶν ἀγαθῶν[67]] δικαίων [τε ἀπο]μνημ[ονεύειν
καὶ προ|νοεῖν ὅπως Λεύκι]ος Κορνήλιος Σύλλας Ἐπαφρόδιτ[ος |
δικτάτωρ τὸν ἀν]τιταμίαν[68] ξένια αὐτοῖς κατὰ τὸ διάτα[γμα
δοῦ|ναι κελεύσῃ, οἷς] τε νόμοις ἐθισμοῖς τε ἰδίοις πρότερον ‖

56 Supplevit Viereck. 57 Supplevi. 58 Supplevit Viereck. 59 Hoc nomen addidi, cf. not. 57. Reliqua supplementa et huius et proxime superioris versus Viereckii sunt. 60 Supplevit Viereck. 61 ΤΕΙ in lapide agnoverunt primi editores. Emendavit Viereck. 62 Hoc nomen supplementis primorum editorum adiecit Viereck. 63 Perquam probabiliter D. et C. statuunt, hic ut infra (cf. not. 81) Latini sermonis ignorantia peccatum esse. Nempe praepositionem ὑπέρ Latinae *pro* loco usurpatam, cui sane plerumque satis accurate respondet. Sed hic '*pro animi magnitudine sua*' idem esse ac '*qua erant animi magnitudine*', qua vi sane Graece particula ὑπέρ uti non licuit. 64 Supplevi, nisi quod simplex πεπολ]εμηκέναι iam primi editores reposuerunt. 65 Manifesto idem hic fuit atque n. 442, 1, ubi a Viereckio enuntiatum perbene restitutum est. Post βασιλέων in hoc certe titulo nomen proprium fuisse spatii rationes indicant. 66 Haec quoque concinunt cum n. 442, 2, nisi quod praepositiones ὑπέρ et περί alternant, id quod recentiore aetate omnium frequentissimum est. 67 Supplevi. καλῶν D. et C., ἐσθλῶν V. Utrumque sermoni actorum publicorum parum accommodatum mihi videtur. 68 Proquaestorem, qui magistratus militaris esset et extraordinarius, vix per duos deinceps annos in officio mansisse ideoque hoc decretum anno 81 a. Chr. n., proximo illo quidem post bellum civile finitum, vindicandum esse observat Viereck.

[ἐχρῶντο, τούτοις] χράσθωσαν[69]· | [ὅσους τε νόμους αὐτο]ὶ ψηφίσματά τε ἐποίησαν τούτου τοῦ [πολέ|μου ἕνεκεν τοῦ πρ]ὸς Μιθραδάτην γενομένου[70], ἵνα τούτο[ις ταῦτα | πάντα κύρια ὑπάρ]χωσιν· ἅς τέ τινας τῆς τούτων ἀρετῆ[ς καταλο|γῆς[71] τε ἕνεκεν μετ]ὰ συμβουλίου γνώμης Λεύκιος Σύλ[λας αὐ||τοκράτωρ τοῖς αὐ]τοῖς προσώρισεν συνεχώρησεν [πολιτεί|ας προσόδους χω]ρία κώμας λιμένας τε τούτο[ις[72], ἵνα ταῦτα | αὐτοῖς ἔχειν ἐξῆι· τό]ν τε δῆμον τὸν Ῥωμαίων[73] [--------------------- | ------

K ----------- προση]κόντως ἀξίως τε αὐτ[οῦ[74] ---------------- ---------- | -----] τά τε Στρατονικεῦσιν [ἐψηφισμένα[75] ------ ------------- ‖ --------] ἀποδεκ[τὰ ὑπάρχει]ν[76] δεῖν· | [ὅπω]ς τε Λεύκιος Κορνήλι[ος Σύλ]λας Ἐπαφρόδιτος δικτάτ[ωρ, ἐὰν αὐτῶι | φα]ίνηται, ἃς αὐτὸς αὐτοκράτωρ Στρατονικεῦσιν πολι[τείας | κ]ώμας χώρας λιμένας τε προσώρισεν, ἐπιγνῶι διατάξῃ[ι ὅσας ἑκάστη[77]] | προσόδους Στρατονικεῦσιν τελῆι· ‖ [ἐά]ν[78] τε διατάξηι, πρὸς ταύτας τὰς πολιτείας, ἃς Στρ[ατονικεῦσιν] |

69 [ἐχρῶντο, τούτοις τὸ λοιπὸν] χράσθωσαν D. et C. Sed additamento τὸ λοιπὸν spatium non sufficere vidit Viereck. 70 Cf. not. 45. 71 Cf. not. 49. 72 Suppleverunt D. et C., neque dubitari licet de hoc dativo, sed significatio paullo obscurior est. Primi editores cum ante τούτοις commate distinguerent, apodosin sic conformaverunt: τούτοις ἵνα ταῦτα αὐτοῖς ἔχειν ἐξῆι. Sed si τούτοις de Stratonicensibus intellegitur, quid sibi volt αὐτοῖς? '*ipsis*', de qua notione in hac enuntiati structura una cogitari licet, sensu cassum est. Quare praestat cum Viereckio apodosin ab ἵνα demum incipere. At ne sic quidem de civibus τούτοις interpretari licebit, quippe qui iam antea definite pronomine [τοῖς αὐ]τοῖς indicati sint. Quare nullam video rationem nisi ut intellegamus 'et portus, qui ad haec (πολιτείας, χώρας, κώμας) pertinent', ut dativus haud raro usurpatur. Cf. n. 101, 5. 6: τήνδε ἐξέδραν τῇ προσευχῇ et quae illic attuli not. 4. Quia nomina non idem genus habent, ex more pronomen ad omnia relatum neutro genere enuntiatur. 73 Proximi enuntiati ut tenorem restituerem aut certe sententiam indicarem mihi non magis contigit quam prioribus editoribus. Ne id quidem diiudicare audeo, utrum τὸν δῆμον τὸν Ῥωμαίων subiecti an obiecti accusativus sit. 74 Aut αὐτοῦ. Cf. not. 73. 75 Supplevi non sine haesitatione. 76 Supplevit Viereck. 77 Suppleverunt D. et C., retinuit V., neque dubitandum videtur, praecipue propter singularem τελῆι, qui necessario indicat, antea ἑκάστη fuisse. Cum hoc vero pronomine non conveniret ἵνα, de quo fuit cum cogitarem propter coniunctivum. Nam sic ἵνα — τελῶσιν potius exspectes. Coniunctivus vero in ea quam recepi lectione sane legibus syntaxeos Graecae vix accommodatus est; sed eum revocare licet ad incautiorem exempli Latini imitationem (cf. not. 63. 81). 78 Supplevit Wilamowitz apud Viereckium. [ὅσο]ν D. et C.

προσώρισεν, γράμματα ἀποστείλῃ, ἵνα τοσοῦτον τ[έλος] | Στρατονικεῦσιν τελῶσιν· | [τ]οῦτό τε, οἵτινες ἄν ποτε ἀεὶ Ἀσίαν τήν τε Ἑλλάδα[79] ἐ[παρχείας[80] | δια]κατέχωσιν, φροντίζωσιν διδῶσιν
110 τε ἐργασίαν[81], ἵν[α ταῦτα] ‖ οὕτως γίν[ω]νται. | τὸ [ἱερ]ὸν τῆς
*LM*¹ Ἑ[κάτης] ὅπως ᾖ[ι ἄσυλον·] | ἀνθύπατος ὅστις ἂν ἀεὶ Ἀσίαν
(*d*) ἐπ[αρχείαν[82]] | διακατέχῃ, ἐπιγνώτω ἅτινα αὐτοῖς ἅ[πε]στιν |
115 οἵ τέ τινες ταῦτα διήρπασαν οἵ τέ τινε[ς δ]ιακατέ‖χουσιν αὐτά, ἵνα παρ' αὐτῶν ἀποδοθῆναι ἀποκατα|σταθῆναι φροντίσῃ· ἵνα τε τοὺς αἰχμαλώτους | ἀνακομίσασθαι δύνωνται ὑπέρ τε τῶν λ[ο]ιπῶν | πραγμάτων τῶν δικαίων τύχωσιν ο[ὕ]τ[ω κα]θὼς ἂν |
120 αὐτοῖς ἐκ τῶν δημοσίων πραγμάτ[ων πίσ]τεώς ‖ τε τῆς ἰδίας φαίνηται· ἔδοξεν. | στέφανόν τε τὸν παρὰ τοῦ δήμου | [τῆι συγκλήτωι][83] ἀπεσταλμένον, οὗ ἂν Λεύκιος [Κορνήλ]ιος | Σύλλας Ἐπαφρόδιτος δικτάτ[ωρ | ἡγ]ῆται [ἀγαθὸν[84] ὅπως ἀναθεῖναι
125 αὐτοῖς ‖ ἐξῇ, θυσίαν τε ἐν τῶι Καπετωλίωι ἂν θέ|λωσιν ὅπως αὐτοῖς ποιῆσαι ἐξῇ. | τοῖς τε πρεσβευταῖς παρὰ Στρατονικέων εἰς | Ῥώμην παρεσομένοις ἔδοξε σ]ύγκλητον | [ὑπὸ τῶν ἀρχόντων ἐκτὸς τοῦ στίχου δίδ]οσθαι·[85] [ἔδοξεν].

130 [--------δυνασ]‖τῶν[86] καὶ ἐθνῶν προγράψας προγραμμὸν τόν-
IV *J* [δε][87]· | αἵδε ἀπεδέξαντο τῶν πόλεων καὶ βασιλέ[ων] | καὶ δυ-
(*d*) ναστῶν τήν τε ἀσυλίαν τοῦ ἱεροῦ καὶ τὸ[ν] | ἀγῶνα τὸν τιθέμενον κατὰ πενταετηρίδα[88] | Ἑκάτῃ Σωτείραι Ἐπιφανεῖ[89] καὶ

---

79 Hinc apparet, quae Stratonicensibus concessa essent oppida aliaque loca partim in Asia, partim in Graecia sita fuisse. Basis. Viereck. Quod vero Graeciae provinciae hic mentio fiat, ea re redargui opinionem hodie paene ab omnibus probatam, nullam fuisse ad id tempus provinciam Achaiam, sed totam Graeciam Macedoniae proconsulatui subiectam fuisse, haud inepte disputat Basis. Sed fieri potuit, ut tamen uni eidemque proconsuli Macedoniae et Achaiae administratio mandaretur. 80 Supplevit Basis. ἐ[πέλθωσι δι]ακατέχωσι D. et C. 81 I. e. '*dent operam*'. Imperitissime et inconsideratissime locutionem Latini sermonis propriam hic ad verbum Graece expressam esse primus observavit Basis. 82 Supplevit Basis. ἐπ[έλθῃ] | διακατέχῃ D. et C. 83 Supplevit Viereck ex v. 30. Cf. not. 25. 84 Vs. 124—127 supplevit Viereck. 85 Cf. v. 64. 86 Supplevi ex v. 132. 87 ΤΟΝ lapis. Suppleverunt D. et C. Cum Ν et Λ (i. e. Δ) facillime inter se confundantur, fuit cum τόδε supplere mallem. Ac certe si recte editores πρόγραμμον scripsissent, hoc non posset nisi alia nominis neutrius quod est προγράμμα forma esse. Sed haec si quid video cum sermonis legibus pugnat, cum masculinum ὁ προγραμμός multorum similium comparatione defendatur. 88 Cf. n. 305, 8. 10. 89 Cogitaveris de dea quae subito hominibus apparuerit, quales ἐπιφανείας etiam recentioris aetatis

Ῥώμηι θεᾶι εὐερ||γέτιδι· ὁμοίως δὲ ἀναγραψάτω τὰ ὀνόματ[α] | καὶ τῶν ἀποδεδεγμένων ἐθνῶν. τὸ δὲ γεν[ό]||μενον εἰς τὴν ἀναγραφὴν τέλεσμα διδό[τω]||σαν οἱ ταμίαι ἀπὸ τῶν τῆς Ἑκάτης χρημά[των.] | ὁμοίως δὲ καὶ τῶν μετὰ ταῦτα ἀποδεδεγμ[έ]||νων προνοείτωσαν οἱ ἐν ἀρχῇ ὄντες [πρυτά]||νεις, ὅπως προσαναγράφηται τὰ ὀν[όματα.] | ἡρέθη Ἡρώδης Ἱππίου Κωραιεύς.

V *M*² (*e*)

. . . . . ς
[Μό]λασα
[Κ]αῦνος
[Β]αργυλία
Ἡράκλεια ἡ ἐπὶ
τῶι Λάτμωι
Ἄλινδα
Ἀμυζών
Εὔρωμος
Ὑδισός[90]

Κῦς[91]
Στρατονίκεα
ἡ ἐν Μακεδονίαι[92]

---------τος
Ἰασός
Ἔφεσος
Μαγνησία
Τράλλεις

---

homines nonnunquam accidere credebant (cf. Syll.² 256, 5). Sed fieri etiam potest ut simpliciter illustrem significet adiectivum, praesertim cum v. 55 [τὸ ἱερὸν τῆς] Ἑκάτης, ἐπιφανεστά[της καὶ μεγίστης θεοῦ] superlativus legatur, qui aliter intellegi omnino nequit. 90 Cum oppida Cariae v. 144—151 enumerata notissima sint neque de eorum situ fere dubitetur, huius oppiduli tenuissima est memoria. Cf. Steph. Byz. Ὑδισσός· πόλις Καρίας, ἀπὸ Ὑδισσοῦ παιδὸς Βελλεροφόντου καὶ Ἀστερίας θυγατρὸς Ὑδέου, ὡς Ἀπολλώνιος Καρικῶν τετάρτῳ. ἐξ ὧν ἐγεννήθη Ὕδης, ἐξ οὗ καὶ ἡ πόλις Ὑδισσός. ὁ πολίτης Ὑδισσεύς, ὡς αὐτὸς Ἀπολλώνιός φησιν. Incolae *Hydissenses* appellantur apud Plinium N. hist. V, 109, ipsum oppidum Ὕδισσα apud Ptolemaeum Geogr. V, 2, 15 p. 825, 4. Inter socios Atheniensium stipendiarios Ὑδισσῆς recensentur C. I. Att. I, 233 II, 4 b. 91 Lectionem certam esse testantur editores primi, qui tamen lapicidae neglegentia hoc pro Κῶς incisum coniciunt. Sed non multo post hunc titulum editum G. Cousin et G. Deschamps in loco *Béli-Pouli* sito in regione montuosa inter fluvios Marsyam et Harpasum parietinas oppidi antiqui invenerunt quarum ex inscriptionibus appareret, illic Cyitarum oppidum antiquitus situm fuisse. Cf. Bull. de corr. Hell. XI 1887 p. 306 n. 1, 18 τειμηθεὶς ὑπὸ τοῦ δήμου τοῦ Κυειτῶν ταῖς μεγίσταις ἐκ τῶν νόμων τειμαῖς. v. 26 θεοῖς καὶ τῷ Κυειτῶν δήμῳ. 92 Cf. Ptolemaeus Geogr. III, 12, 9 p. 497, 8, ubi inter Chalcidices oppida recensetur καὶ ἐν τῷ Σιγγιτικῷ κόλπῳ Στρατονίκη. D. et C. Nomen accepisse videtur a Stratonice Demetrii Poliorcetae filia, quae postea nupsit primum Seleuco I Nicatori, deinde Antiocho I Soteri (n. 14³). Conditum oppidum aut ab eius patre Demetrio aut a fratre Antigono Gonata.

Ἄβυδος
Δάρδανον
Ἀλεξάνδρεια
Τρωιάς
Δελφοί
Ναύπακτος
Ἦλις
Ἡραία
Μεγάλη πόλις
Λακεδαίμων
Ἄργος
Ἀθῆναι
Μέγαρα
Σῦρος
Αἴγινα
Ἄβδηρα
Τένεδος
-------------εια
ἡ ἐν Μακεδονίαι
Ἀντιγόνεια ἡ ἐν
Μακεδονίαι[93]
Ἀνθηδών
τῆς Βοιωτίας
Θῆβαι
Κορώνεια

Λά[ρισα]
Ὠρω[πός]
Νῦσα
Ἀφροδεῖ[ται][94]
Τεγέαι[95]
Πάτραι
Φλεοῦς[96]
Δύμη
Σικυών
Ἀντιγονίη[97]
Αἴγιον
Αἴγιρα

---

93 Cf. Ptolemaeus Geogr. III, 12, 33 p. 514, 3. 4: Μυγδονίας· | Ἀντιγόνεια. Plin. Nat. hist. IV, 34: *oppidum Stobi civium Romanorum . mox Antigonea, Europus ad Axium amnem.* Steph. Byz. Ἀντιγόνεια· — τρίτη Μακεδονίας, Ἀντιγόνου κτίσμα τοῦ Γονατᾶ. D. et C. 94 Cum v. 205 idem nomen integrum exstet, de supplemento non est quod dubitetur. Sed nomen idem, quod miram habet similitudinem cum notissimo quod est Ἀθῆναι, non videtur alibi recurrere. 95 Pluralis in hoc quidem nomine inusitatus, sed multa esse in quibus inter hos numeros fluctuetur notissimum est. Cf. Θήβη Θῆβαι, Θίσβη Θίσβαι, Πλάταια Πλαταιαί, Θεσπία Θεσπιαί, et in hoc ipso titulo Νῦσα et Νῦσαι (not. 99). 96 Cf. I. Gr. Sept. I, 414, 21. 22: Εὐτελίων Φλεάσιος. Veram nominis scripturam per diphthongum ει esse inter omnes constat, quae diphthongus ante vocalem haud raro alteram vocalem amittit (cf. Syll.[2] III p. 225). 97 Nomen, quod medium interponitur civitatibus Peloponnesiacis, quin de Mantinea Arcadiae intelligendum esset iure meritoque non dubitarunt editores. Cf. Steph. Byz. Ἀντιγόνεια — ἔστι καὶ πόλις Ἀρκαδίας, ἡ πρότερον Μαντίνεια. Ptolemaeus III, 14, 40 p. 557, 7 Ἀντιγόνεια ἡ καὶ Μαντίνεια. Nomen novum accepit anno 222 a. Chr. ab Antigono Macedonum rege, antiquum ei redditum est ab Hadriano imperatore, ut narrant Plutarchus Arat. 45 et Pausanias VIII, 8, 11. Etiam tituli et nummi cum hoc nomine aetatem tulerunt. Cf. K. Bursian Geogr. v. Griechenland II p. 212 not. 2. G. Hirschfeld apud Pauly-Wissowa Realencyklopädie I 2 p. 2405 n. 5. Ceterum cur hic Ionica forma Ἀντιγονίη usurpetur, latet.

Fragmentum incertum.

---------αι[98]
Λάρισα

P 207 Ἀπάμεια ἡ πρ[ὸς] Μαιάνδρωι[102]
Πάταρα
Ξάνθος
Πίναρα
Τλώς
Λίμυρα

Ὠρωπός
Νῦσαι[99]
Ἀφροδεῖται[100]
Τεγέαι[101]
[Μ]ύρα
Ἀλάβανδα
Δημητριάς
Σελεύκεια [ἡ π]ρὸς
τῶι Ἰσσικῶ[ι κ]όλπωι[103]
Κελένδερι[ς]

98 In hoc frustulo omnia nomina quae v. 189—193 perscripta sunt, eodem ordine redeunt. Cuius rei ratio obscura est. 99 Supra v. 191 singularem habes. Cf. not. 95. 100 Cf. not. 94. 101 Cf. not. 95. 102 Quae volgo Ἀπάμεια ἡ Κιβωτός appellatur (cf. Strabo XII, 6, 4 p. 569. 8, 13 p. 576), antiquitus Celaenae. Cf. Xenoph. Anab. I, 2, 7 ἐνταῦθα (Celaenis) Κύρῳ βασίλεια ἦν καὶ παράδεισος· — διὰ μέσου δὲ τοῦ παραδείσου ῥεῖ ὁ Μαίανδρος ποταμός· — ῥεῖ δὲ καὶ διὰ τῆς Κελαινῶν πόλεως. 103 Seleucia Pieriae. Cf. Strabo XVI, 2, 7 p. 750. 751, ubi bis commemoratur ἡ θάλαττα ἡ κατὰ Σελεύκειαν, quem sinum Issicum esse constat.

442 Marmor immissum parieti domus privatae Tabis (*Davas*). Ed. G. Doublet Bull. de corr. Hell. XIII (1889) p. 503. De supplendo et interpretando titulo perbene meruit P. Viereck Hermae XXV p. 624 sqq.

[------ τοῖς τε βασιλέως ἡγεμόσιν | δυνάμεσίν] τε ἐπανδρότα[τα[1]
ὑπὲρ τῶν πόλεων τῆς Ἀσίας | καὶ τ]ῆς Ἑλλάδος ἀντιτετάχ[θαι·

Litterae ΑΘΞΠΣ. 1 Partem tituli simillimi eius quem edidimus n. 441 hanc esse manifestum est. Populi de cuius rebus hoc senatusconsultum factum est nomen nusquam exstat, sed ipse locus quo lapis inventus est Tabas indicat, de quo oppido editores haec afferunt testimonia: Strabo XII, 7, 2 p. 570 Cas. εἰσὶ δὲ τοῖς Φρυξὶν ὅμοροι καὶ τῇ Καρίᾳ Τάβαι καὶ Σίνδα καὶ Ἄμβλαδα. 8, 13 p. 576 ἔτι δὲ ἀπωτέρω τούτων Πέλται, Τάβαι, Εὐκαρπία, Λυσιάς. XIII, 4, 13 p. 629 εἶτα τὸ Πελτινὸν πεδίον, ἤδη Φρύγιον, καὶ τὸ Κιλλάνιον καὶ τὸ Ταβηνόν, ἔχον τὰς πολίχνας μιξοφρυγίους, ἐχούσας τι καὶ Πισιδικόν, ἀφ' ὧν αὐτὰ κατωνομάσθη. Steph. Byz. Τάβαι· πόλις Λυδίας. — ἔστι καὶ ἄλλη πόλις Καρίας Τάβαι. καὶ τρίτη τῆς Περαίας, ἣν Ἀλέξανδρος ἐν τῷ περὶ Συρίας ἑρμηνεύει ἀγαθήν. Ex Strabone videmus oppidum in Phrygia vel Pisidia non procul a finibus Cariae situm fuisse, Stephanus ipsi Cariae attribuit; qui

ἀρέσκειν ὁμοίως τῆι | συν]κλήτωι καὶ τῶι δήμωι [τῶν Ῥωμαίων ταῦτα πάντα κατὰ[2] τὰ] | ἄριστα εἶναι ἔσεσθαί τε, [τήν τε πίστιν πρὸς[3] τὴν σύν||κλη]τον καὶ τὸν δῆμον τῶν Ῥωμα[ίων τετηρημένην ἀεὶ[4] | διὰ μ]νήμης ἔχειν ἕξειν τε· ὅσ[ας[5] τέ τινας[6] τῆς | τού]των ἀρετῆς καὶ καταλογῆς[7] ἕ[νεκεν αὐτοῖς[8] | ἀπὸ] συνβουλίου γνώμης Λεύκιος [Κορνήλιος | Σύλλ]ας αὐτοκράτωρ[9] συν-

---

quo iure duas alias urbes cognomines ab hac distinguat dubites. Commemoratur oppidum in titulis Aphrodisiensi C. I. G. 2765: ὁ δῆμος τῆς λαμ|προτάτης Ἀφρο|δεισιέων πόλε|ως τὸν λαμπρό|τατον δῆμον | Ταβηνῶν συν[θύσαντα ἐπὶ τῇ τοῦ ἱεροῦ ἀγῶνος δωρεᾷ κτλ.] et Mylasensi Bull. de corr. Hell. V p. 96. Nummos Tabenorum saeculis altero et primo a. Chr. n. cusos recenset B. V. Head Historia nummorum p. 531. De oppidi rebus scriptores nihil fere memoriae produnt, nisi anno 189 a. Chr. n. Tabenos Cn. Manlii Volsonis in expeditione contra Gallos per Cariam iter facientis exercitui primo fortiter restitisse, ita ut equites primo impetu haud mediocriter turbarent Romanos, sed brevi cum illos et numero et virtute superiores intellexissent, oppidum dedidisse (Liv. XXXVIII, 13, 11—13). Tum in magnifico monumento, quod civitates Asiae Romae dedicabant, etiam ὁ δῆμος ὁ Ταβηνῶν, φίλος καὶ σύμμαχος Ῥωμαίων inscriptus est, ut monuit Kaibel apud Viereckium p. 626 not. 3. Ex titulo quem hic edimus demum cognitum est, eos in bello Mithridatico fortiter et fideliter a partibus Romanorum stetisse. Quam ob fidem Sulla cum anno 82 a. Chr. n. (cf. not. 9) res Asiae ordinaret eis praemia dedit, ac potissimum quidem aliquot oppida vicina (v. 9) eorum imperio subiecit. Quae privilegia senatus consulto confirmata sunt, cuius fragmenta hic tenemus. Atque primi editores quidem eam lapidis partem superesse sumpserunt, quae postulata Tabensium aut verba magistratus de eis ad senatum referentis continerent. Quod contra V. ipsum senatus decretum hic agnovit; in quo cum fere ad verbum repeti consueverint illa postulata, satis difficilis est quaestio, quam tamen Viereckius certis argumentis diremisse mihi videtur (cf. not. 13). In summa omnium rerum similitudine quae huic senatus consulto cum illo quod de vicinorum Stratonicensium rebus factum est (n. 441) intercedit, haec uno tempore (vere anni 81 a. Chr. n.) et ab eodem homine conscripta perquam probabiliter coniecit Viereck. 2 Sic Viereck, cum Doublet [τῶι Ῥωμαίων πράττειν τὰ] | ἄριστα supplevisset. 3 Supplevit Viereck. [τὴν οὖν σύνκλη]|τον Doublet. 4 Supplevit Viereck. τῶν Ῥωμα[ίων αὐτοὺς διὰ μ]|νήμης ἔχειν Doublet. 5 Ante hoc vocabulum, ut novum caput incipere indicaretur, duarum litterarum spatium vacuum relictum est. 6 Pronomen addidit Viereck, quia supplementum, quod ceteroqui Doubleto debetur, lacunae ambitui non accommodatum erat. 7 Cf. n. 441[49]. Syll.[2] 328[10]. 334[38]. 8 Pronomen addidit et initio proximi versus pro μετὰ, quod Doubletus suppleverat, ex usu solenni ἀπὸ scripsit Viereck. 9 Quod imperator, non dictator appellatur Sulla, itemque quod etiamtum cognomine Ἐπαφρόδιτος caret, inde rectissime Viereck collegit, cum Sulla etiamtum in Asia versaretur, ab eo haec oppida Tabenis attributa esse,

εχώρησεν [π]όλ[εις[10] ὅπως ‖ ἰδί]οις[11] τοῖς νόμοις αἱρέσεσίν τε ὦσιν· | [ὅπω]ς τε χωρίον Θυησσόν[12], ὃ ἔστιν ἐντὸς τῶν [ὁ|ρίω]ν αὐτῶν, ἐὰν βούλωνται[13], ὀχυρώσωσιν[14]· [τήν | τε[15] σύ]νκλητον τόν τε δῆμον τὸν Ῥωμαίων [δι|αλα]νβάνειν ταῦτα αὐτοῖς καλῶς καὶ [προση‖κόντ]ως καὶ ἀξίως αὐτῶν δεδόσθαι τε -------

i. e. ante mensem Novembrem anni 82 a. Chr. n. Verum nihil inde colligi licere de tempore senatusconsulti (not. 1). 10 Cf. n. 441, 51 sqq. 95 sqq. 11 Supplevit Doublet, quem sequitur Viereck. Merus dativus, pugnans ille quidem cum Graeci sermonis legibus, expressus ex ablativo Latino. Cf. n. 455[16]. 12 Cf. Steph. Byz. Θυεσσός· πόλις Λυδίας, ὀξυτόνως, ἀπὸ Θυεσσοῦ καπήλου. ἔστι καὶ Πισιδίας, ἧς τὸ ἐθνικόν Θυεσσεύς. Quem locum affert V. monens illic neutiquam ex hoc titulo Θυησσός reponendum esse, quia nummus exstaret cum inscriptione ΘΥΕΣΣΕΩΝ (B. V. Head Hist. numm. p. 554). Quod ut manifesto recte se habet, ita iniuria etiam de genere inter Stephanum et hunc lapidem dissensionem esse statuit V., cum hic quidem neutrum Θυησσόν deprehendere sibi videatur. At apparet ex appellativo χωρίον nihil de genere nominis proprii colligendum esse ideoque accusativum Θυησσόν ad nominativum Θυησσός revocandum. 13 Hic V. certissimum vestigium deprehendit, quod doceret, ipsius decreti, non petitionis Tabenorum has esse relliquias. Nam illos cum ὅπως ὀχυρῶσαι ἐξῆι potius quam ὅπως — ὀχυρώσωσιν dicturos fuisse probabile sit, tum vero plane incredibile esse eos condicionem ἐὰν βούλωνται addituros fuisse. Quod contra senatum haud raro in eis, quae non imperet sed permittat, hac formula uti. Cf. Syll.[2] 300, 55 sqq. Viereck Serm. Graecus p. 31 n. XVII, 18. 19. 14 Cf. Syll.[2] 300, 27: ὡσαύτως περὶ ὧν οἱ αὐτοὶ λόγους ἐποιήσαντο, ὅπως οἱ αὐτόμολοι οἱ ἴδιοι ἐκεῖ φυγάδες ὄντες, τὴν ἄκραν αὐτοῖς ὅπως τειχίσαι ἐξῆι καὶ ἐκεῖ κατοικῶσιν οὗτοι, καθότι ἐνεφάνισαν, οὕτως ἔδοξεν, ὅπως ἐκεῖ κατοικῶσιν καὶ τοῦτο τειχίσωσιν· ἔδοξεν. τὴν πόλιν τειχίσαι οὐκ ἔδοξεν. 15 τε addidit Viereck propter spatii rationes.

---

443 Fragmentum tabulae marmoreae erutum Ilii in arce. Ed. H. Schliemann Ilios p. 709. Lapide qui Berolinum translatus est (coll. Schliemann Catal. n. 9659) iterum collato de nonnullorum locorum lectione accuratiora docuit A. Brückner Troia und Ilion p. 466. Cf. quae adnotavit A. Wilhelm Arch.-epigr. Mitth. aus Oesterreich XV p. 8.

Ἐπεὶ τοῦ ἀνθυπάτου Γαΐου Κλαυδίου Ποπλίου υἱοῦ Νέρωνος[1]

Litterae ΘΞΠΣ. 1 Huius proconsulatus Asiaticus commemoratur a Cicerone in Verr. I, 19, 50 *de qua expugnatione* (fani Iunonis Samiae) *cum legati ad C. Neronem in Asiam Samo venissent.* 29, 72 *pertimuit* (Verres) *ne*

ἐπιτάξαντος | τοῖς Ποιμανηνῶν[2] ἄρχουσιν ἐξαποστεῖλαι πρὸς ἡμᾶς εἰς παραφυλακὴν | τῆς πόλεως στρατιώτας καὶ ἐπ᾽ αὐτῶν ἡγεμόνα[3], Ποιμανηνοὶ[4] | ὄντες ἡμῶν φίλοι καὶ εὐνόως διακείμενοι πρὸς τὸν δῆμον ἡμῶν ‖ ἐξαπέστειλαν τούς τε στρατιώτας καὶ ἐπ᾽ αὐτῶν ἡγεμόνα Νίκ[αν]‖δρον Μηνοφίλου, ὃς[5] παραγενόμενος εἰς τὴν πόλιν ἡμῶν [τήν] | τε ἐνδημίαν ποιεῖται καλὴν καὶ εὐσχήμονα καὶ ἀξία[ν[6] τοῦ τε ἡμετέ]‖ρου δήμου καὶ τῆς ἑαυτοῦ πατρίδος, τήν τε τῶν [ὑποτεταγμένων[7]] | ἑαυτῶι νεανίσκων ἐνδημίαν εὔτ[ακτ]ον π[αρέχεται[8] καὶ ἄμεμπ]‖τον[9], καθά-

---

Philodamus Neronis iudicio liberaretur; *rogat et orat Dolabellam, ut de sua provincia decedat, ad Neronem proficiscatur.* Iam cum Dollabella anno 81 a. Chr. n. praetor fuisset et proximo anno in provinciam Ciliciam iisset, Neronis proconsulatum necessario ad annum 80/79 a. Chr. n. referendum, ut successorem fuisse appareret M. Minucii Thermi, docuit W. H. Waddington Fastes des prov. Asiatiques de l'emp. Rom. n. 15. 2 *Poemaneni* Mysiae populus commemoratur a Plinio Nat. hist. V, 123. Oppidum eorum neutro genere Ποιμανηνόν appellatur apud Stephanum Byz. s. v., cum Ποιμανηνός habeant Aristides I p. 502 (Dindorf II p. 426, 18 Keil) et Hierocles Synecd. 662, 12, ubi nomen sane in Ποιμάνεντος corruptum est. Quod apud Stephanum legitur πόλις ἤτοι φρούριον· ἔστι δὲ καὶ χωρίον Κυζίκου, id recte si quid video Meinekius ita interpretatus est, ut unum idemque oppidum ab alio scriptore πόλιν, ab alio φρούριον, ab alio χωρίον Κυζίκου appellatum esse sumeret, quae testimonia cum ipse Stephanus verbotenus ascripsisset, epitomatorem contrahendo obscurasse sententiam. Ceterum cum ipsa appellationum vicissitudo condicionem civilem oppidi mutatam esse indicet, ex titulo apparet anno 80 a. Chr. n. non agri Cyziceni pagum, sed civitatem sui iuris fuisse. 3 ΗΓΕΜΟΝΑΣ Schliemann; sed Br. testatur nullam post Α litteram esse aut fuisse, sed unum locum vacuum a lapicida relictum. 4 ΩΝ Schl., sed potius ΟΙ, in quod ille iam coniectura inciderat, in lapide esse asseverat Brückner. 5 Inter ΦΙΛΟΥ et ΟΣ vacuum spatium esse testatur Brückner; errore igitur ΦΙΛΟΥΥΙΟΣ, quod in sententiae et orationis tenorem nullo modo quadrat, legere sibi visus est Schliemann. 6 Supplevit Brückner, qui ΑΞΙΛΙ in lapide dispexit. Schliemannii exemplum nihil nisi ΑΞΙ habet, quamobrem ille quidem ἀξί[ως] supplevit. 7 Supplevi. τῶν [ὑφ᾽] ἑαυτῶι Schliemannus dubitanter. At etsi satis inaequalis est litterarum numerus, tamen in eis versibus qui aut toti aut maxima ex parte servati sunt non fluctuat nisi inter 46 et 58 litteras, cum hic ex Schliemanni supplemento non plus quam 38 habiturus fuerit; in meo 49 sunt. 8 Supplevit Schliemann, qui ΕΥ... ΟΝΠ in lapide agnovit. Brücknerus relliquiis litterarum superstitibus Schliemanni supplementa confirmari dicit, sed quid potissimum praeter illa in lapide dispiciatur non indicat. 9 Supplevi. [καὶ ἑαυ]‖τὸν Schliemann. Sed ipsius Nicandri commorationem honestam et gratam fuisse iam v. 6—8 dictum est, et perquam incommode haec τήν τε τῶν νεανίσκων ἐπιδημίαν — καὶ ἑαυτόν inter se coniungerentur.

περ ἐπιβάλλει ἀνδρ[ὶ καλῶι καὶ ἀγαθῶι[10], καὶ τὴν ἐγκε]|χειρισμένην ἑαυτῶι πί[στιν[11] κάλλιστα καὶ ὁσιώτατα διατηρεῖ[12] | τὴν ὑπὲρ τῆς φυλακ[ῆς τῆς τε πόλεως καὶ τῆς χώρας[13], καὶ πλείστην[14]] | εἰσφέρεται σπουδ[ὴν καὶ προθυμίαν[15] ὑπὲρ αὐτῆς[16], οὐδένα κίνδυνον] | ἐκκλίνων[17] οὐδὲ [------------------------ τὸν δῆ]||μον[18] κατὰ[19] ------------------

10 Supplevi. 11 Supplevi coll. Syll.2 521, 72 παραλαβὼν τὴν ἐ[γ]χειρισθεῖσαν ἑαυτ[ῶι πί]στιν ὑπὸ τοῦ δήμου. Cf. etiam Syll.2 318, 35. 451, 6. π[ιστῶς καὶ ----] Schliemann. 12 Supplevi. 13 Supplevi. 14 Supplevi. 15 Supplevi. 16 Supplevi. 17 ΕΚΚΑΙΝΩΝ Schliemann. Veram lectionem cum Wilhelmus coniectura assecutus esset, Brücknerus in lapide agnovit. 18 Supplevi. 19 ΚΑΤΑ Brückner. ΚΑΙ Schliemann.

444 Stela cum aëtomate, intra quod clypeus rotundus. Lapis ab inferiore parte fractus, a reliquis integer. Ilii. Ed. A. Brückner Troia und Ilion p. 453 n. XIV.

Σύμφωνον καὶ ὁμόλογον ταῖς πόλεσιν ὑπὲρ τῆς πανηγύρεως[1].

Ἐπὶ ἀγωνοθετῶν τῶν περὶ Δημήτριον Ἱπποδάμαντος Ἰλιέα, ἔτους ἐνά|του[2], μηνὸς Σελευκείου[3] ὡς Ἰλιεῖς ἄγουσιν, ἐνδημήσαντος τοῦ ταμίου Λευκίου | [Ἰ]ουλίου Λευκίου υἱοῦ Καίσαρος[4], τάδε

Litterae ΑΑΑΘΞΠΣ. Extremae hastae apicibus ornatae. Primus versus multo maioribus quam reliqui litteris exaratus. Vacua spatia singularum binarumve litterarum relicta sunt v. 2 ante ἔτους, v. 4 ante τάδε, v. 6 ante ἐξ Ἰλίου, v. 13 ante τῶν χρημάτων, v. 15 ante τῶν δὲ, v. 18 ante ἐὰν δέ τινες, quibus locis omnibus novi enuntiati initium notatur, et praeterea v. 7. 8. 10. 11. 12 ante oppidorum nomina. 1 Panegyris est Panathenaeorum, quorum satis frequens est in titulis Iliacis mentio. Cf. Syll.2 479, 18. 503, 2. 8 cum not. 6. C. I. G. 3598, 8. 3601, 11. 3620, 2. 3. Agebantur illa quidem Ilii in celeberrimo Minervae Iliadis delubro (v. 5), neque vero ab ipsa Iliensium civitate sed a concilio populorum vicinorum, cuius sane etiam alibi mentio fit (cf. Syll.2 503 2), sed nusquam tam plene et accurate quam hic. 2 Aut annum provinciae Asiae 133 a. Chr. n. institutae aut aerae Sullanae ab 85 a. Chr. n. incipientis nonum, i. e. aut 125 aut 77 a. Chr. intellegi posse monet Brückner, sed idem propter L. Caesaris quaesturam (not. 4) hoc praefert, sine dubio recte. 3 Hunc Iliensium mensem Seleuci I Nicatoris honoris causa institutum habes etiam n. 212, 11. 4 Si eundem intellegas L. Caesarem L. f., qui supra est n. 440, 2, annus nonus necessario de aera provinciali Asiana interpretandus est. Atqui sic nimius oritur temporis hiatus inter quaesturam anni 125 et consulatum anni 90 a. Chr. n. Quodsi illius

ἐποιήσαντο ἐν ἑαυτοῖς ὁμόλογα καὶ σύμ‖[φ]ωνα παραγενόμενοι εἰς τὸ ἱερὸν τῆς Ἀθηνᾶς[5] καὶ ἐπὶ τὸν ταμίαν Λεύκιον Ἰούλιον | Λευκίου υἱὸν Καίσαρα ἐξ Ἰλίου μὲν[6] Δημήτριος Ἱπποδάμαντος, Θεοκύδης Ἑρμίου, | Ποσειδώνιος Ἀπελλείους· ἐγ Δαρδάνου[7] δὲ Δίφιλος Ἀριζήλου, Ἀπολλοφάνης Διφίλου, | Ἡρακλείδης Ἡρώδου· ἐξ[8] Σκήψεως δὲ Κλέανδρος Πυδοδώρου, Κόνων Βακχίου· | ἐξ Ἄσσου[9] δὲ Ἀνόδικος Ἀριστολόχου νεώτερος, Λάδικος Ἀνοδίκου, Βόμβος Λυσι‖θέμιδος· ἐξ Ἀλεξανδρείας[10] δὲ Φιλίτας Σίμωνος, Ζωΐλος Λεοντίσκου, Καλλισ[θέ]‖νης Κλεόμμιδος[11]· ἐξ Ἀβύδου[12] δὲ Ἀπολλωνικέτης Ἀναξαγόγου, Θέσπις Λαερτ[ι]‖άδου, Ἑκαταῖος Καλλιππίδου· ἐκγ[13] Λαμψάκου[14] δὲ Πυθογένης Φιλί-

---

filium Cos. 64 a. Chr. agnoscas, eum a. 77 a. Chr. n. quaestorem fuisse nulla ex parte improbabile videbitur. Br. 5 Cf. not. 1. 6 Quorum nomina hic recensentur, singulorum oppidorum σύνεδροι (Syll.[2] 503[2]) sunt. Agonothetae (v. 2) utrum eidem sint an alii, vix pro certo diiudicari poterit. Nam quod Demetrius Hippodamantis f. Iliensis utroque munere fungitur, non sufficit si quid video ad illud probandum. Ilienses inter populos illos foederatos fuisse et ex situ delubri necessario colligebatur et aliunde (Syll.[2] 479, 18) notum erat. Omnino hic septem recensentur civitates, ex quibus quinque ex hoc demum titulo concilio interfuisse discimus; desiderantur vero duae, de quibus aliunde notitiam habeamus, Gargarenses (Syll.[2] 169, 1 sqq.) et Pariani (Syll.[2] 503, 21). Brückner aut anno 77 a. Chr. has a foedere Iliensium afuisse, aut forte fortuna per hunc extraordinarium conventum cui quaestoris Romani adventus ansam dederit non omnium synedros Ilium venisse statuit. Ipse hoc probabilius existimat, mihi illa altera sententia longe praeferenda videtur. Ceterum principatus temporibus novem fuisse in illa societate populos docet titulus apud Brücknerum p. 472 n. 77: ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆ|μος ἐτείμησαν | Λικίννιον Πρόκλ[ον | Θ]εμίσωνα φι|λό[πατ]ριν κ[αὶ | κ]όσμον τοῦ συνεδρί[ου] | τῶν ἐννέα δήμων | [καὶ] εὐεργέτην τοῦ δήμου κτλ. Memorabile est nullam in illa societate constituenda habitam esse gentis et originis rationem, sed Abydenos Lampsacenos Parianos Ionas una cum Assiis Dardaniis Gargarensibus Iliensibus Scepsiis, qui Aeolicae gentis erant, ei interfuisse. 7 Hunc populum in foedere Iliensium fuisse ex hoc demum titulo didicimus. 8 Cf. Syll.[2] 154, 23 ἐξστῶσιν. 476, 4 ἐξ Σκοτούσσης. 739, 65 ἐξ Στειριέων. Ne Scepsii quidem alibi in foederatarum civitatium numero comparent; neque aliter res se habet de Abydo, Asso, Alexandria Troade. 9 Cf. not. 8. 10 Cf. not. 8. 11 Nomen rarum et ut quidem videtur Aeolensium proprium. Cf. Syll.[2] 135, 9 ἐπ[αινέσ]αι μὲν Κλέομιν [Ἀπολ]λοδώρου [Μηθυ]μναῖον. Isocr. epist. VII, 8 ἀκούω δὲ Κλέομμιν τὸν ἐν Μηθύμνῃ ταύτην ἔχοντα τὴν δυναστείαν — καλὸν κἀγαθὸν εἶναι. 12 Cf. not. 8. 13 Cf. Syll.[2] 77, 17 ἐκγ Μακεδονίης. 276, 13 ἐκγδημίαν. 540, 74 ἐκγδίδομεν. 14 Hanc civitatem foederi illi interfuisse iam innotuit ex titulo Syll.[2] 169, 59, ubi Simalus Lampsacenus rogationem fert in concilio.

σκου, Κλεότ[ι]|μος Ἀρχεδήμου· τῶν χρημάτων ὧν ὀφείλουσιν αἱ πόλεις τῆι θεῶι[15] φέρειν | τόκους ἑξηκοστοὺς ἐφ' ἔτη[16] δέκα, ἐπεὶ πάντες εὐδόκησαν διὰ τὰς τῶν πόλεων ‖ θλίψεις, τῶν δὲ προγεγενημένων ἐτῶν παρεῖσθαι τὰς πόλεις πάσας τῶν τό|κων καὶ μὴ εἶναι πρακτὰς κατὰ μηδένα τρόπον, διελθόντος δὲ τοῦ προγε‖[γρ]αμμένου χρόνου εἶναι τοὺς πεντεκαιδεκάτους τόκους καθὼ[ς ὁ νόμος | περ]ιέχει[17]. ἐὰν δέ τινες τῶν πόλεων ἀθε[τῶσι τὸ σύμφωνον τόδε ἢ μὴ | ἀποπέμ]πωσιν τοὺς ἄρχοντας ἢ τὰς θυ[σίας εἰς τὴν πανήγυριν, ---------------]

15 Civitates pecunias ex aerario Minervae Iliadis mutuas sumpsisse cum belli Mithridatici tempore ac magis etiam ingentibus pensionibus quas Sulla post pacem ab Asianis exigebat in summam pecuniae inopiam redactae essent, certe per se non est improbabile; neque mihi persuasit Brücknerus argumentis, quibus demonstrare conatur, non de hoc genere aeris alieni hic dici. Nam quod ex verbis τῶν χρημάτων ὧν ὀφείλουσιν αἱ πόλεις τῆι θεῶι (non ὅσων ἂν ὀφείλωσιν) colligit pares summas ab omnibus civitatibus debitas esse, id omnino non intellego. Quis enim cum simpliciter de pluribus hominibus dicitur 'quae debent', his verbis indicari iudicabit, omnes tantundem debere? Neque quod de ipso capite reddendo nihil praecipitur, illi interpretationi obstat; nam manifesto condicio civitatum talis fuit, ut etiam in longum temporis spatium de hac quidem re nullo modo cogitari posset. Quare Mommseni sententia, fingi modo summam pecuniae a singulis civitatibus Minervae Iliensi deberi, ut ex pecuniis, quas illae usurarum nomine penderent, feriarum sumptus fieret, ut est ingeniosissima, ita ea opus non est, quia simplicissima verborum interpretatio nihil habet offensionis. Et quod in titulo alio Iliensi, quem Mommsenianae interpretationis fulciendae causa attulit Brückner (Troia 1890 p. 136, 15), τὰ εἰθισμένα διάφορα ἑνὸς ἐνιαυτοῦ dicitur de illis pecuniis, ex quibus impensae feriarum fiant, neque vero τοὺς τόκους, id ipsum vel maxime probare iudicaverim non eandem utrobique rem tangi. 16 Cf. ἐφ' ἔτος Syll.[2] 329, 56 cum Addendis II p. 817. ἀφ' ἐτῶν Syll.[2] 342, 14. καθ' ἔτος ibid. 139, 24. 423, 4 et huius collectionis n. 458, 64. πένθ' ἔτη Syll.[2] 802, 3. 8. 17 Supplevit Wilhelm ap. Brücknerum.

---

445 Columna marmorea inventa in area templi Dianae Nemorensis prope oppidum hodiernum *Nemi*. Edd. W. Henzen Hermae VI p. 6 n. 1 (cf. quae adnotavit Th. Mommsen ibid. p. 13). H. Dessau C. I. L. XIV, 2218. Garrucci Syll. 991. G. Kaibel I. Gr. Sic. et It. 1121 (Th. Reinach Mithradates p. 468 n. 17 ed. Germ. R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. I p. 131 n. 401). Cf. quae disputavit Th. Reinach Revue de philol. XIV (1890) p. 146 sqq.

Γ[αΐ]ωι Σαλλουΐωι Γαΐου υἱῶι Νάσωνι[1], | πρεσβευτῆ καὶ ἀντιστρατήγωι[2], Μυσοὶ | Ἀββαιεῖται[3] καὶ Ἐπικτητεῖς[4], ὅτι αὐ-

Litterae volgares praeter ΘΠΣ. 1 Supra Graeca eadem Latine incisa sunt hunc in modum: *C. Salluvio . C. f. Nasoni . leg. pr. pr.* | *Mysei Abbaitae et Epict[ete]s,* | *quod eos bello Mithrida[ti]s* | *conservavit, virtutis ergo.* Homo ceteroqui ignotus est, quem minus recte Reinachius ad gentem *Salviam* refert; nam consentiens titulorum Graeci et Latini scriptura nomen *Salluvius* potius esse docet, quod Mommsenus rarum quidem esse sed tamen aliquotiens in titulis repperiri adnotat. Quod hoc nomen in illa ipsa Asiae minoris regione inferiore aetate occurrit (Bull. de corr. Hell. XVII 1893 p. 544 n. 30, 1. 2 Σαλλουβία Σατουρνεῖνα) vix ad merum casum referendum est; nam frequentissime peregrinos cum civitate Romana eius potissimum magistratus provincialis, cuius beneficio eam nacti sint, nomen gentile assumere notum est. (Cf. n. 560[2]). Salluviorum gentis Gallicae nomen (Liv. V, 35, 2. Periocha 61. Plinius N. hist. III, 36. 47. 124) utrum origine an fortuita modo soni similitudine illud attingat vix discernas. 2 Mommsenus ex antiquiore sermonis usu *legati pro praetore* appellatione eum designari statuit legatum, quem proconsul decedens in provincia reliquerit ut ipsius vicibus fungeretur, et Salluvium quidem a Sulla post primum bellum Mithridaticum in Asia relictum esse. At Reinach monuit, tum constare L. Licinium Murenam potius in provincia remansisse, neque ulla ex parte probabile esse plus quam uni tum administrationem Asianam esse commissam. Deinde vero aliis de causis (not. 5) omnino impediri, quominus de Sullae bello Mithridatico cogitaremus. Immo manifesto quae hic tangerentur res, eas tertio bello Mithridatico Luculli auspiciis gestas esse. Tum vero iam mutari coepisse illius appellationis vim. Etenim Lucullum cum in Asiam venisset, animis hominum perturbatis et rebus omnibus gravissime afflictis M. Iunci, qui praetor eam provinciam obtinuisset, culpa, facere non potuisse quin ipse totius provinciae administratione statim potiretur; Ciliciae proconsulatum iam antea Lucullum tenuisse. Quod duarum provinciarum onus una cum gravissimo bello cum sustinere solus non posset, unum ex legatis suis propraetoria potestate Asiae praefecisse. Quod exemplum postea ansam dedisse omnibus Pompei legatis idem ius tribuendi (Appian. Mithr. 94. Cassius Dio XXXVI, 36, 1. 2. Syll.[2] 343). 3 Cf. Strabo XII, 8, 11 p. 576 Cas. προσλαβὼν δὲ (ὁ Ῥύνδακος ποταμὸς) καὶ ἐκ τῆς Ἀβρεττηνῆς Μυσίας ἄλλους τε καὶ Μέκεστον ἀπ' Ἀγκύρας τῆς Ἀβαείτιδος ἐκδίδωσιν εἰς τὴν Προποντίδα κατὰ Βέσβικον νῆσον. XIII, 4, 4 p. 625 τὰ δὲ προσάρκτια τῷ Περγάμῳ τὰ πλεῖστα ὑπὸ Μυσῶν ἔχεται τὰ ἐν δεξιᾷ τῶν Ἀβαειτῶν λεγομένων, οἷς συνάπτει ἡ Ἐπίκτητος μέχρι Βιθυνίας. Praeterea nomen occurrit in titulo n. 446 et in nummis inscriptis ΜΥΣΩΝ ΑΒΒΑΙΤΩΝ. Henzen. Reinach. Accuratiora de Abbaitide eiusque oppidis v. apud Buresch, Aus Lydien p. 142 sqq. 4 Phrygiam, quae ἡ ἐπίκτητος vocabatur, finitimam fuisse Mysiae Abbaitidi definite testatur Strabo (v. not. 3). Eam superiorem partem vallium Rhyndaci, Sangarii, Thymbridis fluviorum continuisse et oppida habuisse Aezanos, Nacoleam, Cotyaium, Midaium, Dorylaium, Cados ex

τοὺς | ἐν τῶι πολέμῳ τῶι Μιθριδάτους[5] || διετήρησεν, ἀνδρήας ἕνεκεν.

Strabonis geographicis scimus. Cf. XII, 4, 1 p. 563: πρὸς νότον δὲ (τὴν Βιθυνίαν ὁρίζουσι) ἥ τε Μυσία καὶ ἡ Ἐπίκτητος καλουμένη Φρυγία, ἡ δ' αὐτὴ καὶ Ἑλλησποντιακὴ Φρυγία καλουμένη. XII, 8, 12 p. 576: τῆς δ' Ἐπικτήτου Φρυγίας Ἀζανοί τέ εἰσι καὶ Νακολία καὶ Κοτιάειον καὶ Μιδάειον καὶ Δορυλάϊον πόλεις καὶ Κάδοι· τοὺς δὲ Κάδους ἔνιοι τῆς Μυσίας φασίν. Ceterum hic quoque ut in Mysis Abbaitis (n. 446[1]) usu venisse ut antiquiore quidem aetate omnes Phrygiae Epicteti incolae unum corpus iuris publici efficerent, postea demum singulae civitates sui iuris esse inciperent, ex nummis ΕΠΙΚΤΗΤΕΩΝ inscriptis collegit Waddington ad Lebas Inscr. III, 1001. Ab adiectivo verbali ἐπίκτητος nominis proprii instar habito derivari ethnicum Ἐπικτητεύς paullo insolentius est. Sed similiter a participiis formantur Κατακεκαυμενίτης (Strabo XIII, 4, 11 p. 628. Plin. H. n. XIV, 75) et Προσειλημμενίτης (n. 539, 4). Haec regio cum a Bithyniae regibus occupata esset, anno 190 a. Chr. ab eis regno Pergameno restituta est, deinde Attalo III defuncto (133 a. Chr. n.) utraque terra populo Romano relicta. Cf. H. Kiepert Formae orbis Rom. tab. IX Asia provincia comm. p. 7. Neque enim recte hac in causa Reinachius Phrygiae a Romanis Mithridati ereptae (116 a. Chr. n.) mentionem inicit; nam hoc de maiore modo Phrygia, non de Epicteto sive Hellespontiaca usu venit (cf. n. 436[2]). 5 Primum bellum Mithridaticum interpretatur Mommsen, tertium Reinach. Qui demonstrat, cum primo bello illae regiones totae statim a Mithridate occupatae et anno 85 a. Chr. a Fimbria sine ulla pugna recuperatae, eo vero occiso a Sulla occupatae sint, nullum inveniri posse tempus in quod Salluvii Nasonis merita qualia hic praedicentur cadant. De tertio vero bello id quidem inter Mommsenum et Reinachium convenit, Pompei, cuius auspiciis in illis regionibus omnino nihil rei bellicae gestum sit, legatum non fuisse Salluvium. At Luculli ductu per ipsa belli initia (a. 73 et 72 a. Chr. n.) Asiam minorem pedetentim Mithridati ab exercitibus Romanis extortam esse. Sane de his rebus gestis, ac potissimum quidem de opera quam legati tum praestiterint fere nihil traditum esse; constare tamen, tum etiam in Mysia bellum gestum esse, ex Orosio VI, 2, 16: *tunc etiam Fannius, qui se Mithridati iunxerat, et Metrophanes regius praetor a Mamerco victi, cum duobus milibus equitum in Moesiam profugerunt atque inde in Maeoniam digressi in colles camposque Inarimos inciderunt.* Quare in illud tempus melius quam in ullum aliud quadrare huius tituli argumentum.

---

446 Lapis insertus ponti ad vicum *Ghédis* Phrygiae. Edd. Keppel Itin. II p. 244 (inde J. Franz in lemmate tituli C. I. G. 3849). Hamilton Researches II n. 21. Lebas Inscr. III 1001 (Franz Add. C. I. G. III p. 1085).

Ἀγαθῇ τύχῃ. | Ὁ δῆμος[1] ὁ Μυσῶν Ἀββαειτῶν[2] | ἐ[τίμησ]εν τὸν προπάτορα[3] | Χρόμιον[4].

Litterae ΑΘΠΣ. Vs. 3 litteras N et T ligatas exhibet Lebas. 1 Totam regionem unius civitatis instar fuisse cum inde colligitur, quod hic Mysorum Abbaitarum populus (δῆμος) commemoratur, tum inde quod suos nummos cudebant (cf. n. 445[3]). Oppidorum Ancyrae, Synai, Cadorum nummi non antiquiores sunt quam Claudii principatus, ut appareat tum demum illa pristina omnium Mysorum Abbaitarum republica dissoluta singulas civitates sui iuris factas esse, cum antea pagi magis vel castella quam urbes fuissent. Waddington ad Lebas. 2 Cf. n. 445[3]. 3 Heroa a quo gentis originem repetebant, προπάτορα appellabant Mysi Abbaitae, ut Plato Legg. V, 726 hoc nomine heroas stirpis auctores deis adiungit: ἀκούοι δὴ πᾶς ὅσπερ νῦν δὴ τὰ περὶ θεῶν τε ἤκουε καὶ τῶν φίλων προπατόρων. Etiam deos, a quibus homines suum genus descendere opinarentur, sic appellari potuisse apparet; exemplo est Διόνυσος προπάτωρ Erythris (Bull. de corr. Hell. IV 1880 p. 157 n. 4, 1) et Nicaeae Bithyniae (Dio Chrysost. XXXIX, 8, Vol. II p. 46, 2 v. Arnim.: τῷ τε Διονύσῳ τῷ προπάτορι τῆσδε τῆς πόλεως) cultus; ἱερωσύνην τοῦ προπάτορος Διὸς Χρυσαορείου Stratoniceae Cariae Bull. de corr. Hell. XI 1887 p. 31 n. 45, 9 sqq. τῆς — τοῦ προπάτορος θεοῦ Ἡλίου Πυθίου Τυριμναίου Ἀπόλλωνος Θυατειρηνῶν πόλεως ibid. p. 101 n. 24, 4 sqq. ἱερεὺς κατὰ πενταε[τηρίδα] ἐπανγει[λάμενος τοῦ Διὸς τοῦ] προπάτορος ibid. p. 154 n. 60, 4 sq. De homine vox legitur Mitth. des arch. Inst. XXII 1897 p. 46 n. 26, 2. 4 Quem hic populus Mysorum Abbaitarum suae stirpis auctorem praedicat Chromius manifesto idem est qui apud Homerum P, 218. 494. 534 plane eadem, in catalogo B, 858 Μυσῶν δὲ Χρόμις ἦρχε καὶ Ἔννομος οἰωνιστής leviter immutata nominis forma commemoratur Mysorum dux. Cf. Waddington ad hunc titulum.

---

447 Basis quadrangula marmoris albi eruta Deli. Ed. G. Fougères Bull. de corr. Hell. XI (1887) p. 265 n. 27. (B. Haussoullier Études sur l'histoire de Milet et du Didymeion p. 249).

Γαΐωι Οὐαλερίωι, Γαΐου | υἱῶι, Τριαρίωι, πρεσβευ|τῆι[1], οἱ συ-

---

Litterae volgares praeter ΑΣ. 1 C. Valerius Triarius L. Luculli legatus anno 73 a. Chr. n. navibus civitatium maritimarum Asiae praefuit in bello contra Mithridatem. Cf. Liv. Periocha 98: *C. Triarius legatus Luculli adversus Mithridaten parum prospere pugnavit.* Anno 69 a. Chr. Deliis contra Athenodorum piratam, qui cives captivos abduxerat, deorum simulacra violaverat, auxilio venit, urbem restituit et moenibus cinxit. Cf. Phlegon Fr. hist. Gr. III p. 606 fr. 12 (ap. Photium bibl. cod. 97) καὶ Ἀθηνόδωρος πειρατὴς ἐξανδραποδισάμενος Δηλίους τὰ τῶν λεγομένων θεῶν ξόανα διελυμήνατο· Γαΐος δὲ Τριάριος τὰ λελωβημένα τῆς πόλεως ἐπισκευάσας ἐτείχισε τὴν Δῆλον.

στρατευσά|μενοι Μιλησίων ἐν νηῒ ‖ δικρότωι[2], ἧι ἐπιγραφὴ⟨ι⟩ | Παρθένος, ἐποίησαν.

Locus monumenti, imperium classis, vocabulum legati demonstrant hunc ipsum esse cuius statuae subscriptionem teneamus, etsi notus est alius quoque C. Valerius Triarius, huius ut quidem videtur filius, cuius haud exiguae fuerunt partes in bello civili (Caesar B. C. III, 5, 3. 92, 2. Cicero de fin. I, 5, 13. 14. Brutus 76, 265. 266. ad Att. XII, 28, 3. Caelius ap. Cic. ad fam. VIII, 7, 2). Fougères. 2 Navis longa quae duos remigum ordines habebat (διήρης). Antiquitus inter πεντηκόντερον et τριήρη nullum eiusmodi navium genus intercedebat; nam vox quidem δίκροτος apud Xenophontem legitur Hell. II, 1, 28: διεσκεδασμένων δὲ τῶν ἀνθρώπων αἱ μὲν τῶν νεῶν δίκροτοι ἦσαν, αἱ δὲ μονόκροτοι, αἱ δὲ παντελῶς κεναί. At hic non de variis generibus navium dici, sed de triremibus, quae aut parte remigum aut adeo omnibus carerent, sponte patet. Quod contra tertio alteroque a. Chr. saeculis νῆες δίκροτοι usitatae erant. Cf. Polyb. V, 62, 3: πλοῖα τετταράκοντα· τούτων κατάφρακτα μὲν εἴκοσι διαφέροντα ταῖς κατασκευαῖς, ἐν οἷς οὐδὲν ἔλαττον ἦν τετρήρους, τὰ δὲ λοιπὰ τριήρεις καὶ δίκροτα καὶ κέλητες.

---

448 Basis lapidis caerulei inventa Pergami in gymnasio. Edd. H. G. Lolling Ergebnisse d. Ausgr. in Pergamon p. 109 n. 9 (Syll.[1] 263). M. Fränkel Alterthümer von Pergamon VIII, 2 p. 286 n. 410.

Ὁ δῆμος [ἐτίμησεν] | Λεύκιον Ἀντώ[ν]ιον Μ[αάρκου υἱόν, ἀντι]|ταμίαν καὶ ἀντιστράτη[γον[1], τὸν πάτρω]|να καὶ σωτῆρα, δικαιοδοτ[οῦντα κατὰ[2] τὴν] ‖ ἐπαρχείαν καθαρῶς καὶ δ[ημοτικῶς[3] καὶ] | ὁσίως.

Μηνόφιλος Μηνογένου ἐπόει.

Litterae volgares praeter ΘΠΣ. 1 L. Antonius M. f. (cos. 41 a. Chr.), frater M. Antonii triumviri, quaestor fuit a. 50 a. Chr. Anno proximo eum in provincia remansisse eamque pro praetore administravisse iam notum erat ex epistula eius ad Sardianos data apud Iosephum Ant. Iud. XIV, 235: Λούκιος Ἀντώνιος Μάρκου υἱός, ἀντιταμίας καὶ ἀντιστράτηγος, Σαρδιανῶν ἄρχουσι, βουλῇ, δήμῳ χαίρειν. Tum igitur (a. 48 a. Chr.) hic quoque titulus incisus est. 2 Sic Fränkel, qui in Lollingii supplemento quod in Sylloge receperam, δικαιοδοτ[ήσαντα τὴν] | ἐπαρχείαν, reprehendit transitivum verbi usum non iniuria. Nam etsi in similibus verbis nonnunquam is, cui quid datur, accusativo casu indicari solet (cf. Polyb. V, 2, 11 σιτομετρήσας καὶ μισθοδοτήσας ὁ βασιλεὺς τὴν δύναμιν ἀνήχθη. Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 185 n. 493, 10. 11 σειτομετρήσαντα πάλιν τοὺς πολείτας), tamen in hoc ipso quod est δικαιοδοτεῖν nullum eius usus exemplum novi. 3 Sic Fränkel propter spatii rationes pro δ[ικαίως], quod Lolling scripserat.

449 Pars summa basis marmoris leucophaei subcaerulei, inventa Pergami in septentrionali fori parte. Edd. A. Conze Ergebnisse d. Ausgr. in Pergamon p. 76 (Syll.[1] 266). M. Fränkel Alterthümer von Pergamon VIII, 2 p. 288 n. 413. (B. Haussoullier Études sur l'histoire de Milet et du Didymeion p. 256).

Ὁ δῆμος ἐτίμησεν | Πόπλιον Σεροΐλιον Ποπλίου υἱὸν Ἰσαυρι|κόν[1], τὸν ἀνθύπατον[2], γεγονότα σωτῆρα καὶ | εὐεργέτην τῆς πόλεως καὶ ἀποδεδωκότα τῆι ‖ πόλει τοὺς πατρίους νόμους καὶ τὴν δημοκρα|τίαν ἀδούλωτον[3].

Litterae ΘΠΣ. Fines hastarum hic illic lineolis transversis ornati. 1 Cos. 48 a. Chr. 2 Servilii proconsulatus Asiaticus cum in duobus titulis commemoratur, Graeco in insula Calymna invento et Latino Smyrna, ut quidem videtur, Londinium translato (C. I. Lat. I, 622), tum a Cicerone complures epistulae (Ad Fam. XIII, 66—72) ad eum per huius magistratus tempus datae sunt, atque hae quidem omnes anno 46 a. Chr. n. Rediit certe ante mensem Septembrem 44 a. Chr., quo tempore in senatu contra M. Antonium verba fecit (Cic. ad fam. XII, 2, 1). Waddington Fastes des provinces Asiatiques n. 37. 3 Non solum de Pergamo libera civitate, sed etiam de aliis provinciae Asiae urbibus optime meruisse ex titulo n. 450, 1. 2 collegit Fränkel. Nunc aliud accedit exemplum Magnetum ad Maeandrum. Cf. Inschriften von Magnesia p. 118 n. 142: Πόπλιον Σερουείλ[ιον Γαΐ]|ου υἱὸν Ἰσαυρικὸν δ[ιὰ τὴν] | ἰδίαν ἀρετὴν καὶ δι[ὰ τὰς ἐ]|κ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Π[οπλίου] | γεγενημένας εἰς [τὸ ἱερὸν] | τῆς Ἀρτέμιδος τῆ[ς Λευκο]|φρυηνῆς καὶ τὴν πό[λιν] | εὐεργεσίας. Nam manifesto hic P. Servilius Isauricus natu maior (cos. 79 a. Chr.) statuae honore afficitur propter filii proconsulatum, ut n. 561 Mettius Rufus a Lyciis. Ceterum filiae proconsulis eundem honorem habuerunt Pergameni. Cf. Alterth. von Pergamum VIII, 2 p. 288 n. 414: [Ὁ] δ[ῆ]μο[ς ------] τὴ[ν Πο]πλίου Σερ[οϊλίου Ἰσαυρικοῦ] θυγατέρα κτλ.

---

450 Partes duae epistylii templi Apollinis Chresterii, quod fuit Aegis (*Nimrud-Kalessi*). Edd. E. Fabricius Mitth. des arch. Inst. in Athen X (1885) p. 272. M. Clerc Bull. de corr. Hell. X (1886) p. 292. (B. Haussoullier Études sur l'histoire de Milet et du Didymeion p. 257).

Ὁ δᾶμος Ἀπ[όλλωνι Χρ]ηστηρίωι[1] χαριστήριον, σωθ[εὶς[2]] | ὑπὸ Ποπλίω Σε[ροϊλίω Ποπ]λίω υἱῶ Ἰσαυρικῶ[3] τῶ ἀνθυπάτω[4].

Litterae ΑΘΠΣ. 1 Sacra Apollinis Chresterii ipsa multo antiquiora fuisse illa aëtate, qua templum novum exstructum esse ex hac inscriptione discimus, dedicatio Philetaeri Attali f. n. 312 prodit. 2 Sic recte Clerc;

σωθ[είσης τῆς πατρίδος] Fabricius, quod et per se minus aptum est et versuum collocatione redarguitur. 3 Cf. n. 449[1]. 4 Cf. n. 449[2].

---

451 Marmor album, quod summam partem basis statuae efficiebat, inventum Pergami ad radices meridionales et occidentales arcis. Ed. M. Fränkel Alterthümer von Pergamon VIII, 2 p. 284 n. 405.

Ὁ δῆμος ἐτίμησεν | Πόπλιον Κορνήλιον Δολαβέλλαν, | τὸν ἀνθύπατον[1], | γενόμενον εὐεργέτην τῆς πόλεως.

Litterae volgares praeter ΠΣ. 1 Hunc proconsulem a Valerio Maximo VIII, 1 Amb. § 2 (p. 374, 18 Kempf) recte Publium, ab A. Gellio XII, 7, 1 perperam Gnaeum appellari titulus docet. Cf. Waddington Fastes des prov. Asiatiques n. 23, qui eundem fuisse probabiliter statuit, qui fere anno 69 a. Chr. n. praetor fuisset (cf. Cicero pro Caecina 8, 23).

---

452 Marmor album, cui statua imposita fuit, fractum in duas partes, inventum Pergami in parte occidentali arcis. Ed. M. Fränkel Alterthümer von Pergamon VIII, 2 p. 285 n. 406.

Ὁ δῆμος ἐτ[ί]μησεν | Λεύκιον Σήστ[ι]ον, τὸν ταμίαν[1], τὸν ἑαυτ[οῦ] πάτρωνα | καὶ εὐε[ργέτη]ν.

Litterae ΑΠΣ. 1 Cf. Cicero ad Q. fr. II, 11, 2: *de te a Magnetibus ab Sipylo mentio est honorifica facta, cum te unum dicerent postulationi L. Sestii Pansae restitisse.* Tum igitur (54 a. Chr.) hic quaestor provinciae Asiae fuit. Alterum eiusdem monumentum honorarium est Alterth. von Perg. VIII, 2 p. 285 n. 407 --- ἐτίμησε[ν | Λ]εύκιον Σή[σ]|τιον. Fränkel.

453—455 Titulos duorum marmorum (in altero angustiore n. 453. 454, in altero latiore n. 455) Aphrodisiade Cariae exscripsit Sherardus, cuius exemplum post alios expressit Boeckh C. I. G. 2737 (P. Viereck Sermo Graecus p. 5 n. V. Th. Mommsen apud G. Bruns Fontes iuris Rom. ant. ed. 6 p. 177 n. 41). Cf. quae adnotaverunt K. Buresch aus Lydien p. 185 not. B. Haussoullier Revue de philologie XXIII 1899 p. 152 not. 3. 5.

(n. 453)

[Μᾶρκος Ἀντώνιος Μάρκου υἱὸς[1] αὐτοκράτωρ ὕπατος ἀποδε-δει]|γμένος τὸ β′ καὶ [τὸ γ′[2] | τῶν] τριῶν ἀνδρῶν τῆ[ς] | τῶν δημοσίων πρα|γμάτων διατάξεως[3] || Πλαρασέων[4] καὶ Ἀφρο|δεισιέων[5] ἄρχουσιν | βουλῇ δήμῳ χαίρειν· | εἰ ἔρρωσθε, εὖ ἂν ἔ|χοι· ὑγιαίνω δὲ καὶ || αὐτὸς μετὰ τοῦ στρα|τεύματος. Σόλων |

Litterae volgares praeter ΖΘΠΞΣ, si modo apographo fides habenda est. 1 Continetur hoc lapide epistula M. Antonii ad Plarasenses et Aphrodisienses data (n. 453) integra, et ex eis instrumentis, quae se ad illos mittere dicit v. 23—26, alterius nudus titulus argumenti index (n. 454), alterius (n. 455) pars inferior. Reliqua in partibus lapidis angustioris inferiore et lapidis latioris superiore interciderunt. M. Antonii triumviri nomen consulto deletum est. 2 Hinc apparet, intra annorum 39—35 a. Chr. n. spatium hanc epistulam scriptam esse, quae ut solet loco, quem in lapide tenet, prima, tempore originis postrema est inter omnia quae hic et sunt et fuerunt. B. Quo pacto Antonius eodem tempore cos. designatus et iterum et tertium appellari potuerit apparet ex locis allatis a Th. Mommseno R. Staatsrecht I[3] p. 586 not. 4, Appiani Civ. V, 73: ἀπέφηναν δὲ (a. 39 a. Chr.) τῆς ἐπιούσης ὑπάτους ἐς τετραετὲς Ἀντώνιον μὲν καὶ Λίβωνα πρώτους (in annum 35 a. Chr.), ἀντικαθιστάντος ὁμοίως Ἀντωνίου ὃν ἂν βούλοιτο, ἐπὶ δ᾽ ἐκείνοις Καίσαρά τε καὶ Πομπήιον, εἶτα Ἀηνόβαρβον καὶ Σόσιον, εἶτ᾽ αὖθις (in annum 32 a. Chr.) Ἀντώνιόν τε καὶ Καίσαρα, τρίτον δὴ τότε μέλλοντας ὑπατεύσειν et Cassii Dionis XLVIII, 35, 1, qui tamen errore de octo annorum consulatibus dicit. 3 Graecam *triumvirorum reipublicae constituendae* appellationem huius non absimilem Boeckhius adnotat haberi apud Iosephum Ant. XIV, 320: Μᾶρκος Ἀντώνιος αὐτοκράτωρ τριῶν ἀνδρῶν καταστάντων περὶ τῶν δημοσίων πραγμάτων. Sed illa multo minus accurate Latinae respondet quam haec, siquidem illic *constituendi* verbum passive ad triumviros, non ut hic et in formula Latina ad rempublicam refertur. 4 Oppidum Cariae, cuius mentio non fit nisi rarissime. Praeter nummos (not. 5) cf. Steph. Byz. Πλάρασα· πόλις Καρίας· τὸ ἐθνικὸν Πλαρασεύς. Idem s. v. Χρυσαορίς· Ἀπολλώνιος ἐν ἑβδόμῳ Καρικῶν· — τὸ ἐθνικὸν Χρυσαορεύς, ὡς [ὁ] αὐτὸς ἐν [τοῖς] αὐτοῖς ʻΤαυροπολῖται μὲν συνεμάχουν [καὶ Χρυσαορεῖς] καὶ Πλαρασεῖς᾽. 5 Civitas Cariae nobilis; Plarasenses cum Aphrodisiensibus in unam rempublicam coniunctos praeter hunc titulum testantur nummi cum inscriptionibus ΠΛΑΡΑΣΕΩΝ ΚΑΙ ΑΦΡΟΔΕΙΣΙΕΩΝ vel ΠΛΑΡΑ ΑΦΡΟΔΙ (B. Head Historia nummorum p. 530), recentiore aetate [ΑΦΡ]ΟΔΙCΙЄΩΝ ΠΛΑΡΑCЄΙѠΝ (Eckhel D. N. II p. 575). Ex ordine nominum Bureschius colligit, initio ex duobus oppidis quae coniuncta unam civitatem efficerent maioris momenti fuisse Plarasa, deinde id non modo mutatum esse, sed sui iuris esse desiisse Plarasensium populum et pagum (δῆμον) Aphrodisiadis factum esse. Ceterum Tauropolitas, quos Stephanus (cf. not. 4) una cum Chrysaorensibus et Plarasensibus commemoraret, non alios esse atque Aphrodisienses probavit Boeckh ex titulo C. I. G. 2746 et Constantino Porphyrogenneto de them. I, 14.

Δημητρίου ὑμέτερος | πρεσβευτής, ἐπι|μελέστατα πεφρον||τικὼς τῶν τῆς πό|λεως ὑμῶν πραγ|μάτων, οὐ μόνον[6] | ἠρκέσθη ἐπὶ τοῖς |γεγονόσιν οἰκονο||[μή]μασιν, ἀλλὰ καὶ | ἡμᾶς παρεκάλεσ|εν εἰς τὸ τοῦ γεγο|νότος ὑμεῖν ἐπι|κρίματος[7] καὶ δόγμα||τος[8] καὶ ὁρκίου καὶ νό|μου[9] ἀντιπεφωνημέ|να[10] ἐκ τῶν δημοσίων | δέλτων ἐξαποστεῖ|λαι ὑμεῖν τὰ ἀντίγρα||φα. ἐφ' οἷς ἐπαινέ|σας τὸν Σόλωνα μᾶλ|λον ἀπεδεξάμην ἔσ|χον τε ἐν τοῖς ὑπ' ἐμοῦ | γεινωσκομένοις, || ᾧ καὶ τὰ καθήκοντα | ἀπεμέρισα φιλάν|θρωπα, ἄξιον ἡγη|σάμενος τὸν ἄν|δρα τῆς ἐξ ἡμῶν τει||μῆς, ὑμεῖν τε συ|νήδομαι ἐπὶ τῷ ἔχειν | τοιοῦτον πολείτην. | ἔστιν δὲ ἀντίγραφα | τῶν γεγονότων ὑ||μεῖν φιλανθρώπων | τὰ ὑπογεγραμμένα· | ἃ ὑμᾶς βούλομαι | ἐν τοῖς δημοσίοις | τοῖς παρ' ὑμεῖν || γράμμασιν ἐντάξαι[11].

(n. 454)

Γράμματα Καίσαρος[12]

----

6 Pleonasmus a Graecorum usu neutiquam alienus. 7 Quae Caesar dictator decreverat vel potius decrevisse fingebatur a triumviris (n. 454), ea illi sua auctoritate confirmaverunt. Cuius decreti (ἐπικρίματος) argumentum sane in senatusconsulto n. 455, 3—6 repetitur, sed non videtur dubium quin illud quoque ipsum in alterutro ex his lapidibus fuerit et una cum iureiurando, lege, priore senatusconsulti parte interciderit. 8 Senatusconsultum n. 455. 9 Haec duo perierunt. 10 Verbum ἀντιφωνεῖν inde a Polybii aetate haud raro de responsis, quae non viva voce, sed per litteras ad aliquem dentur usurpari constat. Cf. Polyb. VIII, 18, 11: ἐὰν δὲ προσδεξάμενος τὴν ἐπιβολὴν Ἀχαιὸς ἀντιφωνήσῃ τοῖς περὶ τὸν Νικόμαχον καὶ Μελαγκόμαν. 19, 8 Ἀχαιὸς δὲ — πιστεύσας ἀντεφώνησε. Chishullus et Boeckhius provocant ad Iosephum Ant. XIV, 265: ψηφίσματα καὶ γράμματα πρὸς τὰς περὶ τῶν ἡμετέρων δικαίων ἐπιστολὰς ἀντιπεφωνημένα. At quam et hic et apud Polybium manifesto habet verbum vim rescribendi, i. e. scripto respondendi, ea ab epistula Antonii aliena est, ubi necessario exscribendi potius notione intellegendum est, cuius sane aliud exemplum novi nullum. 11 Cf. Ioseph. Ant. XIV, 319: διάταγμα ἐμὸν ἀπέσταλκα πρὸς ὑμᾶς, περὶ οὗ βούλομαι ὑμᾶς φροντίσαι, ἵνα αὐτὸ εἰς τὰς δημοσίας ἐντάξητε δέλτους. 12 Constat M. Antonium post Caesaris necem multa decreta aliasque litteras emisisse, quas ab illo relictas diceret. Cf. Cicero Philipp. I, 7, 16: *an in commentariolis et chirographis et libellis se* (i. e. M. Antonio) *uno auctore prolatis, ne prolatis quidem, sed tantummodo dictis, acta Caesaris firma erunt?* Inter haec haud pauca ab ipso Antonio conficta esse constat, id quod fortasse etiam in hanc epistulam cadit. Eius argumentum cum ex senatusconsulto cognoscitur, tum ex Taciti narratione Annal. III, 62: *Aphrodisienses posthac et Stratonicenses dictatoris Caesaris ob vetusta in partis merita et recens*

(n. 455)

[---- --- | δί]καια ἐσθλά τε [πολλ]ὰ ἐλευθέρους εἶναι[13], τῷ [τε] δικαίῳ καὶ ταῖς [κρίσεσιν ταῖς ἰδίαις τὴν πό|λιν] τὴν Πλαρασέων καὶ Ἀφροδεισιέων χρῆσθαι μήτε ἐγγύην ε[ἰς Ῥώμην αὐτοὺς κατὰ δόγμα τι[14] | κ]αὶ κέλευσιν ὁμολογεῖν· ἅ τέ τινα

Divi Augusti decretum adtulere — sed Aphrodisiensium civitas Veneris, Stratonicensium Iovis et Triviae religionem tuebantur. Quo ex loco Chishullus cum colligeret, etiam Augusti decretum de Aphrodiensibus fuisse neque vero id hic exscribi vel commemorari videret, infelicissime sibi persuasit Augusti decretum idem esse ac senatusconsultum n. 455. Quid rei esset, perspexit Boeckhius; nempe in Taciti narratione Caesaris dictatoris nomen ad Aphrodisienses, Augusti ad Stratonicenses modo spectare. 13 Cum Caesaris litterae ab Antonio prolatae triumvirorum (non Antonii unius, ut Boeckhius opinatur) decreto confirmatae essent, horum rursus acta senatus consultis rata haberi oportebat. Id factum esse anno 39 a. Chr. n. testatur Cassius Dio XLVIII, 34, 1 τῷ δ' ἐπιγιγνομένῳ (ἔτει), ἐν ᾧ Λούκιός τε Μάρκιος καὶ Γάϊος Σαβῖνος ὑπάτευσαν, τά τε ὑπὸ τῶν τριῶν ἀνδρῶν πραχθέντα ἀφ' οὗ ἐς τὴν ὀλιγαρχίαν ἐσῆλθον κῦρος παρὰ τῆς βουλῆς ἔλαβε. Tum etiam hoc senatusconsultum factum esse probabiliter statuit Boeckhius. Quo magis miror eundem de senatusconsultis quoque ab Antonio fictis provocare ad Ciceronis testimonium (Philipp. V, 4, 12: *neque solum commentariis commenticiis chirographisque venalibus innumerabilis pecunia congesta in illam domum est, — sed senatus etiam consulta pecunia accepta falsa referebat*) eoque fretum incertum esse dicere, utrum id quod hic teneamus verum an falsum sit. Nam quomodo tandem proximo post Caesaris necem tempore senatus consultum fingere poterat Antonius, in quo (v. 3) triumvirorum reipublicae constituendae mentio fieret? Initium senatusconsulti sic fere refinxerunt Chishullus et Boeckhius: [ὕπατοι λόγους ἐποιήσαντο, ἀρέσκειν τῆι συγκλήτωι, περὶ ὧν Γάϊος Καῖσαρ ὑπὲρ Πλαρασέων καὶ Ἀφροδεισιέων ἔκρινε, αὐτοὺς κατὰ τὰ δί]καια ἐσθλά τε [πάντ]α ἐλευθέρους εἶναι. Mommsenus etiam commodius περὶ τούτου τοῦ πράγματος οὕτως ἔδοξεν· ἀρέσκειν τῇ συγκλήτωι Πλαρασεῖς καὶ Ἀφροδεισιεῖς, ὡς ἔκρινε Γάϊος Καῖσαρ αὐτοκράτωρ κτλ. Atque illa Γάϊος Καῖσαρ — ἔκρινε decreto apud Iosephum Ant. XIV, 221, quod iam Chish. attulit, confirmantur, sed proxima minus placent, siquidem κατὰ τὰ δίκαια quidem reprehensione caret, sed κατὰ τὰ ἐσθλά permire dictum est. Mihi potius de rebus iustitiae et honestatis plenis quas Aphrodisienses gessissent quibusque libertatem meruissent dictum fuisse videtum, veluti [ἐργασαμένους | δί]καια ἐσθλά τε π[ολλά]. De libertate Aphrodisiensibus concessa cf. Plinius N. h. V, 109: *Aphrodisienses liberi.* C. I. G. 2845, 5: Κλαύδιος Αὐρήλιος Ζῆλος — τῶν συναιτίων τῇ πόλει τῆς αὐτονομίας ἀπόγονος. 14 Supplevit Mommsen (ap. Bruns) collato loco a G. Kaibelio sibi indicato Dionysii Ant. XI, 32: τὴν ἐγγύην ὁμολογεῖτε — εἰς τὴν αὔριον ἡμέραν, unde apparet Latinorum *vadimonium facere* Graecis ἐγγύην ὁμολογεῖν exprimi consuevisse. Commode Viereck praeterea affert Ioseph. Ant. XVI, 163: ἐγγύας τε μὴ ὁμολογεῖν αὐτοὺς ἐν σάββασιν.

ἔπαθλα τειμὰς φιλάνθρω[πα -------------------τρεῖς ἄνδρες | ο]ἱ τῆς τῶν δημοσίων πραγμάτων διατάξεως τῷ ἰδίῳ ἐπικρίματι Πλ[αρασεῦσι καὶ Ἀφροδισιεῦ||σι] προσεμέρισαν προσμεριοῦσιν, συνεχώρησαν συνχωρήσουσιν, τα[ῦτα πάντα κύρια εἶναι | γ]ενέσθαι. ὁμοίως τε ἀρέσκειν τῇ συγκλήτῳ, τὸν δῆμον τὸν Πλα[-ρασέων καὶ Ἀφροδεισιέ]|ων τὴν ἐλευθερίαν καὶ τὴν ἀτέλειαν αὐτοὺς πάντων τῶν πραγ[μάτων ἔχειν καρπίζεσθαι, | καθ]άπερ καὶ τίς[15] πολιτεία τῷ καλλίστῳ δικαίῳ καλλίστῳ τε νόμῳ ἐστίν[16], [ἥτις παρὰ τοῦ | δήμο]υ τοῦ Ῥωμαίων τὴν ἐλευθερίαν καὶ τὴν ἀτέλειαν ἔχει φίλη τε καὶ σύ[μμαχος γεγέ||νηται. ὅ τε] τέμενος θεᾶς Ἀφροδίτης ἐν πόλει Πλαρασέων καὶ Ἀφροδεισιέω[ν καθιέρωται, τοῦτο | ἄσυλον ἔ]στω[17] ταὐτῷ ⟨τῷ⟩ δικαίῳ ταὐτῇ τε δεισιδαιμονίᾳ[18], ᾧ δικαίῳ καὶ ᾗ δεισ[ιδαιμονίᾳ Ἀρτέμι|δος Ἐφε]σίας ἐστὶν ἐν Ἐφέσῳ[19]. κύκλῳ τε ἐκείνου τοῦ ἱεροῦ εἴτε τέμενος εἴτ[ε ἄλσος ἐστίν, οὗ|τος ὁ] τόπος ἄσυλος ἔστω. ὅπως τε ἡ πόλις καὶ οἱ πολεῖται οἱ Πλαρασέων [καὶ Ἀφροδεισιέων |

168: ἔγραψα δὲ καὶ Σιλανῷ τῷ στρατηγῷ, ἵνα σάββασιν μηδεὶς ἀναγκάζῃ Ἰουδαῖον ἐγγύας ὁμολογεῖν. Caveri igitur, ne civis Aphrodisiensis a magistratu Romano Romam evocetur et propterea vadimonium facere cogatur. 15 ἥτις emendavit Boeckh, καί τις indefinite Viereck et Mommsen. Sed illud quidem frustra ad ligaturam litterarum H et T non observatam in transcribendo revocare conatur B., siquidem in huius aetatis titulo eam fuisse incredibile est, hoc vero propterea minus placet, quia manifestum est ex Latino *ut quae* hoc καθάπερ καὶ τίς expressum esse. Hic cum interrogativo potius quam cum indefinito confudisse mihi videtur interpres relativum (*ea*) *quae*, praesertim cum in ipso Graeco sermone hoc vitium inferiore aetate neutiquam infrequens fuerit. Cf. O. Immisch, Leipziger Studien X 1887 p. 309 sqq. 16 Merus ablativus Latinus dativo item sine praepositione Graece redditus contra sermonis leges. Cf. n. 442[11]. 17 Cf. Tacitus Ann. III, 62. 18 *eodem iure eademque religione*. V. M. 19 Cf. Strabo XIV, 1, 23 p. 641 Cas.: ἄσυλον δὲ μένει τὸ ἱερὸν (Artemisium Ephesiorum) καὶ νῦν καὶ πρότερον· τῆς δ' ἀσυλίας τοὺς ὅρους ἀλλαγῆναι συνέβη πολλάκις, Ἀλεξάνδρου μὲν ἐπὶ στάδιον ἐκτείναντος, Μιθριδάτου δὲ τόξευμα ἀφέντος ἀπὸ τῆς γωνίας τοῦ κεράμου καὶ δόξαντος ὑπερβαλέσθαι μικρὰ τὸ στάδιον, Ἀντωνίου δὲ διπλασιάσαντος τοῦτο καὶ συμπεριλαβόντος τῇ ἀσυλίᾳ μέρος τι τῆς πόλεως· ἐφάνη δὲ τοῦτο βλαβερὸν καὶ ἐπὶ τοῖς κακούργοις ποιοῦν τὴν πόλιν, ὥστ' ἠκύρωσεν ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ. Similiter etiam alibi mensura asyli definita est; cf. Tac. Ann. III, 62: *qui* (imperatores) *non modo templo* (Dianae Persicae apud Hierocaesarienses, cf. n. 333[1]), *sed duobus milibus passuum eandem sanctitatem tribuerant.* Hic id opus non fuisse, quia non de loco consecrando, sed de loci sacrati iure asyli confirmando ageretur, adnotat Mommsen.

μεθ' ὧ]ν κωμῶν χωρίων ὀχυρωμάτων ὀρῶν[20] προσόδων πρὸς τὴν φιλίαν το[ῦ δήμου προσῆλθον[21], ταῦτα ‖ ἔχωσ]ιν κρατῶσιν χρῶνται καρπίζωνταί τε πάντων πραγμάτων ἀτε[λεῖς ὄντες. μηδέ τινα | φόρον δ]ιά τινα αἰτίαν[22] ἐκείνων διδόναι μηδὲ [σ]υνεισφέρειν[23] ὀφείλωσιν, [ἀλλ' αὐτοὶ πᾶ|σι τούτ]οις κατ' οὖσαν μετὰ ταῦτα ἐν ἑαυτοῖς κύρωσιν[24] χρῶν[ται καρπίζωνται κρατῶσιν· ἔδοξεν].

20 Sic scribendum esse vidit Th. Mommsen Röm. Staatsrecht III p. 687 not. 4, quia in simili senatusconsulto de Thisbensibus Syll.[2] 300, 18 forma non ambigua ὀρέων est. ὅρων legerant Chishull et Boeckh. 21 Supplevit Pickius (ap. Br.) ex Syll.[2] 307, 21 μεθ' ἧς χώρας εἰς τὴμ φιλίαν τοῦ [δήμου τ]οῦ Ῥωμαίων παρεγένοντο, ad quem locum attuli similis formulae exempla Syll.[2] 355, 16. Caes. B. G. I, 43, 8. Sed τοῦ Ῥωμαίων, quod Pick etiam hic addi voluerat, propter spatii angustias omisit Viereck. 22 Rectius δι' ἡντιναοῦν αἰτίαν. 23 ΖΥΝΕΙΣΦΕΡΕΙΝ. Boeckh et Mommsen [ξ]υνεισφέρειν, sed hoc illa aetate et in illa regione incredibile est et Z vix minus prope a Σ quam a Ƶ vel Ξ abesse vidit Viereck. 24 I. e. ita ut ipsis sine cuiusquam alius approbatione de eis omnibus statuere (κυροῦν) liceat quod velint.

---

456 Stela marmoris fusci ab inferiore parte integra, inscripta in duobus lateribus contiguis, ex quibus latius (*a*) undique fractum est praeter marginem dextrum, angustius (*b*) integrum praeter partem superiorem. Mytilenis in museo gymnasii. *b* ex H. Kieperti apographo ed. Boeckh C. I. G. II add. p. 1025 n. 2167 *d*, totum titulum A. Conze Reise auf der Insel Lesbos p. 13 tab. VII. Ex ectypo ab E. Fabricio confecto C. Cichorius Rom und Mytilene p. 31 sqq. W. R. Paton Inscr. Gr. ins. mar. Aeg. II p. 24 n. 58.

a

------------------------------ν δὲ[1] κα|-----------------

Litterae ΛΖΘΞΠΣ. 1 Reliquias hic tenemus populisciti Mytilenaeorum de Caesaris Augusti honoribus. Nam hunc potissimum principem monstrant cum Octaviae sororis nomen (v. 58) tum templi quod tum ipsum Pergami exstruebatur mentio (cf. not. 5). Anno 27 a. Chr. n. monumentum non antiquius esse nomen Σεβαστός (v. 15. 16) docet, sed aut eo ipso aut certe uno ex proximis annis incisum colligitur inde quod templum Pergamenum etiamtum imperfectum indicatur (not. 5). Utique ante Octaviae decessum (not. 17) i. e. ante annum 11 a. Chr. n. haec decreta sunt. Cichorius. In latiore latere mutilo praeter alios honores praecipue de certaminibus (v. 6—11) honoris Augusti causa instituendis et de sacrificiis ei offerendis (v. 14—15.

---------------ιάδας ἱερὰ | -------------------------------- εσθαι ἐν τε|--------------------------- γραφόντων εἰς α||--- ------------------------------ηθέντα ὕμνου ὑπὸ | [-------- --------------------- ἐ]ν ταῖς γινομέναις θέαις | [---------- ------------- τιθέναι δὲ κατὰ πενταετηρ]ίδα ἀγῶνας θυμελικοὺς | [------------------------------------- τοῖς νική σ]ασιν ἆθλα ὅσα ὁ Διακὸς[2] νόμος πε|[ριέχει----------------------- ----------------]ανων καὶ τοῦ ἀρχιερέως καὶ τοῦ στεφανη||-[φόρου[3] --]ς καταγγελεῖς τῶν πρώτων ἀ(χ)θησο|[μένων[4] ἀγώνων ---------- ----------------------ταῖς ἐπισ]ημοτάταις πόλεσιν, ἀναθεῖναι δὲ δέλτου|[ς ἢ στήλας τοῦδε τοῦ ψηφίσματος ἐχούσας τὸ ἀντίγραφον ἐν τῷ ναῷ τῷ κατασ]κευαζομένῳ α[ὐ]τῷ ὑπὸ τῆς Ἀσίας ἐν Περγάμῳ[5] κα|[ὶ --

---

19—33) praecipitur. Quae his interponuntur ad aliud argumentum spectantia, ex eis illa quidem, quibus hoc decretum variis imperii Romani locis lapidi incisum publice proponi iubetur (v. 11—14) ex more in fine totius instrumenti collocari exspectaveris. At id, quia coniunctissimum est cum negotio ludos recens institutos usquequaque indicendi et ad eos invitandi (cf. v. 10 καταγγελεῖς τῶν πρώτων ἀ(χθ)ησο[μένων ἀγώνων]), hic potius insertum videtur. Quod contra quo pacto praeceptum de iureiurando iudicum (v. 15. 16) medio intericiatur sacrificiorum ordini non perspicio. 2 Vocabulum integrum in lapide exstare apparet ex Patonis exemplo, cum Cichorius ΔΙ////ΚΟΣ exhibeat. Ludos recens institutos, quibus reges et imperatores honorabantur, ad exemplum eorum qui pridem deis habebantur ordinari consuesse notum est. Sic Mytilenis certaminum sacrorum Augusti ordinem ex Iovis ludis repetitum esse, ut de sacrificiis ex v. 21 apparet, hinc discimus. Nam τὸν Διακὸν νόμον legem fuisse de feriis Iovis sponte patet. 3 Cf. n. 332[11]. 4 ΑΚΟΗΣΟ lapis. 5 Cichorius provocat ad Tac. Ann. IV, 37: *cum Divus Augustus sibi atque urbi Romae templum apud Pergamum sisti non prohibuisset* et Cass. Dion. LI, 20, 6. 7: Καῖσαρ δὲ ἐν τούτῳ τά τε ἄλλα ἐχρημάτιζε καὶ τεμένη τῇ τε Ῥώμῃ καὶ τῷ πατρὶ τῷ Καίσαρι, ἥρωα αὐτὸν Ἰούλιον ὀνομάσας, ἔν τε Ἐφέσῳ καὶ ἐν Νικαίᾳ γενέσθαι ἐφῆκεν. — καὶ τούτους μὲν τοῖς Ῥωμαίοις τοῖς παρ' αὐτοῖς ἐποικοῦσι τιμᾶν προσέταξε· τοῖς δὲ δὴ ξένοις, Ἕλληνάς σφας ἐπικαλέσας, ἑαυτῷ τινα, τοῖς μὲν Ἀσιανοῖς ἐν Περγάμῳ, τοῖς δὲ Βιθυνοῖς ἐν Νικομηδείᾳ, τεμενίσαι ἐπέτρεψε. Ex participio praesentis C. colligit, aedem tum nondum perfectam fuisse; atqui ut reliqua aedificia magnifica principatus Augusti, Pantheon, templum Apollinis Palatini, alia, sic hoc quoque exiguo biennii aut triennii spatio absolutum videri, qua ex re satis certam de decreti tempore coniecturam fieri. Reliqua praeter Pergamum oppidorum nomina quae aetatem tulerunt, in diversissimis imperii regionibus decretum collocatum esse ostendunt, et multa nomina intercidisse latitudo pristina lapidis (v. 12 litteras duodenonaginta habuisse videtur) arguit.

-----]ῳ καὶ Ἀκτίῳ καὶ Βρεντεσίῳ καὶ Ταρραχῶνι καὶ Μα[σ|-σαλίᾳ καὶ --------------------------------- καὶ Ἀν]τιοχήᾳ τῇ πρὸς τῇ Δάφνῃ. τὰς δὲ κατ' ἐνιαυτὸν ‖ [θυσίας ---------- ------------------------------ ἐν τῷ ναῷ τοῦ Διὸ]ς καὶ ἐν τῷ τοῦ Σεβαστοῦ. ὅρκον δὲ εἶναι τῶν δι|[καστῶν ------------ --]ομένων σὺν τοῖς πατρίοις θεοῖς καὶ τὸν Σεβασ|[τὸν ---------------------- ----- ἐν τῶι ναῶι τῆς Ἀφροδί]της[6] τὴν εἰκόνα τοῦ θεοῦ. τὰς δὲ τῶν γανων[7]|-------------------------------------- τεμένους εἶναι καὶ τἄλλα δίκαια καὶ τίμι[α | --------------------- --------------------- κ]ατὰ δύναμιν τὴν ἑαυτοῦ· ἱερῶν δ' ἐπὶ [τ]ράπε‖[ζαν[8] --- κατ]ὰ μῆνα ἐν τῇ γενεθλίῳ αὐτοῦ ἡμέρᾳ[9] καὶ π[α]ριστάναι[10] ------------------------------------ τῶν] αὐτῶν θυσιῶν ὡς καὶ τῷ Διὶ παρίσταται. τρέ|[φεσθαι δὲ[11] ------------------- -------------βοῦς λευκοὺ]ς ἐφελιωμένους[12] ὡς καλλίστους καὶ

Quare nescio an Cichorius cum certam causam, cur Tarracone potissimum (v. 13) tabula erecta esset, enucleare posse sibi videretur, nempe quod Augustus tum ipsum illic commoratus esset, nimis argutus fuerit. 6 Supplevit Cichorius admonens eximiae pietatis qua gens Iulia ac potissimum quidem Augustus Venerem a qua originem gentis repetebant prosecuti essent. Deam ut in aliis insulae Lesbi oppidis, sic Mytilenis quoque studiose cultam esse probant et fabulae et dedicationum tituli, quorum testimonia attulit Tümpel ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie I, 2 p. 2748. 7 Vocabulum obscurissimum. 8 Iuxta simulacrum dei in templo fuisse mensam sacram permultis testimoniis constat. Cf. Dinarch. III, 2 ἐπιωρκηκὼς ὃν ὤμοσεν ὅρκον μεταξὺ τοῦ ἕδους καὶ τῆς τραπέζης. Polyb. IV, 35, 4: περὶ τὸν βωμὸν καὶ τὴν τράπεζαν τῆς θεοῦ. Dionys. Hal. Ant. II, 50, 3. Syll.[2] 229, 18. 583, 9. 16. 588, 89. 157. 734, 122. Ea cum aliis rebus imponendis inserviebat tum vero praecipue dapibus sacris quae deo offerebantur. Cf. Chionides apud Athenaeum IV p. 137 e ὅταν τοῖς Διοσκούροις ἐν πρυτανείῳ ἄριστον προτιθῶνται, ἐπὶ τῶν τραπεζῶν τιθέναι 'τυρὸν καὶ φυστὴν δρυπεπεῖς τ' ἐλάας καὶ πράσα'. Syll.[2] 633, 20 ἐὰν δέ τις τράπεζαν πληρῶι τῶι θεῶι, λαμβανέτω τὸ ἥμισυ. 645, 5 [παρατιθέτω]σαν δὲ καὶ [ἐπ]ὶ τὴν τρά[πεζαν τῆι θεῶι ----- καὶ] γλῶσσαν καὶ σάρκας τρε[ῖ]ς. v. 8. 9 [παρατιθέτωσαν -----] τῆι θεῶι ἐπὶ τὴν τράπεζαν. 9 Diem natalem non modo quotannis, sed etiam unoquoque mense redeuntem sacris obire moris fuisse certe in regibus aliisque similis dignitatis hominibus apparet etiam ex n. 56, 33. 339, 35. 36. 383, 132. 133. 10 Cf. n. 332[15]. 11 Supplevit Cichorius. Quod addidit Paton τὰ ἱερεῖα, perquam dubium est; neque enim est cur alias ac boves victimas hic commemoratas esse statuamus. 12 Editoribus haec vox omnino obscura visa est. Sed si levem modo errorem lapicidae aut leve pronuntiationis tum volgatae vitium statuemus, licebit ad

με[γ|ίστους ------------------------------------μὲν ὑπὸ τῶν κατ' ἐνια]υτὸν στρατηγ(ῶ)ν [13], δύο δὲ ὑπὸ τῶν ἐπι[σ|τατῶν, --- --------------------------, ------ δὲ ὑπὸ τῶν ἀγ]ορανόμων, τρία δὲ ὑπὸ τοῦ ἀρχιερέως ‖ [------------------------------ ------------- δίδοσθαι δὲ ἐκ τοῦ] δημοσίου δραχμὰς ἑκάστῳ τετρα|[κοσίας [14] -- ------- δ]είκνυσθαι δὲ τοὺς τραφέντας | [-------------------- -------------------------------- ἐν τ]οῖς ἀγῶσιν τρέφεσθαι τὸν ἴσο[ν | χρόνον ---] τὴν γενέθλιον ἡμέραν αὐτο[ῦ | ------------------------------ ----------------------------] μηδενὶ διδομένου ‖ [--------- -------------------------------- τῷ σ]τεφανηφόρῳ καὶ τ[ῷ | -- καθ'] ἕκαστον ἔτος ἐν | ---αι τίθεσθαι ἐπ[ὶ | --------------------------------]ενα----

b

-------- | εὐεργεσιῶν νομισ[---------- εὐχα]‖ριστίαν. ἐπιλογίσασθαι δὲ τῆ[ς] | οἰκείας μεγαλοφροσύνης ὅτ[ι] | τοῖς οὐρανίου τετε[υ]χόσι δό|ξης καὶ θεῶν ὑπεροχὴν καὶ | κράτος ἔχουσιν οὐδέποτε δύ‖ναται συνεξισωθῆναι τὰ καὶ | τῇ τύχῃ ταπ(ε)ινότερα καὶ τῇ φύ|σει. εἰ δέ τι τούτων ἐπικυδέσ|τερον τοῖς μετέπειτα χρό|νοις εὑρεθήσεται, πρὸς μη[δὲ‖ν] τῶν θεοποιεῖν αὐτὸν ἐπὶ [πλέ]|ον δυνησομένων ἐλλείψει[ν] | τὴν τῆς πόλεως προθυμίαν | καὶ εὐσέβειαν. παρακαλεῖν | δὲ αὐτὸν συγχωρῆσαι ἐν τῇ [οἰ]‖κίᾳ αὐτοῦ δέλτον ἀναθεῖνα[ι] | καὶ ἐν τῷ Καπετωλίῳ δέ[λτον] | ἢ στήλην τοῦδε τοῦ ψη[φίσμα]|τος ἔχουσαν τὸ ἀντίγραφ[ον.] | εὐχαριστῆσαι δὲ περὶ αὐτο[ῦ] ‖ τοὺς πρέσβεις τῇ τε συγ[κλή]|τῳ

ἔφηλις nomen referri, cuius de fluctuante accentu et flexione exposuit Lobeck Pathologiae s. Gr. proleg. p. 458. Quae vox indicat maculas obscuras quibus cutis distinguitur. Atqui et colorem in universum et figuras quasdam quibus quasi signatae essent victimae maximi momenti habita esse et illa notissima quae spectant ad Apidem (cf. Pauly-Wissowa Realencyklopädie I, 2 p. 2807 n. 5) et multa alia testimonia docent. Quare albos boves maculis fuscis nigrisve quasi conspersos intellego ideoque βοῦς λευκο]ὺς supplevi. βόας reposuisse satis habuit Paton, cum Cich. adeo nihil nisi το]ὺς suppleret, qui articulus utique a loci tenore alienus est. 13 ΣΤΡΑΤΗΓΟΝ lapis. 14 Hic adiectum fuisse videtur ἑκάστου τοῦ βοός (ἱερείου, θύματος). Nam cum numerus victimarum quae singulis magistratibus nutriendae tradebantur impar esset, non poterat par esse summa pecuniae.

καὶ ταῖς ἱερήαις τῆς Ἑσ[τί]||ας[15] καὶ Ἰουλίᾳ[16] τῇ γυναικὶ αὐτοῦ | καὶ Ὀκταΐᾳ[17] τῇ ἀδελφῇ καὶ τοῖς | τέκνοις[18] καὶ συγγενέσι καὶ φί||λοις. πεμφθῆναι δὲ καὶ στέφα|νον ἀπὸ χρυσῶν δισχιλίων, ὃν | καὶ ἀναδοθῆναι ὑπὸ τῶν πρέσ||βεων. εὐχαριστῆσαι δὲ ἐπ' αὐ|τοῦ καὶ τῇ συγκλήτῳ τοὺς πρέσ||βεις προσενηνεγμένης αὐτῆς | τῇ πόλει συμπαθέστατα καὶ | τῆς πατρίου χρηστότητος[19] | οἰκείως.

---

15 Cur gratiae agantur etiam virginibus Vestalibus, sagaciter expedivit Cichorius. Apud Romanos, ac potissimum quidem postremis liberae reipublicae temporibus et principatu Augusti, morem fuisse apud illas deponi testamenta, foedera aliasque maximi momenti litteras publicas privatasque (Appian. Civ. V, 73. Cassius Dio XLVIII, 37, 1. Plutarch. Anton. 58. Sueton. Caes. 83. Tac. Ann. I, 8). Iam proximo ante hoc decretum tempore senatus consultum factum videri, quo antiquum foedus inter Romanos et Mytilenaeos instauraretur. Illud senatus consultum Augustus communicavit cum civitate additis litteris gratiae benignitatisque plenis, ad quas hoc decreto respondetur. Consentaneum igitur est et Caesari, cuius nutu omnia acta sint, et senatui, qui de renovando foedere decreverit, et Vestalibus, quae hoc senatus consultum conservandum acceperint, gratias agi. 16 Post Augusti obitum demum eius uxorem adoptione in gentem Iuliam transiisse in volgus notum est. Quare aut cum Mommseno (apud Cichorium) sumendum est, hanc tabulam superstitem aliquanto post quam ipsum decretum factum esset confectam, aut, quod mihi multo magis placet, cum ipso Cichorio error satis levis quadratarii (ΙΟΥΛΙΑ pro ΛΙΟΥΙΑ) subesse existimandus est. 17 De scriptura nominis cf. n. 437[2]. Octavia minor, C. Octavii et Atiae filia, Augusti soror uterina, quae C. Marcelli et M. Antonii uxor fuerat, decessit anno 11 a. Chr. n. Cf. Prosopographia imp. Rom. II p. 430 n. 45. 18 Praeter Iuliam filiam tum temporis nullos fuisse Augusto neque natura neque adoptione liberos omnium certissimum est. Quare verissime plurali τέκνοις generum M. Marcellum contineri existimat Cichorius; testimonium sane huius consuetudinis quod afferre posse sibi visus est ex alio titulo Mytilenaeo nullum est, quia illic (Inscr. Gr. ins. mar. Aeg. II p. 59 n. 213, 2) non πα[τέρα] sed πα[ῖδα] supplendum est, ut monumentum non Drusi maioris sit, sed filii secundi Caesaris Germanici et Agrippinae natu maioris. At quin per sermonis leges liceat filiam et generum uno nomine τέκνα appellari nihilo magis dubitandum est. Quod cum ita sit, non video quo iure praeterea etiam privignos Tiberium Drusumque hac appellatione contineri opinetur Cichorius. Nam quod id verisimile dicit praesertim cum etiam eorum mater Livia nominatim appelletur, falli mihi videtur. Etenim permagnum hoc nomine discrimen intercedere inter uxorem principis et privignos sponte patet. 19 Hinc Cichorius colligit, iam ante foedus proximo tempore instauratum Mytilenaeos illam virtutem senatus expertos esse. Rem sic se habuisse sane ne mihi quidem improbabile videtur, sed verba tituli id neutiquam probant. Quidni enim ad famam honestatis et clementiae senatus Romani per omnes gentes propagatam quam ad ea quae ipsi

experti sint eos provocare existimemus? Cf. Caesar B. G. II, 31, 4: *si forte pro sua clementia ac mansuetudine, quam ipsi ab aliis audirent, statuisset Aduatucos esse conservandos.*

---

457 In vico *Zumarli-Köi* septentrionem versus ab Alabandensium oppido. Edd. Boeckh C. I. G. II Add. p. 1122 n. 2903 *f*. Lebas-Waddington Inscr. III, 549.

Ἀπόλλωνος | Ἐλευθερίου[1] Σεβαστοῦ[2].

Litterae ΑΘΠΣΥ. 1 Cave hinc colligas, in Graecorum sacris usquam Ἐλευθέριος usitatam Apollinis ἐπίκλησιν fuisse. Immo cum in universum Apollinis nomen Augusti ingenio et personae accommodatissimum esset, propter libertatem recuperatam vero hoc monumentum erigeretur ab Alabandensibus, haec quae proprie inter se aliena sunt coniungebantur. De more latissime patente imperatoribus Romanis eorumque familiis deorum Graecorum nomina tribuendi Waddington praeter alia provocavit ad nummos Magnetum Sipylensium (Mionnet Suppl. Lydie n. 278), in quibus Nero Ζεὺς Ἐλευθέριος appellaretur. Idem habes in decreto Acraephiensium Syll.[2] 376, 41. 49. 52. Ipse Augustus vero Iovis Liberatoris nomen gerit in titulis Aegyptiis n. 659, 1 et Archiv f. Papyrusforschung II p. 431 n. 8: Καίσαρα Αὐτοκράτορα θεοῦ υἱὸν Δία Ἐ[λευ]θέριον Σεβαστόν. Neque aliter accipiendum existimaverim titulum Cyitarum Cariae Bull. de corr. Hell. XI 1887 p. 306 n. 1, 6: ἱερεὺς τοῦ θεοῦ Σεβαστοῦ καὶ ἀρχηγέτου τῆς πόλεως Διὸς Ἐλευθερίου. Nam si duorum deorum, Augusti et Iovis, sacerdotia significarentur, certe ante ἀρχηγέτου articulus repetendus fuit. 2 Hoc nomen sic nude positum non potest alium significare atque eum qui primus omnium eo ornatus est anno 27 a. Chr., quo anno hic titulus nec antiquior esse potest nec multo recentior esse videtur. Waddington monuit, Alabandenses magnopere vexatos esse per Labieni incursionem; cf. Cassius Dio XLVIII, 26, 3. 4: ὁ δὲ δὴ Λαβιῆνος ἐν τούτῳ τήν τε Κιλικίαν κατέσχε καὶ τῆς Ἀσίας τὰς ἠπειρώτιδας πόλεις — παρεστήσατο πλὴν Στρατονικείας, τὰ μὲν πλεῖστα ἄνευ πολέμου, Μύλασα δὲ καὶ Ἀλάβανδα διὰ κινδύνων ἑλών· οὗτοι γὰρ ἐδέξαντο μὲν παρ' αὐτοῦ φρουρούς, φονεύσαντες δὲ αὐτοὺς ἐν ἑορτῇ τινι ἀπέστησαν· καὶ διὰ τοῦτο τοὺς μὲν Ἀλαβανδέας αὐτὸς λαβὼν ἐκόλασε, τὰ δὲ δὴ Μύλασα ἐκλειφθέντα κατέσκαψε. Eo minus mirum est Augustum eos beneficiis consolatum esse, praecipue libertate concessa, quam praeter hunc titulum testatur Plinius N. hist. V, 109 *Alabanda libera quae conventum eum cognominavit.*

---

458 Exemplarium quae lapidibus incidi iubentur v. 64 *sqq.* quattuor aetatem tulerunt, Prienense (*P*), Apamense (*A*), Eumeniense (*E*), Dorylaiense (*D*). Integri lapides omnes superiore loco Latinum titulum habebant, cuius pars servata est in tabula Apamensi,

pars in Dorylaiensi, quae nihil ex Graecis habet. Deinde sequebantur Graeca, quae in *P* praeter initium paene integra, in *A* magna certe ex parte exstant, cum in *E* nihil nisi v. 55 Ὀκτωβρίων — v. 67 Καισαρήοις aetatem tulerit. — *A* Graeca per quattuor columnas disposita exhibet; partem huius exempli post Arundellium et Hamiltonum ed. J. Franz C. I. G. 3957, reliqua addiderunt V. Bérard Bull. de corr. Hell. XVII (1893) p. 315 n. 9 et Th. Mommsen Mitth. des arch. Inst. in Athen XVI (1891) p. 282. Novissime J. G. C. Anderson lapidem denuo accuratissime examinavit et exemplum emendatius proposuit Mitth. des arch. Inst. XXV (1900) p. 111. *E* ed. Hamilton Researches in Asia minor n. 367 (J. Franz C. I. G. 3902 *b*). *P* effossum Prienae in foro, ubi appositum erat pilae porticus septentrionalis. Exscripserunt Schrader et von Prott. Omnia coniuncta ediderunt et enarraverunt Th. Mommsen et U. von Wilamowitz-Möllendorff Mitth. des arch. Inst. in Athen XXIV (1899) p. 275 sqq. (inde repetuntur Revue archéologique Troisième sér. XXXVII 1900 p. 357 n. 76). Editores in versuum dispositione exemplum Prienense omnium integerrimum secuti ea modo quae in nullo ex lapidibus exstant uncis incluserunt, quod institutum ipse quoque tenui.

I [---------- | παρ]ά[1] τῶν πρότ[ερ]ον παρειλ[ήφαμεν ----------

Formas litterarum non omnes easdem exhibent editores. Cum ΞΠΣ ubique recurrant, fluctuatur inter ΘΘΘ itemque inter Α et Α. Ex parte haec discrimina lapidum, quippe qui quattuor diversis locis alii ab aliis lapicidis elaborati sint, esse non improbabile est, sed alia editorum, antiquiorum maxime, incuriae accepta ferri videntur. 1 Tria unusquisque lapis instrumenta Graeca continebat: I. Paulli Fabii Maximi proconsulis Asiae epistulam ad commune civitatium Graecarum, qua suadet ut Augusti Caesaris diem natalem initium anni civilis habeant fastosque suos ad exemplum anni Iuliani Romanorum commutent. V. 1—30. II. Decretum civitatium Graecarum Asiae, qua huic Paulli Fabii consilio obsequuntur. V. 30—77. III. Alterum earundem decretum de comitiis magistratuum in singulis civitatibus tam mature habendis, ut illi die natali Augusti inire possint, v. 78—84. Praeter haec epistulam Fabii etiam Latine scriptam in eisdem lapidibus incisam fuisse, ut v. 30 praecipitur, documento sunt fragmenta exemplorum Dorylaiensis et Apamensis, quae suis locis singillatim afferam. Cf. not. 9. 10. 16. 23. In exemplo Apamensi Graecis, quae per septem columnas quas dicunt disposita sunt, uno versu per totam lapidis latitudinem transcurrente argumenti index praemittitur, ex quo nunc nihil exstat nisi -----νες καθιερωθείσας εἴτε διὰ θρησκε[ίαν]. De tempore quo haec omnia acta sint (fere a. 9 a. Chr. n.) cf. quae exposui not. 31. 50.

------------------|--] τῶν θεῶν [ε]ὐμενὲς κα[ὶ -------------- --- | πότ]ερον[2] ἡδείων ἢ ὠφελ[ιμωτέρα ἐ]στὶν ἡ τοῦ θειοτάτου Καίσαρος γενέ||θλιος ἡμέρα, ἣν τῆι τῶν πάντων ἀρχῆι ἴσην[3] δικαίως ἂν εἶναι ὑπ[ολά]βοιμεν, | καὶ εἰ μὴ τῆι φύσει[4], τῶι γε χρησίμωι, εἴ γε οὐδὲ[ν ο]ὐχὶ διαπεῖπτον[5] καὶ εἰς ἀτυ|χὲς μεταβεβηκὸς σχῆμα ἀνώρθωσεν, ἑτέραν τε ἔδωκεν παντὶ τῶι | κόσμωι ὄψιν, ἥδιστα ἂν δεξαμένωι[6] φθοράν, εἰ μὴ τὸ κοινὸν πάντων εὐ|τύχημα ἐπεγεννήθη[7] Καῖσαρ. διὸ ἄν τις δικαίως ὑπολάβοι τοῦτο ἁτῶι[8] || ἀρχὴν τοῦ βίου καὶ τῆς ζωῆς γεγονέναι, ὅ ἐστιν[9] πέρας καὶ ὅρος τοῦ με|ταμέλεσθαι, ὅτι γεγέννηται. καὶ ἐπεὶ[10] οὐδεμιᾶς ἂν ἀπὸ ἡμέρας εἴς | τε τὸ κοινὸν καὶ εἰς τὸ ἴδιον ἕκαστος ὄφελος εὐτυχεστέρας λάβοι | ἀφορμὰς ἢ τῆς πᾶσιν γενομένης εὐτυχοῦς, σχεδόν τε συμβαίνει | τὸν αὐτὸν ταῖς[11] ἐν

---

2 In fragmentis Apameae repertis hoc enuntiatum Latino sermone est: *iucundior an salubrior natalis principis nost[ri]*. M. 3 THI non modo in *P*, sed etiam in *A* (non THN) esse nunc Andersoni testimonio constat. Deinde vero ἴσην *A*, ἴσηι *P*. 4 Sic *A*, φύσι *P*. 5 Hoc totidem litteris in lapide *A* esse testatur Anderson, cum in *P* litterae quarta et sexta interciderint. 6 μενω *A* μενωι *P*. 7 νηθη *A* νηθηι *P*. 8 αὐτῶι Mommsen-Wilamowitz ex Schraderi Prottiique apographo; neque est cur dubitetur, quin diphthongus AY in lapide *P* sit. Neque vero personale αὐτῶι, sed reflexivum αὑτῶι hoc esse voluisse scriptorem tituli ex *A* apparet, ubi ATΩI esse Andersoni testimonio constat. Nam hanc diphthongi mutationem, frequentissimam illam quidem Augusti aetate, in reflexivum modo pronomen cadere constat. Cf. J. Wackernagel, Ztschr. f. vergl. Sprachw. XXXIII p. 4 sqq. E. Schweizer Gramm. der pergam. Inschriften p. 91 sq. Meisterhans-Schwyzer Gramm. der att. Inschr. ed. 3 p. 61 not. 516. p. 154 not. 1318. 9 In lapide Dorylaiensi exstat pars haud exigua litterarum Latinarum huic Graeci exempli loco respondens, quam mutilatam neque accurate exscriptam Mommsenus sic restituit: [*propterea recte homines existimant hoc sibi principium* | *vitae*,] *quod paenitendi fuerit natos se esse* [*fi*]|*nis* . | *cumque non ullo ex die feliciora et privatim singulis et uni*|*versis publice trahi possint aus*[*pici*]*a quam ex eo, quem felicissi*|*mum communiter* [*credunt*,] *fere autem omnium in Asia civitatium idem* | *tempus anni novi initiumque magistratuum sit, in quod* [*fort*]*ui*|*to, videlicet ut honoraretur, principis nostri natalis incidit, vel* | *quia tot erga divina merita gratum esse difficile est nisi omnis* | *pietatis temptetur materia, vel quia* [*dies est*] *pro*[*p*]*ria* [*cui*]*que* | *laetitia ingressui honoris* [*st*]*atu*[*t*]*us, publicum videtur m*[*ihi* -----]. 10 Verba *cumque non ulla ex die feliciora et privatim singulis et universis publice* etiam in Apamensibus epistulae Latinae reliquiis exstant. Cf. not. 9. 11 Articulum omisit *A*, habet *P*.

Ἀσίαι πόλεσιν καιρὸν εἶναι τῆς εἰς τὴν ἀρχὴν εἰσόδου, ‖ δηλονότι κατά τινα θείαν[12] βούλησιν οὕτως τῆς τάξεως προτετυπωμέ|νης[13], ἵνα ἀφορμὴ γένοιτο τῆς εἰς τὸν Σεβαστὸν τιμῆς, καὶ ἐπειδὴ δύσκο|λον μέν ἐστιν τοῖς τοσούτοις αὐτοῦ εὐεργετήμασιν κατ' ἴσον ε[ὐχαρισ]|τεῖν, εἰ μὴ παρ' ἕκαστα ἐπινοήσαιμεν τρόπον τινὰ τῆς ἀμείψε[ως καινόν,] | ἥδειον δ' ἂν ἄνθρωποι[14] τὴν κοινὴν πᾶσιν ἡμέραν γενέθλιον ἀγά[γοιεν[15] ‖ ἐ]ὰν προσγένηται αὐτοῖς καὶ ἰδία τις διὰ τὴν ἀρχὴν ἡδονή, δοκεῖ μοι | πασῶν τῶν πολειτηῶν εἶναι μίαν καὶ τὴν αὐτὴν νέαν[16] νουμηνίαν | τὴν τοῦ θηοτάτου[17] Καίσαρος γενέθλιον, ἐκείνῃ[18] τε πάντας

---

12 Sic integra haec esse in *A* testatur Anderson. κα[τά τιν]α θήαν *P*. De η pro ει cf. not. 17. 13 Quod anni civilis initium, quale iam tum observabatur in Asia, fere in ipsum diem natalem Caesaris Augusti incidebat, id ad divinae providentiae consilium, quo ipse quem Paullus proposuit novus fastorum ordo praemonstratus sit, refertur. Utebantur autem tum Asiae civitates anni ordine a Macedonibus per omnem fere orientem propagato, qui annus lunisolaris initium capiebat ab aequinoctio auctumnali paucis modo diebus ab Augusti die natali distante. Memorabile vero est, divinae voluntatis mentionem (κατά τινα θείαν βούλησιν) ab interprete Graeco demum in haec verba illatam esse, cum Latinae epistulae tenor (not. 9) adverbium *fortuito* habeat. 14 ἀνθρώποις ἦν Mommsen Wilamowitz ex *P*. Sed cum Andersonus testetur in *A* potius ΝΘΡΩΠΟΙΤ esse, apparet ἄνθρωποι τὴν scribendum esse. Nam etsi per se Apamensis exemplaris non maior auctoritas est quam Prienensis, tamen neque articulo careri potest neque ἥδιον ἂν ἦν ἀνθρώποις aptum est sententiae, quia haec enuntiati condicionalis forma sumptionem rei fictae significat; quod contra optativus potentialis ἥδιον ἂν — ἀγάγοιεν optime hic se habet. 15 Sic supplendum fuit propter ea quae exposui not. 14. ἀγαγ[εῖν] Mommsen Wilamowitz. 16 In exemplaris Apamensis parte Latina haec agnoscuntur: *quem Graeci suo nomine diem nean numenian appellant eum clarissimi viri Caesaris.* Mommsenus monuit, neque de reliquo praeter ipsum anni initium ordine fastorum mutando neque de omnium mensium initiis in ante diem nonum calendas constituendis in epistula quicquam legi, quas res tamen decreto provinciae contineri. Sed illa in litteris epistulae proconsulis annexis fuisse, quarum frustulum exstaret in lapide Apamensi (not. 23), cum in Prienensi omissae essent quia earum argumentum in concilii provincialis decreto rediret. 17 Perfrequens, ut omnino illa aetate, etiam in hoc titulo est η pro ει ante vocales in substantivis feminini generis ut θρησκήα, πολειτήα, ἐπαρχήα (v. 21. 24. 26. 44. 46), in adiectivis eorumque neutris substantive usurpatis (τεληότατον 33. Καισαρήων 61. Καισαρήοις 67). Sed in θεῖος hoc rarius esse quam alibi consentaneum est, quia ipsa origo ad nomen θεός rediens ea orthographia aliquatenus obscuratur. Vs. 4 θειοτάτου est, v. 15 discrepant apographa. 18 ΕΚΕΙΝΗ *A* ἐκείνην *P*.

εἰς τὴν | ἀρχὴν ἐνβαίνειν, ἥτις ἐστὶν πρὸ ἐννέα καλανδῶν Ὀκτωβρίων, ὅπως | καὶ περισσότερον τιμηθῆι[19] προσλαβομένη ἔξωθέν τινα θρησκήαν καὶ ‖ μᾶλλον πᾶσιν γείνηται γνώριμος, ἣν οἴομαι καὶ πλείστην εὐχρηστίαν | τῆι ἐπαρχήᾳ παρέξεσθαι. ψήφισμα δὲ ὑπὸ τοῦ κοινοῦ τῆς Ἀσίας δεή|σει γραφῆναι πάσας ἐνπεριειληφὸς τὰς ἀρετὰς αὐτοῦ, ἵνα τὸ ἐπινοη|θὲν ὑφ' ἡμῶν εἰς τὴν τειμὴν τοῦ Σεβαστοῦ μείνῃ αἰώνιον. προστάξω | δὲ χαραχθὲν (ἐν[20]) τῇ[21] στήλῃ τὸ ψήφισμα ἐν τῷ ναῷ ἀνατεθῆναι, προτά‖ξας τὸ διάταγμα ἑκατέρως[22] γραφέν[23].

---

19 τιμηθῆι *A*, τειμηθῇ *P*. Item proximo versu γείνηται *A*, γένηται *P*. 20 Praepositionem in lapide propter terminationem vocabuli proximi errore omissam reposuerunt M. et W. 21 Si articulus hic genuinus esset, statuendum esse in Augusteo Pergamenorum certam quandam pilam eius modi decretis honorificis insculpendis destinatam fuisse observat Wilamowitz; ac sane articulum aliter defendi non licere verum est. Sed illa χαραχθὲν — ἀνατεθῆναι non possunt non de stela intellegi quae tum demum cum inscripta sit in templo collocetur. Quare articulus perperam, fortasse pro praepositione EN (not. 20), incisus videtur. 22 I. e. et Graece et Latine; cf. not. 1. Mommsenus cum hoc ἑκατέρως perbene confert locutionem *grammatici eruditionis* (vel *institutionis*) *utriusque* Cod. Theod. XI, 16, 15. 18. Sed iam huius tituli aetate id dicendi genus usitatum fuisse probat illud Horatii Carm. III, 8, 5 *docte sermones utriusque linguae.* 23 In lapide Prienensi hunc epistulae finem ipsum excipit initium decreti Asianorum (II). Sed Apameae his interiectum est aliud documentum item utraque lingua compositum. Ex Latinis nihil exstat nisi haec: ------ | *nonus XXX, decumus* | *XXXI, undecumus XXX,* | *duodecumus XXXI.* | *interkalaris interpo|netur.* Graecae interpretationis aetatem tulerunt relliquiae decem versuum, sed octo priorum tam exiguae et obscurae, ut nihil certi dispiciatur; duo postremi sic se habent μηδὲ ἔσται μία ἡμέρα δύο μέσων γενομένων [ἐτῶν -----] | κατὰ τὴν Ῥωμαϊ[κ]ὴν συνήθηαν. Quae frustula argumento quidem respondere illis quae in decreto concilii provincialis legantur v. 70. 71. 77 apparet, neque alia videtur causa, cur in lapide Prienensi omnino hoc totum documentum omitteretur; fuit sine dubio epistulae Paulli proconsulis appendix quae accuratiorem novorum fastorum descriptionem, quam in ipsa epistula desideramus (not. 16), contineret. De numero dierum errorem commissum, cum undecimo Gorpiaeo triginta, duodecimo Hyperberetaeo triginta unus tribuerentur, Mommsenus fragmento *A* eruto iam perspexerat, id quod comprobatur lapide *P* invento (v. 70. 71 Γορπιαῖος λα', Ὑπερβερεταῖος λ'). Unum quod in illo frustulo Graeco Apamensi sit, neque vero in decreto Asianorum redeat, enuntiatum μηδὲ ἔσται μία ἡμέρα est, quo Mommsenus conicit eorum computationem, qui diem intercalarium cum proximo unum duodequadraginta horarum diem efficere statuerint, reici.

II ῎Εδοξεν τοῖς ἐπὶ τῆς Ἀσίας | Ἕλλησιν[24], γνώμῃ τοῦ ἀρχιερέως Ἀπολλωνίου τοῦ Μηνοφίλου Ἀζανίτου[25]· | ἐπε[ιδὴ ἡ

---

24 Concilium provinciale, quod plerumque breviter τὸ κοινὸν τῆς Ἀσίας dicitur, tamen proprie et accurate Graecorum qui in illa provincia habitarent appellatum esse huius tituli sermo luculentissime demonstrat. Etenim in ipsorum decretorum formulis constanter additur nationis Graecae nomen (ἔδοξεν τοῖς ἐπὶ τῆς Ἀσίας Ἕλλησιν 30. 31. 78. δεδόχθαι τοῖς ἐπὶ τῆς Ἀσίας Ἕλλησι 49. 50), cum in qualibet alia eius mentione una provinciae appellatio ponatur (τὸ ψήφισμα τῆς Ἀσίας v. 62. 63. 66. 67. 81. ψήφισμα ὑπὸ τοῦ κοινοῦ τῆς Ἀσίας δεήσει γραφῆναι v. 26. 27. τῆς δὲ Ἀσίας ἐψηφισμένης ἐν Ζμύρνῃ v. 41. ‚στεφανοῖ [ἡ Ἀσ]ία Παῦλλον Φάβιον Μάξιμον v. 59). Quae observatio luculentissime confirmatur aliis saeculorum primi et secundi p. Chr. n. titulorum testimoniis. Formulam ἔδοξεν τοῖς ἐπὶ τῆς Ἀσίας Ἕλλησιν habes n. 470, 9, itemque epistulae ad concilium provinciae Asiae missae praescribitur n. 507, 3 τοῖς ἐπὶ τῆς Ἀσίας Ἕλλησι χαίρειν. Quod contra τειμηθέντα ὑπὸ τῆς Ἀσίας est 472, 13. 14, ἐν τῷ κοινοβουλίωι τῷ τῆς Ἀσίας 490, 12. In decreto concilii provincialis C. I. G. 3487, 10 sqq. legitur ἔδοξ[εν τοῖς ἐπὶ τ]ῆς Ἀσίας Ἕλλησιν, v. 28. 29 δεδόχθαι τοῖς ἐπὶ τῆς Ἀσίας Ἕλλησιν, sed v. 25—27 ἵνα γειν[ώ]σ[κῃ] ἡ πόλις ὅτι κατὰ κοινὸν οἶδεν ἡ Ἀσία τοὺς εὖ ποιοῦντας αὐτὴν ἀμείβεσθαι. Cf. etiam Inscr. Gr. ad res Rom pert. III p. 221 n. 603, 15 τετειμημένον — καὶ ὑπὸ τοῦ κο[ινο]ῦ τῶν ἐπὶ τῆς Ἀσίας Ἑλλήνων. Eadem ibid. p. 242 n. 671, 12. Etiam quod in epistula Panhellenum est n. 504, 15. 16 ἐπεστείλαμεν δὲ καὶ πρὸς τὸ ἔθνος, ad illam sollennem appellationem referendum videtur, nam Graeci qui in Asia incolunt natio (ἔθνος) sunt, omnes Asiani non item.

25 Αἰζεανίτου *A*, cum *P* hic Ἀζα[νί]του, v. Ἀζεανίτου exhibent. Ac de vocali ε ante α inserta res obscurissima est, siquidem haec scripturae proprietas nusquam alibi redit. De primae syllabae vocali certius est iudicium; nomen barbarum diphthongum αι habuisse consensu nummorum (Eckhel D. N. III p. 128. 142), et titulorum (n. 502, 1. 504, 3. 505, 3. 507, 4) probatur, quibuscum inter scriptores faciunt Ptolemaeus Geogr. IV, 2, 17 p. 828, 3 Αἰζανοί et Herodianus apud Steph. Byz. s. Ἀζανοί· Ἡρωδιανὸς διὰ τῆς αι ἐν πρώτῃ τῶν καθόλου λέγων ‛Αἰζὴν Ταντάλου παῖς, ἀφ' οὗ ἐν Φρυγίᾳ πόλις Αἰζανοί'. Neque vero forma Ἀζανοί, quae praeterea in litteris (Strabo XII, 8, 12 p. 576 Cas. Steph. Byz. Ἀζανοί. Hierocles Synecd. 668, 8) ac perraro etiam in inscriptionibus (Ἀσκληπιάδης Μηνοφίλου Νεικομηδεὺς ὁ καὶ Ἀζανείτης Arch.-epigr. Mitth. aus Oesterreich VIII 1884 p. 24 n. 62) invenitur, ad fortuitum errorem referenda est, sed eam cohaerere cum affectatione originis Graecae apparet ex Pausan. X, 32, 3: Φρύγες οἱ ἐπὶ ποταμῷ Πεγκάλᾳ, τὰ δὲ ἄνωθεν ἐξ Ἀρκαδίας καὶ Ἀζάνων ἐς ταύτην ἀφικόμενοι τὴν χώραν δεικνύουσιν ἄντρον κτλ. Similiter Cibyratas videmus sibi originem Laconicam affinxisse (n. 497, 2). Cui rei multum tributum esse, quia concilium provinciale Graecae nationis esse existimabatur (not. 24), sponte patet. Quare hominem qui hoc decretum rogaret consulto ethnici forma Graecae originis admonente usum esse, quam lapicida Prienensis religiose conservaret, Apamensis vero cum ea quae ipsi familiaris esset commutaret, veri simillimum existimo. Ceterum Aezani oppidum

πάντα[26]] διατάξασα τοῦ βίου ἡμῶν πρόνοια σπουδὴν εἰσεν[ενκα|-
μ]ένη καὶ φιλοτιμίαν τὸ τεληότατον τῶι βίωι διεκόσμη[σεν] | ἐνεν-
καμένη τὸν Σεβαστόν, ὃν εἰς εὐεργεσίαν ἀνθρώ[πων] ἐπλή||ρωσεν ἀρε-
τῆς, [ὥ]σπερ ἡμεῖν καὶ τοῖς μεθ' ἡ[μᾶς σωτῆρα πέμψασα] | τὸν παύ-
σοντα μὲν πόλεμον, κοσμήσοντα [δὲ πάντα, φανεὶς δὲ] | ὁ Καῖσαρ
τὰς ἐλπίδας τῶν προλαβόντων [----------------------]|ἔθηκεν[27],
οὐ μόνον τοὺς πρὸ αὐτοῦ γεγονότ[ας εὐεργέτας ὑπερβα]||λόμενος,

---

fuerunt Phrygiae quae Epictetos appellabatur (cf. n. 445[4]). Huius Apollonii sacerdotis filius videtur Menophilus n. 475, 2. Cf. ibi not. 3. 26 In restituendis versibus mutilis 32—51 Wilamowitzium secutus sum praeter paucos locos, quos singillatim indicabo. 27 Cum προλαβόντων de eis qui laetitiam futuram spe et cogitatione praecepissent dici rectissime iudicaret Wilamowitzius, supplementum sermonis usui accommodatum se nullum videre professus est; ne ipse quidem video, nam verbi ὑπερτιθέναι, quod sane inferiore aetate in superandi notionem abiit (cf. n. 339[29]), utique medium, non activum scribi debuerat. 28 Summa cum veri similitudine hic Mommsenus deprehendere sibi visus est eum Tullum, cui Propertius et universum librum primum sacrum esse voluit et ad quem praeterea singillatim elegias eius libri sextam et quartamdecimam scripsit. Etenim eum ex poëtae carminibus sub idem fere tempus cum hoc decreto compositis apparere in Asiam abiisse comitem, ut quidem videretur, praesidis provinciae (I, 6, 14); ipsum administrationi provinciae interfuisse (I, 6, 20 *et vetera oblitis iura refer sociis*) et plures annos in Asia remansisse (IV, 22, 1 *frigida tam multos placuit tibi Cyzicus annos*). Etsi Propertius ubique nudo cognomine Tullus utitur, tamen quia amicum suum patruum habuisse consulem indicat I, 6, 19, pridem perspectum est hunc L. Volcacium Tullum consulem ordinarium anni 32 a. Chr. n. (Prosopogr. imp. Rom. III p. 474 n. 625) esse. Iam omnia tam accurate congruunt, ut vix quisquam post Mommseni disputationem L. Volcacium Tullum tituli ab illo Propertiano distinguere audeat. Sed quid ante nomen scriptum fuerit, admodum difficile est diiudicatu. Wil. fere [πέρυσιν ἐπὶ] aut aliam similem temporis definitionem fuisse conicit. At is cum Mommseno γραμματεύοντος ad ipsum Tullum refert, quod certis de causis (not. 29) mihi non probatur. Immo tempus decreti definiri existimo primum magistratus Romani nomine, deinde scribae concilii Graecorum Asianorum. At quale magistratus vocabulum fuerit plane ambiguus haereo. Utique ἀνθυπάτου non fuit. Nam si quis non Propertii Tullum sed eius patruum intellegat, ut hic ipse fuerit magistratus quocum ille comes et adiutor in provinciam iret, obstabit intervallum plus quam viginti annorum inter consulatum et administrationem Asiae ingens et Augusti principatu prorsus incredibile. Natu minorem vero Tullum tum non proconsulem in illam provinciam iisse apparet ex Propertii carminibus. Sed id nescio an fieri potuerit ut per aliquantum temporis ante Paulli Fabii adventum ille legatus proconsulis vice fungeretur. Quae res tamen quonam vocabulo Graeco enuntiata fuerit latet.

ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἐν τοῖς ἐσομένοις ἐλπίδ[α ὑπολιπὼν ὑπερβολῆς,] ‖ ἦρξεν δὲ τῶι κόσμωι τῶν δι᾽ αὐτὸν εὐανγελί[ων ἡ γενέθλιος] | τοῦ θεοῦ, τῆς δὲ Ἀσίας ἐψηφισμένης ἐν Ζμύρνῃ [ἐπὶ ---------] | Λευκίου Οὐολκακίου [Τ]ύλλου[28], γραμματεύοντος Παπ[ίου[29] ------------,] | τῶι μεγίστας γ᾽ εἰς τὸν θεὸν παρε[υρ](ό)ντι[30] τειμὰς εἶναι [στέφανον εὑρεῖν,] | Παῦλλος Φάβιος Μάξιμος[31] ὁ ἀνθύπατος τῆς ἐπαρχήας ἐ[πὶ σωτηρίᾳ] ‖ ἀπὸ τῆς ἐκείνου δεξιᾶς καὶ γνώμης ἀπεσταλμένος εὐε[ργετήμασι[32] μυρί]|οις εὐεργέτησεν τὴν ἐπαρχήαν, ὧν εὐεργεσιῶν τὰ μὲν πο[λλὰ ἱκανῶς[33]] | εἰπεῖν οὐδεὶς ἂν ἐφίκοιτο, καὶ τὸ μέχρι νῦν ἀγνοηθὲν ὑπὸ τῶν [Ἑλλή]|νων εἰς τὴν τοῦ Σεβαστοῦ τειμὴν εὕρετο, τὸ ἀπὸ τῆς ἐκείνου γ[ενέ]|σεως ἄρχειν τῷ βίῳ τὸν χρόνον· διὸ τύχῃ ἀγαθῇ καὶ

---

29 Cur ante γραμματεύοντος distinguere mallem, quam cum Mommseno et Wilamowitzio post hoc participium, duae fuerunt causae. Primum enim legatum vel adiutorem proconsulis scribae concilii Graecorum Asianorum officio fungi permirum ipsi Mommseno visum est, neque eis quae ad eam rem explicandam attulit argumentis ipse magnopere confisus esse videtur. Deinde vero cum hoc officio Graecum hominem functum esse omnium maxime probabile sit, ipsum vero participium in lapide excipiatur initio nominis inter Graecos inferioris aetatis haud infrequentis, cur haec divellamus? Post nomen Παπ[ίου] ethnicum intercidisse videtur. 30 ΠΑΡΕ..ΕΝΤΙ. Supplevit et emendavit Wilamowitz ex v. 60. 31 Cf. H. Dessau Prosopographia imp. Rom. II p. 48 n. 38. Consul ordinarius fuit cum Q. Aelio Tuberone a. 11 a. Chr. Proconsulatum Asiae praeter hanc tabulam testantur nummi Hierapolis Phrygiae (Waddington Fastes des provinces Asiatiques de l'empire Romain n. 59) et titulus Pergamenus n. 465. De eius tempore Wadd. sic ratiocinatur: Pro eius aetatis consuetudine quinquennio post consulatum, i. e. 6 a. Chr. n. Fabium ad Asiae proconsulatum pervenire debuisse. Sed familiaribus principis, inter quos eum fuisse constat, haud raro id datum esse, ut aliquot annis ante ad hoc summum honorum senatoriorum fastigium pervenirent. Neque certe Iulli Antonii, qui proximo post illum anno 10 a. Chr. consul et a. 4 a. Chr., ut quidem videretur, proconsul Asiae fuisset (Ioseph. Ant. XVI, 172) a. 2 a. Chr. vero periisset, administrationem Asianam illa Fabii priorem, sed posteriorem fuisse. Accuratiora docent quae infra de fastorum ordine dicuntur, quibus probabile ac paene certum fit, Fabium biennio post consulatum, a. 9 a. Chr., Asiam proconsulari imperio tenuisse. 32 Ambigi potest utrum ΕΥΕ an ΕΥΗ an ΕΥΚ in lapide sit. Aut hoc nomen aut proximum εὐεργεσιῶν melius abesse observat Wilamowitz. 33 Supplevit Wilamowitz, qui tamen ΜΕΝΠΟ male exscriptum et μεγέθη potius in lapide esse suspicatur. Utique si μὲν verum est, is qui decretum conscripsit pergere in animo habebat τὸ δὲ μέχρι νῦν ἀγνοηθέν, sed deinde ab instituto orationis cursu paullulum deflexit.

ἐπὶ σωτηρίᾳ δ[εδό]‖χθαι τοῖς ἐπὶ τῆς Ἀσίας Ἕλλησι[34], ἄρχειν τὴν νέαν νουμηνίαν πάσα[ις] | ταῖς πόλεσιν τῇ πρὸ ἐννέα καλανδῶν Ὀκτωβρίων, ἥτις ἐστὶν γενέ|θλιος ἡμέρα τοῦ Σεβαστοῦ. ὅπως δὲ ἀεὶ ἡ ⟨τε⟩ ἡμέρα στοιχῇ καθ' ἑκάσ|την πόλιν, συνχρηματίζειν[35] τῇ Ῥωμαϊκῇ καὶ τὴν Ἑλληνικὴν ἡμέραν. | ἄγεσθαι δὲ τὸν πρῶτον μῆνα Καίσαρα[36], καθὰ καὶ προεψήφισται, ἀρχόμε‖νον ἀπὸ πρὸ ἐννέα μὲν καλανδῶν Ὀκτωβρίων, γενεθλίου δὲ ἡμέρας | Καίσαρος, τὸν δὲ ἐψηφισμένον στέφανον τῷ τὰς μεγίστας εὑρόντι | τειμὰς ὑπὲρ Καίσαρος δεδόσθαι Μαξίμωι τῶι ἀνθυπάτωι, ὃν καὶ ἀεὶ | ἀναγορεύεσθαι ἐν τῷ γυμ[νι]κῷ ἀγῶνι τῶι ἐν Περγάμωι τῶν Ῥω[μα]ίων | Σεβαστῶν[37], ὅτι στεφανοῖ [ἡ Ἀσ]ία Παῦλον Φάβιον Μάξιμον εὐ[σεβ]έ[σ]‖τατα παρευρόντα τὰς εἰς Καίσαρα τειμάς. ὡσαύτως δὲ ἀνα[γορεύ]εσ|θαι καὶ ἐν τοῖς ἀγομένοις κατὰ πόλιν ἀγῶσιν τῶν Καισαρήων. | ἀναγραφῆναι δὲ τὸ δελτογράφημα τοῦ ἀνθυπάτου καὶ τὸ ψήφισμα τῆς | Ἀσίας ἐν στήλῃ λευκολίθωι, ἣν καὶ τεθῆναι ἐν τῶι τῆς Ῥώμης καὶ τοῦ | Σεβαστοῦ τεμένει[38]. προνοῆσαι δὲ καὶ τοὺς καθ' ἔτος[39] ἐκδίκους[40] ὅπως ‖ ἐν ταῖς ἀφηγουμέναις τῶν διοική-

---

34 Cf. not. 24. 35 I. e. in litteris negotiorum publicorum et privatorum (χρηματισμοῖς, cf. n. 56[41]) una ascribere. 36 Nominis novi eandem formam habent tituli haud pauci. Bull. corr. Hell. XI (1887) p. 29 n. 42, 5 (Laginis Cariae) τοῦ Καίσαρος μηνὸς τῇ πρώτῃ Σεβαστ[ῇ]. Inscr. in the British Museum II p. 93 n. CCCVI *f*, 1 (Calymnae) μηνὸς Καίσαρος Σεβ(αστῇ). C. I. G. 2842, 14 (Aphrodisiade Cariae) μηνὸς Καίσαρος. Lebas-Waddington Inscr. III, 1535, 1 (ex Lydia Smyrnam delatus lapis) μ(ηνὸς) Καίσαρος ζ'. Quod in hemerologio Florentino primus 'Asianorum' mensis Καισάριος appellatur, ea re nihil probatur, quandoquidem illi fasti Asiani in reliquis mensium nominibus plane discrepant ab ordine anni provinciali, quem hic habemus. Re vera derivatio illa in -ιος et -ειος in aliis quidem fastis usitata fuit, veluti Cypriorum (Ideler Chron. I p. 427), et maxime Aegyptiorum, ubi postremi mensis Mesore vel Hyperberetaei locum Καισάρειος tenet, sed nusquam in provincia Asia. De antiquo nomine Δῖος etiam post Augusti tempora conservato v. not. 43. Illam vero nominis mutationem iam ante hoc de totorum fastorum ordine novo instituendo decretum factam esse ipsa tituli verba docent. 37 Una cum aede Augusti dedicata (cf. not. 38) etiam hi ludi haberi coepti sunt. 38 Pergami. Cf. quae adnotata sunt n. 456[5]. 39 Cf. n. 444[16]. 40 Vocabulum ἔκδικος inde a Ciceronis aetate aliquotiens (Cic. ad. Fam. XIII, 56, 1: Μυλασεῖς *et* Ἀλαβανδεῖς *pecuniam Cluvio debent: dixerat mihi Euthydemus, cum Ephesi essem, se curaturum, ut ecdici Mylasii Romam mitterentur; id factum non est: legatos audio missos esse, sed malo ecdicos, ut aliquid confici possit; quare peto a te, ut et eos et* Ἀλαβανδεῖς *iubeas ecdicos Romam mittere.* Plin. epist. X, 111, 1:

σεων[41] πόλεσιν ἐν στήλαις λευ|κολίθοις ἐνχαραχθῇ τό τε δελτογράφημα τοῦ Μαξίμου καὶ τὸ τῆς Ἀσίας | ψήφισμα, αὗταί τε αἱ στῆλαι τεθῶσιν ἐν τοῖς Καισαρήοις[42]. ἀχθήσονται | οἱ μῆνες κατὰ τάδε[43]· Καῖσαρ ἡμερῶν $\overline{λα}$· Ἀπελλαῖος ἡμερῶν $\overline{λ}$· | Αὐδναῖος ἡμερῶν $\overline{λα}$· Περίτιος ἡμερῶν $\overline{λα}$· Δύστρος $\overline{κη}$· Ξανδικός $\overline{λα}$· ‖ Ἀρτεμισιὼν[44]

---

ecdicus, domine, Amisenorum civitatis petebat apud me a Iulio Pisone denariorum circiter quadraginta milia) usurpatur de hominibus qui civitatis cuiuspiam causas defendunt. Qui frequentius quidem σύνδικοι appellari solent (O. Seeck ap. Pauly-Wissowa IV, 2 p. 2365), neque vero ante quartum p. Chr. n. saeculum hic ordinarius magistratus factus est, sed singillatim cuiusque litis causa eiusmodi defensor vel actor vel advocatus constitui solebat. At aliter in communibus provinciarum conciliis rem se habuisse hic titulus prodit, ex quo discimus iam Augusti aetate quotannis a communi Asiae ecdicos creari consuevisse. 41 Quod hic in principalibus conventuum urbibus erigi iuberetur tabula cum epistula proconsulis et decreto Asianorum, inde Mommsenus magna certe cum probabilitate collegit, oppida ubi hae relliquiae inventae essent, Apameam, Dorylaium, Eumeniam, Prienen, conventus habuisse, etsi sane non praefracte negare liceret, etiam aliis locis exempla tituli proposita fuisse. Testimonium de conventibus illic habitis sane nullumdum exstare nisi de Apamea, de qua cf. Cic. ad fam. XV, 4, 2. Plin. Nat. hist. V, 106: *tertius* (conventus) *Apameam vadit ante appellatam Celaenas, dein Ciboton.* 42 Hic adiunguntur accuratiora praecepta de anni ordine, quae in Prienensi exemplari ex litteris supra (not. 16) omissis proconsulis, quae appendicis loco eius epistulae annexae erant, repetebantur. Vice versa Eumeniense exemplum hic finiebatur, quia illa ut Apamense superiore loco inseruerat. Wil. 43 Conservantur ordo et nomina mensium ex fastis lunisolaribus Macedonum, sed numerus dierum ita constituitur ut unusquisque mensis ab eo die qui est a. d. VIIII mensis Iuliani incipiat. Memorabile est, hos fastos etiam in Hemerologio Florentino haberi, sed illic non Asiae provinciae, sed Ephesiis tribui. Cf. Ideler Chronol. I p. 419. Pauca in singulorum mensium numeris dierum discrepant, nomina vero illic omnia Macedonica sunt, ita ut primus non Καῖσαρ, sed Δῖος appelletur. Quae res tamen neutiquam impedit, quominus illic fastos provinciales Asiae agnoscamus, nam etiam titulorum testimoniis constat, nequaquam plane expulsum esse antiquum nomen nova appellatione. At quos hemerologium ipsum Asianorum menses recenset (Ideler I p. 414) ex eis ne unus quidem plane idem, duo modo similes (Καῖσαρ pro Καίσαριος et Ἀρτεμισιών pro Ἀρτεμίσιος) recurrunt in veris fastis provinciae Asiae, reliqui (Τιβέριος, Ἀπατούριος, Ποσειδάων, Λήναιος, Ἱεροσέβασ(τος), Εὐαγγέλιος, Στρατόνικος, Ἑκατόμβαιος, Ἄντεος, Λαοδίκιος) ab illis alienissimi sunt; quorum de fide et origine quid statuendum sit non video. 44 Hemerologium hic Ἀρτεμίσιος habet, quae est constans ceteroqui in fastis Macedonicis nominis forma. At cum decreto mirum in modum convenit titulo Ephesio Syll.[2] 656, 38 μῆνα καλούμενον παρ' ἡ[μ]ῖν μὲν Ἀρτ[εμισι]ῶνα, παρὰ δὲ Μακεδόσιν καὶ τοῖς λοιποῖς

ἡμερῶν λ̄· Δαίσιος λ̄ᾱ· Πάνημος λ̄· Λῷος λ̄ᾱ· Γορπιαῖος λ̄ᾱ· | Ὑπερβερεταῖος λ̄· ὁμοῦ ἡμέραι τ̄ξ̄ε̄. ἐφ' ἔτος[45] δὲ διὰ τὴν ἰν-τερκαλάριον[46] | ὁ Ξανδικὸς ἀχθήσεται ἡμερῶν λβ'. ἵνα δὲ ἀπὸ τοῦ νῦν στοιχήσωσιν οἱ | μῆνες καὶ αἱ ἡμέραι, ὁ μὲν νῦν ἐν-εστὼς Περίτιος[47] μὴν ἀχθήσεται μέχρι τῆς | ῑδ̄, τῇ δὲ πρὸ ἐν-νέα καλανδῶν Φεβρουαρίων ἄξομεν νουμηνίαν μηνὸς || Δύστρου, καὶ καθ' ἕκαστον μῆνα ἀρχὴ⟨ι⟩ ἔσται τῆς νουμηνίας[48] ἡ πρὸ ἐννέα | καλανδῶν· ἡ δὲ ἐνβόλιμος ἡμέρα ἔσται πάντοτε τῶν ἰντερκαλαρίων κα|λανδῶν[49] τοῦ Ξανδικοῦ μηνός, δύο ἐτῶν μέσων γεινομένων[50]. |

ἔ[θνεσιν] τοῖς Ἑλληνικοῖς καὶ ταῖς ἐν αὐτοῖς πόλεσι[ν] Ἀρτεμίσιον. v. 48 sqq. διὸ [δεδόχθαι ἱερ]ὸν τὸν μῆνα τὸν Ἀρτεμισιῶνα εἶ[ναι πάσας τ]ὰς ἡμέρας. Sane παρ' ἡμῖν ad Ephesios refertur, quem populum Ionicum antiquitus nominis forma in -ιών cadente usum esse sponte patet. At titulus cum fere sesqui-saeculo post Fabii proconsulatum scriptus sit, apparet non illum antiquum anni ordinem respici, sed fastos provinciae Romanae. Sed in his ipsis quod paullulum inflexa est Macedonica nominis terminatio ad morem sermonis Ionici, id honori civitatis Ephesiorum et reverentiae Dianae Ephesiae, a qua mensis nomen habebat, tributum existimo. 45 De aspiratione cf. not. 39. Ab anno intercalario novum fastorum ordinem incipere hinc collegit Wilamowitzius, quia nihil aliud nisi 'hoc anno' significare possent verba. Quin eisdem annis intercalatum sit atque in fastis Romanorum, tota ratio huius instituti dubitari non sinit. Iam propter errorem, de quo dicetur not. 50, hic non potest esse posterior quam 9 a. Chr. n. Sed ne prior quidem esse potest, quia 11 a. Chr. n. annus consulatus Paulli Fabii Maximi est, post quem demum proconsulatum Asiae nactus est. 46 Subaudiendum videtur ἡμέραν. Nam intercalationis ipsius notionem nomine substantivo ἡ ἰντερκαλάριος exprimi credibile non est, et recte dies qui intercalatur in causa esse dicitur, cur totus mensis triginta duorum dierum numerum colligat. 47 Peritius quartus est mensis anni lunisolaris Macedonici ab aequinoctio auctumnali incipientis, respondens Atheniensium Gamelioni, fastorum Iulianorum fere Ianuario. Cum hic videamus quintum decimum eius diem illo anno in a. d. VIIII calendas Februarias incidere, sequitur ut mensis initium ceperit a decimo die mensis Ianuarii fastorum Iulianorum. 48 Paullo minus accurate pro ἡ νουμηνία aut ἡ ἀρχὴ τοῦ μηνὸς dicitur ἡ ἀρχὴ τῆς νουμηνίας. Quod v. 50 scriptum est ἄρχειν τὴν νέαν νουμηνίαν, id omnino recte se habet; nam cum ἄρχειν sit 'primum esse', non minus accurate dicitur ἄρχει ἡ νουμηνία, quam ἄρχεται ὁ μήν. Manifesto vero hinc ille nominis ἀρχή usus ortus est. 49 Diem qui intercalaretur reliquis omnibus eius mensis praemissum esse, ideoque Latino calendarum intercalariarum nomine significatum observat Mommsen. 50 Hoc redit in Paulli Fabii proconsulis litteris epistulae annexis de anni ordine (v. not. 23), ubi sic se habet: δύο μέσων γενομένων [ἐτῶν -------] | κατὰ τὴν Ῥωμαϊ[κ]ὴν συνήθηαν.

III Εδοξεν τοῖς ἐπὶ τῆς Ἀσίας Ἕλλησιν[51], γνώμῃ τοῦ ἀρχιερέως Ἀπολλωνίου τοῦ | Μηνοφίλου Ἀζεανείτου[52]· ἐπεὶ τὴν νέαν νουμηνίαν ἀεὶ δεῖ ἑστάναι τὴν αὐτὴ[ν] ‖ ἅπασιν τῆς εἰς τὰς ἀρχὰς εἰσόδου κατά τε τὸ Παύλου Φαβίου Μαξίμου τοῦ ἀν|θυπάτου διάταγμα καὶ τὸ τῆς Ἀσία(ς)[53] ψήφισμα, ἐνποδίζεται δὲ ἡ τοῦ χρόνου | τάξις παρὰ τὰς ἐν τοῖς ἀρχαιρεσίοις ἐπικλήσεις[54], γείνεσθαι τὰ κατὰ τὰ | ἀρχαιρέσια μηνὶ δεκάτῳ, ὡς καὶ ἐν τῷ Κορνηλίωι νόμωι[55] γέγραπται, ἐντὸς | δεκάτης ἱσταμένου.

Non fugit Mommsenum, hic eam intercalandi rationem indicari, quae foeda pontificum inscitia per aliquot decennia obtinuisset. Nempe cum Caesar iussisset *quarto quoque anno* intercalari, ambiguitas huius dicendi generis homines fefellit, ut non post peractum quartum annum, sed ipso incipiente, i. e. post triennium intercalarent. Quem errorem per sex et triginta annos permansisse, quibus annis intercalati sint dies duodecim cum intercalari debuerint novem, deinde vero Augustum errorem sero deprehensum correxisse refert Macrobius Sat. I, 14. Cf. etiam Plin. N. h. XVIII, 211. Sueton. Aug. 31. Solin. 1, 46. 47. Ideler Chronologie II p. 131 sqq. Mommsen Röm. Chronologie p. 288 sqq. Cum igitur primus annus Iulianus 45 a. Chr. n. intercalaris fuisset, deinde perperam annis 42, 39, 36, 33, 30, 27, 24, 21, 18, 15, 12, 9 a. Chr. intercalatum esse ex numeris qui apud Solinum et Macrobium sunt apparet. Tum vero Augustus, qui anno 13 a. Chr. n. in locum M. Aemilii Lepidi defuncti pontifex maximus factus erat, errore deprehenso annis 5 a. Chr., 1 a. Chr., 4 p. Chr. intercalari vetuit, ut tandem ab anno 8 p. Chr. legitimus intercalationum ordo, qualem Caesar voluerat, per omnia deinceps saecula decurreret. Sed errorem ab Augusto anno 8 a. Chr. n. patefactum brevi ab illius familiari Paullo Fabio in ordinandis fastis Asianis iterum commissum esse perquam improbabile est. Quare anno 9 a. Chr. recentius decretum non esse patet; cur ne antiquius quidem esse possit, exposui not. 31. 51 Cf. not. 24. 52 Cf. not. 25. 53 ΑΣΙΑ. 54 Nomen hac vel simili vi in Graecis litteris quod sciam sine exemplo est. Nempe quin recte Mommsenus idem fere ac Latinum *renuntiatio* significare statuerit, conexus sententiae dubitari non patitur. Etenim in legibus civitatium quarundam cautum erat, ut certus dierum numerus inter renuntiationem magistratus creati et initium officii intercederet. Quae res impedimento esse poterat quominus magistratus ex superiore concilii provincialis decreto primo anni civilis die inirent, si quando comitia magistratuum (ἀρχαιρέσια) sero habita erant. Quare hic interdicitur ne illa minus quam quinquaginta diebus ante finem anni civilis fiant. 55 Legem Corneliam vix aliam esse posse atque illam Sullae, cuius Cicero in epistulis aliquotiens mentionem faceret, observavit Mommsen. Nam eam non modo de praesidum provinciarum rebus praecepisse (ad Fam. I, 9, 25: *se, quoniam ex senatus consulto provinciam haberet, lege Cornelia imperium habiturum, quoad in urbem introisset.* III, 6, 3 *triginta diebus, qui tibi ad decedendum lege, ut opinor, Cornelia constituti essent.* ibid. § 6 *et, ut habere rationem possis,*

quo loco me salva lege Cornelia convenias, ego in provinciam veni pridie Kalendas Sextiles), sed etiam ad civitates provinciales earumque administrationem spectasse apparere ex ep. ad Fam. III, 10, 6: *ad me adire quosdam memini — qui dicerent nimis magnos sumptus legatis* (sc. a civitatibus provinciae) *decerni . quibus ego non tam imperavi quam censui sumptus legatis quam maxime ad legem Corneliam decernendos.* Ad eandem legem sine dubio spectare fragmentum decreti Thyatireni Mitth. des arch. Inst. in Athen XXIV 1899 p. 234 n. 74, 5: ----ωι γράψασα κατὰ τὸν Κορνήλιον νόμον διάταξιν, ubi si subiectum participii ἡ βουλή esset, ut quidem videretur, inde colligi in illa lege generatim definitum fuisse quae iura autonomia civitatium continerentur quibusque terminis ea circumscriberetur. Quo minus mirandum esse, quod etiam de magistratuum creatione, renuntiatione, introitu certa praecepta illic fuissent. Quae hic neutiquam abrogari, ac tamen in universum intervallum quinquaginta dierum in posterum sanciri, sane magnam difficultatem habet, quam expedire non possumus, quia quid de hoc argumento in lege scriptum fuerit omnino ignoramus.

---

459 Lapis mutilus undique praeter latus sinistrum, inventus in insula *Menent* lacus Latmii. Ed. G. Cousin Bull. de corr. Hell. XXII (1898) p. 368 n. 6. Cf. quae adnotavit B. Haussoullier Revue de philol. XXIII (1899) p. 162 not. 1. p. 288 n. 11.

	annus
Μενέδημος Ἀπο [1]------	1
Ἀθήναιος Ἀθηναίου	2
Ἀριστέας Ματρεί[δου]	3
Φίλιππος Διονυσίου	4
5 Ἑρμαΐσκος Εἰρηναίο[υ]	5
Ἰατροκλῆς Ἀπολλωνίου Κ.. κίδας	6

Litterae volgares praeter ΖΘΠΣ. 1 De natura huius tituli, cum primus editor eum sine ulla interpretatione expressisse satis habuisset, Haussoullierus solito acumine verum vidit. Nam ex v. 9. 12. 20. 21 collegit, indicem magistratuum annuorum hic haberi, neque eum fugit necessario stephanephoros, eponymum Heracleotarum ad Latmum magistratum, agnoscendos esse; nam quem nisi summum honorem civitas audere poterat imperatori (not. 3) et eius filio (not. 4) mandare? Ut in aliis vicinis urbibus, sic Heracleae quoque summum magistratum στεφανηφόρον vocatum esse docent tituli Bull. de corr. Hell. XXII 1898 p. 365 n. 1, 3 στεφανηφορήσαν[τα]. p. 373 n. 12, 1 ἐπὶ στεφανηφόρου. Similem laterculum Halicarnassi inventum edidit G. Cousin Bull. de corr. Hell. XIV 1890 p. 99 n. 5 et acute perspexit, ibi quoque stephanephoros Halicarnassiorum recenseri. De aetate cf. not. 4.

Κόϊντος Πομπήϊος Κοΐντου υἱό[ς][2] 7
Ἀρτεμίδωρος τὸ δεύτερον 8
Διονύσιος Ἀρ[τεμι]σίου 9
Ἀπολλώνιος Ἀνδρονείκο[υ] 10
Καῖσαρ[3] τὸ τρίτον 11
Ἱεροκλῆς Ἱεροκλείους 12
Δημήτριος Ἰασονίδο[υ] 13
Φανίας Φανίου τοῦ Φαν[ίου] 14
Ἀντίοχος Ἀντιόχου το[ῦ Δι]ονυσ[ίου] 15
Μηνόδοτος Ἀπολλωνίου Κιγ.. 16
Γάϊος Καῖσαρ[4] 17

---

2 Si hic homo omnino inter nobiles illius aetatis Romanos quaerendus est, id quod nec praefracte negari licet nec confidenter affirmari, Q. Pompei Rufi tribuni plebei a. 52 a. Chr. filius, Cn. Pompei Q. f. consulis suffecti a. 31 a. Chr. frater fuisse videtur. Nam quae de hoc Gnaeo in actis fratrum arvalium memoriae produntur (cf. P. de Rohden Prosopographia imp. Rom. III p. 64 n. 444—447) probabile reddunt, eum et natalium et mortis tempore non multum afuisse ab ipso Augusto. Quod in fratrem eius, qui uno ex annis 10—8 a. Chr. (not. 4) ab Heracleotis magistratu civitatis summo ornatus sit, perbene ni fallor quadrat. 3 Quin hic Caesar Augustus designetur, nullo modo dubium est. Nam duos homines eiusdem domus et aetatis, ex quibus natu maior simpliciter Καῖσαρ (v. 12. 21), natu minor Γάϊος Καῖσαρ (v. 19. 20) appellari potuerit, nego unquam fuisse praeter Augustum eiusque nepotem eundemque filium adoptivum. Mireris non Σεβαστόν appellari principem; sed id fortasse cum iterationis notatione cohaeret. Videmus iam bis ante initium eius quae exstet laterculi partis (quae ab uno ex annis 16—14 a. Chr. incipit, cf. not. 4) Caesarem illo honore a civitate affectum esse. Ac primum quidem id usu venisse cum M. Antonio devicto orientis imperio potiretur, anno 30 aut 29 a. Chr. n., perquam probabile est; atqui tum nondum Augustus vocabatur. Iam in iterati magistratus memoria idem ubique nomen recurrere commodissimum erat; adde quod etiam alibi haud raro Augustus post annum 27 a. Chr. simpliciter Caesar appellatur. 4 Natu maximus ex tribus filiis, quos Iulia unica Augusti filia ex M. Agrippa pepererat, natus a. 20 a. Chr., una cum fratre minore Lucio ab avo materno adoptatus a. 17 a. Chr. n. (Cassius Dio LIV, 18, 1), ut iam Gaius Caesar appellaretur, anno 5 a. Chr. consul designatus ut post quinquennium hunc magistratum iniret (Mon. Ancyr. II, 46), anno 1 p. Chr. n. consul ordinarius cum L. Aemilio L. f. Paullo, quem consulatum in Syria inisse videtur, cum iam paullo ante cum imperio proconsulari missus esset ad res orientis componendas; cf. Tac. An. II, 42. Suet. Aug. 64. Cassius Dio LV, 10 *a*, 4, quos locos citat H. Dessau Prosopogr. imp. Rom. II p. 174 n. 141. Ex vulnere in Armenia accepto aeger cum in Italiam redire vellet, in itinere decessit

Γάϊος Καῖσαρ τὸ δεύ[τερον]	18
Καῖσαρ τὸ τέταρτον	19
Ζήνων Μυωνίδου[5]	20
Εἰρηνίας[6] Ἐπικράτ[ου]	21
vac.	

Limyris Lyciae a. 4 p. Chr. Velleius II, 102. Cassius Dio LV, 10 *a*, 9. C. I. L. XI, 1421. XIV, 2801, quae testimonia affert Dessau l. l. Iam annum huius laterculi duodevigesimum, quo iterum ab Heracleotis Gaius Caesar stephanephorus creatus sit, non posteriorem esse quam 4 p. Chr. n. sponte patet. Ex altera parte vix credibile est, Gaium antequam cum imperio in Asiam veniret, primum eo honore a civitate Asiana ornatum esse. Quare quin annus septimus decimus aut 1 aut 2 aut 3, duodevigesimus aut 2 aut 3 aut 4 p. Chr. n. sit non videtur dubium. Non serio principem negotia magistratus municipalis in se suscepisse, ut neutiquam obstarent occupationes Syriae Armeniaeque quominus per illa tempore Gaius stephanephorum Heracleotarum se appellari pateretur, vix est quod moneam. 5 Nomen Μύων, unde hoc descendit, cum alibi fere inauditum sit, haud infrequenter occurrit in Caria. Cf. C. I. G. 2754, 2. 2771 I, 1. 2. II, 2. 2772, 3. 2815, 4. 2826, 2. Paton et Hicks Inscr. of Cos p. 105 n. 47, 1. Item ipsum Μυωνίδης in titulis illarum regionum habes C. I. G. 2859, 5. Inscr. Gr. mar. Aeg. I n. 46, 372. 72 *b*, 11. 13. 854, 2. Lebas-Waddington Inscr. III, 330, 13. Alia exempla affert Haussoullier p. 291. 6 Cum Εἰρηναῖος inter frequentissima nomina sit, Εἰρηνίας perraro, sed apud proximos Heracleotarum vicinos Milesios occurrit. Cf. Syll.[2] 314, 41 cum not. 3.

---

460 Lapis inaedificatus ad fontem, Magnesiae ad Sipylum in introitu urbis prope coemeterium. Ex Dugitii apographo ed. W. H. Waddington ap. Lebas Inscr. III 1660 *a*.

Ὁ δῆμος | Μεσσάλαν Ποτῖτον[1], ἀνθύπα|τον[2], πάτρ(ω)να[3] καὶ εὐεργέτην | διὰ προγόνων τῆς πόλεως.

Litterae ΘΠΣ. 1 Cassium Dionem de anno 29 a. Chr. n. haec narrare LI, 21, 1: τοῦ δὲ δὴ θέρους ἔς τε τὴν Ἑλλάδα καὶ ἐς τὴν Ἰταλίαν ὁ Καῖσαρ ἐπεραιώθη, καὶ αὐτοῦ ἐς τὴν πόλιν ἐσελθόντος οἵ τε ἄλλοι ἔθυσαν, ὥσπερ εἴρηται, καὶ ὁ ὕπατος Οὐαλέριος Ποτῖτος· ἐκεῖνος (Augustus) μὲν γὰρ καὶ τοῦτο πᾶν τὸ ἔτος, ὥσπερ καὶ τὰ δύο τὰ πρότερα, ὑπάτευσε, τὸν δὲ δὴ Σέξτον (Sex. Appuleius consul ordinarius illius anni, cf. n. 461) ὁ Ποτῖτος διεδέξατο observant Borghesi Opp. I p. 412 et Waddington Fastes des prov. Asiatiques de l'emp. Rom. n. 52. At fastos Venusinos aliosque nonnullos (cf. Prosopogr. imp. Rom. III p. 370 n. 94) M. Valerium cos. suffectum anno 32 a. Chr. recensere. Quo in dissensu quid verum sit perdifficile est definire. Borghesius quidem errasse statuit Dionem, etsi permirum eiusmodi errorem esse

eum non fugit. Waddington magis eo inclinat, ut illum fastorum Venusinorum M. Valerium alium hominem fuisse opinetur, praesertim quod cognomen quod est *Potitus* ei in fastis non tribuatur, et Dioni fidem habeat. 2 Proconsulatu Asiae fere a. 24 a. Chr. n. aut paullo post functus esse videtur Valerius Messalla Potitus. Nam quinquennii intervallum inter consulatum et illum summum honorem provincialem, quod inde ab anno 27 a. Chr. n. legitimum fuit, non neglectum est nisi rarissime. Cf. Waddington, Fastes des prov. As. n. 58. 3 ΠΑΤΡΟΝΑ.

---

461 Tabula marmoris albi, quae summam partem basis efficiebat, Pergami inserta scalis domus Thomae Ututzis sitae ad occidentalem montis qui arcem sustinet clivum in sinistra Selinuntis fluvii ripa. Edd. C. Curtius Hermae VII p. 37 n. 10. Μουσεῖον καὶ βιβλιοθήκη τῆς ἐν Σμύρνῃ εὐαγγελικῆς σχολῆς II. 1 p. 7 (Th. Homolle Bull. de corr. Hell. I 1877 p. 106). M. Fränkel Altertümer von Pergamon VIII, 2 p. 290 n. 418.

Ὁ δῆμος ὁ Κοτιαέων[1] | Σέξτον Ἀππολήϊον[2], τὸν | ἀνθύπατον καὶ ἑαυτῶν | εὐεργέτην.

Litterae ΘΞΠΣ. Extremae hastae apicibus ornatae. 1 Cotiaeum Phrygiae quae Ἐπίκτητος appellabatur oppidum commemorant Strabo XII, 8, 12 p. 576 Cas. Ptolemaeus V, 2, 17 p. 828, 2 Müller. Stephanus Byz. s. v. Ethnicum Κοτιαεύς praeter Stephanum etiam titulus Lebas Inscr. III, 798, 5. 6 praebet. Fränkel. Etiamnunc antiquo nomine *Kutahija* appellatur. 2 Sex. Appuleius consul ordinarius a. 29 a. Chr. (cf. n. 460[1]). Eius proconsulatus Asiaticus notus quidem iam erat ex titulo Assio Lebas Inscr. III, 1034, 1—5: ἐπὶ Σέξτου Ἀπολ[η]ΐου ἀνθυπ[άτου κ]αὶ πάτρωνος τῆς πόλεως, sed homines docti ambigui haerebant inter consulem anni 29 a. Chr. n. et eius filium cognominem, qui a. 14 a. Chr. n. consulatu functus est. Nunc propter ea, quae titulus 462 docuit de necessitudine proconsulis cum Augusto, non amplius dubium est, quin pater, non filius intellegatur. Cuius administratio provinciae Asiae non multo post a. 24 a. Chr. n. collocanda videtur (cf. n. 460[2]). Ceterum edicti huius Appulei fragmentum tenue erutum est Pergami; cf. Mitth. des arch. Inst. in Athen XXVII 1902 p. 46 n. 69: [Σέξτος Ἀππ]ολήϊος ἀνθύπα|[τος λέ]γει· -------------ου Περγαμηνὸν | ----------ομένους ἀνενε | -----------μην ἐπυ|------. Quod contra fragmentum apud Fränkelium VIII, 2 p. 291 n. 420 utrum ad hunc hominem spectet necne, incertum est, siquidem ipsum editorem non fugit non minus probabiliter [Σέξτον Πομπ]ήϊον Σ[έξτου υἱόν] suppleri posse.

---

462 Tabula marmoris albi, quae quondam summam partem basis statuae efficiebat, inventa Pergami in turri Turcica ad angulum

meridionalem et occidentalem fani Minervae. Ed. M. Fränkel Alterthümer von Pergamon VIII, 2 p. 290 n. 419.

Ὁ δῆμος ἐτείμησεν | Ὀκταουίαν[1], τὴν Καί|σαρος μὲν ἀδελφήν, | [μ]ητέρα δὲ Σέξτου ‖ Ἀππολήΐου[2], τοῦ | σωτῆρός τε καὶ εὐερ|γέτου[3].

Litterae ΑΞΠΣ. Extremae hastae lineolis transversis ornatae. 1 Octavia maior, C. Octavii et Anchariae filia, Augusti soror eodem patre neque vero eadem matre nata. Quam quod Plutarchus Anton. 31 primum C. Marcello, deinde M. Antonio triumviro nupsisse refert, pridem intellectum est eum hanc confudisse cum Octavia natu minore, uterina Augusti sorore, cuius nusquam mentionem facit, tanquam si Augustus omnino unam modo habuisset sororem, cum tamen Suetonius, scriptor diligentissimus, Caes. 27 illam Marcelli uxorem filiam Atiae, neptem Iuliae Caesaris dictatoris filiae fuisse testetur. In quam cum manifesto non cadat Sex. Appulei matrimonium, nihil restat nisi ut hoc ad maiorem Octaviam referatur. Cf. Drumann Gesch. Roms IV p. 235 n. 18 not. 83. H. Dessau Prosopographia imp. Rom. II p. 429 n. 44. 2 Necessitudinem, quae domui Augusti cum gente Appuleia intercedebat, iam ex aliquot scriptorum locis notam fuisse adnotat Fränkel: Consules annorum 29 a. Chr. et 14 p. Chr. n. a Cassio Dione LIV, 30, 4. LVI, 29, 5 necessarii (συγγενεῖς) Caesaris appellantur, quorum illum sororis filium, hunc nepotem fuisse nunc discimus. Huius soror igitur fuit Appuleia Varilla, de qua Tacitus in anni 17 p. Chr. n. rebus narrandis haec habet Ann. II, 50: *et Appuleiam Varillam, sororis Augusti neptem, quia probrosis sermonibus divum Augustum ac Tiberium et matrem eius inlusisset Caesarique conexa adulterio teneretur, maiestatis delator arcessebat.* 3 Etsi ἀνθυπάτου non additur, tamen quin hic idem ac n. 461, 2 Sex. Appuleius intellegatur eo minus dubium est, quia provincialium morem parentes quoque praesidum statuarum honore afficiendi etiam aliis exemplis testatum habemus; cf. n. 468. 561 et titulum Magnetum quem attuli n. 449[3].

---

463 Tabula marmoris albi, ad radices meridionales montis praerupti qui parietinas castelli *Exoburgo* habet, in insula Teno. Ed. F. Hiller von Gaertringen Jahreshefte des österr. arch. Inst. IV 1901 p. 167.

Ὁ δῆμος | Πόπ(λ)ιον[1] Κοϊνκτίλιον | Οὐᾶρον[2], τὸν ταμίαν[3] τοῦ |

Litterae ΑΗΠΣ. Extremae hastae apicibus ornatae. 1 ΠΟΠΑΙΟΝ. 2 Cf. Prosopographia imp. Rom. III p. 118 n. 27. Nam hunc eundem esse, qui a. 13 a. Chr. cum Tiberio consul ordinarius fuerit, a. 9 p. Chr. n. in saltu Teutoburgiensi a Germanis oppressus et caesus sit, constat. Eum aliquando administrationi provinciae Asiae interfuisse iam ex titulo n. 464 collegerant

Αὐτοκράτορος Καίσαρος ‖ [θεοῦ Σεβα]στοῦ[4], τὸν πάτ|[ρωνα καὶ εὐεργέτην, θεοῖς].

---

homines docti; sed cum illi eum praetorium circiter a. 15 a. Chr. n. legatum proconsulis in illam provinciam iisse coniecissent, hic titulus docuit, eum quaestorem potius fuisse, qui magistratus propter notum consulatus tempus ad annum fere 22 a. Chr. n. referendus esset. 3 De quaestura Asiae, non Achaiae hoc intellegendum esse perspexit Hiller, quia tum temporis Cyclades ad Asiam provinciam pertinuissent, id quod cum de aliis ex harum insularum numero definite testatum haberemus tum vero de Andro vicina; quae quo tempore provinciae Asiae erat, certe Tenus orientem versus ab illa sita non poterat Achaiae esse. Neque illum omnino administrationi Achaiae interfuisse certum est; nam titulus C. I. Att. III p. 498 n. 584 a: Ἡ βουλὴ ἡ ἐξ [Ἀρείου πάγου Πόπλ]|ιον Κυϊντίλιον Οὐ[ᾶρον ἀρετῆς] | ἕνεκα καὶ εὐεργε[σίας] id probare nequit, cum quia libera civitas magistratuum provincialium imperio non subiecta est, tum quia Athenarum condicio propter antiquam gloriam et studiorum laudem plane singularis erat, ita ut ibi etiam multos homines Romanos, quorum nullum officium esset in Achaiae provinciae rebus, commoratos et propter beneficia quibus populum affecissent statuis monumentisque ornatos esse credibile sit. 4 Hic a sollenni usu paullulum deflectitur. Nam *quaestor Augusti* proprie quidem dici nequit quaestor qui proconsuli provinciae senatoriae additus est; immo haec appellatio eis modo quaestoribus, quorum opera ipse princeps utitur, legitime tribuitur. Sed videtur hic indicari quaestor qui ex principis commendatione creatus est, qui Latine *quaestor candidatus Augusti* dicitur. Sane plerumque quidem haec commendatio non spectabat nisi ad ipsos illos quaestores Augusti. Sed tamen unum certe exemplum quaestoris provincialis hoc modo creati attulit Th. Mommsen Staatsrecht II, 1 p. 530 not. 2, titulum ap. Orelli-Henzen 6452: *q(uaestori) provinc(iae) Siciliae candidato imp. Antonini et Veri.* Cui nescio an hoc accedat alterum, etsi mero genitivo ταμίαν τοῦ αὐτοκράτορος candidatum principis indicari singulare est.

---

464 Basis marmoris leucophaei subcaerulei, fracta in duas partes, inventa Pergami in delubro Minervae. Edd. A. Conze Ergebnisse der Ausgrabungen in Pergamon II p. 50 (Th. Mommsen Röm. Gesch. V p. 40 not. 1. Oertlichkeit der Varusschlacht p. 1). M. Fränkel Alterthümer von Pergamon VIII, 2 p. 293 n. 424.

Ὁ δῆμος | Πόπλιον Κοϊνκτίλιον Σέ[ξ]του υἱὸν Οὐᾶρον[1] | πάσης ἀρετῆ[ς ἕνεκ]α.

Litterae ΑΠΣ. 1 Sine dubio per quaesturae provincialis Asianae occasionem hoc monumentum a Pergamenis dedicatum est. Cf. n. 463[2.3].

465 Media pars basis marmoris albi subcaerulei, inventa Pergami in gymnasio. Edd. H. G. Lolling Ergebnisse der Ausgr. in Pergamon I p. 110. M. Fränkel Alterthümer von Pergamon VIII, 2 p. 291 n. 421.

Ὁ δῆμος ἐτίμησεν | Παῦλλον Φάβιον Κοΐντου | υἱὸν Μάξιμον[1] πάσης | ἀρετῆς ἕνεκα.

Litterae ΑΕΞΠΣ. Extremae hastae lineolis transversis ornatae. 1 Cf. Prosopographia imp. Rom. II p. 48 n. 38. Consul ordinarius fuit anno 11 a. Chr. n. De proconsulatus Asiae tempore (anno 9 a. Chr. n.), qui magistratus etsi in hoc titulo non definite commemoratur, tamen procul dubio statuae erigendae ansam dedit, cf. n. 458 [31].

---

466 Fragmenta duo basis marmoris albi eruta Pergami prope templum Minervae. Ed. M. Fränkel Alterthümer von Pergamon VIII, 2 p. 292 n. 422. Cf. quae disputavit W. H. Waddington Fastes des provinces Asiatiques de l'empire Romain n. 62.

Ὁ δῆ[μος ἐτίμησεν] | Γάϊο[ν Μάρκιο]ν | Κη[σ]ωρῖνον[1].

Litterarum formae nihil memorabile habent. Extremae hastae lineolis transversis ornatae sunt. 1 C. Marcius Censorinus cos. 8 a. Chr. n. Ad proconsulatum Asiae, qui hic non magis nominatim commemoratur quam in Paulli Fabii Maximi monumento n. 465, spectat titulus Mylasensis C. I. G. 2698 *b*: Γαΐωι Μαρκίωι Κηνσ(ω)ρ(ί)νωι, | σωτῆρι καὶ εὐεργέτηι, | καθιέρωσαν οἱ γεγονότες | ἀγ(ω)νοθέται τ(ῶ)ν Κηνσ(ωρ)ινή(ω)ν | Μελάντας Λέοντος καὶ | Θεόμνηστος Ἰάσονος, τῶι θεῶι. Hunc Waddington vidit defuncto Censorino positum esse, quem in ipsa Asia provincia anno 2 aut 3 p. Chr. n. mortuum apparet ex Velleio II, 102, 1: *sed quam hunc* (M. Lollium) *decessisse laetati homines, tam paulo post obiisse Censorinum in iisdem provinciis graviter tulit civitas, virum demerendis hominibus genitum.* Etenim cum Lollium anno 2 p. Chr. n. obiisse constet, Censorinum aut eodem aut proximo anno decessisse probabile est. Ceterum utrum per annum 2/3 p. Chr. modo, an iam ante aliquamdiu proconsul fuerit, in medio relinquit Waddington. Praeterea eius mentio fit in edicto Caesaris Augusti quod servavit Iosephus Ant. XVI, 165: τό τε ψήφισμα τὸ δοθέν μοι ὑπ' αὐτῶν (sc. τῶν Ἰουδαίων) ὑπὲρ τῆς ἐμῆς εὐσεβείας ἧς ἔχω πρὸς πάντας ἀνθρώπους καὶ ὑπὲρ Γαΐου Μαρκίου Κηνσωρίνου καὶ τοῦτο τὸ διάταγμα κελεύω ἀνατεθῆναι ἐν ἐπισημοτάτῳ τόπῳ τῷ γενηθέντι μοι ὑπὸ τοῦ κοινοῦ τῆς Ἀσίας ἐν ἀργυρῇ. Postremum vocabulum manifesto corruptum; Ἀγκύρῃ emendavit Scaliger, quem sequitur Niese, Περγάμῳ Petitus, cuius rationes probant Th. Mommsen Res gestae divi Aug. p. X not. 1 et Fränkel, qui iure monent nullum locum sacrum maiore iure ἐπισημότατον vocari potuisse in provincia Asia, quam Augusteum quod erat Pergami.

Cf. n. 456, 12 ubi inter permulta exempla decreti de honoribus Augusti, quae usquequaque per orbem terrarum collocari iubentur, primo loco commemoratur illud quod statui debet [ἐν τῷ ναῷ τῷ κατασ]κευαζομένῳ α[ὐ]τῷ ὑπὸ τῆς Ἀσίας ἐν Περγάμῳ.

---

467 Basis marmoris caerulei, Mytilenis extra novam Turcarum scholam. Ed. W. R. Paton Inscr. gr. mar. Aeg. II p. 60 n. 219.

Ὁ δᾶμος | Λεύκιον Καλπούρνιον | Πείσωνα[1] αὔγουρα, | τὸν ἀνθύπατον καὶ ‖ διὰ προγόνων εὐερ|γέταν τᾶς πόλιος.

Litterae ΑΘΠΡΣ, ornatae apicibus. 1 L. Calpurnii Pisonis cuiuspiam duo exstant praeter hoc monumenta honoraria intra provinciae Asiae terminos reperta, alterum Pergami Alterth. v. Pergamon VIII, 2 p. 293 n. 425: ὁ δῆμος [Λε]ύκιον Καλπούρνιον Πίσωνα, [τ]ὸν διὰ προγόνων εὐεργέτην τῆς πόλεως, alterum Stratoniceae Bull. de corr. Hell. V 1881 p. 183: Λεύκιον Καλπούρνιον Πίσωνα, τὸν πάτρωνα καὶ εὐεργέτην διὰ προγόνων τῆς πόλεως ἡμῶν. Quos titulos summa cum probabilitate ad proconsulem Asiae rettulerunt editores eosque secutus E. Klebs Prosopographia imp. Rom. I p. 283 n. 234, sed quis potissimum hic Piso esset latebat. Iam titulus Mytilenaeus non modo illud quod est de proconsulatu confirmat, sed etiam adiuncto αὔγουρα demonstrat, consulem anni 1 a. Chr. n. intellegendum esse. Quem pro more illius aetatis fere anno 10 p. Chr. n. ad proconsulatum Asiae pervenisse probabile est. Postea Romam redux commemoratur in rebus annorum 16. 20. 22 apud Tacitum Ann. II, 32. 34. III, 11. 68. Obiit 24 p. Chr. n. (Tac. Ann. IV, 21). Cf. E. Klebs Prosopographia imperii Romani I p. 282 n. 233.

---

468 Basis marmoris leucophaei subcaerulei inaedificata Pergami in domo privata Turcica. Ed. M. Fränkel Alterthümer von Pergamon VIII, 2 p. 294 n. 427.

Ὁ δῆμος ἐτεί[μησεν] | Νωνίαν Πόλλ[αν τῆς τε] | ἄλλης ἀρε[τῆς καὶ τῆς] | διὰ τὸν ὸὸν Λ(εύκιον) [Οὐολούσ]‖σιον Σατορνῖν[ον[1], τὸν ἀνθύ]|πατον[2], εὐτεκνί[ας ἕνεκα][3].

Litterae ΗΠΡΣ. ἄλφα plerumque volgarem formam habet, sed v. 2 Α est. Infra postremum versum paullulum ad dextram a media lapidis parte litterae ΡΘ, quas non ad hunc titulum spectare, ut centesimum nonum nescio cuius aerae annum indicent, sed lapide in alium usum verso a lapicidis ad posituram lapidum indicandam incisas esse probabile est. 1 L. Volusium Saturninum cos 3 p. Chr. n. hic innui maxime probabile iudicat Fränkel, eique assentitur H. Dessau Prosopographia imp. Rom. III p. 483 n. 664. Namque consulem ordinarium anni 87 p. Chr. hic in censum

non venire propter matris Noniae Pollae nomen; illius enim matrem Corneliam ex Scipionum familia fuisse (Plinius Nat. hist. VII, 62). Consulem anni 12 a. Chr. n. vero Africae, non Asiae proconsulatum gessisse (cf. Borghesi Opp. III p. 313. Prosopogr. imp. Rom. III p. 482 n. 660). Quare si modo inter homines aliunde notos hic quaerendus esset, unum restare consulem anni 3 p. Chr., qui nonaginta tres annos natus anno 56 p. Chr. decessisset (Tac. Ann. XIII, 30). Nam qui scrupulum movet Fränkelio numerus subscriptus, eum neque annum aerae cuiuspiam indicare neque omnino ad hunc titulum pertinere persuasum habeo (v. supra). 2 Non ante annum 9 p. Chr., sed ne multis quidem annis post. Certe L. Valerius Potiti f. Volesus, quem Augusto etiamtum superstite (ante a. 14 p. Chr.) proconsulem Asiae fuisse Seneca de ira II, 5 (*Volesus nuper sub divo Augusto proconsul Asiae*) definite testatur, biennio post L. Volusium Saturninum consulatu functus erat. Cf. W. H. Waddington Fastes des prov. As. de l'empire Romain n. 67. 3 Cf. n. 462[3].

---

469 Magna basis marmoris albi, in oppido *Vathy* insulae Sami, in museo. Edd. Ch. Diehl et M. Holleaux Bull. de corr. Hell. VIII (1884) p. 467 n. 2. Th. Wiegand Mitth. des arch. Inst. in Athen XXV (1900) p. 206 n. 121.

Ὁ δῆμος Γαΐῳ Οὐιβίωι Ποστόμ[ωι[1]] | τὸ τρὶς ἀνθυπάτωι[2], ἥρωϊ | εὐεργέτηι.

Litterae ΑΘΠΣ. 1 Cf. Prosopographia imp. Rom. III p. 423 n. 392. Consul suffectus fuit anno 5 p. Chr. n., Dalmatiae praepositus bellum Dalmaticum finivit (Velleius II, 116, 2. Florus II, 25. Cassius Dio LVI, 15, 3) anno 9 p. Chr., quam ob causam ornamenta triumphalia ei tributa sunt. Eundem hominem proconsulem Asiae fuisse editores huius tituli statuunt, praesertim quia hic unus homo nobilis est cui C. Vibius Postumus nomen fuerit. Aliter sane quondam iudicabat Waddington ad Lebas Inscr. III, 103, quia nummi Laodicenorum Phrygiae exstant cum inscriptione Γαΐου Ποστόμου Λαοδικέων et imaginibus Neronis et Agrippinae (Mionnet VI p. 319 n. 719. 720). Quorum aetate sane non poterat proconsul esse qui semisaeculo ante consul fuerat. At recte H. Dessau Prosopographia imp. Rom. III p. 424 n. 392 observat, quia ἀνθυπάτου non addatur, neutiquam certo illos nummos ad proconsulem referri. Quod contra sine dubio ad ipsum Vibii proconsulatum referendi sunt duo tituli Asiani, alter Tei erutus Lebas Inscr. III, 103: ὁ δῆμος | ἐτείμησεν Αὖλον Βίβιον | Ἄβῖτον, τὸν ἀδελφὸν τοῦ τῆς | πόλεως εὐεργέτου Γαΐου Οὐιβίου | Ποστόμου, alter Magnesiae ad Maeandrum effossus Mitth. des arch. Inst. in Athen XIX 1894 p. 25 n. 17 (Inschriften von Magnesia p. 120 n. 152): Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆ[μος] | Κόϊντον Μόδιο[ν Κοΐν]|του υἱόν, διὰ τὰς [τοῦ] | ἀδελφοῦ αὐτοῦ Γ[αΐου Οὐ]|ιβίου Ποστόμου το[ῦ ἀνθυ|πάτου εὐεργεσίας]. Sane in titulo Magnetico proconsulatus mea demum coniectura suppletus est, in Teio omnino nunquam fuit. Sed ratio, qua utrobique fratri non propter sua ipsius, sed

propter fratris merita honores decernuntur, egregie convenit cum condicione praesidum provinciae (cf. n. 462[3]). Q. Modium cum C. Vibio Postumo eadem matre neque vero eodem patre usum esse in propatulo est. 2 Proconsulatum Vibii bello Dalmatico recentiorem esse inde apparet, quod tum paene constanter quinque aut adeo plures anni inter consulatum et proconsulatum Asiae intercedebant. Neque vero inter illud bellum et proconsulatum L. Valerii Messallae Volesi Vibium Asiam administrasse probabile est. Nam ut mittam, eodem anno Volesum ordinarium a mense Ianuario, Vibium suffectum a mense Iulio demum fasces tenuisse, cuius rei num in ordine temporum proconsulatus ratio habita sit dubitaveris, vix triennii integri spatium inter illud bellum et Volesi proconsulatum vacat. Quare recte Diehl et Holleaux statuere videntur, in medium inter Volesum (11 aut 12 p. Chr. n., Waddington Fastes n. 67) et Poppaeum Sabinum (fere 19 p. Chr. n., Waddington n. 68) tempus Vibii Postumii magistratum incidere. Ceterum eidem observant, non frustra in titulo honorario τὸ τρίς addi, quandoquidem hoc sit antiquissimum omnium Asiae proconsulatus ultra annuum spatium prolati exemplum. Quo confirmari Dionis testimonium de Augusti per postremos principatus annos ratione et consuetudine. Cf. Cass. Dio LV, 28, 2: καὶ πόλεις οὐκ ὀλίγαι ἐνεωτέριζον, ὥστε καὶ ἐπὶ δύο ἔτη τοὺς αὐτοὺς ἐν τοῖς τοῦ δήμου ἔθνεσι (i. e. in provinciis senatoriis), καὶ αἱρετούς γε ἀντὶ τῶν κληρωτῶν, ἄρξαι. J. Marquardt Röm. Staatsverwaltung I p. 544 not. 6. D. et H.

---

470 Lapis fractus supra et in angulo sinistro inferiore, in vico *Odemisch.* Ex ectypo, quod miserat Demosthenes Baltazzi, ed. S. Reinach Revue archéol. Troisième sér. VI (1885) p. 104 n. 1.

I ---------- | ἰδίαν αὐτοῦ ἀρετὴν ἐν πᾶσιν | καὶ διὰ τὴν τοῦ γένους καὶ τοῦ | πατρὸς αὐτοῦ Θεόφρονος τοῦ | Θεόφρονος Ἑρμολάου Θεόφρο||νος[1],

---

De scriptura tituli editor nihil dicit, nisi v. 3 extr. Y intra orbem litterae O incisum esse. 1 Editor unum titulum esse sibi persuasit, ita ut v. 1—8 rationes quibus permoti Graeci Asiani de honoribus Theophronis decrevissent indicarentur, a versu nono vero apodosis ipsum decretum continens inciperet. Qua in re neglexit, infra v. 15—22 demum protasin solito more a particula ἐπεὶ incipientem legi, qua Theophronis merita enuntiarentur, et ei inde a verbis καθήκει οὖν subici apodosin. Etiam illa γνώμῃ Γαΐο[υ | Ἰ]ουλίου, Παρδαλᾶ — υἱοῦ, Παρδαλᾶ indicio sunt, non apodosin, sed totum instrumentum (II) a versu nono incipere. Illa priora (I v. 1—8) igitur manifesto ad alium titulum pertinent, nempe ad statuae subscriptionem, ita ut fere supplendum sit [Τὸ κοινὸν τῶν ἐπὶ τῆς Ἀσίας Ἑλλήνων Θεόφρονα Θεόφρονος νεώτερον Ὑπαιπηνὸν διά τε τὴν] | ἰδίαν αὐτοῦ ἀρετὴν κτλ. Basibus monumentorum honorariorum infra ipsum titulum dedicatorium decreta honorifica incidi usitatissimum est. Theophronis patriam (τὴν πατρίδα v. 7. ἐν τῇ πατρίδι v. 16. τὴν πόλιν v. 18) Hypaepa esse apparet ex v. 29, avo item Theophron, proavo Hermolaus, abavo rursus Theophron nomen fuisse ex v. 3—6.

ἱερέως διὰ γένου[2] τῆς Ἀ|ναΐτιδος Ἀρτέμιδος[3], ἐν τῇ | [Ἀ]σίᾳ[4] καὶ πρὸς τὴν πατρίδα | [λ]αμπρότητα. |

II [Ἔ]δοξεν τοῖς ἐπὶ τῆς Ἀσίας Ἕλλησιν[5], γνώμῃ Γαΐο[υ ‖ Ἰ]ουλίου, Παρδαλᾶ καὶ τοῦ δήμου τοῦ Σαρδι[α|ν]ῶν υἱοῦ[6], Παρ-

2 Cum eadem scriptura v. 16 redeat, non dubitandum est de metaplasmo, qui sane multo insolentior est quam ille similis in nominibus propriis tertiae declinationis in -ης cadentibus. 3 De Anaïtide dea cf. F. Cumont apud Pauly-Wissowa Realencyklopädie I, 2 p. 2030 et E. Meyer ap. Roscher Lexikon der griech. u. röm. Mythologie I, 1 p. 330. Certum est eam a Persis cultam esse, quorum ex sermone nomen (*Anâhitâ*) in linguam Graecam transiit. Plerumque Graeci eam eandem existimant cum ipsorum Diana; Ἄρτεμις Ἀναΐτις praeter hunc titulum etiam Syll.[2] 775, 1 et Μουσεῖον καὶ βιβλ. τῆς ἐν Σμύρνῃ εὐαγγ. σχολῆς 1880 p. 127 appellatur; neque vero aliam esse Ἄρτεμιν Περσικήν vel Περσίαν in nummis titulisque et apud scriptores haud raro commemoratam iure statuit Cumont; cf. n. 333, 1: ἀσυλίαν τῆς παρ' ὑμεῖν Περσικῆ[ς θεᾶς]. Multo minus frequenter Magna Mater aut Venus appellatur. Omnino eius mentionem in titulis satis raram esse observat Reinach, eique ad unum omnes in Lydia eruti sunt. Sed quod idem hic accedere dicit testimonium de Sardianis deae sacris, assensum quidem tulit O. Hoeferi in Roscheri Lex. d. gr. u. röm. Myth. III p. 2064 n. 10, sed tamen eum falli manifestum est. Neque enim hic quicquam de Sardibus legitur nisi Pardalam populi Sardianorum filium fuisse (v. 10. 11). Inde ne illud quidem iure colligitur, decretum concilii provinciae Asiae Sardibus factum esse, nam in eo concilio omnium civitatium quae eius participes essent civibus rogationes ferre licuisse sponte patet; multo minus de loco, ubi Theophron sacerdotio Anaïtidis functus sit, quicquam inde sequitur. Immo cum nihil aliud addatur, eum in patria sua Hypaepis sacerdotium gessisse manifestum est, praesertim cum de Hypaepenis Anaïtidis sacris etiam aliunde constet; Pausan. V, 27, 5: ἔστι γὰρ Λυδοῖς ἐπίκλησιν Περσικοῖς ἱερὰ ἔν τε Ἱεροκαισαρείᾳ καλουμένῃ πόλει καὶ ἐν Ὑπαίποις. Ad eandem sine dubio spectant Ἀρτεμίσια quae Hypaepis agebantur. Cf. Revue arch. Troisième sér. VI 1885 p. 114 n. 14, 8. 9. Mitth. des arch. Inst. XIV 1889 p. 99 n. 35, 2. 10. 4 Cave hoc cum ἱερέως διὰ γένου coniungas. Immo sine dubio διὰ τὴν — τοῦ πατρὸς — ἐν τῇ Ἀσίᾳ καὶ πρὸς τὴν πατρίδα λαμπρότητα intellegendum collatis v. 19. 20. 5 I. e. concilio provinciali Asiae. Cf. n. 458[24]. 6 De eiusmodi adoptionibus, per Asiam minorem satis frequentibus (υἱὸς πόλεως, δήμου, γερουσίας), Reinach provocat ad ea quae disputaverunt W. H. Waddington ad Lebasii inscr. III, 53. 525. 1592. 1602. G. Perrot Mémoires d'archéologie p. 175. G. Hirschfeld, Zeitschrift für die österreichischen Gymnasien XXXIII (1882) p. 161. W. R. Ramsay Bull. de corr. Hell. VII (1883) p. 263 n. 5, 4. 5. Cf. etiam W. Liebenam Städteverwaltung im röm. Kaiserreiche p. 131 sqq. Cum Waddington homines pauperes a civitate corporibusque civilibus adoptari consuesse statuisset, Hirschfeld id ea re refutari monuit, quod haud raro homines et nobiles et locupletes illis appellationibus uterentur. Itaque hoc mere honorarium esse; quia munificentia sua

δαλᾶ, . ἀρχιερέως καὶ διὰ βίου ἀγω||[ν]οθέτου θεᾶς Ῥώμης καὶ Αὐτοκράτορος θεοῦ | [υ]οῦ [7] Σεβαστοῦ, ἀρχιερέως μεγίστου καὶ πατρὸς | τῆς πατρίδος [8] καὶ τοῦ σύμπαντος τῶν ἀνθ[ρώ||π]ων γένους· ἐπ(ε)ὶ [9] Θεόφρων Θεόφρονος νεώτε|ρος, ἀνὴρ καὶ ἐν τῇ πατρίδι γένου [10] πρώτου καὶ φιλο|δοξοτάτου καὶ πατρὸς ἐντιμοτάτου καὶ πο[λ]||λὰ τὴν πόλιν ὠφελοῦντος, ἱερέως τε τῆς ἐπι|φανεστάτης Ἀναΐτιδος Ἀρτέμιδος [11] καὶ ἐν τῇ Ἀ||σίᾳ λαμπροτάτου ἀξιώματος ὡς καὶ συνγε[νι]||κοῖς ἀρχιερατικοῖς στεφάνοις κεκοσμῆσθαι, | νῦν τὸν βίον μετήλλαχεν· καθήκει οὖν διά τε α[ὐ]||τὸν καὶ διὰ τὸ τοῦ γένους πρόσχημα συνεπικε||[κοσμῆσθαι [12]] μὲν αὐτὸν τῇ τῶν Ἑλλήνων συνπα||[θείᾳ καὶ ἐστ]εφανῶσθαι [13] χρυσῷ στεφάνῳ καὶ τει||[μᾶσθαι εἰκόνι γραπτῇ] ἐν ὅπλῳ ἐπιχρύσῳ καὶ |

---

eundem animum sibi erga patriam esse probassent, qui filiis erga parentes esse deberet, illos filios reipublicae appellari. Cf. Apuleius Metam. IV, 26: *speciosus adulescens inter suos principalis, quem filium publicum omnis sibi civitas cooptavit.* Ut hic, sic etiam in nonnullis aliis titulis eius mentionem cum naturalis originis indicatione coniungi monet idem allatis Lebas Inscr. III, 108, 2 [Τιβέ]ριον Κλαύδιον Μ[ενε]μάχου καὶ τοῦ δήμου [υἱό]ν, φύσει δὲ Ἑρμοθέστου. 1033*a*, 2 Κλεόστρατος υἱὸς [π]όλεως, φύσ[ει] δὲ [Ἀπε]λλικῶντος. 7 Supplevi. [τ]οῦ Reinach, contra morem. Nomina Imperator Caesar Divi filius Augustus titulum intra annorum 27 a. Chr.—14 p. Chr. spatium incisum arguunt. Sed patris patriae nomen (not. 8) arctioribus finibus eius originem circumscribere videtur. 8 Senatus populique decreto appellationem patris patriae Augusto anno 2 a. Chr. n. tributam esse ipse refert in monumento Ancyrano p. LXXXXVI Mommsen cap. 35. Lat. 6, 24 sqq.: *tertium dec[i]mum consulátu[m cum gerebam, senatus et equ]ester ordo populusq[ue] Románus úniversus [appellavit me patrem p]atriae.* Graece 18, 9 sqq. τρισκαιδεκάτην ὑπατείαν ἄγοντός μου ἥ τε σύνκλητος καὶ τὸ ἱππικὸν τάγμα ὅ τε σύνπας δῆμος τῶν Ῥωμαίων προσηγόρευσέ με πατέρα πατρίδος. Consentit Cassius Dio LV, 10, 10, cum reliqui qui eius rei mentionem faciunt de tempore taceant. Quare post illum annum haec decreta perquam probabile est, etsi et Dio dicit iam ante illud decretum homines nonnunquam illo nomine usos esse et tituli a Mommseno Röm. Staatsrecht II, 2^{3} p. 779 not. 2 allati id confirmant. Augusti principatu plerumque illud reliquis omnibus titulis aut praemitti aut ut hic subiungi observat Mommsen p. 785. 9 ἐπὶ lapis. 10 Cf. not. 2. 11 Cf. not. 3. 12 Supplevi. συνεπικε|[λεύεσθαι] Reinach, dubitans sane. Huic verbo, quod alibi non legitur, fere eandem ac παραμυθεῖσθαι notionem tribuere videtur, sive medium genus esse et accusativum obiecti αὐτόν regere opinatur, sive pro passivo habet ut αὐτόν subiectum infinitivi sit. At utut de structura statues, ipsa notio quomodo in hoc quidem verbo inesse possit non assequor. Quod contra συνεπικοσμεῖν cum verbum notum est neque admodum rarum, tum vim habet perbene huc quadrantem. 13 Supplevi. [στ]εφανῶσθαι Reinach.

---------------------- ἐπὶ τῇ πατρίδι[14] τῆς θε|[15]--------- --------------ης διαπεμφθῆναί τε | [τοῦ δόγματος[16] τὸ ἀντίγραφον] πρὸς Ὑπαιπηνούς.

---

14 Versuum 27. 28 relliquiae obscurissimae sunt. καὶ | [τὴν μὲν εἰκόνα τεθῆναι] ἐπὶ τῇ πατρίδι Reinach, fortasse recte, etsi ἐπὶ cum dativo in eiusmodi enuntiato usurpatum non caret reprehensione soloecismi satis gravis. 15 τῆς Θε|[όφρονος] Reinach. At si de Theophronis quidem patria hic verba fierent, quid quaeso sibi vellet articulus feminini generis τῆς? Quare mihi in mentem venit τῆς θε|[οῦ τῆς Περσικῆς] (cf. n. 333, 1). Quin urbs aut terra unde sacra numinis alicuius alio translata sunt, patria eius appellari possit non dubium est. Sed scrupulum movet cum ipsa sententia, tum quod parum verisimile est, eandem quae supra bis Ἄρτεμις Ἀναῖτις audiat alio eiusdem tituli loco deam Persicam appellari. 16 Supplevi. τῆς ἐπιγραφῆς Reinach. At decretum lapidi incisum nos quidem inscriptionem vocare solemus, veteres vero sic nomine quod est ἐπιγραφή non utuntur; vice versa titulus dedicatorius imaginis est sane ἐπιγραφή, sed huius dedicationis, non decreti honorifici, exemplum ad cives Theophronis transmitti omnino incredibile est.

---

471 In vico *Hadjileri*, viginti minutarum intervallo septentrionem versus a *Tschobanissa* inter Magnesiam Sipyli et Sardes, ubi fuisse videtur Mostenorum oppidum. Ed. P. Foucart Bull. de corr. Hell. XI (1887) p. 89 n. 9.

[Τιβέριος Καῖσαρ,] | θεο[ῦ Σεβασ]|το[ῦ υἱός, θεοῦ] | Ἰουλί[ου υἱωνός,] ‖ Σεβ[αστός, ἀρχιερ]|ε(ὺ)[ς μέγιστος, δημαρχι]|κῆ[ς ἐξουσίας] | λγ', αὐτο[κράτ]ωρ | η', ὕπατος [ε'[1],] ‖ κτίστης ἐνὶ και|ρῷ δώδεκα πό|λεων[2], τὴν πόλιν[3] | ἔκτισεν.

Litterae ΑΘΠΣ; notae numerales linea horizontali a superiore parte traducta indicantur. 1 Trigesimam tertiam Tiberii potestatem tribuniciam octavamque eiusdem salutationem imperatoriam in annum 31 p. Chr. incidere adnotat Foucart. 2 Duodecim oppida motu terrae, qui a. 17 a. Chr. accidit, eversa Tiberium restituisse Tacitus II, 47 consentiens cum titulo refert eaque nominatim enumerat. Quod numerum duodenarium excedit index nominum in monumento Puteolano (C. I. Lat. X, 1624. Dessau Inscr. Lat. sel. 156), id eo redit quod is non illius anni et occasionis modo rationem habet, sed etiam oppida postea demum (*Cibyra* 23 p. Chr., cf. Tac. IV, 13, *Ephesos* 29 p. Chr.) motu terrae deleta et a Tiberio restituta comprehendit. C. I. G. 3450 finis decreti gratiarum actionis ab illarum civitatium concilio compositi exstat, ubi singularum legati cum suffragiorum indicio (ἔδοξεν) enumerantur. Hic exstant ethnica Μοσ[τ]ηνός, Κιβυράτης, Μάγνης, Ἱεροκαισαρεύς,

Ἀπολλωνιδεύς, Ὑρκάνιος, Μυρειναῖος, Τημνε[ί]της. 3 Oppidum est Mostenorum, quod in omnibus nominum recensibus (not. 2) invenitur. Quod vero Tacitus dicit *quique Mosteni aut Macedones Hyrcani vocantur*, id vix aliter accipi potest atque ut illum eiusdem civitatis haec nomina opinatum esse statuamus. Qua in re erravit, nam in titulo Latino Puteolano et in Graeco Sardiano (n. 2) utrumque oppidum separatim commemoratur. Quod vero Μοστηνούς eosdem esse ac Μασδυηνούς (n. 338, 16) coniecerunt H. von Prott et W. Kolbe Mitth. des arch. Inst. in Athen XXVII 1902 p. 110, id mihi dubium videtur.

---

472 Magna basis marmoris candidi, supra et infra ornata marginibus prominentibus, eruta ante templum Apollinis Didymei. Ex ectypo et apographo suo ed. B. Haussoullier Revue de philologie XXIII (1899) p. 148 n. 29 (Études sur l'histoire de Milet et du Didymeion p. 264).

[Οἱ] ἀπὸ τῆς Ἀσίας τεχνεῖται | οἱ ἐργαζόμενοι τὸν ἐν Διδύ|μοις ναόν[1] Μενίσκον Μέλα|νος, φύσει δὲ Ζωπύρου, ἱερο||νίκην, νική-

1 Templum Apollinis Didymei cum initio quinti a. Chr. n. saeculi a Dareo Hystaspis f. Persarum rege combustum esset (Herodot. VI, 19), usque ad Alexandri Magni aetatem desertum iacuerat, oraculum obmutuerat. Tum vero rursus vaticinia edi coepisse refert Callisthenes apud Strabonem XVII, 1, 43 p. 814 Cas. προστραγῳδεῖ δὲ τούτοις ὁ Καλλισθένης, ὅτι τοῦ Ἀπόλλωνος τὸ ἐν Βραγχίδαις μαντεῖον ἐκλελοιπότος, ἐξ ὅτου τὸ ἱερὸν ὑπὸ τῶν Βραγχιδῶν σεσύλητο ἐπὶ Ξέρξου περσισάντων, ἐκλελοιπυίας δὲ καὶ τῆς κρήνης, τότε (332 a. Chr. n.) ἥ τε κρήνη ἀνάσχοι καὶ μαντεῖα πολλὰ οἱ Μιλησίων πρέσβεις κομίσαιεν εἰς Μέμφιν περὶ τῆς ἐκ Διὸς γενέσεως τοῦ Ἀλεξάνδρου καὶ τῆς ἐσομένης περὶ Ἄρβηλα νίκης καὶ τοῦ Δαρείου θανάτου καὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι νεωτερισμῶν. Fontem parietinis templi antiqui obrutum non forte fortuna tum ipsum rursus comparuisse, sed Milesios cum eversa Persarum dominatione libertatem recuperassent delubrum restituere constituisse, qua in re primum necessario rudera quibus locus sacer obrutus iaceret removenda fuisse, tam sagaciter quam probabiliter coniecit Haussoullier Études p. 4. Similiter tunc Ephesii Artemisium restituerunt, adeo eiusdem artificis opera usi; cf. Vitruv. VII, 1, 16 p. 159, 19 Rose[2]: *primumque aedis Ephesi Dianae Ionico genere ab Chersiphrone Gnosio et filio eius Metagene est instituta, quam postea Demetrius ipsius Dianae servus et Paeonius Ephesius dicuntur perfecisse. Mileti Apollini item Ionicis symmetriis idem Paeonius Daphnisque Milesius instituerunt.* Sed felicius Ephesiis quam Milesiis cessit, qui opus incohatum nunquam perfecerunt. Intra annorum 306—293 a. Chr. n. spatium eos etiamtum in aedificando occupatos fuisse Hauss. collegit ex n. 213, 11: εἰς τὰ κατα[σκευαζόμε]να ἐν τῶι ἱερῶι τῶι ἐν Διδύμοις. Per reliquam saeculi a. Chr. tertii partem utrum continuatum sit opus an propter bella turbasque quibus

σαντα τὰ Διδύμηα | τρίς, γυμνασιαρχήσαντα [πάν]|των πρῶτον[2] καὶ τὰς λοιπ[ὰς] | ἐπιτελέσαντα αὐτοῖ[ς κα]|θ' ὑπερβολὴν φιλοδοξίας, [πρεσ||β]εύσαντα πρὸς τὸν Σεβασ[τὸν[3]] | ὑπὲρ τῆς ἀσυλίας τοῦ Διδυ|μέως Ἀπόλλωνος[4] καὶ τῶν τῆς | πόλεως δικαίων, τει-

---

tum Asia vexabatur intermissum, propter testimoniorum defectum definiri nequit. At cum Romanorum victoria illis regionibus pax et otium redditum esset, aedificationem non cessasse indicant rationum tabulae annorum 180—149 a. Chr. spatio (Hauss. Études p. 171) conscriptae (ἀπολογισμὸς τῶν ἔργων τῶν συντελεσθέντων ὑπὸ τῶν τοῦ θεοῦ παίδων), quas edidit et commentario doctrinae et acuminis pleno illustravit Haussoullier Études sur l'histoire de Milet et du Didymeion p. 158 n. 1. p. 162 n. 2. p. 166 n. 1 *b*. p. 167 n. 2 *b*. p. 171 n. 3 *a b*. Primo a. Chr. n. saeculo (fere a. 48 a. Chr.) certe de porta principali templi valvis eburneis ornata testatur titulus n. 193, 10. Tum vero intermissum est opus, dum C. Caesar Germanici f. (37—41 p. Chr.) id resumeret. Cf. Sueton. Gaius 21 *destinaverat et Sami Polycratis regiam restituere, Mileti Didymeum peragere.* Cassius Dio LIX, 28, 1 Γάϊος δὲ ἐν τῇ Ἀσίᾳ τῷ ἔθνει τέμενός τι ἑαυτῷ ἐν Μιλήτῳ τεμενίσαι ἐκέλευσε· ταύτην γὰρ τὴν πόλιν ἐπελέξατο, λόγῳ μὲν εἰπὼν ὅτι τὴν μὲν Ἔφεσον ἡ Ἄρτεμις, τὴν δὲ Πέργαμον ὁ Αὔγουστος, τὴν δὲ Σμύρναν ὁ Τιβέριος προκατειλήφασιν, τὸ δὲ ἀληθὲς ὅτι τὸν νεών, ὃν οἱ Μιλήσιοι τῷ Ἀπόλλωνι καὶ μέγαν καὶ ὑπερκαλλῆ ἐποίουν (imperfecto tempore opus nondum absolutum indicari acute observat Hauss.), ἰδιώσασθαι ἐπεθύμησε. Non suis impensis restituisse, sed Asiae provinciae ut reficeret imperasse Caesarem narrat Dio, qua cum re egregie conveniunt illa οἱ ἀπὸ τῆς Ἀσίας τεχνεῖται. Ceterum vides inter scriptores convenire de Didymei perficiendi conatu; cui rei quod adiungit Dio, aedem si perfecta esset ab Apolline Didymeo ad se ipsum translaturum fuisse principem, id quam fidem habeat in medio relinquendum est, quandoquidem intra brevem Gai principatum non contigit ut opus absolveretur. Neque post illum quisquam id denuo suscepisse videtur; certe altero p. Chr. saeculo nondum perfectum erat. Cf. Pausan. VII, 5, 4: Ἴωσι δὲ ἔχει μὲν ἐπιτηδειότατα ὡρῶν κράσεως ἡ χώρα, ἔχει δὲ καὶ ἱερὰ οἷα οὐχ ἑτέρωθι, πρῶτον μὲν τῆς Ἐφεσίας μεγέθους τε εἵνεκα καὶ ἐπὶ τῷ ἄλλῳ πλούτῳ, δύο δὲ οὐκ ἐξειργασμένα Ἀπόλλωνος, τό τε ἐν Βραγχίδαις τῆς Μιλησίας καὶ ἐν Κλάρῳ τῇ Κολοφωνίων. Nihil igitur relinquitur dubii, quin recte Gai Caesaris principatui et hunc titulum et n. 473 vindicaverit Haussoullier. 2 Cave πάντων genetivum partitivum intellexeris et ad πρῶτον rettuleris. Immo recte Hauss. eum indicari statuit, qui primus gymnasiarchus omnium fuerit, cum antea παῖδες, πατέρες, πολῖται suos separatim magistratus habuissent; C. I. G. 2885, 13 γυμνασιάρχου πάντων τῶν γυμνασίων affert idem. 3 Proclive est, hanc simplicissimam principis appellationem referri ad eum qui tum ipsum imperaverit, cum haec exararentur. Sic de Gaio (cf. not. 1) intellegenda erit. Haussoullierus (cf. not. 4) maluit ad Tiberium referre, et sunt sane quae eius sententiam commendent. 4 Haec ad illam de iure asyli contentionem rettulit Haussoullier, de qua accurate refert Tacitus Ann. III, 60 sqq. Tum inter alias nobilissimas civitates, ex quibus suo quaeque delubro ius asyli impetrare

μηθέντα | ὑπό τε τῆς Ἀσίας[5] καὶ τοῦ δήμου ‖ τοῦ Μειλησίων καὶ τῆς γερου|σίας[6] χρυσαῖς εἰκόσι καὶ ἀν|δριᾶσιν[7] καὶ ταῖς ἄλλαις με|γίσταις τειμαῖς, ἀπόγονον | ὄντα Λυκομήδους βασι-λέ‖ως[8], ἀρετῆς ἕνεκα καὶ εὐνοίας | τῆς εἰς αὐτοὺς Ἀπόλλωνι | Διδυμ(ε)ῖ καὶ Ἀρτέμιδι Πυ|θείῃ[9].

conaretur, etiam Milesios fuisse scriptor definite indicat III, 63: *neque minus Milesios Dareo rege niti.* Illo igitur tempore (a. 22 p. Chr.) Meniscum, fortasse cum aliis, legatum Romam iisse. Neque improbabile esse eundem quadriennio post (26 p. Chr., cf. Tac. Ann. IV, 55) iterum eodem missum. Atque hanc quidem rem, quia nec probari potest nec redargui, in medio relinquamus. Illa vero prior Menisci legatio non caret probabilitate. Nam certe quod ad Augustum missus dicitur, cum de illa iuris asyli causa non Tiberium, sed senatum constituisse ex Taciti narratione appareat, non nimis premendum est. At simplici ὁ Σεβαστός (not. 3) Gaium indicari quam Tiberium probabilius est. Quare nescio an Meniscus per annorum 37—41 p. Chr. spatium potius de amplificando iure asyli (n. 473, 7—10) ad Gaium, quam anno 22 p. Chr. de eo constituendo ad Tiberium legatus ierit. Neque enim est cur illud beneficium a Gaio Caesare ultro potius oblatum existimemus, quam a Milesiis, simulac de principis consilio Didymei restituendi certiores facti essent, per legationem expetitum. 5 Cf. n. 458[24]. 6 Cf. n. 488[3]. 7 Cf. n. 352[28]. 8 Cf. n. 346[1]. 9 Cf. n. 35[3].

---

473 Stela lapidis conchyliatae, extracta ex muro Byzantino ante templum Apollinis Didymei. Et frontem et latus dextrum tenet laterculus quaestorum Apollinis, ex quibus mediam planiciei anticae partem, quam hic repetimus, ed. B. Haussoullier Revue de philologie XXIII (1899) p. 149 n. 30. XXVI (1902) p. 133 (Études sur l'histoire de Milet et du Didymeion p. 274).

Ἐπὶ στεφανηφόρων[1] Θεμί|σωνος καὶ Ἀπολλωνίου, | προφητεύοντος δὲ Φανί|ου τοῦ Μέλανος[2], ταμίας ‖ ὁ παρεδρεύσας[3] τὴν πρώ|την ἑξάμηνον Φιλόδη|μος Ἑστιαί[ου[4], ἐ]φ' οὗ καὶ προσ|εδόθη

1 Eponymus Milesiorum magistratus. Cur hic duo recenseantur, cum alibi singulis annis singuli sint, latet. 2 Cf. Greek Inscr. in the British Museum IV, 1 p. 93 n. DCCCCXXIII *b*, 6. 7: προφήτη[ς] | Φανία[ς]. Hauss. De prophetis Apollinis Didymei cf. n. 193[2]. 3 Eum ex quaestorum numero indicari, qui per prius anni semestre collegio praefuerit, apparet, etsi hac vi pro παρεδρεύσας potius προεδρεύσας exspectaveris. 4 Cum Hauss. primo ἐστὶ ἀν[ήρ, ἐ]φ' οὗ legisset, A. Wilhelm Jahreshefte des österr. arch. Inst. III 1901 p. 57 nomen quod est Ἑστιαίου agnovit, quam lectionem recte se habere deinde Haussoullier ectypis demo examinatis testatus est.

ὑπὸ Καίσαρος[5] πρὸς | τῆι προϋπαρχούσῃ ἀσυλίᾳ[6] ‖ τοῦ ἱεροῦ μίλια δύο[7], ὑποτα|μιεύοντος Δώρου τοῦ Δώ|ρου· ἦρξέν τε ἴσως καὶ δι|καίως [κ]αὶ εὐσεβῶς.

---

5 C. Caesar (37—41 p. Chr.). Cf. not. 6 et n. 472 [1]. 6 Ius asyli, quod antiquitus habuerat delubrum Apollinis Didymei, anno 22 p. Chr. senatus decreto confirmatum erat (n. 472 [1]). Sed cave tum id amplificatum esse existimaveris, ut Καῖσαρ v. 8 Tiberius intellegatur. Primo enim tum omnino non ab imperatore res transacta est, sed ad senatum reiecta (Tac. Ann. III, 60: *sed Tiberius vim principatus sibi firmans, imaginem antiquitatis senatui praebebat, postulata provinciarum* (sc. de iure asyli) *ad disquisitionem patrum mittendo*). Deinde vero alienissimum a Tiberii mente erat tale privilegium, quod haud pauca publice incommoda habebat, ultro augere. Quare rectissime Haussoullier sumpsit Gaium, cum templum perficere meditaretur, Milesios hoc dono exornasse. 7 Cf. Tac. Ann. III, 62: *et memorabantur* (ab Hierocaesariensibus) *Perpennae, Isaurici* (n. 449. 450) *multaque alia imperatorum nomina, qui non modo templo* (Dianae Persicae, cf. n. 333 [1]), *sed duobus milibus passuum eandem sanctitatem tribuerant.* Hoc exemplum videtur C. Caesar imitatus esse, ne ullum intra Asiam provinciam fanum hoc quidem nomine meliore condicione quam Didymeum ab ipso perfectum uteretur. Ceterum etiam alibi asyliae fines labente tempore modo amplificatos modo contractos esse luculentissime demonstrat Strabonis de Artemisio Ephesiorum narratio XIV, 1, 23 p. 641 Cas.: ἄσυλον δὲ μένει τὸ ἱερὸν καὶ νῦν καὶ πρότερον· τῆς δ' ἀσυλίας τοὺς ὅρους ἀλλαγῆναι συνέβη πολλάκις, Ἀλεξάνδρου μὲν ἐπὶ στάδιον ἐκτείναντος, Μιθριδάτου δὲ τόξευμα ἀφέντος ἀπὸ τῆς γωνίας τοῦ κεράμου καὶ δόξαντος ὑπερβαλέσθαι μικρὰ τὸ στάδιον, Ἀντωνίου δὲ διπλασιάσαντος τοῦτο καὶ συμπεριλαβόντος τῇ ἀσυλίᾳ μέρος τι τῆς πόλεως· ἐφάνη δὲ τοῦτο βλαβερὸν καὶ ἐπὶ τοῖς κακούργοις ποιοῦν τὴν πόλιν, ὥστ' ἠκύρωσεν ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ.

---

474 Basis marmoris albi inventa in turri Turcica quae est Pergami ad angulum meridionalem et occidentalem templi Minervae. Ed. M. Fränkel Alterthümer von Pergamon VIII, 2 p. 330 n. 497.

Ἡ βουλὴ⟨ι⟩ καὶ ὁ δῆμος ἐτίμ[ησαν] | Ὀτακιλίαν Φαυστῖναν, Γναίου Ὀ[τακιλίου] | Φαύστου θυγατέρα, ἱέρειαν γ[ενομένην] | τῆς Νικηφόρου καὶ Πολιάδος [Ἀθηνᾶς[1] καὶ] ‖ Ἰουλίας συνθρό-

---

Litterae volgares praeter ΘΠΣ. Memorabilis antiqua litterae ξῖ forma Ξ.
1 Cf. n. 324 [1].

νου[2], νέας Νικη[φόρου, Γερμα]‖νικοῦ Καίσαρος[3] θυγατρός, δ[ιά τε τὴν τῶν] | γονέων αὐτῆς εἰς τὴν [πατρίδα ἐν παντὶ τῶι] | βίωι φιλοδοξία(ν)[4] καὶ διὰ [τὴν κοσμιωτάτην αὐτῆς][5] | ἀγωγὴν καὶ πρὸς τὰς [θεὰς[6] εὐσεβείας ὑ]‖περβολήν.

---

2 Ex Germanici Caesaris filiabus hic unam agnosci licere natu minimam perspexit Fränkel. Nam hanc, pleno nomine Iuliam Livillam, haud raro mero nomine gentili Iuliam appellari, id quod in sororibus maioribus Agrippina et Drusilla nunquam fieret; cf. Th. Mommsen Hermae XIII p. 265 not. 2, qui provocat ad titulos C. I. Lat. VI 3998 *Hymnus paedagogus [I]uliae Germanici filiae.* VI 4352 *Prima Augusti et Augustae l(iberta), nutrix Iuliae Germa[nici] filiae.* Divinis honoribus eam a Pergamenis affectam esse postquam frater C. Caesar rerum potitus sit (die 16 m. Martii 37 p. Chr.) consentaneum est, quo tempore ipsa undeviginti annos nata erat (Tac. II, 54). Sed cum initio fratri in deliciis fuisset, biennio post in exilium acta est (Cassius Dio LIX, 22, 8. Sueton. Gaius 24) et omnino interdictum ne quis cuiquam ex principis necessariis quicquam honoris haberet (Dio § 9: ἀπηγόρευσε μηδενὶ τῶν συγγενῶν αὐτοῦ μηδεμίαν τιμὴν δίδοσθαι). Hoc igitur temporis intervallo (37—39 p. Chr. n.) monumentum Pergamenum dedicatum constat. Etenim revocata quidem est Iulia a Claudio patruo anno 41 p. Chr. (Cassius Dio LX, 4, 1), sed neque tum eam ut deam cultam esse credibile est, et brevi post reditum Messalina eam interemit (Dio LX, 8, 4). Fränkel. 3 Natura Drusi, adoptione Tiberii filius, qui anno 19 p. Chr. n. fato functus est. Cf. not. 2. 4 ΔΟΞΙΑΣ lapis. Propter praepositionem ἕνεκα quae eius menti obversabatur lapicidam peccasse non improbabiliter statuit Fr. 5 Supplevi. [τὴν τῆς ἱερωσύνης] | ἀγωγὴν Fränkel, qui provocat ad Polyb. III, 86, 7 παρέντες τὴν κατ' ἐνιαυτὸν ἀγωγὴν τῶν πραγμάτων. XXIV, 13, 4 ὁ μὲν Ἀρίσταινος ἦγε τὴν ἀγωγὴν τῆς πολιτείας οὕτως. Sed neutro tamen loco ἀγωγή ad muneris vel officii notionem, qualis est ἱερωσύνη, refertur. Quod contra victus morumque genus, laudabile potissimum, vocabulo ἀγωγή significari notum est. V. n. 223, 15 φαίνεσθε γὰρ καθόλου ἀγωγῆι ταύτῃ χρῆσθαι. n. 485, 2 sqq. ἄνδρα φιλότειμον καὶ ἐνάρετον καὶ ἤθει καὶ ἀγωγῇ κόσμιον καὶ ἀρχιερατεύσαντα κτλ. Greek inscr. in the Brit. mus. III, 2 p. 194 n. DXLVI, 2 sqq. διά τ[ε] τὴν αὐτοῦ κόσμιον ἀγωγὴν κ[αὶ] τοῦ πατρὸς αὐτοῦ πρὸς ἑατ[ὸν] εὔνοιαν. Praecipue in mulieribus κοσμιότητα praedicari notum est. Cf. C. I. G. 3415, 6. 7 ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ τῆς περὶ τὸν βίον κοσμ[ιό]τητός τε καὶ ἁγνείας. 6 Minervam Victricem et Iuliam. Cf. not. 2.

---

475 Tabula marmorea inserta muro, Aezanis. Scriptura per duas columnas disposita, ex quibus sinistra continet v. 1—15, dextra, cuius initia modo versuum exstant, v. 16—30. Edd. Hamilton Researches II n. 16. Ex ectypo et apographo suo Lebas Inscr. III, 855 (J. Franz C. I. G. III add. p. 1063 n. 3831 a^{18}.

L. Lafoscade de epistulis imperatorum magistratuumque Romanorum p. 5 n. 9).

Ἀπὸ Ῥώμ[ης[1].] | Νέρων[2] Μηνοφίλῳ[3] χαίρειν· | Μενεκλῆς καὶ Μητρόδωρος οἱ υἱοί σου ἐλθόν|τες πρός με ἅπαντα ἐδήλωσαν ὅσα τε αὐτὸς ‖ ἐφιλοτιμήθης πρὸς ἡμᾶς καὶ ὅσα εἰσηγήσω τῆι | πόλει περιέχοντα τὰς ἡμετέρας τιμάς· ἐφ' οἷς οὐ | μετρίως ἀπεδεξάμην σοῦ τὸ βέβαιον τῆς εἴς με | εὐνοίας καὶ τὸ ἀεὶ μέλειν σοι προσεπινοεῖν τι τῆι | ---αι‖------------------------------------ ------------ω γε|-----ην ει | [παν]τὸς ἀναλώματος εἴη σοι ἡ περὶ ἡμᾶς φιλοτιμία | [τα]ῦτα ἤδη δεδηλωκότι, ὅτι οὐδὲ τῶν ἰδίων ἕνε|[κά γε] αὐτῆς φείδεσθαι προαιρῇ. Μενεκλῆς δὲ ὁ ‖ [υἱὸς ἑτ]οίμως εἶχεν καὶ προσμένειν μοι χρόνον | ὅσον ἂν βο[υ-λωμαι-----------------------------------,] | ὃν ἐγὼ δίκ[αιον[4] ἡγούμενος ἐπιμελεῖσθαι τοῦ σοῦ] | γήρως ἀπέ[λυσα τῆς παρ' ἐμοὶ ἐν Ῥώμῃ καταμονῆς] | καὶ πρὸς σὲ [ἀπελθεῖν ἐκέλευσα γηροτροφήσον]‖τα, ἔγραψα δ[ὲ ------------------------------ ----------------] | ἐπιμελέστα[τα -------------------------- ------ πρὸς τὴν] | πόλιν ὑμῶν [---------------------------- ἔγραψα] | δὲ καὶ πρὸς Α------------------------------------ | δηλώσας ὡς ------------------------------------ ‖ γὰρ εὔνους

Litterae ΑΑΘΞΠΣ. 1 De loci unde data est epistula significatione cf. n. 331[21]. Partem praescriptorum deesse, quae et diei, mensis, anni significationem et titulos Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ continuerit observat Waddington, monens in ectypo v. 1 plane desiderari, v. 2 admodum mutilum esse. Sed utrum haec omnino in dextra versus primi parte interciderint, an Menophilus ipse cum litteras lapidi incidendas curaret praescripta in brevius contraxerit vix discernas. 2 Imperator 54—68 p. Chr. n. Accuratius epistulae tempus definiri nequit. 3 In inscriptionibus Aezanitarum satis frequens esse hoc nomen docet Waddington allatis exemplis C. I. G. 3957 a II, 5. Lebas Inscr. III, 857, 2. 882, 2. 3. 984, 3. Ex quibus titulis quem primo loco recensui, pars est decreti n. 458, in quo summus sacerdos Asiae provinciae recensetur Ἀπολλώνιος Μηνοφίλου Ἀζανίτης v. 31. 78. Iam cum et illum et hunc Menophilum inter nobilissimos patriae cives fuisse manifestum sit, hic illius Apollonii filium avito nomine utentem agnoscere proclive est, neque nimium videri potest sexaginta fere annorum intervallum, quandoquidem Menophilum Neronis principatu iam ad extremam senectutem pervenisse videmus (v. 17—20). 4 Versus 17—20 supplere conatus sum ita ut certe summa sententia et structura restitueretur, etsi singula verba incertissima esse me non fugit.

μο[ι------------------------------ γρά]|φειν ἐὰν τοῦ δ[έηι-- ----------------------------] | παρέχεσθαί σο[ι-------------- ----------------------------] | δέχομαι τὴν ἀ-------------- ------------------- | δέ μοι μένει[ν------------------------ ------]||τεν ἢ Μην[οφιλ-----]

---

476 Lapis ex Dorylaii parietinis delatus in oppidum *Eski-Schehir* in aedificium viae ferreae. Ed. Th. Preger Mitth. des arch. Inst. in Athen XIX (1894) p. 305 n. 1.

[Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος τῶν Δορυλαέων ἐκ τ]ῶν [τῆ]ς πολειτεί|ας[1] ἀ[π]οτειμήσεων[2] Τίτῳ Κλωδί|ῳ Ἐπρίῳ Μαρκέλλῳ[3], ἀνθυπάτῳ τὸ β'[4], | ἐπιμεληθέντος τῆς ἀναστάσε||ως τοῦ ἀνδριάντος

Litterae volgares praeter ΠΣ. 1 ΔΣΙΝ Ι Ι Ι ΣΙΙΟΛΕΙΤΕΙ|ΙΑΣ. 2 ΑΙΙΟ ΙΕΙΜΙΙΣΕΩΝ. De vocabuli significatione Pregerus haud inepte provocat ad Bekkeri Anecd. I p. 437, 30 ἀποτίμησιν· τέλος ἢ φόρον. 3 Cf. E. Klebs Prosopographia imp. Rom. I p. 415 n. 915. Integra nomina ut hic in titulo Cyprio C. I. Lat. X, 3853 et diplomate militari III, 9. In reliquis titulis itemque ubique in nummis et apud scriptores aut Eprius Marcellus appellatur aut adeo alterutro modo ex his nominibus indicatur. Praetor fuit a. 48 p. Chr., deinde legatus Lyciae (Tac. ann. XIII, 33; titulus Tloënsis Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 206 n. 553 Τλωέων ὁ δῆμος Ἔπριον Μάρκελλον) tum consul I suffectus fere anno 60 p. Chr. Per proximorum annorum res satis frequens sed neutiquam honorifica eius memoria apud Tacitum (Ann. XVI, 22. 26. 28. 29 anno 66. Hist. IV, 6—8 a. 69. IV, 43 a. 70 p. Chr. n.). Post proconsulatum Asianum (not. 4) iterum consul suffectus fuit anno 74 p. Chr. Denique coniuratione in Vespasianum patefacta capitis damnatus ipse sibi mortem conscivit a. 79 p. Chr. (Cassius Dio LXVI, 16, 3. 4). 4 Per tres annos proconsulem provinciam Asiam rexisse Eprium Marcellum nummi testantur ex quibus Sardiani inscriptionem Ἐπὶ Μαρκέλλου τὸ β' Σαρδιανῶν habent, cum in Cymaeis Αὐτοκράτορα Καίσαρα Οὐεσπασιανόν | ἀνθυπ(άτῳ) Ἐπρίῳ Μαρκέλλῳ τ(ὸ) γ' Κυ(μαίων) sit itemque Synaitarum moneta titulum Θεὰν [Ῥώμην] ἐπὶ Μαρκέλλου τὸ γ' habeat. Cf. Waddington Fastes des provinces Asiatiques de l'empire Romain n. 96 et Klebs Prosopogr. imp. R. l. l. Etiam titulus Tusculanus C. I. Lat. XIV, 2612, in quo nomen quidem non exstat, sed verba *pro cos . Asiae per tri[ennium]* aetatem tulerunt, satis certa ratione ad hunc refertur. Quinam fuerint illi tres anni, post Waddingtoni disputationem non amplius dubitari licet. Nam cum Marcellus Romae versatus sit et mense Ianuario 70 p. Chr. et calendis Maiis 74 p. Chr., quo tempore altero consulatu functus est, administrationis Asianae triennium aut inter haec duo tempora locum habet, aut inter alterum consulatum et mortem (79 p. Chr.). Sed huius quidem posterioris temporis pars aliis proconsulatibus (Vettius

καὶ τὴν βά|σιν ἐκ τοῦ ἰδίου[5] κατασκευά|σαντος Θεογένους Με-νά[ν]||δρου τοῦ Μενεμάχου ἀρχι|παραφύλακος[6].

Bolanus Waddington n. 97. Silius Italicus Waddington n. 98. M. Plancius Varus Waddington n. 99) occupata est, ut certe integrum triennium Marcelli magistratui non relinquatur. Quod contra si eum cum Waddingtono ab aestate 70 p. Chr. ad idem anni 73 p. Chr. tempus provinciam rexisse statuemus, nulla difficultas relinquetur. 5 Plerumque quidem ἐκ τῶν ἰδίων dicitur, sed ne singularis quidem numeri usus plane inauditus est. Cf. n. 583, 6. 704, 5. 710, 4. Revue arch. Troisième sér. XXXVIII 1901 p. 307 n. 26 *a*, 4. Inscr. Gr. Sic. et Ital. 617 (Inscr. Gr. ad res Rom. pert. I, 469), 1. Inscr. Gr. Sic. et It. 1664 (Inscr. Gr. ad res Rom. pert. I, 247), 13. Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 230 n. 634, 8. Lebas-Waddington Inscr. III, 2824, 5 (Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 364 n. 975). Journal of Hell. stud. X 1889 p. 55 n. 6, 7. XII 1891 p. 178 n. 8, 1 (Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 367 n. 992). p. 184 n. 22, 3. p. 191 n. 44, 4. Bull. de corr. Hell. VII 1883 p. 265 n. 6, 1. 2. XVII 1893 p. 3 n. 6, 4. Archiv f. Papyrusforschung II p. 436 n. 32, 4. Tebtunis papyri I p. 455 n. 105, 3. 19. 6 Cf. n. 485[9].

---

477 Titulus Smyrnaeus. Ed. ex Cossoni schedis sine loci notitia Jac. Gronov Mem. Cosson. p. 144, 14. Smyrna ad se missum apographum expressit Cuperus ad Lactantium de mortibus persecutorum p. 163 ed. Bauldri (Boeckh C. I. G. 3146).

Ἐκ τοῦ εἰσαχθέντος | ὕδατος[1] ἐπὶ τὸν Δία τὸν | Ἀκραῖον[2], ἐπὶ Οὐλπίου | Τραϊανοῦ τοῦ ἀνθυπάτου[3], || ἐν ταῖς στρατηγίαις[4] | ταῖς Μάρκων Ἰουνίων | υἱοῦ καὶ πατρὸς | ---------

---

Litterae volgares praeter ΘΠΣ. 1 Aquaeductum innui, qui Traiani proconsulatu effectus eiusque honoris causa *aquae Traianae* (n. 478, 1. 2) nomine exornatus sit, apparet. Quantum momenti habuerit in templis et delubris aquae limpidae usus notum est (cf. Syll.[2] 579[10]), quare non mirum in dei potissimum fanum aquam deductam esse, sed sine dubio ita institutum erat, ut etiam cives ea uti commode possent. Praepositionem ἐκ Boeckhius sic interpretatur, ut haec verba fistulae inscripta fuisse sumat, quae cum partem totius aquaeductus efficiat, recte ἐκ τοῦ εἰσαχθέντος ὕδατος esse dicatur. Inusitatum sane dicendi genus, sed meliorem interpretationem non video; nam qui latissime patet usus, ut illa praepositione indicetur ex quibus reditibus impensae in opus aliquod factae sint, is huc non quadrat. 2 De huius dei apud Smyrnaeos sacris Boeckhius provocat ad Eckhelii Doctrinam nummorum II p. 543. 557. 561. 3 Traiani imperatoris pater. Proconsul Asiae fuit anno 79/80 p. Chr., ut apparet ex titulo Laodicensi C. I. G. 3935, 4 καθιερώσαντος Μάρκου Οὐλπίου Τραϊανοῦ τοῦ ἀνθυπάτου. Nam annus definitur versu 1 ubi legitur [Αὐτοκράτορι] Τίτῳ Καίσαρι Σεβαστῷ

Οὐεσπασιανῷ, ὑπάτῳ τὸ ζ'. De reliquis huius Traiani rebus cf. Prosopogr. imperii Rom. III p. 463 n. 574. 4 Praeturam civitatis Smyrnaeorum recte interpretatur Boeckh.

---

478 Lapis cum incisione in inferiore parte, quae recipiebat fistulam aquaeductus. Est in schedis Sherardianis p. 74 (cod. Ask. IV, 95), ubi definite Smyrnae vindicatur. Ex museo Domini Oxford (in loco *Wimple*) ed. Maffeius Mus. Ver. p. CCCCXLIII, 1. Postea translatum Cantabrigiam in collegium Trinitatis ed. Dobraeus Diar. class. XXX p. 134, cf. p. 145 (Rose Inscr. p. 400. 414. Boeckh C. I. G. 3147).

Τραϊανοῦ | ὕδατος[1] ἀποκα|τασταθέντος | ὑπὸ Βαιβίου || Τούλλου | ἀνθυπάτου[2].

Litterae ΘΠΣ. 1 Aquaeductus quondam a M. Ulpio Traiano proconsule a. 79/80 institutus. Cf. n. 477, 1—5. 2 Traiani principatu hunc fuisse Asiae proconsulem nummi Sardianorum produnt, quibus inscriptum est ἐπὶ Λου(κίου) Βαι(βίου) Τούλλου ἀνθυπάτου. Cf. Head, Greek coins in the Brit. mus. Lydia p. CIII. Imhoof-Blumer Kleinasiatische Münzen I p. 184 n. 4, quos affert Groag ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie Suppl. I p. 236 n. 47. Quondam consulem ordinarium anni 109 p. Chr., cuius nudum cognomen *Tullus* notum est, ipsum illum Asiae proconsulem esse opinatus erat Borghesius Opp. I p. 457 sqq. At recte Waddington Fastes n. 131 eum qui a. 109 p. Chr. consulatu functus esset, Hadriano demum imperatore ad proconsulatum pervenire potuisse monet. Quare ipse quidem, qui prava eorum quae in nummis Sardianis sunt lectione deceptus eos alicui Publicio aut Publilio Tullo tribueret (Fastes n. 116), Baebium Tullum proconsulem Hadriani demum aut Antonini Pii aetate fuisse sibi persuasit; nunc vero, cum de eius tempore plane constet, manifestum est Baebium proconsulem et a Tullo consule ordinario anni 109 p. Chr. n. et a C. Calvisio Tullo, qui eodem anno consul suffectus fuisse videtur, distinguendum esse. Groag.

---

479 Lapis inventus Dorylaii (*Eski-Schehir*). Ex apographo J. Meliopuli ed. P. Wolters Mitth. des arch. Inst. in Athen XXII (1897) p. 480.

------------βου[1] υἱῶι Διὶ Πατρώ[ιωι[2] -------- | σωτῆρι παν]-

Litterae ΔΘΠΣ. 1 Vix recte exscripta est haec syllaba. Nam etsi ordo verborum a solito abhorret, tamen imperatorem Romanum hic commemoratum fuisse certum est; atqui nemo est cuius patris nomen in -βος cadat. Si [Νέρ]βου suppleas, a sollenni more hoc et similia nomina declinandi

τὸς ἀνθρώπων γένο[υς --------- | ... καὶ θεοῖ]ς Σεβαστοῖς καὶ θεαῖς Σεβασταῖς[3] [καὶ Ὁ|μονοίαι[4] Σ]εβαστῆι καὶ θεᾶι Ῥώμηι καὶ θεῶι Συνκλήτωι[5] ‖ [καὶ τῶι] δήμωι Ῥωμαίων Ἀσκληπιάδης

(Νέρουα, Νέρβα) recedas. Probabilis est emendatio, de qua Wolters cogitavit [Τραϊανοῦ Παρθι](κ)οῦ, at ne haec quidem certa est. Cf. not. 2. Utique titulus initio alterius p. Chr. n. saeculi vix antiquior (not. 3). 2 Hadrianum hic agnoscere sibi visus est Wolters collatis titulis C. I. G. 3187, 1 et C. I. Att. III, 456, 3. Sed hic quidem erravit, nam Atticus titulus Claudii est, Smyrnaeum vero Hadriano vindicavit Boeckhius, quia v. 3 Τιβερίου Κλαυδίου Ἡρώ[δου] oratoris nobilissimi nomen deprehendere sibi videbatur. At cum iam sciamus etiam illius patri Τιβέριος Κλαύδιος Ἡρώδης Ἀττικός nomina fuisse (cf. C. I. Att. III p. 483 n. 69 *a*, 3. Hermae XIII p. 68), id nequaquam certum est; immo quod v. 10 legitur Νέρωνος Καίσαρος πρὸ[ς τὴν ------] | ἐπαρχείαν κηδεμονίας multo antiquiora tempora monstrat. Nam quod Boeckhius sumpsit, Hadriani demum principatu decretum esse de hominis qui Nerone imperante provinciae Asiae praefuisset honoribus, id vereor ut cuiquam probetur. 3 Divos divasque hic una cum eo qui tum ipsum imperaret appellatione Σεβαστοί et Σεβασταί comprehendi apparet; similia apud Athenienses sacra nota sunt ex titulis C. I. Att. III, 57, 2. 389. 665, 2. 668, 3. 669, 1. 670, 1. 671, 1. 672, 1. 673, 1. Add. p. 499 n. 675 *a*, 3. 4. Ex quibus sunt quorum aetas definiri nequeat; sed inter reliquos nullus initio alterius p. Chr. n. saeculi prior est. Ac ne hunc quidem antiquiorem esse conicias ex addito Σεβασταῖς. Nam post Liviam prima Poppaea Sabina, cuius sacra mansisse vix credideris, deinde Plotina Traiani uxor consecrata est. Cf. Th. Mommsen Staatsrecht II, 2^3 p. 833 not. 3. 4 Supplevit Wolters ex C. I. G. 4342, 3 sqq. (Addenda p. 1160) τὸν καὶ ἀρ[χι]ερέ[α τῶ]ν Σ[ε]βασ[τῶν] κα[ὶ τῆς] Σεβασ[τῆς] Ὁμονοίας [γενόμ]ε[ν]ο[ν]. Sane illic Cavedonius de concordia Augustorum M. Aurelii et L. Veri cogitat perquam probabiliter, quibus hoc monumentum sine dubio antiquius est. Quare coniciat quispiam [καὶ | οἰκίαι Σε]βαστῆι coll. C. I. Att. III, 1085, 5 κα[ὶ ἀρχι]ερέως τοῦ οἴκου τῶν Σεβαστῶν. Sed etsi οἰκία non minus quam οἶκος antiquitus familiam vel stirpem significare notum est, tamen num in *domus divinae* (Mommsen Staatsrecht II, 2^3 p. 818 not. 2) Graeca appellatione utroque nomine aeque usi sint dubito. 5 Senatus sacra in Asia provincia latissime patuisse apparet ex nummis permultarum civitatium, qui imaginem cum titulo σύγκλητος aut ἱερὰ σύγκλητος exhibent, qua de re L. Deubner apud Roscher Lexikon der gr. u. röm. Mythologie III p. 2141 provocat ad B. Head Hist. numm. ind. p. 768. 772. F. Imhoof-Blumer Lydische Stadtmünzen p. 203. Ut hic, θεὸς Σύνκλητος legitur in nummis Daldianorum (Imhoof-Blumer p. 62 n. 5), Magnetum Sipylenorum (ibid. p. 88 n. 3), Silandensium (ibid. p. 143 n. 1), Thyatirenorum (ibid. p. 152 n. 15). Sacerdos huius dei erat in laterculo Ephesio Greek inscr. in the British Museum III 2 p. 221 n. DC, 24 [Σ]υνκλ(ήτου). Cf. Tacitus Ann. IV, 15: *ob quam ultionem* (i. e. quia Lucilius Capito procurator damnatus erat) *et quia priore anno in C. Silanum vindicatum erat, decrevere Asiae urbes templum Tiberio matrique eius ac senatui.*

Στρατονί||[κου ..]ένης σεβαστοφάντης[6] διὰ βίου καὶ ἱερεὺς | [τῶν πρ]ογεγραμμένων θεῶν καὶ ἐπιστάτης[7] τοῦ | δήμου καὶ τῆς πόλεως πρῶτος καὶ[8] διὰ βίου καὶ γυμνα|σίαρχος ἐκ τῶν ἰδίων[9] ἐλευθέρων καὶ δούλων ἀπὸ || ἀρχομένης ἡμέρας ἕως νυκτὸς δρακτοῖς[10] ἐκ

---

6 De flaminibus Augustorum provincialibus cf. Marquardt Röm. Staatsverwaltung I p. 174. 259. 7 Quae de huius nominis vi adnotavi n. 44[3], ea sane non spectant nisi ad tempora Romanorum dominatione antiquiora. Sed si simile quid etiamtum hic valere sumeremus, de curatore rei publicae vox interpretanda esset. At hic plerumque λογιστής, nonnunquam ἐπιμελητής (n. 492, 3) appellatur neque ex civium ipsorum numero eligi solet ante Septimii Severi aetatem (J. Marquardt Röm. Staatsverwaltung I p. 164), qua hic titulus antiquior est. Quare quid haec magistratus appellatio sibi velit in medio relinquendum videtur. 8 Particula additur, ut non modo eorum, qui ad vitae tempus creati essent, sed omnium omnino epistatarum tempore primum fuisse appareat. 9 Perfrequenter in titulis honorariis praedicatur munificentia eorum qui gymnasiarchiae sumptus suis impensis toleraverint. Sed hic ut alibi apparet, inter hos sumptus longe primarium fuisse olei praebendi, ita ut paene in notionem verbi ἐλαιοθετεῖν abierit verbum γυμνασιαρχεῖν. Cf. Bull. de corr. Hell. XIII 1889 p. 486 n. 1, 4 sqq. [δημι]ουργὸν καὶ γυμνασίαρχον [ἐλαί]ου θέσει, θυγατέρα δημιουρ[γοῦ καὶ] δεκαπρώτου καὶ γυμνασιά[ρχου] ἐλαίου θέσει. Eadem fere redeunt ibid. p. 487 n. 2, 8. 12. 10 Cf. Bull. de corr. Hell. XI 1887 p. 379 n. 2, 13 sqq. [ἡμέρ]ας δέκα πάσῃ ἡλικίᾳ ἀδιαλείπτως καὶ [νυ]κτὸς καὶ ἡμέρας θεὶς δρακτῷ τὸ ἔλαιον. p. 384 n. 3, 13 sqq. ἔθεσαν ἐν τοῖς γυμνασίοις ἔλαιον δρακτῷ κτλ. Lebas-Waddington Inscr. III, 730, 6 ἀλείψασαν δὶς δρακτοῖς καὶ ἐπιρύτοις ἀπαρατηρήτως καὶ πολυτελῶς. 1602, 9 ἀλείψασαν δὶς δρακτοῖς ἐκ λουτήρων ἐπιρύτοις. 1602 *a*, 5 γυμνασιαρχήσαντα δὶς δρακτοῖς ἐλαίοις ἐπιρύτοις ἀνελλιπῶς. C. I. G. 2782, 40 καὶ ἔλ(α)ια δρακτοῖς πολλάκις τεθεικότα. In his septem titulis cum de lectione ΔΡΑΚΤΟΙΣ plane constet, apparet recte Waddingtonum Boeckhio oblocutum esse qui coniecturis expellere conatus erat vocem sane ceteroqui inauditam. Quam a verbo δράττεσθαι descendere apparet, de significatione dissentitur. Waddington, dubitanter sane, de oleo cuius in palaestra usus esset, quod luctatores in manus sumerent ad corpus unguendum, intellexit. At sic ἔλαιον δρακτόν potius exspectaverim (Bull. de corr. Hell. X 1886 p. 520 n. 19, 3 sane legitur τιθεὶς ἀεὶ τὸ ἄλειμμα δρακτὸν παρ' ἑαυτοῦ), dativus pluralis, qui sine dubio instrumentalis est, cum hac explicatione pugnare mihi videtur. Quare vas sive mensuram hic indicari certum existimo. Quod perspexit O. Liermann Dissert. phil. Hal. X p. 81, qui sane miratur manipuli, i. e. eius quod una manu comprehendi possit, notionem ad oleum translatam. Sed si sumamus, mensuram cavam, qua liquidas res non minus commode quam solidas metiamur, ita appellatam esse, id non modo probabile est, sed adeo testatum habemus non de hac quidem voce, sed de alia eiusdem stirpis. Cf. Hesych. δράξ· δράκα· καὶ ξέστου τὸ τέταρτον. Sunt igitur δρακτοί (vel δρακτά) minora vasa, quibus luctatores utuntur ad oleum ex maioribus illis (not. 11), quae in gymnasio statuenda curavit gymnasiarchus, hauriendum.

λου||[τήρ]ων [11] καὶ ἱερεὺς τῆς τῶν γερόντων Ὁμονοίας καὶ | [γρ]αμματεὺς αὐτῶν διὰ βίου, καὶ Ἀντιοχὶς Τεύθραν||[τ]ος σεβαστοφάντις [12] διὰ βίου καὶ ἱέρηα τῶν προγε||[γρ]αμμένων θεῶν καὶ γυμνασίαρχος τῶν γυναι||[κ]ῶν [13] ἐκ τῶν ἰδίων, ἡ γυνὴ αὐτοῦ, καθιέρωσαν | ἐκ τῶν ἰδίων.

---

11 Praeter titulum quem attuli not. 10 cf. Lebas-Waddington Inscr. III, 517, 4 sqq. [ἐν γυμνα|σίῳ ἔλ]αιον ἑλκυστὸν ἐ[κ λουτήρων | ἔδωκα]ν δι' ὅλης ἡμέρα[ς καὶ τὸ | πλεῖσ]τον μέρος τῆς [νυκτός]. v. 12 sqq. ἔθηκαν (non ἀνέθηκαν, ut W. habet, nam αν sine dubio prioris enuntiati finis est) δὲ ἔλ[αιον | ἑ]λκυστὸν ἐκ λου[τήρων | κ]αὶ ἐν ταῖς πατρίοις [ἑορταῖς | κ]αὶ ἐλ[ε]υθέ[ρ]οις πᾶσι [διένειμαν·] | ἔλ[αιο]ν ὁμοίως ἑλ[κυστὸν | ἔδωκαν] ἐκ λο[υ]τήρων κτλ. Brevius Bull. de corr. Hell. X 1886 p. 160 n. 8, 2 sqq. γυμνασ[ι]αρχήσαντα ἀλείμμασι[ν] ἑλκυστοῖς. Idem sibi volunt verba titulorum Olympia V p. 557 n. 468, 5. 6 γυμνασιαρχή[σαν]|τα ὁλκείοις καὶ κυάθῳ βασιλικ[ῷ], ubi nescio an κύαθος vices gesserit δρακτῶν (not. 10), et Syll.[2] 409, 16 γυμνασιαρχήσαντα οἴκοθεν (i. e. ἐκ τῶν ἰδίων) [ὁλ]κείοις. Nam ὁλκεῖον (formae ὁλκαῖον et ὁλκίον dubito num recte se habeant) idem esse ac λουτήρ apparet ex Pollucis Onom. VI, 100 ἔστι δὲ ὁλκαῖον ᾧ τὰ ἐκπώματα ἐναπονίπτουσιν. X, 78 ἵνα δὲ ἐναποπλύνεται τὰ ἐκπώματα, ὁλκαῖον, τάχα δὲ καὶ λουτήριον. X, 173 ὁλκεῖον ἀγγεῖον ξηρῶν τε καὶ ὑγρῶν, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ χαλκοῦν. Hesych. ὁλκαῖον· λεκάνη, νιπτήρ, κρατήρ. ὅλκιον· μέγας κρατήρ, λουτήρ. Photius ὁλκεῖον· χαλκοῦς λέβης τρεῖς πόδας ἔχων. Epigenes ap. Athenaeum XI, 480 a: κρατῆρες, κάδοι, ὁλκεῖα, κρουνεῖ(α). Plutarch. Alex. 20 ὡς δὲ εἶδε (Alexander in balineo Darei) μὲν ὁλκεῖα (libri ὅλκια) καὶ κρωσσοὺς καὶ πυέλους καὶ ἀλαβάστρους, πάντα χρυσοῦ ἠσκημένα περιττῶς. Eundem vero atque in hoc titulo talium vasorum usum habes apud Athenaeum V, 195 c: πέντε μὲν τὰς πρώτας (ἡμέρας) ἐν τῷ γυμνασίῳ πάντες ἐκ χρυσῶν ὁλκείων ἠλείφοντο κροκίνῳ μύρῳ. 12 Romae quidem flaminicam semper flaminis uxorem fuisse constat. Sed in flamoniis Divorum Augustorum provincialibus non idem ubique institutum fuisse discimus ex titulis. Ut hic, in tribus Hispaniae provinciis coniunx flaminis illo sacerdotio fungebatur (J. Marquardt Röm. Staatsverwaltung I p. 259 not. 10), in Africa non item (Marquardt ibidem p. 174 not. 5). 13 Feminam quidem gymnasiarchi officio fungi etiam alibi collatis titulis C. I. G. 2384, 4. 2714, 10. 3953 *c*, 6. 5132, 4 observavit Wolters, sed illud γυμνασίαρχος τῶν γυναι[κ]ῶν inauditum esse.

---

480 Bases complures, quae in fronte omnes hunc eundem titulum, in tergo nomen tribus cuius quaeque est gerunt, Ephesi in theatro. Ed. R. Heberdey Jahreshefte des österr. arch. Inst. II (1899) p. 43 (Revue archéologique Troisième sér. XXXV 1899 p. 181 n. 64).

[Ἀρτ]έμιδι Ἐφεσίᾳ [κα]ὶ φυλῇ Τηΐων[1] Γ(άϊος) Οὐείβιος Γ(αΐου) υἱὸς Οὐωφεντίνᾳ[2]|[Σ]αλουτάριος[3], ἀρχώνης λιμένων ἐπαρχείας Σικελίας[4]

---

1 Supra hunc titulum eadem Latino sermone inscripta: *Dianae Ephesiae | et phyle Teion | C. Vibius C. f. Vof. Salutaris promag. | portuum provinc. Siciliae, item promag. fru|menti mancipalis, praef. cohor. Asturum et Callaeco|rum, trib. mil. leg.* XXII *primigeniae p. f., subprocu|rator provinc. Mauretaniae Tingitanae, item provinc. Belgi|[c]ae, Dianam argenteam, item imagines argenteas duas, | [u]nam Lysimachi et aliam phyles, sua pecunia fecit, ita ut | [om]n[i e]cclesia supra bases ponerentur . ob quam dedicatio|nem in sortitionem sex phylaes consecravit | HS* XXXIIICCCX[XX]III[S]. Praeterea duorum aliorum huiusmodi monumentorum relliquiae aetatem tulerunt, atque alterius quidem (C. I. Lat. III, 6065. Greek inscr. in the British museum III, 2 p. 217 n. DXCIV) titulus Latinus paene integer exstat, ex Graeco nihil nisi trium primorum versuum reliquiae exiguae, ille vero ad verbum cum hoc consentit, nisi quod initio *[D]ianae Ephesiae et | phyle Carenaeon* legitur. Tertii monumenti frustulum exiguum est C. I. Lat. III Suppl. 7119: *[Dianae Ephesiae et | phy]le S[ebaste | C. Vibius C.] f. Vof(entina) [Salutaris]*. Fuisse quondam sex bases ex v. 10 colligitur. In tergo cuiusque basis nomen tribus inscriptum erat, sed infra Σεβαστῆς nomen etiam haec exarata: καὶ συνέδριον νεωποιῶν | καὶ συνέδριον χρυσοφόρων | καὶ συνέδριον κουρήτων. Quae manifesto recte interpretatus est Heberdey collatis Greek inscr. in the British Museum III, 2 p. 122 n. CCCCLXXXI, 307 sqq.: ἐπεὶ οἱ χρυσοφοροῦντες τῇ θεῷ ἱερεῖς καὶ ἱερονεῖκαι ὑπέ[σ]|χ(ο)ντο φέρειν καὶ αὖ φέρειν τὰ ἀπεικονίσματα τὰ καθιερω|θέντα ὑπὸ Οὐειβίου Σαλουταρίου, ᾐτήσαντό τε | τόπον ἐν τῷ θεάτρῳ τὴν πρώτην σ[ε]λίδα ὅπου ἡ εἰκὼν τῆς Ὁμονοίας· | δεδόχθαι ἔχειν ἑαυτοὺς (cf. n. 90[36]) τὸν [τ]όπον, καθίζειν δὲ πρὸς τὴν Εὐ|σέβειαν λ(ε)υχειμονοῦντας. Nempe his titulis significari cuneos caveae, ubi cuique tribui locus sedendi assignatus sit, non modo per ludos scaenicos, sed etiam in comitiis populi. De hac vocis σελίς significatione provocat ad B. Keilii observationem Mitth. des arch Inst. in Athen XX 1895 p. 106 not. 1. 2 Antiqua et legitima huius nominis scriptura *Oufentina* est, pro qua haud raro *Offentina* occurrere monuit Th. Mommsen Röm. Staatsrecht III, 1[3] p. 172 not. 4. Sed in his Vibii Salutaris titulis mira constantia ter Latine VOF scribitur, itemque Graece Οὐωφεντίνα et hic et Greek Inscr. in the British Museum III, 2 p. 133 n. CCCCLXXXI, 322; uno loco, Gr. inscr. III, 2 p. 131 n. CCCCLXXXI, 227 Ὠφεντίνα occurrit. Illa vero scriptura ni plane fallor a male intellecta litterarum coniunctione OV, quae praeter hoc nomen tunc temporis ante consonam in nulla iam voce Latina locum habebat, repetenda est. 3 De nominibus, quae Latine in *-is* cadunt, Graece in -ιος exeuntibus cf. Hermae VI p. 148, de Vibio Salutare eiusque erga patriam munificentia infra not. 12. 4 Societates publicanorum suum quamque magistrum habuisse constat, cui adiunctus erat promagister. Cf. Cicero in Verr. II, 70, 169: *in scriptura Siciliensi pro magistro est quidam L. Carpinatius.* Hoc officio functum Vibium Salutarem produnt tituli Latini, cum Graecum ἀρχώνης magistrum potius significare videatur. Promagistrum portuum dici, non portorii, quod tamen

καὶ | [ἀρ]χώνης σείτου δήμου Ῥωμαίων[5], ἔπαρχος σπείρης Ἀστούρων | [κ]αὶ Καλλαικῶν[6], χειλίαρχος λεγιῶνος κβ' Πρειμιγενίας Πίας || Φιδήλεως[7], ἀντεπίτροπος[8] ἐπαρχείας Μαυρετανίας Τινγι|τανῆς καὶ ἐπαρχείας Βελγικῆς, Ἄρτεμιν ἀργυρέαν καὶ | εἰκόνας ἀργυρέας δύο, μίαν Λυσιμάχου[9] καὶ ἄλλην τῆς

---

manifesto intellegendum sit, Hicksius monet eodem modo atque apud Ciceronem ad Att. V, 15, 3: *tu autem saepe dare tabellariis publicanorum poteris per magistros scripturae et portus nostrarum dioecesium.* Portorium Siciliae commemorari a Cicerone monuit idem. Cf. in Verrem II, 70, 171: *Canuleius vero, qui in porto Syracusis operas dabat, furta quoque istius permulta nominatim ad socios perscripserat, ea quae sine portorio Syracusis erant exportata: portum autem et scripturam eadem societas habebat.* 5 Hoc item de una provincia Sicilia intellegendum esse probabiliter coniecit Hicks. In titulo Latino frumentum, quod societas praebendum conduxit, *mancipale* dicitur; nam manceps idem est atque conductor. 6 De cohortibus Asturum et Callaecorum cf. C. Cichorius ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie IV, 1 p. 247 sq., qui demonstravit cohortes Asturum et Callaecorum I et II posteriore saeculi p. Chr. primi parte in Pannonia tetendisse; quod vero certa testimonia inde a Traiani aetate de cognomini cohorte, cuius numerus non servatus esset, in Mauretania stationem habente exstarent, videri primam sub finem saeculi primi ex Pannonia illuc traductam esse. Denique quae prope Rhenum tetenderit utrum alterutra ex his an tertia ceteroqui ignota esset, non magis constare, quam ad quamnam potissimum Vibii Salutaris praefectura spectaret. 7 Legio XXII Primigenia in bellis anni 69 p. Chr. commemoratur a Tacito hist. I, 55 sqq. II, 100. III, 22. IV, 24. V, 1. Cognomina *pia fidelis* perfrequenter ei tribuuntur in titulis Latinis. Hicks. 8 Latine *subprocurator* (v. not. 1), cuius officii aliud testimonium exstat nullum. Cf. J. Marquardt Römische Staatsverwaltung I² p. 483 not. 7. Graecum ἀντεπίτροπος etiam in titulo bilingui Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 243 n. 676, 10 est, sed ibi exempli Latini pars prior periit, ut dubites, utrum recte ibi *vice procuratoris* suppletum sit an *subprocurator* fuerit, ut hic. Cf. etiam n. 586, 5. 9 Regis, qui cum Ephesum cepisset anno 294 (aut 287 cf. Droysen Gesch. des Hellenismus II, 2 p. 258 n. 1) urbem inundationibus aliisque malis misere vexatam alio loco de integro aedificavit et uxoris nomine Arsinoën appellavit. Cf. Strabo XIV, 1, 21 p. 640: Λυσίμαχος δὲ τὴν νῦν πόλιν τειχίσας, ἀηδῶς τῶν ἀνθρώπων μεθισταμένων, τηρήσας καταρράκτην ὄμβρον συνήργησε καὶ αὐτὸς καὶ τοὺς ῥινούχους ἐνέφραξεν, ὥστε κατακλύσαι τὴν πόλιν· οἱ δὲ μετέστησαν ἄσμενοι. ἐκάλεσε δ' Ἀρσινόην ἀπὸ τῆς γυναικὸς τὴν πόλιν, ἐπεκράτησε μέντοι τὸ ἀρχαῖον ὄνομα. Steph. Byz. Ἔφεσος· ἡ δὲ πόλις ἐν κοίλῳ τόπῳ κατοικισθεῖσα χειμῶνος κατεκλύσθη καὶ μυρίων ἀποθανόντων Λυσίμαχος τὴν πόλιν μετέθηκεν ἔνθα νῦν καὶ Ἀρσινόην αὐτὴν ἀπὸ τῆς γυναικὸς Ἀρσινόης ὠνόμασεν, οὗ τελευτήσαντος ἡ προτέρα κλῆσις ἀνελήφθη. Eustathius ad Dionys. Perieg. v. 828 (p. 363, 16 Müller) φασὶ δὲ τὴν τῆς Ἐφέσου πόλιν ἐν κοίλῳ τόπῳ οἰκισθεῖσαν τὴν ἀρχὴν καὶ χειμῶνι

φυλῆς, | ἐκ τῶν ἰδίων ἐποίησεν, ἅτινα καθιέρωσεν ἵνα τιθῆνται[10] | κατ' ἐκκλησίαν[11] ἐν τῷ θεάτρῳ ἐπὶ τῶν βάσεων ὡς ἡ διάταξις[12] ‖ αὐτοῦ περιέχει, καθιέρωσεν δὲ εἰς κλῆρον ταῖς ἓξ φυλαῖς[13] δηνάρια ͵ητλγʹ, ἀσ(σάρια) ϛʹ[14]. |

καταχλυσθεῖσαν ὑπὸ Λυσιμάχου μετατεθῆναι ἔνθα νῦν ἐστιν καὶ Ἀρσινόην κληθῆναι ἀπὸ Ἀρσινόης τῆς ἐκείνου γυναικός (Sic ex codicibus C c y Bernhardy et Müller pro θυγατρός). Etsi nominis mutatio non diuturna fuit, Ephesios tamen etiam aliquot saeculis post Lysimachum suae urbis alterum conditorem coluisse hic videmus, neque id immerito. 10 Cf. coniunctivos προτιθῆντι Syll.² 653, 87. κατασκευασθῆντι ibid. v. 90. προγραφῆντι v. 160. ἦνται v. 83. Sane tantum intercedit inter hos titulos et regionis et temporis intervallum, ut dubitem an quae illic manifesto dialecti proprietas est hic ad meram lapicidae socordiam redeat. 11 Latine *omni ecclesia*. Adiectivum in hoc quidem lapide praeter unam litteram N evanuit, sed integrum exstat in phyles Carenaeorum dedicatione (not. 1), ubi vice versa substantivum *ecclesia* intercidit. Apparet igitur κατ' ἐκκλησίαν eadem ratione dici atque illa frequentissima καθ' ἡμέραν (*quotidie*), κατ' ἐνιαυτόν (*quotannis*), κατὰ μῆνα. Distinctius et usitatius de eadem re dicitur Gr. inscr. in the Br. mus. III, 2 p. 133 n. CCCCLXXXI, 339. 340 κατὰ πᾶσαν νόμιμον ἐκκλησίαν. v. 395. 396 κατὰ πᾶσαν ἐκκλησίαν. 12 Lapis alius Ephesius (Greek inscriptions in the Brit. mus. III, 2 p. 117 n. CCCCLXXXI) duas habet Vibii Salutaris διατάξεις (idem vocabulum etiam illic usurpatur v. 27. 32. 61. 62. 183. 217. 219. 225. 226. 228. 266. 267. 323. 331. ἐν τῇ πρὸ ταύτης διατάξει v. 393. 394), alteram principalem (v. 61—228), alteram suppletoriam (v. 318—406), qua et accuratius de quibusdam rebus statuitur et illa priora beneficia iterata munificentia augentur. Praeterea et proconsulis edictum, quo Vibii beneficia confirmantur (v. 243—284), et Ephesiorum de eius laudibus populiscitum (v. 1—60) et aliae nonnullae litterae ad eandem causam spectantes (v. 229—242. 285—317) eidem monumento incisae sunt. Atque ex illis litteris perspicimus, cum permultas imagines aureas argenteasque tum permagnas summas pecuniae a Vibio Salutare cum Dianae Ephesiae tum senatui, populo, gerusiae, chrysophoris, sacerdotibus, ludorum sacrorum victoribus donata esse, ita ut beneficia in sex tribus Ephesiorum collata, ad quae hic titulus spectat, exiguam modo partem munificentiae eius efficiant. At infortunate accidit, ut ea pars prioris διατάξεως, quae ad hanc potissimum rem spectat (v. 99—108), omnium maxime mutilata sit, ut paucissima modo verba restitui possint; v. 104. 105 [εἰκὼν ἀργυρ]έα φυλῆς Εὐ|[ωνυμέων]. v. 106. 107 [ὁμοίως καὶ εἰκὼ]ν φυλῆς | [Βεμβινέων(?)]. De ipsius Vibii Salutaris rebus ex illo titulo non multa discimus. Nam de officiis eius in republica Romana, quae hic singillatim enumerata eum equestris ordinis fuisse probant, illic in universum modo dicitur v. 14 sqq. ἀνὴρ ἱππικῆς τά[ξε]ος γένει καὶ ἀ(ξ)ίᾳ (sic enim manifesto emendandum pro Ἀσίᾳ) διάσημος στρατείαις τε καὶ ἐπιτροπαῖς ἀ[πὸ] τοῦ κυρίου αὐτοκράτορος κεκοσμημένος. Sed quod ex magnificis beneficiis in Ephesios collatis sane colligere licebat etiamsi traditum non esset, illic distincte legitur v. 17 πολείτης ἡ[μέτε]ρος καὶ τοῦ βουλευτικοῦ συνεδρίου. 13 Sex

[ἐ]πὶ ἀνθυπάτου Τ(ίτου) Ἀκυιλλίου Πρόκλου[15], γραμματεύοντος Τιβ(ερίου) Κλαυδίου Ἰουλια|νοῦ φιλοσεβάστου καὶ φιλοπάτριδος τὸ β′[16].

---

tribuum quae tum Ephesi fuerunt nomina omnia leguntur in laterculo neopoeorum Gr. inscr. in the British Museum III, 2 p. 207 n. DLXXVIII, 5 Ἐφεσέων. v. 9 [Σ]εβαστῆς. v. 13 Τήϊο[ι]. v. 17 Καρηναῖοι. v. 20 Εὐώνυμοι. v. 24 Βεμβειναῖοι, singillatim haud raro comparent in titulis, quorum testimonia collegit Hicks ibid. p. 68. Cf. n. 10, 20. Syll.[2] 186, 10. 470, 5. 548, 11.
14 Hic denarii $8333^2/_3$, in titulo latino (not. 1) sestertii $33333^1/_3$ sunt, qui numeri accurate concinunt. Mommsenus ad C. I. Lat. III, 6065 comparavit locum Livii XXII, 10, 7: *eiusdem rei causa ludi magni voti aeris trecentis triginta tribus milibus trecentis triginta tribus triente.* Hicks addidit testimonium tituli Tralliani Mitth. des arch. Inst. in Athen VIII 1883 p. 321 n. 5, 7 sqq. ἀναθέντα τῇ κρατ(ίστῃ) Κλ(αυδίᾳ) βουλῇ | εἰς νομὴν ἐπὶ τῇ γενεθλίῳ ἡμέ|ρᾳ ἥτις ἐστὶν μη(νὸς) Περειτίου θ′, δηνάρια γτλ[γ]′ (3333). Voce ἀσσάριον hic manifesto sexta decima denarii pars significatur. Cf. Plinius Nat. hist. XXXIII, 45: *postea Hannibale urguente Q. Fabio Maximo dictatore asses unciales facti, placuitque denarium sedecim assibus permutari, quinarium octonis, sestertium quaternis.* Cum hic manifesto tertia pars denarii indicanda fuerit, accurate $5^1/_3$ asses computandi erant, sed neque divisionem assis omitti neque proxime maiorem, non minorem numerum poni mirum est.
15 Tempus proconsulatus definitur titulo Gr. inscr. in the British museum III, 2 p. 133 n. CCCCLXXXI, 138 sqq. Σέξτῳ Ἀττίῳ Σουβουρανῷ τὸ β′, Μάρκῳ Ἀσινίῳ Μαρκέλλῳ ὑπάτοις, πρὸ η′ καλανδῶν Μαρτίων, i. e. die 23. mensis Februarii 104 p. Chr. n. (cf. Th. Mommsen Hermae III p. 132). Aquillius proconsul vero in eodem monumento v. 35. 36. 223. 245 est. Hunc igitur anno 103/4 p. Chr. Asiam administrasse constat, ut Albio Pullaieno Pollioni (n. 481[1]) et Valerio Asiatico (n. 481[5]) tempore supparem fuisse intellegatur. Praeterea hunc honorem testantur nummus Nacoleae cum inscriptione ΑΥ · ΝΕΡ · ΤΡΑΙΑΝΟΣ · ΚΑΙΣΑΡ · ΣΕ · ΓΕΡ · ΔΑΚΙ et in aversa parte ΝΑΚΟ ΛΕΩΝ · ΕΠΙ · ΑΚΥΛΛΙΟΥ · ΠΡΟΚΛΟΥ (Mionnet Suppl. VII p. 603 n. 526. Leake Numismata Hellenica p. 86) et titulus Puteolanus C. I. Lat. X, 1699: *D(is) M(anibus) | Iuliae Procu[li]nae | uxori pudici[ss]im(a)e | et opsequent[is]sim(a)e | T. Aquillius Proculus | consul procon|sul XV v[i]r | et si[bi].* Cf. Waddington Fastes des prov. Asiatiques, ap. Lebas Inscr. III Expl. p. 713 n. 113. Prosopographia imp. Rom. I p. 123 n. 812. Praenomen, quod nummus et alter titulus Ephesius omittunt, in inscriptione Puteolana *T(itus)* est, hic ex Heberdeyi apographo Γ(άϊος). Sed quin illud recte se habeat, non dubitabis si reputaveris litteras Latinas T et C vix confundi potuisse in incidendo vel in exscribendo, Graecas Τ et Γ vero omnium facillime.
16 Cf. Gr. inscr. in the British Museum III, 2 p. 117 n. CCCCLXXXI, 5 sqq. Τιβ(έριος) Κλ(αύδιος), Τιβ(ερίου) Κλ(αυδίου) Ἀλεξά[νδρ]ου υἱός, [Κυρίνα Ἰουλιανὸ]ς φιλόπατρις καὶ φιλοσέβαστο[ς ἁγν]ὸς εὐσεβὴς [γραμματεὺς τ]οῦ δήμου τὸ β′. Eadem fuerunt ibidem v. 287. 300. 304.

481 Ephesi ad forum, in meridionali ex duobus aedificiis quae forum ab occidente attingunt, complures bases inventae sunt collocatae ante pilas quae quondam tectum sustinebant. Ex quibus una hunc titulum habet, quem ed. R. Heberdey Jahreshefte des österr. arch. Inst. II 1899 Beiblatt p. 49 (Revue archéol. Troisième sér. XXXV 1899 p. 182 n. 66).

Ἀρτέμιδι Ἐφεσίᾳ καὶ Αὐτοκράτορι Νέρ|ουᾳ Τραϊανῶι Καίσαρι Σεβαστῶι Γερμανι|κῶι Δακικῶι [1] καὶ τῶι νεωκόρωι Ἐφεσίων δή|μωι [2]

1 Supra hunc titulum eadem Latino sermone sic exarata: [*Dianae Ep*]*hesiae e*[*t Imp. Nervae Trai*|*a*]*no Aug. Germanico Dacico e*[*t civita*]|*ti Ephesiorum Tib. Claudius Secundi lib. Hermes c*[*um*] | *Hermia f. symplegma Athamantą cum basi d.* Alia basis eodem loco reperta haec habet inscripta: *Dianae Ephesiae et Imp. Nervae Tr*[*aiano Caesar*]*i A*[*ug*]. | *Germanico Dacico et civitati Ephesiorum T. Flavius* | *Aug. lib. Epagathus cum Manlia L. f. Procula symplegma* | *cum omni ornatu sua pecunia fecit proconsulatu* | *Albi Pullaieni Pollionis.* | — Ἀρτέμιδι Ἐφεσίᾳ καὶ Αὐτοκράτορι Νέρουᾳ Τραϊανῶι Καίσαρι Σεβαστῶ[ι] | Γερμανικῶι Δακικῶι καὶ τῶι νεωκόρωι Ἐφεσίων δήμωι Τ(ίτος) Φλ(άουιος) Σεβαστοῦ ἀπ[ε]|λεύθερος [Ἐ]πάγαθος σὺν Μαλίᾳ Λουκίου θυγατρὶ Πρόκλῃ τὸ σύνπλ[ε]|γμα σὺν τῷ παντὶ κόσμῳ ἀνέθηκεν ἐπὶ ἀνθυπάτου Ἀλβίου Πω[λλα]|ϊηνοῦ Πωλλίωνος, γραμματεύοντος Τ[ίτο]υ Φ[λ(αουίου)] Π]υθίωνος Ἀσια[τικοῦ]. Non eiusdem anni utramque dedicationem esse proconsulum nomina indicant, sed ex iisdem apparet non magnum temporis intervallum intercedere. Nam eius quem in titulo T. Flavii Epagathi habemus consulatum in postremos anni 90 p. Chr. menses incidere arguit diploma militare Ephem. Epigr. V p. 652, ubi v. 22. 23 legitur *Albio Pullaieno Pollione Cn. Pompeio Longino cos.* Iam intervallum inter consulatum et proconsulatum Asiae Africaeque inde a Tiberio Caesare plerumque duodecim aut tredecim annorum esse, sed Traiani principatu duo senorum denorum annorum exempla inveniri observavit Waddington in introductione fastorum Asianorum (Lebas Inscr. III Expl. p. 659), ita ut intra annorum 102—106 spatium Pullaienum Pollionem Asiae praefuisse appareat. Illo anno neque Pollionis neque Asiatici (not. 5) proconsulatum priorem esse etiam cognomen *Dacicus* in utroque titulo Traiano tributum arguit, quod sub finem anni 102 p. Chr. ab eo assumptum constat (cf. Th. Mommsen Hermae III p. 127. Waddington ap. Lebas Inscr. III Expl. p. 713). Ex altera parte quod *optimus* (ἄριστος) hic nondum legitur, nihil miri habet, quoniam id inde ab anno 114 p. Chr. demum usurpari coeptum est, quo hos titulos antiquiores esse etiam aliis de causis plane constat. 2 Traiano principe etiamtum in omnibus titulis simpliciter νεωκόρος appellatur Ephesiorum civitas (Greek inscr. in the British museum III, 2 p. 127 n. CCCCLXXXI, 4. p. 163 n. CCCCXCIX, 2. p. 164 n. D, 6), sed inde ab Hadriani aetate δὶς νεωκόρως, quod epitheton perfrequens est in titulorum memoria (cf. n. 493, 2. 496, 7. Syll.[2] 656, 23), a Septimii Severi principatu τρὶς νεωκόρος audit. Cf. quae adnotavit E. L. Hicks Gr. inscr. in the Br. mus. III, 2 p. 169 ad n. DIII.

Τιβ(έριος) Κλαύδιος Σεκούνδου[3] ἀπελεύθερος Ἑρμῆς || σὺν Ἑρμίᾳ υἱῷ τὸ σύνπλεγμα τοῦ Ἀθάμαντος[4] | σὺν τῇ βάσει ἀνέθηκεν ἐπὶ ἀνθυπάτου | Οὐαλερίου Ἀσιατικοῦ[5], γραμματεύοντος Τιβ(ερίου) Κλ(αυδίου) Καπίτωνος Ἀντιπάτρου.

---

3 Libertum patroni cognomine, non praenomine indicari insolitum est, et ex duobus hominibus, qui duo plane gemina opera dedicaverint, alterum Epagathum (not. 1) Augusti, alterum Hermem privati hominis esse mireris, quia haud exiguum dignitatis discrimen inter haec duo libertinorum genera intercedebat. Tamen Σεκούνδου errore pro Σεβαστοῦ exaratum esse propter concentum titulorum Graeci et Latini omnino incredibile est. 4 Athamantis statuam aheneam ab Aristonida confectam commemorat Plinius N. hist. XXXIV, 140: *Aristonidas artifex cum exprimere vellet Athamantis furorem Learcho filio praecipitato residentem paenitentia, aes ferrumque miscuit ut robigine eius per nitorem aeris relucente exprimeretur verecundiae rubor. hoc signum exstat hodie Rhodi.* Cf. H. Brunn Gesch. der gr. Künstler I p. 465. Quod quoniam nullum usquam aliud opus statuariae artis quod illum repraesentaverit commemorari videtur, conicias signum ab Herma libertino Ephesi consecratum ad illius nobilissimi operis similitudinem expressum fuisse; at huic opinioni obstat nomen σύμπλεγμα, quod proprie quidem par luctatorum a sculptore effictum significat. Cf. Plinius Nat. hist. XXXVI, 24: *Praxitelis filius Cephisodotus et artis heres fuit. cuius laudatum est Pergami symplegma nobile digitis corpori verius quam marmori impressis.* § 35: *Pana et Olympum luctantes eodem loco* (fecit) *Heliodorus, quod est alterum in terris symplegma nobile.* Hic utique paullo latiore vi accipiendum est, quoniam de luctatione quidem nihil est in Athamantis fabula, sed utique de gravissima contentione inter duos homines cogitandum est. Quare non maerens mortem Learchi, sed dum furore acerrimo correptus in filium irruit repraesentatus fuisse videtur. 5 Diploma militare datum d. 13. m. Iul. a. 93 p. Chr. n. C. I. Lat. III p. 859 n. XVI hanc anni significationem habet: *M. Lollio Paullino Valerio Asiatico Saturnino C. Antio Iulio Quadrato* (n. 486, 1) *cos.* De reliquis Valerii Asiatici honoribus cf. Prosopographia imp. Rom. II p. 296 n. 233. Proconsulatum Asiae anno 102 p. Chr. posteriorem esse demonstrant ea quae not. 1 et de intervallo temporis solenni et de Traiani imperatoris nominibus exposita sunt. Cum C. Antius Iulius Quadratus, qui eius in priore consulatu collega fuerat, Asiam provinciam sortitus esse videatur post ipsum secundum consulatum anno 106 p. Chr. n. (Waddington Fastes ap. Lebas Inscr. III Expl. p. 714), Valerii Asiatici administrationem eiusdem provinciae uni ex proxime superioribus aut proxime insequentibus annis tribuendam esse apparet. Utique quod H. Dessau Prosopographiae l. l. negavit eius magistratum usque ad annum 121 aut 122 detrudi licere, sed in Traiani principatum incidere, id hoc titulo luculentissime confirmatur. Iterum consul fuit anno 125 p. Chr. ordinarius cum L. Epidio Titio Aquilino.

482 Lapis infra integer, a reliquis partibus fractus, in vico *Shabban*, fere horae intervallo orientem et septentrionem versus ab Acmonia. Ed. W. M. Ramsay Journal of Hell. stud. IV (1883) p. 415 n. 30. Plenius et accuratius idem American journal of archaeology I (1885) p. 146 n. V.

Ἡ πόλις [ἐ]τείμησεν | [Λούκι]ον Σερουήνιον Λο[υκίου υἱὸν | Αἰμι]λία Κορνοῦτον[1], δέ[κανδρον | ἐπ]ὶ τῶν κληρονομικῶν δικα[στηρίων,[2]] ‖ ταμίαν δήμου Ῥωμαίων ἐπα[ρχείας] | Κύπρου, ἀγορανόμον, στρατηγ[όν,] | πρεσβευτὴν καὶ ἀντιστράτηγο[ν] | Μάρκῳ Ἀπωνίῳ Σατουρνείνῳ[3] Ἀσί[ας] | ἐπαρχείας, τὸν ἑαυτῆς εὐεργέτην.

Litterae ΑΔΠΣ. 1 Eiusdem hominis aliorum monumentorum frustula agnovit Ramsay apud Lebas-Waddington III, 750, ubi v. 1 [Αἰ]μιλία Κο[ρνοῦτον], et III, 751, ubi [ἐπὶ τῶν κληρονο]μικῶν δικαστηρίων, ταμία[ν] δήμο[υ Ῥωμαίων] restituendum esse nunc quidem ex hoc titulo appareret. Ad eiusdem sororem aut filiam spectare titulum item Acmoniensem Lebas-Waddington Inscr. III, 752, 2 [Σε]ρουηνίᾳ Κορνούτᾳ perquam probabile est. Multo certius etiam idem pronuntiare licet de monumento Ancyrano ap. Mordtmannum Marm. Anc. p. 18 n. 5: Ἀγαθῇ τύχῃ. [Τὰς] ἐκ βασιλέων [Σε]ρουηνίαν Κο[ρνού]ταν Κο[ρ]νη[λί]αν Καλπ[ορ]ν[ία]ν Οὐαλε[ρί]αν [Σ]εκ[ο]ύνδαν[, --------- Σερου](η)ν[ίου Κο]ρν[ού]του θυγατέρας κτλ. 2 Vocabulum integrum exstat in fragmento de quo dixi not. 1. De *decemviro stlitibus indicandis* accipiendum esse sponte patet. Cuius magistratus appellatio Graece et varie et haud raro prave exprimitur (Mommsen Röm. Staatsrecht II, 1^3 p. 605 not. 4). Sed hic distincte et accurate id eorum officium definitur, quod Augustus eis mandaverat, nempe ut praesiderent iudiciis centumvirorum de hereditatibus. Cf. locos a Mommseno II, 1^3 p. 608 not. 2 allatos Suetonii Aug. 36: *auctor et aliarum rerum fuit, in quis — ut centumviralem hastam, quam quaesturam functi consuerant cogere, decemviri cogerent*; Cassii Dionis LIV, 26, 6 οἱ δέκα οἱ ἐπὶ τῶν δικαστηρίων τῶν ἐς τοὺς ἑκατὸν ἄνδρας κληρουμένων ἀποδεικνύμενοι; Pomponii in Iustiniani Digestis I, 2, 2, 29: *deinde cum esset necessarius magistratus qui hastae praeesse⟨n⟩t, decemviri ⟨in⟩ litibus iudicandis sunt constituti.* 3 Cf. Prosopographia imp. Rom. I p. 115 n. 755. Proconsulatus Asianus ex hoc uno titulo innotuit, eius tempus ignoratur, item annus consulatus, quem suffectus gessit. Anno 69 p. Chr. Moesiam legatus Augusti administravit (Tac. hist. I, 79). Haud infrequens eius memoria in Taciti historiis et in actis fratrum arvalium.

---

483 Tabula lapidis calcarii leucophaei subcaerulei, ex tredecim frustis inter se accurate contingentibus composita a Thierschio, Pergami in parte orientali et meridionali fori inferioris. Ex apographo

Thierschii suoque ed. W. Kolbe Mitth. des arch. Inst. in Athen XXVII (1902) p. 47 n. 71.

a -------ς ἀστυνομῶν[1] τὸν βασιλικὸν νόμον[2] ἐκ τῶν ἰδίων ἀνέθηκεν.

[---------- ἐπισκοπείτωσαν καὶ ἐπικρεινέτ]ω‖[σαν[3], καθ' ἃ ἂν αὐτοῖς φαίνηται] δίκαιον | [εἶναι. καὶ ἐὰν] μηδ' οὕτως πείθων-

---

Litterae ΙΘΠΣ. Ab eodem quadratario incisus videtur titulus n. 484. 1 Qui hanc legem lapidi incidendam curavit astynomus Pergamenorum, eum Traiani aut Hadriani aetate in magistratu fuisse editor collegit ex litteratura, simillima illa quidem tituli honorarii C. Antii A. Iulii Quadrati n. 486. Lex ipsa aliquot saeculis antiquior est. 2 Etsi hic lapis (not. 1) principatus tempore inscriptus est, tamen legem, quae regia appellaretur, non ad aliquem ex imperatoribus Romanis redire certissimum iudicavit Kolbe. Etenim in constitutione imperatoria post annum 9 a. Chr. n. (cf. n. 458[31]) sine dubio futurum fuisse ut aut ipsi fasti Iuliani aut certe calendarium provinciale illo anno a Romanis in Asia institutum respiceretur. Hic vero v. 192 comparere Pantheum mensem fastorum antiquorum Pergamenorum. Prioribus vero Augusti annis (30—9 a. Chr.) quominus haec constituta existimemus, ipsa appellatio βασιλικὸς νόμος obstat. Etenim βασιλεύς et quaecumque inde descendunt multo recentiore demum aetate a Graecis usurpari coepta sunt de imperatoribus Romanorum. Quod quoniam ab aliquo ex antiquis regibus haec de astynomorum officiis lex utique data sit, sermonem quidem et orthographiam, nisi quod haec subinde a quadratario paullulum corrupta esset, perbene in saeculum a. Chr. alterum quadrare, sed utrum Eumeni I (197—159 a. Chr. n.) an Attalo II (159—138 a. Chr.) an Attalo III (138—133) lex accepta ferretur in medio relinquendum esse. 3 Singula capita legis a brevi argumenti indice genetivo casu enuntiato incipiunt (v. 60 χοός. 76 πράξεως. 159 κρηνῶν. 190 φρεάτων. 220 ἀφεδρώνων), ut alibi in longioribus legibus usitatum est; cf. Syll.[1] 653, 11 παραδόσιος. 13 στεφάνων. 15 εἱματισμοῦ sim. In medio eiusmodi capite superstes legis pars initium capit, cui ὁδῶν praescriptum fuisse argumentum eorum quae aetatem tulerunt probat. Ac cum v. 23 sqq. de viis quae ruri sint praecipiendi initium fiat, priora ad eas quae intra urbem habeantur referri probabiliter iudicat Kolbe. Quae vero poenae hic proponantur, commodissime de eis intellegi, qui partem viae publicae aedificio privatim exstructo occupent aut alia qualibet ratione in suum usum vertant, siquidem v. 8 de loco in pristinum statum restituendo dicatur. Similes leges aliunde etiam notas esse. Aristot. Ἀθ. πολ. 50, 2 καὶ τὰς ὁδοὺς κωλύουσι κατοικοδομεῖν (οἱ ἀστυνόμοι) καὶ δρυφάκτους ὑπὲρ τῶν ὁδῶν ὑπερτείνειν. Plato Legg. VI, 763 C., ubi inter negotia astynomorum recensetur ἐπιμέλεια τῶν οἰκοδομιῶν, ἵνα κατὰ νόμους γίγνωνται πᾶσα. [Xen.] Ath. Pol. 3, 4: δεῖ δὲ καὶ τάδε διαδικάζειν, εἴ τις τὴν ναῦν μὴ ἐπισκευάζει ἢ κατοικοδομεῖ τι δημόσιον. Quae verba v. 2. 3 ab editoribus reposita sunt, ea manifesto de astynomis enuntiantur.

ται[4], ‖ [οἱ μὲν] στρατηγοὶ ζημιώσαντες αὐτοὺς | [τῆι] ἐκ τοῦ νόμου ζημίαι παραδότωσαν | τῶι πράκτορι πράσσειν[5]· οἱ δὲ ἀστυνόμοι | ἔκδοσιν ποιησάμενοι τῆς ἀποκαταστά|σεως τοῦ τόπου[6] εἰς τὰ ἐξ ἀρχῆς ἐ‖ν ἡμέραις δέκα, τὸ διάφορον πράξαν|τες ἡμιόλιον παρὰ τῶν ἀπειθούντων | ἀποκαταστησάτωσαν τοῖς μὲν ἠργο|λαβηκόσιν τὸ ἐπιβάλλον, τὸ δὲ λοιπὸν | τοῖς ταμίαις. ἐὰν δὲ μὴ ποιήσωσιν οἱ ‖ ἀστυνόμοι καθάπερ ὁ νόμος προστάσ|σει[7], τὴν μὲν ἔκδοσιν ποιείσθωσαν οἱ | στρατηγοί, τὸ δὲ λοιπὸν διάφορον τῆς | ἐκδόσεως[8] πραχθήτωσαν οἱ ἀστυνό|μοι καὶ ἐκτὸς ἀποτεινέτωσαν ζημί‖α(ν)[9] δραχμὰς ἑκατόν. πραξάτωσαν δὲ | αὐτοὺς οἱ νομοφύλακες[10] παραχρῆμα. | κατὰ ταὐτὰ δὲ γεινέσθωσαν καὶ ἐπὶ τῶν | ἄλλων τῶν ἀπειθούντων. ἔστωσαν | δὲ τῶν κατὰ

---

4 Haec omnia editor supplevit ex eis quae infra leguntur v. 64 sqq. 70 sqq. 152 sq. 5 Athenis quoque magistratus, quo praesidente cuipiam multa ab iudicibus irrogata erat, non ipse exigere solebat, sed scriptam tradere alii magistratui (πράκτορι) cuius id proprium negotium erat. Cf. Dem. LVIII, 20 μὴ παραδοθῆναι τοῖς πράκτορσι τὸν προσοφλόντα κατὰ τὸν νόμον. 48 οὐδ' ἐστὶ δίκαιον τούτους ὑπολαμβάνειν ὀφείλειν, ὧν οὐδεὶς παρέδωκε τοῖς πράκτορσι τὰ ὀνόματα. Lex ap. Demosth. XLIII, 71 ὅτου δ' ἂν καταγνωσθῇ, ἐγγραφόντων οἱ ἄρχοντες, πρὸς οὓς ἂν ᾖ ἡ δίκη, τοῖς πράκτορσιν ὃ τῷ δημοσίῳ γίγνεται. Lex ap. Aeschinem I, 35 καὶ ἐὰν καταγνωσθῇ αὐτοῦ κρύβδην ψηφιζομένων, ἐγγραψάτωσαν οἱ πρόεδροι τοῖς πράκτορσιν. 6 Cf. not. 3. 7 Quod editor ad hunc locum adnotat, coniunctivi terminationem nunquam -ει scribi per totum titulum nisi in formula καθ' ἃ ἂν ὁ νόμος προστάσσει, alibi semper H aut HI esse, id non intellego. Nam hic quidem in ipsius exemplo καθ' ἅπερ ὁ νόμος προστάσσει expressum est, quem apparet indicativum esse. 8 Quin sic quoque ea pecuniae summa, qua via in antiquum statum restituenda locatur, ab ipsis pendenda sit, qui eam aedificationibus suis obstruxerunt aut coartaverunt, non licet dubitari. Nam quo pacto lex illos propter astynomorum neglegentiam debito exsolvere poterat? Adde quod definite id quod a magistratibus exigitur τὸ λοιπὸν διάφορον dicitur. Sed quid illud est? Editores sumptus in ipsum locandi negotium faciendos (*'die Kosten der Verdingung'*) interpretantur, sed ii neque magni fuisse possunt neque credibile est eis liberatos esse homines quorum culpa factum esset ut eiusmodi locatione opus esset. Quare nescio an hic quoque sesquialterum exactum sit, ea lege, ut simplicem summam privati qui in culpa essent, dimidium additicium astynomi penderent. Sane parum apte et distincte hoc vocabulis τὸ λοιπὸν διάφορον τῆς ἐκδόσεως enuntiari fatendum est; sed similiter τὸ ἐπιβάλλον et τὸ λοιπὸν distinguuntur v. 13. 14. 9 ΑΣ lapis, emendaverunt editoris. 10 Cum huius magistratus esset reliquos observare, et cavere ne quid contra leges facerent, multae magistratuum, qui officium suum neglexerunt, ab ipsis coguntur.

τὴν χώραν ὁδῶν αἱ μὲν ‖ λεωφόροι[11] μὴ ἐλάσσους τὸ πλάτος πη|χῶν[12] εἴκοσι, αἱ δὲ ἄλλαι μὴ ἐλάσσους | πηχῶν ὀκτώ, ἐὰν μή τινες κατὰ τὰς | γειτνιάσεις ἕνεκεν τῆς πρὸς ἀλλήλους | διόδου ἀτραποῖς χρῶνται[13]. παρεχέτωσαν ‖ δὲ καθαροὺς καὶ πορευσίμους τὰς ὁδοὺς | [οἱ τ]ὰ κτήματα κεκτημένοι[14] παρὰ τὰς ο[ἰ|κίας καὶ] τὴν γειτνίασιν ἕως σταδίων | [δέκα[15] συνει]σφέρον-

---

11 Ad Platonis Legg. VI, 763 C: ἕποιντο δ' ἂν ἀγρονόμοις ἀστυνόμοι τρεῖς — τῶν τε ὁδῶν ἐπιμελούμενοι τῶν κατὰ τὸ ἄστυ καὶ τῶν ἐκ τῆς χώρας λεωφόρων εἰς τὴν πόλιν ἀεὶ τεταμένων. Polluc. IX, 37 τὰς μὲν εὐρυτέρας ὁδοὺς λεωφόρους ἂν καὶ ἁμαξιτοὺς καλοίης provocant editores. Praeter latitudinem igitur id potissimum discriminis inter has et reliquas extra urbem vias intercedebat, quod λεωφόροι oppidum cum rure coniungebant. 12 Atticum hunc contractum genetivum esse recte negat Phrynichus p. 245 ed. Lobeck, sed apud Polybium aliosque scriptores aequales et etiam recentiores frequentem esse adnotat editor, ut ne in titulo quidem tempore suppari offensionem habeat. Ante hoc monumentum repertum sane neque antiquior neque recentior forma ex inscriptionibus Pergamenis nota erat. Cf. E. Schweizer Gramm. der perg. Inschriften p. 147. 13 In universum quidem ruri octonorum pedum latitudo postulatur, sed permittitur etiam aliquando ut viae angustiores fiant. Nempe illae sunt, quae publico usui patent, hae quibus soli vicini inter se commeant. Eadem genera editores observant distingui ab Ulpiano Digest. XLIII, 8, 2, 23: *privatae viae dupliciter accipi possunt, vel hae, quae sunt in agris, quibus imposita est servitus, ut ad agrum alterius ducant, vel hae, quae ad agros ducunt, per quas omnibus commeare liceat.* 14 Onus vias purgandi et reficiendi Pergami vicinis quorum domus et fundi eas attingerent iniunctum fuisse, hic videmus; quam legem mirum in modum convenire cum Romanorum instituto, cum Athenis reipublicae impensis viae publicae purgarentur et reficerentur (Arist. Ἀθ. πόλ. 54, 1. Schol. Aeschin. III, 24) observavit K. 15 Aut hoc aut ἑπτά aut ὀκτώ fuisse spatii rationes docent, sed denarium numerum per se plurimum probabilitatis habere adnotat K. Sed unde illa decem stadia computanda sint, non liquet. Editor quidem unicuique civi non modo ante ipsius domum, sed etiam decem stadiorum spatio ab illa viam purgandam fuisse interpretatur, unde recte colligit, non singillatim unumquemque, sed plures coniunctos hoc negotium exercuisse. At incommodissime hoc institutum esset, si separatim ab unaquaque domo Pergameni illud intervallum dimensi essent, nam sic paene in singulos viae passus ex aliis hominibus compositum esset illud corpus, cui hoc onus iniungeretur, ita ut magistratus vix ac ne vix quidem pro certo scire possent, quinam fundorum domini potissimum unoquaque loco eius officii participes essent. Quare sic potius statuo, omnes vias publicas in certas denorum stadiorum partes distributas fuisse, quarum unaquaeque ab omnibus civibus, quorum domus fundique eam attingerent, coniuncta opera restitueretur.

τες[16] καὶ συνεπισκευ||[άζοντες[17]. καὶ ἐ]ὰν ἀπ[ειθῶσιν, ἐν]εχυραζέ[τω||σαν αὐτοὺς οἱ ἀστυνόμοι ------]

b [------ τοὺς δ' ἐ]κβεβλη||[κότας[18] τὸν χοῦν οἱ ἀμφοδάρχαι] ἀναγκα||[ζέτωσαν ἀνακαθαίρειν τὸν τ]όπον[19], καθ' ἃ | [ὁ νόμος προστάσσει· εἰ δὲ μ]ή, προσαγγελ||[λέτωσαν[20] τοῖς ἀστυνόμοις.] οἱ δὲ ἀστυνό||[μοι ἐκδότωσαν μετὰ τοῦ ἀ]μφοδάρχου[21] καὶ | [τὸ διάφορον ἡμιόλιον] πραξάτωσαν | [τοὺς ἀπειθοῦντας παραχρ]ῆμα

16 Locabatur igitur pars quaedam negotii ea condicione, ut communi eorum quibus via purganda et restituenda esset impensa conductori merces numeraretur. Hoc praecipue ad purgandam viam spectasse K. demonstravit ex v. 79—81, sed etiam in reficiendis viis similem usum obtinuisse non improbabile est. 17 Cave hinc pro certo colligas, praeter pecuniarum pensiones (not. 16) etiam operam nescio quam ipsos dominos fundorum in instaurandis viis praestitisse. Nam συνεισφέροντες καὶ συνεπισκευάζοντες etiam ita intellegi potest ut sit 'pecuniam conferentes e a q u e r e vias restituentes', id quod fere ad idem redit ac συνεισφέροντες εἰς ἐπισκευήν. 18 Ante haec quattuordecim versuum dextrae partes paucas modo litteras continentes exstant, quae nullo modo restitui possunt ideoque hic omittuntur. In hoc vero enuntiato supplendo K. profectus est a titulo Syll.^{2} 500, 26 ἐπαναγκαζόντων δὲ (astynomi) καὶ τοὺς τὸν χοῦν καταβεβληκότας εἰς τὰς ὁδοὺς ταύ[τ]ας ἀναι[ρ]εῖν τρόπωι ὅτωι ἂν ἐπίστωνται. Versamur igitur hic etiam in eodem capite legis, cuius est primae columnae finis. 19 Primo ϹΠΟΣ incisum erat, deinde Σ erasum et N, quod sane difficulter legitur, in eius locum substitutum est. 20 Cf. n. 515, 20. Syll.^{2} 790, 87 [ποιήσασθ]αι δὲ τὰς προσαγγελίας τούτων (sc. τῶν ἀδικημάτων) πρὸς τού[ς] διασαφουμένου[ς ἄρχοντας]. Idem verbi προσαγγέλλειν, προσαγγελία usus etiam apud scriptores aetatis Romanae non infrequens, cum in antiquiore sermone hac vi plerumque καταγορεύειν (κατειπεῖν) dicatur. Cf. etiam not. 30. 21 Amphodarchos subiunctos fuisse astynomorum potestati inde perspicitur, quod illi nunquam multam irrogant, sed quaecumque peccata esse observaverunt ad astynomos deferunt. Primum omnium ex hoc titulo magistratum ἀμφοδάρχων civitatis Graecae innotuisse observat K. Nam qui in Aegyptiis saeculi p. Chr. n. alterius papyris compareant, eos nihil nisi nomen cum his Pergamenis commune habuisse. Etenim cum ἄμφοδον (Schol. Arist. Lys. 5. Pollux Onom. IX, 36. Syll.^{2} 528, 1) partem oppidi domibus inter se contingentibus exaedificatam, quae undique viis circumdatur, significet proprie, eiusmodi partium urbis praefectos, quorum negotia praecipue ad vectigalia incolarum exigenda spectarent, ab Hartelio et Wilckeno recte haberi illos Aegypti amphodarchos. Quod contra Pergami ipsam viam ἄμφοδον appellatam esse (v. 80) usu etiam grammaticis antiquis probe noto (Hesych. ἄμφοδα· αἱ ῥῦμαι. ἀγυιαί. δίοδοι. Suidas ἄμφοδον· δίοδον, ῥύμην. Etym. Magn. 557, 46: λαύρας· τὰς ὁδοὺς ἢ τὰ ἄμφοδα ἢ τὰς πλατείας ῥύμας), ideoque amphodarchos vocatos qui vias publicas curarent. Similis igitur condicio atque potestas fuit eius magistratus qui Athenis ὁδοποιῶν nomen gerebat (Arist. Ἀθ. πόλ. 54, 1).

καὶ ζημι||[ούτωσαν δραχμαῖς δέκα. ἐὰ]ν δέ τις τῶν ἀμ||[φοδαρχῶν μὴ ποιήσηι τι τ]ῶν προγεγραμμέ||[νων, ζημιούσθωσαν ὑπὸ τ]ῶν ἀστυνόμων κα||[θ' ἕκαστον[22] ἀτάκτημα δ]ραχμαῖς εἴκοσιν. τὰ | [δὲ γενόμενα δι]άφορα ἐκ τῶν ἐπιτί||[μων[23] ἀποδιδόσθω]σαν ἐκ μηνὸς εἰς μῆ||[να τοῖς ταμίαις· κ]αὶ ὑπαρχέτ[ωσα]ν, ἐάν | [τι προσδέηται,] εἰς τὴν ἀνακάθαρσ[ιν | τῶν ὁδῶν· εἰ]ς δὲ ἄλλο μηθὲν μεταναφε||[ρέσθωσαν[24]. τῆ]ς δὲ [π]ράξεως καὶ τῶν ἄλλων | [πάντ]ων ἐπιμ[ελ]είσθωσαν οἱ ἀστυνόμοι. || [ἐὰ]ν δέ τι μὴ ποιήσ[ω]σιν οὗτοι[25] τῶν γεγραμ|μένων, ζημιούσθωσαν ὑπὸ τῶν στρατη|γῶν[26] καὶ τοῦ ἐπὶ τῆς πόλεως[27] καθ' ἕκαστον | ἀτάκτημα

22 Kolbius in universum quidem versus integris syllabis finiri per totum titulum observat, sed aliquando eam regulam neglegi, ut hic κα|θ' ἕκαστον, v. 9. 10 ἐ|ν ἡμέραις, v. 162. 163 ἐ|ξάγοντες, 185. 186 ἀ|νενέγκας legatur. At fugit eum, nullam hic esse neglegentiam, nam praepositionem cum nomine pro una voce haberi, composita vero vocabula legitime secundum easdem ac simplicia regulas in syllabas dividi nulla compositionis ratione habita, etsi passim etiam contrarii moris exempla inveniantur. Cf. E. Schweizer Grammatik der pergamenischen Inschr. p. 132, qui affert προ|στάγματα supra n. 331, 41. 42 κα|θηγεμόνι Alterth. von Perg. VIII, 2 p. 235 n. 318, 2. 3. πα|νηγυρικῷ ibid. p. 315 n. 463 A, 3. 4. κα|θ' ἣν Syll.[2] 566, 8. 9. De doctrina grammaticorum, ex qua κα|τ' ἐμοῦ, ἀ|π' ἐκείνου, ἐ|ξιέναι, δύ|σελπις scribendum sit, cf. F. Blass Musspr. des Griechischen p. 127. 23 Supplevi. ἐπιτι[μῶν] Kolbe. At num ἐπιτιμή omnino Graecum sit dubito; utique quod hic indicandum erat, ἐπίτιμον vel ἐπιτίμιον appellatur. 24 Cf. n. 332, 19 ὑπὸ τοῦ ταμίου τῶν ἀμετοίστων προσόδων, unde collegeris idem quod hic caveatur Pergami etiam de multis aliis redituum generibus cautum fuisse, ne in ullum alium usum vocarentur. 25 Astynomi. 26 Quinque praetores (στρατηγοί) iam Eumenis I aetate (263—241 a. Chr. n.) Pergami fuerunt (n. 267, 22), ac tum quidem manifesto hic summus erat civitatis magistratus; neque aliter res se habuisse videtur imperatorum Romanorum temporibus, ubi eodem numero in pluribus titulis redeunt (cf. n. 267[13]). Etiam altero a. Chr. n. saeculo magnam fuisse auctoritatem ex ratione quae hic eis cum astynomis intercedit apparet; sed tamen alius supremus magistratus (not. 27) tum eis a regibus praefectus videtur. 27 Quod Kolbe hunc maiore etiam quam praetores auctoritate fuisse ideoque summum omnium civitatis rerum regimen habuisse statuit, id probabilitate non caret cum quia hic unus est, illi quinque, tum quia superiores magistratus regios eodem appellationis genere usos demonstravit Fränkel Alterth. von Perg. VIII, 1 p. 110 ad n. 176 collatis titulis quos supra habes n. 292, 3. 294, 3. 295, 2. 296, 3 ὁ ἐπὶ τῶν πραγμάτων et Syll.[2] 846, 3. Haud improbabile mihi videtur, cum Eumenes I etiamtum ipse praetores nominasset, posteriores reges huius quidem magistratus creandi ius populo reddidisse, sed eis praefectum regium imposuisse, cui cum civitatis magistratibus similis ratio intercederet ac postea curatoribus et correctoribus ab imperatoribus Romanorum datis.

δραχμαῖς πεντήκοντα. καὶ κα|τατασσέσθω καὶ αὕτη ἡ ζημία εἰς [τὰ] προγε||γραμμένα. Χοός[28]. ἐάν τινες ἐν ταῖς | ὁδοῖς χοῦν ὀρύσσωσιν ἢ λίθους ἢ πηλὸν ποι|ῶσιν ἢ πλίνθους ἕλκωσιν ἢ μετεώρους[29] | ὀχετοὺς ποιῶσιν, κωλυέτωσαν αὐτοὺς | οἱ ἀμφοδάρχαι. ἐὰν δὲ μὴ πείθωνται, ἐ||παν[γ]ελλέτωσαν[30] τοῖς ἀστυνόμοις. οὗτοι | δὲ ζημιούτωσαν τὸν ἀπειθοῦντα καθ' ἕ|καστον ἀτάκτημα δραχμαῖς πέντε καὶ | ἀναγκαζέτωσαν τά τε ἄλλα ἀποκαθιστά|ναι εἰς τὰ ἐξ ἀρχῆς καὶ τοὺς ὀχετοὺς κρυ||πτοὺς[31] ποιεῖν. ἐὰν δὲ μηδ' οὕτω πειθαρχῶ|σιν οἱ ἰδιῶται, ἔκδοσιν ποιείσθωσαν ἐν ἡ|μέραις δέκα καὶ τὸ γενόμενον ἀνάλωμα | πραξάτωσαν παρὰ τῶν ἀπειθούντων ἡμιό|λιον. ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς προϋπάρχοντας ὀχε||τοὺς ἐπαναγκαζέτωσαν κρυπτοὺς ποι|εῖν. ἐὰν δέ τι τούτων μὴ ποιήσωσιν οἱ ἀ|στυνόμοι, αὐτοὶ ἔνοχοι ἔστωσαν ταῖς αὐταῖς | ζημίαις. Πράξεως. ἐάν τινες | μὴ ἀποδιδῶσιν τῶν κοινῇ ἀνακαθαρθ(έ)ν||των[32] ἀμφόδων τὸ γεινόμενον

---

28 Vocabulum χοῦς, quod terram effossam et rudera significat, secundam quam dicimus declinationem sequi debebat, et re vera accusativum χοῦν hic legimus v. 61, itemque Syll.² 500, 26. 37. 587, 45. 75. At genetivi, qui Syll.² 725, 11 sane recte χοῦ sonat, et dativi metaplasmus neque ipse inauditus est (Syll.² 555, 10 οἰκοδομῆσαι ὕλᾳ καὶ λίθοις καὶ [χ]οῖ), et simillimorum vocabulorum νοῦς, πλοῦς, ῥοῦς exemplis defenditur. Cf. n. 572, 19 ὀφειλήσει τῷ δήμῳ ὑπὲρ ἑκάστου πλοός. Syll.² 872, 3 πλεύσας — πλόας ἑβδομήκοντα δύο, genetivum ῥοός ex Dioscoride I, 148 afferunt lexicographi, νοός, νοΐ perfrequentia sunt in libris philosophis secundi p. Chr. n. saeculi et eorum quae proxime insecuta sunt. Alterius vocis χοῦς, quae congium significet, longe aliam rationem esse vix est quod moneam. Quod cives terram in via publica fodere vetantur, id simillimum esse observat K. illius praecepti, quod ex Papiniani ἀστυνομικῷ μονοβίβλῳ habeant Digesta XLIII, 10, 2: ἐπιμελείσθωσαν δὲ ὅπως μηδεὶς ὀρύσσῃ τὰς ὁδοὺς μηδὲ χωννύῃ μηδὲ κτίσῃ εἰς τὰς ὁδοὺς μηδέν. 29 Eadem lex Athenis fuit; cf. Aristot. Ἀθ. πόλ. 50, 2 καὶ (κωλύουσιν οἱ ἀστυνόμοι) ὀχετοὺς μετεώρους εἰς τὴν ὁδὸν ἔκρουν ἔχον[τας] ποιεῖν. K. In voce μετεώρους non putaverim editioris loci vim inesse, sed omne genus canalium a superiore parte apertorum intellegi, ut recte eis opponantur tecti (κρυπτοί). 30 Cum ΕΣ|ΠΑΝΤΕΛΛΕΤΩΣΑΝ exarasset quadratarius, Σ finale v. 42 quidem erasit, Τ v. 43 vero intactum reliquit, sed colore rubro lineae Γ modo tinctae esse videntur. K. Ceterum ἐπαγγέλλειν hic idem esse ac supra προσαγγέλλειν (not. 20) sponte patet. 31 Vox sollennis de canalibus tectis qui sub terra latent. Cf. Syll.² 542, 5. 6 ὀχετὸμ ποῆσαι λίθινον κρυπτόν. Lex Carthaeensium ap. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 308 n. 405, 3 [ὁ ὀχ]ετὸς ὁ κρυπτός. 32 ΑΝΑΚΑΘΑΡ ΘΟΝ|ΤΩΝ.

μέρος τῆς | ἐκδόσεως τῶν κοπρίων[33] ἢ τῶν ἐπιτίμων[34], | λαμβανέτωσαν αὐτῶν οἱ ἀμφοδάρχαι | ἐνέχυρα καὶ τιθέσθωσαν ἐνεχυρασίαν | πρὸς τοὺς ἀστυνόμους αὐθημερὸν ἢ τῆι ὑ||στερείαι[35]· καὶ ἐὰν μηθεὶς ἐξομόσηται[36] τὰ ἐ|νεχυρασθέντα ἐν ἡμέραις πέντε, πωλεί|τωσαν αὐτὰ ἢ ἐν φράτρηι[37] ἢ ἐν τῆι ἀγορᾶι πλη|θυούσῃ συνπαρόντων τῶν ἀστυνόμων· | καὶ τὸ μὲν γεινόμενον κομι(ζ)έσθωσαν[38] || -------- ἀπο---οσμ-----

c ------ | ἐπισκοπείτωσα[ν[39], κ]αὶ ἐὰν φαίνωντα[ι] | αὐτοῖς ἐπισκευά[σι]μοι[40] εἶναι, ἐπισκευ|αζέτωσαν οἱ κεκτημένοι. ἐὰν δέ τι|νες αὐτῶν μὴ βούλωνται, ἐκδότωσαν || οἱ ἀστυνόμοι μετὰ τοῦ προαιρουμένου[41] τῶν | βλαπτομένων. τοῦ δὲ γεινομένο[υ ἀ]ναλώ|-

---

33 Sic scribendum duxi, cum κοπριῶν habeat K. Namque ἡ κοπρία idem significat quod ὁ κοπρών, τὰ κόπρια vero idem quod ἡ κόπρος (cf. Lebas-Waddington Inscr. III, 2739, 6 sqq. ἄν τι[ς] βάλῃ κόπρια, κεχολωμένης τύχοι τῆς Κεραυνίας), ut luculentissime apparet ex Pollucis loco Onom. VII, 134, hic vero non stercus in acervum congestum, sed passim per vias iacens innui in propatulo est. Negotium stercoris tollendi a dominis fundorum (not. 16) locatum erat hominibus quos κοπρολόγους appellatos probabile est ut Athenis. Cf. Aristoteles Ἀθ. πόλ. 50, 2 καὶ ὅπως τῶν κοπρολόγων μηδεὶς ἐντὸς δέκα σταδίων τοῦ τείχους καταβαλεῖ κόπρον ἐπιμελοῦνται (οἱ ἀστυνόμοι). Pollux VII, 134 τάχα δ' ἂν καὶ κοπροφόροι εἶεν ἐκ τούτων, καὶ κοπραγωγοί· Ἀριστοφάνης μὲν γὰρ εἴρηκε κόπρου ἀγωγάς, καὶ ἀλλαχοῦ 'κοπρολογεῖ κόφινον λαβών' Πλάτων δὲ ὁ κωμικός 'κοπραγωγοὺς γαστέρας'. — καὶ κοπρολόγοι δ' ἂν οὗτοι λέγοιντο. 34 Cf. not. 23. 35 Pro ὑστεραία, scriptura quod sciam ceteroqui inaudita. 36 K. intellegit 'nisi debita pecunia data pignus exsolverit', sed formulam τὰ ἐνεχυρασθέντα ἐξόμνυσθαι ignotam caerimoniam cum eo negotio coniunctam indicare opinatur. At data summa debita et recepto pignore quid amplius aut asseverare aut promittere opus erat, quod iurisiurandi sanctitate confirmaretur, cum iam omnis res transacta esset? Quare mihi quidem de iure iurando haec dici videntur, quo quis se debitam pecuniam intra certum tempus persoluturum promittat. Quod si facere non vult, statim venumdatur pignus; si iurat, usque ad illud tempus asservatur, quo se soluturum esse pollicitus est. 37 Phratrias Pergamenorum ex hoc demum titulo innotuisse observat K. 38 ΚΟΜΙΣΕΣΘΩΣΑΝ. 39 Subiectum esse οἱ ἀστυνόμοι perspexit K. 40 Sc. οἱ κοινοὶ τοῖχοι. Recte K. ignotam ceteroqui, sed recte et legitime formatam vocem ἐπισκευάσιμος hic non quod refici possit, sed quod refici opus esset significare iudicavit, ut similes voces quas attulisset Kühner-Blass Gr. Gramm. I, 2[3] p. 288 n. 5. 41 '*Die Bestimmung, dass ein "Vertreter der Geschädigten"* (προαιρούμενος τῶν βλαπτομένων) *bei der Submission beteiligt werden soll*' Kolbe. Hic igitur manifesto προαιρουμένου passive intellexit. At sic non praesens, sed aoristus locum habebat, neque προαιροῦμαί τινος 'eligor ut alicuius partes sustineam' Graecum mihi videtur. Immo ὁ προαιρούμενος idem

ματος πραξάτωσαν παραχρῆ[μ]α παρὰ | μὲν τοῦ ἀπειθοῦντος τὰ τρία μέρη, παρὰ | δὲ τοῦ ἄλλου[42] τὰ δύο, καὶ ἀποκα[τ]αστησά||-τωσαν τοῖς ἠργολαβηκόσιν. τῶν δὲ δε|ομένων ἐπισκευῆς κοινῶ[ν τ]οίχων | ἢ καταπεσόντων, ἐὰν μὲν ὅλοις τοῖς τοί|χοις ὁμοίως οἱ γείτονες χρῶνται, τὸ ἴσον | εἰσφ[ερ]έτωσαν εἰς τὴν οἰκοδομίαν· ἐ||ὰν δὲ ὁ [μὲ]ν προσοικῆ πρὸς τῶι τοίχωι, ὁ | δὲ ὑπα[ίθ]ρωι χρῆται[43], εἰσφερέτωσαν | εἰς τὴ[ν] οἰκοδομίαν ὁ μὲν προσοικῶν | τὰ δύο μέρη, ὁ δὲ ὑπαίθρῳ χρώμενος τὸ | τρίτον. ὁμοίως δὲ ἀποτινέτωσαν καὶ || ἐὰν ὁ μὲν ὑπερῶιον οἴκημα πρὸς αὐτῶι | ἔχῃ, ὁ [δ]ὲ ἁπλο[ῦ]ν. ἔστω δὲ περὶ μὲν τ(ῶ)ν[44] | κοινῶν τοίχων ὑπὲρ τοῦ καταφθεί|ροντος[45] πρόσκλησις πρὸς τοὺς ἀστυνό|μους· καὶ ἐὰν φαίν(ω)νται[44] ἔνοχοι ὄντες, || κρίσει νικηθέντες, [ἀ]ποτινέτωσαν | τὴν βλάβην αὐτῶν. μὴ ἐξουσία δὲ ἔστω | ἐπὶ τοὺς κοινοὺς τοίχους μήτε ἐποικο|δομεῖν μήτε διορύσσειν μήτε ἄλλο κα|ταβλάπτειν μηθέν, ἐὰν μὴ πείσωσιν || το[ὺς κ]υρίους[46]. ὅσοι δὲ τοῖχοι πρόσχωροι ὄν|τες [βλ]άπτουσιν τοὺς ἐνοικοῦντ[α]ς, ἐὰν βού|λω[ντ]αι αὐτοῖς οἱ κύριοι ὑπαίθροις ο[ὖ]σιν τὰ | πρὸς τοὺς

---

est atque ὁ βουλόμενος, et genetivus τῶν βλαπτομένων partitive accipiendus. Ex eis igitur, quibus damnum datum est, quicumque volet, una cum astynomis locationi intererit. 42 Ei ex duobus communis parietis dominis, qui paratus fuerit eum reficere, duae quintae partes impensarum ab astynomis iniungentur, ei qui noluerit tres, ita ut hic quoque poena sescupli afficiatur is cuius culpa impeditum est quominus damnum datum statim sarciretur. 43 Si paries communis distineat domum alterius ex vicinis ab horto vel area sub divo sita alterius. 44 TON, itemque v. 114 ΦΑΙΝΟΝΤΑΙ, lapis. 45 Exspectaveris κατὰ τοῦ καταφθείροντος. Nam πρόσκλησις actionem significat; fortasse hic ὑπέρ recentiore usu pro περί dictum est, et quoniam in quaestionem venit, uter potissimum ex dominis communis parietis in culpa sit, de eo potius quam adversus eum, qui murum corruperit, agi dicitur; sane sic recte non πρόσκλησις, sed δίκη vel διαδικασία nomine utendum fuit. 46 Accuratius ἐὰν μὴ πείσῃ τὸν κύριον fuisse recte observat Kolbe, nam in singulis causis utrimque singulos modo homines in censum venire; sed etiam alibi singularem et pluralem hic non accurate distineri. Ac nescio an hic ut in similibus (οἱ ἄρχοντες, οἱ ἐν τέλει), ubi in universum genus aliquod significatur, pluralis usitatus fuerit etiam si in hac certa causa de uno modo homine verba fiebant. Cf. Soph. Aiac. 734 τοῖς κυρίοις γὰρ πάντα χρὴ δηλοῦν λόγον. Isocr. X, 19 ἐπειδὴ παρὰ τῶν κυρίων (unus erat Tyndareos pater) οὐχ οἷός τ' ἦν αὐτὴν (Helenam) λαβεῖν. Aristoph. Ran. 1167 οὐ πιθὼν τοὺς κυρίους, qui locus proxime ad eam quam hic habemus formulam accedit, sane de multitudine dicitur.

γείτονας περιστάσεις[47] ποιεῖν, | μηθὲν βλάπτοντες τοὺς γείτονας, μὴ κω‖λυέ[σθωσα]ν πο[ιε]ῖν τὸ πλάτος μὴ πλεῖον | πήχ[ε]ως καὶ στεγάζοντες αὐτὰς παραχρῆ|μα γείσεσιν[48] λιθίνοις, τοῦ ἐκτὸς τοίχου τῆς | περιστάσεως[49] οἰκοδομηθέντος ἀσφα|λῶς, ἐὰν μὴ πέτρα⟨ι⟩ ῇ[50], οὗ τὰ γείση ἐπιτεθήσε‖ται. μὴ ποιείτωσαν δὲ στεγά[ζον]τες[51] ὑψη|λότερον τὸ ἔδαφος τοῦ λοιποῦ ὑπαίθρου | πλὴν ὅσον ὕδατι ἀπόρρουν[52]. κύριοι δὲ ἔστω|σαν τῶν μὲν περιστάσεων οἱ ποιήσαντες, | τῶν δὲ ἐπ' αὐτῶν τόπων, ὅταν στεγασθῶ‖σιν, οἱ γείτονες εἰς μηθὲν χρώμενοι ἐξ οὗ | καταβλάψουσιν τοὺς ἀλλο-

47 Si quis murum domus ita situm habeat, ut vicini fundum non domo aliove aedificio occupatum, sed sub divo quidem situm, sed paullo altiore loco, attingat, facile fieri potest, ut umore et pondere terrae ab altera parte incumbentis paries corrumpatur. Quod ne fiat, cavere licet domino ita, ut iuxta murum in fundo vicini terram usque ad altitudinem soli domus suae effodiat et hoc vacuum spatium nisi solidum saxum sit altero muro parallelo ab reliquo vicini fundo separet. Deinde superior pars huius cavernae lapidibus (γείση v. 127. 129) integitur. Hanc structuram hic significari περιστάσεως nomine, quod sane nusquam alibi eadem vi usurpatum reperiretur, acutissime perspexit Kolbe. Perbene idem rem illustravit Vitruvii testimonio VII, 4, 1: *sin autem aliqui paries perpetuos habuerit umores, paullulum ab eo recedatur et struatur alter tenuis distans ab eo quantum res patietur, et inter duos parietes canalis ducatur inferior quam libramentum conclavis fuerit, habens nares ad locum patentem.* Sed quod *ambitum* apud Vitruvium I, 1, 10 et Varronem de lingua Latina V, 22 hanc ipsam Graecorum περίστασιν esse opinatur, id perquam dubium existimo cum quia in illo artificio describendo Vitruvius ea appellatione non utitur, tum quia hoc non spectat nisi ad domos quarum parietem attingat ab exteriore parte fundus editiore loco situs, ut terra umore suo eum corrumpat, cum ambitus institutum multo latius pateat. Nam quod Vitruvius *ambitum stillicidiorum* commemorat, id ad aquam pluviam, non ad subterraneam fundi finitimi referri manifestum est. 48 De vi nominis v. notam proxime superiorem. Memorabilis flexio ab usitata (γεῖσον, γείσου) discrepans, sed plane geminis exemplis (δένδρεα, δένδρεσιν) satis defensa. 49 Nomen περίστασις hinc apparet non ipsum murum parallelum parieti domus, sed vacuum spatium inter utrumque relictum indicare. 50 ΠΕΤΡΑΙΗ lapis. K. dubius haeret inter emendationes πέτρα⟨ι⟩ ῇ et πετραί(α) ῇ (p. 69 not. 1), sed iniuria. Nam iota mutum etiam alibi in hoc titulo perperam additur (v. 149 ἱστάτωι — φυτευέτωι. 150 ποιείτωι. 202 ὀκτώι), et substantivum in hoc litterarum genere usitatum est (Syll.[2] 538, 8 προσεπιτέμνοντα οὗ ἂν ἦι πέτρα), adiectivum magis poëtis familiare. 51 Supplevit Thiersch apud K. στεγάζοντες hic idem esse ac τὰ γείση ἐπιτιθέντες apparet. 52 Adiectivum, non substantivum esse videtur. τὸ ἔδαφος ὕδατι ἀπόρρουν ἐστί fere idem est ac τὸ ἔδαφος τοιοῦτόν ἐστι ὥστε τὸ ὕδωρ ἀπορρεῖν. Si substantivum agnosceremus, nescio an infinitivo διδόναι careri non posset.

τρίους τοίχους. | ποιείτωσαν δὲ τὰς εἰσόδους τῶν περιστά|σεων ἐκ τῶν ἰδίων οἰκιῶν. ἐὰν δὲ ἀδύνα|τον ἦ͂, κρείνοντος τοῦ ἀρχιτέκτονος[53] μετὰ ‖ τῶν ἀστυνόμων, διδότωσαν οἱ γείτονες | τὴν εἴσοδον τοῖς εἰσπορευομένοις ἕνεκεν | ἀνακαθάρσεος, ὁμοίως δὲ καὶ ἐὰν πτώμα|τος γενομένου ἐπισκευῆς προσδέωνται. | ὑπὲρ δὲ τῶν κατ' ἐπηρεασμὸν εἰσπορευ‖ομένων ἐπικρείνοντες οἱ ἀστυνόμοι, ἐὰν | καταλαμβάνωσιν[54], ζημιούτωσαν αὐτὸν | δραχμαῖς πέντε. μηθεὶς δὲ πρὸς ἀλλοτρί|ωι ἢ κοινῶι τοίχωι μήτε ὄρυγμα ποιείτω | μήτε πιθάκνας ἱστάτωι μήτε φυτευέτωι ‖ μήτε ἄλλο ποιείτωι μηθέν, ἐξ οὗ καταβλά|ψει τ(ὸ)ν[55] τοῖχον. εἰ δὲ μή, ἐὰν ἐνκαλῆ͂ ὁ κύριος, | οἱ ἀστυνόμοι ἐπισκοπείτωσαν καὶ ἐπικρει|νέτωσαν, καθ' ἃ ἂν αὐτοῖς φαίνηται δίκαιον | εἶναι. καὶ ὅσοι δ' ἂν τοῖχοι τῶν ἀλλοτρίων οἰκι‖ῶν μέλλοντες καταπείπτειν, προφ[ηνάντων[56]] | τῶν γειτόνων τὴν βλάβη[ν, καὶ ὅσα ἕτε]|ρα[57] γεινόμε[να] ἐπυ----

d [----- ἀναγ]‖καζέτωσαν ἐκκαθαίρειν τοὺς ὑπονόμους[58]. |

Κρηνῶν[59]. περὶ τῶν ἐν τῆι πόλει ‖ καὶ τοῖς προαστίοις[60]

53 Magistratus publicus populi Pergamenorum, quales multi in multis civitatibus Graecis commemorantur. Cf. Syll.² III p. 154. 54 Ex Aeolica Pergamenorum dialecto hunc verbi καταλαμβάνειν pro καταδικάζειν usum resedisse putaverim; nam eum ut ab Attico sermone alienissimus sit, sic non Ionibus modo Asianis (Syll.² 523, 58 cum not. 21. 546, 22) sed etiam Aeolensibus finitimis familiarem fuisse docet titulus Eresius n. 8, 20 καλλάφθε[ν]τος Ἀγωνίππω. 55 ΤΩΝ. 56 Supplevi. προφ[ερόντων] Kolbe. Sed προφέρειν τινί τι 'vitio dare alicui aliquid', ut est apud Aeschinem III, 66 ὁ τὴν ξενίαν ἐμοὶ προφέρων τὴν Ἀλεξάνδρου, propterea huc non quadrat quia nemo hic aut appellatur aut cogitatur, cui quid exprobretur, 'in medium proferre', 'publici iuris facere' vero verbum sic nude positum ni fallor nusquam significat. Contra προφαίνειν est 'antea indicare', i. e. 'priusquam paries re vera collapsus sit'. 57 Supplevi. βλάβη[ν, τὰ μὲν διάφο]|ρα Kolbe. At hinc incipere apodosin propterea nego, quia sic enuntiatum relativum a pronomine ὅσοι pendens verbo finito caret; nam neque εἰσί hic mente suppleri neque μέλλοντες pro μέλλουσι dici licuit. Quare mihi versus 157 etiamtum protaseos esse videtur, quae subiecta habeat ὅσοι τοῖχοι — καὶ ὅσα ἕτερα, praedicatum vero, quod in infimo lapide perierit, fere μὴ ἐπισκευασθῆι ὑπὸ τῶν κεκτημένων. Condicio προφ[ηνάντων] τῶν γειτόνων τὴν βλάβη[ν] hic mediae protasi interponitur, quia ad prius modo ex illis duobus subiectis spectat. Dominus a vicino de imminente ruina monitus sine dubio graves socordiae poenas dare debebat, cum de improviso collapso muro nihil nisi ipsum damnum sarcire cogeretur. 58 Hic finiebatur caput de canalibus subterraneis. Cf. Syll.² 536, 11. 15. 580, 17. 59 Fontium publicorum cura Pergami penes astynomos fuit. Eam legem in plerisque Graecis civitatibus fuisse K. collegit ex Platonis praecepto Legg. VI, 763 C sqq. ἀστυνόμοι —

κρηνῶν ἐπιμελὲς γεινέσ|θω τοῖς ἀστυνόμοις ὅπως καθαραί τε ὦσιν | καὶ οἱ εἰς αὐτὰς ὑπόνομοι εἰσάγοντες καὶ ἐ|ξάγοντες τὸ [ὕδ]ωρ εὔρους[61] ὑπάρχωσιν. ἐὰν | δέ τινες ἐπισκ[ευ]ῆς προσδέωνται, προσαγ||γελλέτωσαν[62] τοῖς στρατηγοῖς καὶ τῶι ἐπὶ | τῶν ἱερῶν προσόδων[63], ὅπως διὰ τούτων γεί|νωνται αἱ ἐκδόσεις. μηθενὶ δὲ ἐξουσία ἔ|στω ἐπὶ τῶν δημοσίων κρηνῶν μήτε | κτῆνος ποτίζειν μήτε ἱμάτια πλύνειν || μήτε σκεῦος μήτε ἄλλο ἁπλῶς μηθέν[64]. | ὁ δὲ τούτων τι ποιήσας, ἐὰν μὲν ἐλεύθε|ρος ᾖ[65], τῶν τε κτηνῶν καὶ ἱματίων καὶ | τῶν σκευῶν στερείσθω καὶ αὐτὸς ζη|μιούσθω δραχμαῖς πεντήκοντα· ἐὰν δὲ || οἰκέτης, ἐὰν μὲν

τῶν τε ὁδῶν ἐπιμελούμενοι τῶν κατὰ τὸ ἄστυ καὶ τῶν — λεωφόρων — καὶ τῶν οἰκοδομιῶν —, καὶ δὴ καὶ τῶν ὑδάτων, ὁπόσ' ἂν αὐτοῖς πέμπωσι καὶ παραδιδῶσιν οἱ φρουροῦντες τεθεραπευμένα, ὅπως εἰς τὰς κρήνας ἱκανὰ καὶ καθαρὰ πορευόμενα κοσμῇ τε ἅμα καὶ ὠφελῇ τὴν πόλιν. Neque aliud monstrare Aristotelem Pol. VI, 8 p. 1321 *b*, 23 καλοῦσι δ' ἀστυνομίαν οἱ πλεῖστοι τὴν τοιαύτην ἀρχήν, ἔχει δὲ μόρια πλείω τὸν ἀριθμόν, ὧν ἑτέρους ἐφ' ἕτερα καθιστᾶσιν ἐν ταῖς πολυανθρωποτέραις πόλεσιν, οἷον τειχοποιοὺς καὶ κρηνῶν ἐπιμελητὰς καὶ λιμένων φύλακας. Quod institutum Aristoteles urbibus civium multitudine insignibus tribuit, id Athenis fuisse discimus ex Ἀθ. πόλ. 43, 1 κρηνῶν ἐπιμελητοῦ et plebiscito anni 333/2 a. Chr. Syll.[2] 580, 12 Πυθέας αἱρεθεὶς ἐπὶ τὰς κρήνας. 21. 22 δικαιοσύνης τῆς περὶ τὴν ἐπιμέλειαν τῶν κρηνῶν.

60 Hanc unam scripturam, non προαστεῖον, recte se habere probant et versus poëtarum (Soph. El. 1431 οὗτος ἐκ προαστίου χωρεῖ γεγηθώς. Eurip. Alcest. 848 τύμβον κατόψει ξεστὸν ἐκ προαστίου. Anthol. Pal. XI, 38, 3 καὶ τοῦτο φθιμένοιο προάστιον ἱερὸν ὀστεῦν ἐγκεφάλου) et titulus Atticus eius aetatis, quae ει et ῐ nunquam confundit, Syll.[2] 647, 19. 20 (cf. Meisterhans-Schwyzer Grammatik der att. Inschr.[3] p. 54 not. 455). Etiam in aliis Graeciae partibus eandem habes (Syll.[2] 817, 27), cum scriptura per diphthongum non nitatur nisi librorum manuscriptorum medii aevi fide, quae hac in re profecto nulla est.

61 Metaplasmus geminus pluralis εὔνους pro εὖνοι inferiore aetate haud rarus est (Syll.[2] 187, 11. 547, 3. 649, 19).

62 Cf. not. 20.

63 Hic quoque (cf. not. 27) appellatione per praepositionem ἐπὶ c. gen. formata magistratum superiorem a rege administrationi pecuniariae civitatis praefectum indicari haud improbabiliter coniecit Kolbe.

64 Cf. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 308 n. 405, 3 sqq. ἐπιμελεῖ[σθαι] τῶ[ν] κρην[ῶν], ὡς ἂν μήτε [λό]ωνται μήτε πλύνωσιν ἐν [ταῖς κρήναις,] ὧν τὸ ὕδω[ρ] εἶ[σ]ιν ἐς τὸ ἱερὸν τῆς Δήμητρος.

65 Hoc discrimen inter poenas liberorum, quos verberari non licet, et servorum frequentissimum est: Kolbe provocat ad Plat. Legg. VI, 764 B. C. I. Att. IV, 2 n. 192 c. Michel Rec. p. 308 n. 405, 8 sqq. Cf. etiam Papiniani Digest. XLIII, 10, 2: εἰ δὲ μή, ὁ μὲν δοῦλος ὑπὸ τοῦ ἐντυχόντος μαστιγούσθω, ὁ δὲ ἐλεύθερος ἐνδεικνύσθω τοῖς ἀστυνόμοις, οἱ δὲ ἀστυνόμοι ζημιούτωσαν κατὰ τὸν νόμον. Sed memorabile est, hic distingui servos qui iussu dominorum et qui sua sponte tale quid committant. K.

μετὰ τῆς τοῦ κυρίου γνώ|μης ποιήσῃ τι τούτων, ὁμοίως στερέσθω καὶ | αὐτὸς μαστιγούσθω ἐν τῶι κύφωνι[66] πληγαῖς | πεντηκόντα, ἐὰν δὲ ἄνευ τῆς τοῦ κυρίου γνώ|μης, ὧν μὲν ἂν ἔχῃ, στερέσθω, μαστειγω‖θεὶς δὲ ἐν τῶι κύφωνι πληγαῖς ἑκατὸν δε|δέσθω ἐν τῶι ξύλωι[67] ἡμέρας δέκα, καὶ ὅταν | ἀφείηται, ἀφείσθω μαστειγωθεὶς μὴ ἐλα(σ)|σοσιν[68] πληγαῖς πεντήκοντα. ἔστω δὲ τῶν ἀλ⟨ι⟩|λων[69] τῶι βουλομένωι ἐπίληψις τῶν κακουρ‖γούντων περὶ τὰς κρήνας, καὶ ὁ ἀναγαγὼν ἢ ἀ|νενέγκας[70] ἐπὶ τοὺς ἀστυνόμους τὸν ληφθέντα | μεριζέσθω τοῦ γεινομένου ἐξ αὐτῶν διαφό|ρου τ(ὸ)[71] ἥμισυ, τὰ δὲ λοιπὰ κατατασσέσθω εἰς τὴν | ἐπισκευὴν τοῦ τῶν Νυμφῶν ἱεροῦ. ‖ Φρεάτ⟨ρ⟩ων[72]. οἱ καθεσταμένοι

---

66 Cf. Pollux Onom. X, 177: Κρατίνου δ' εἰπόντος ἐν Νεμέσει (II p. 84 fr. VIII Mein. I p. 50 fr. 115 Kock) 'ἐν τῷ κύφωνι τὸν αὐχέν' ἔχων' ἢ που νοητέον ὡς σκεῦος ἦν τι ἀγορανομικόν, ᾧ τὸν αὐχένα ἐνθέντα ἔδει μαστιγοῦσθαι τὸν περὶ τὴν ἀγορὰν κακουργοῦντα. Videtur apud Cratinum de nescio quo delicto in foro commisso sermo fuisse ideoque scholiastes perperam totum institutum ad una agoranomorum officia et fori negotia rettulisse. K. Ar. Plut. 476 ὦ τύμπανα καὶ κύφωνες, οὐκ ἀρήξετε; cum schol. ξύλα εἰσὶν ἐπιτιθέμενα ἐπὶ τοὺς τένοντας τῶν καταδίκων, ἵνα μὴ ἔχωσιν ἀνακῦψαι (inde Suidas s. κύφωνες). Hesych. κύφων· ὅπερ ἔνιοι συνάγχην καλοῦσι· δηλοῖ δὲ καὶ δεσμὸν ξύλινον. 67 Cf. Aristoph. Eq. 367 οἷόν σε δήσω 'ν τῷ ξύλῳ. 394 ἐν ξύλῳ δήσας. 705 ἐν τῷ ξύλῳ δήσω σε νὴ τὸν οὐρανόν. Herodot. IX, 37 ὡς γὰρ δὴ ἐδέδετο ἐν ξύλῳ σιδηροδέτῳ. Lysias X, 16: ἡ ποδοκάκκη αὕτη ἐστίν, ὦ Θεόμνηστε, ὃ νῦν καλεῖται ἐν τῷ ξύλῳ δεδέσθαι. Lex ap. Dem. XXIV, 146 τὸν δ' ἐνδειχθέντα ἢ ἀπαχθέντα δησάντων οἱ ἕνδεκα ἐν τῷ ξύλῳ. Hic titulus docet, κύφωνα et ξύλον, quae fuerunt qui confunderent, res diversas fuisse, nempe illum quidem collo cervicibusque imponi solitum, hoc vero pedes contineri ac comprimi, ut indicant et eiusdem instrumenti nomen antiquum ποδοκάκκη et Herodoti narratio de pede libertatis recuperandae causa absciso. Neque est cur usquam de alia re formulam solennem ἐν τῷ ξύλῳ δῆσαι, δεδέσθαι accipiamus; sane etiam in cyphone, qui item ligneus erat, describendo aliquando lignum commemorari non est quod miremur. Cf. Aristoph. Nubb. 592 εἶτα φιμώσητε τούτου τῷ ξύλῳ τὸν αὐχένα. Lysistr. 680 ἀλλὰ τούτων χρῆν ἁπασῶν εἰς τετρημένον ξύλον ἐγκαθαρμόσαι λαβόντας τουτονὶ τὸν αὐχένα. 68 ΕΛΑ|ΣΟΣΙΝ. 69 ΑΛΙ|ΛΩΝ. 70 'Qui aut ipsum hominem comprehensum ad astynomos deduxerit aut eius nomen ad eos detulerit'. Certe non video quid aliud discriminis inter participiorum ἀναγαγών et ἀνενέγκας notiones hic intercedere possit. 71 ΤΩ. 72 Plerumque quidem φρέαρ et δεξαμενή, quo utroque nomine loci ubi aqua hauritur arte comparati a fontibus aquae iugis (κρῆναι) distinguuntur, inter se ita differunt, ut φρέαρ (*puteus*) sit unde aqua subterranea hauritur, δεξαμενή (*cisterna*) ubi aqua pluvia colligitur. At hic videmus utramque vocem apud Pergamenos eandem, ac manifesto quidem cisternae, notionem habuisse. Quod nescio an eo referendum

ἀστυνόμοι[73] | τὰς ὑπαρχούσας ἐν ταῖς οἰκίαις δεξαμεν[ὰς] | ἀναγραφόμενοι ἐν τῶι Πανθείωι[74] μηνὶ τι|θέσθωσαν τὴν γραφὴν πρὸς τοὺς στρατηγοὺς | καὶ ἐπιμελείσθωσαν ἵνα οἱ κύριοι στεγνὰς ‖ παρέχωνται καὶ μηδεμία τῶν προϋπαρχου|σῶν ἐνχωννύηται. εἰ δὲ μή, τοὺς τούτων τι | ποιοῦντας ζημιώσαντες καθ' ἑκάστην δε|ξαμενὴν δραχμαῖς ἑκατὸν πραξάτωσαν | καὶ ἀναγκαζέτωσαν ἐκκαθᾶραι. καὶ εἴ τινες ‖ δὲ πρότερον κεχωσμένοι εἰσίν, παραγ|-

---

sit quod putei ex quibus aqua subterranea hauriretur nulli omnino fuerunt in illo oppido sito in monte saxoso, sed partim ex antiquis aquae pluviae receptaculis, partim ex fontibus recentiore aetate per canales subterraneos in urbem deductis aquabantur. 73 Cum inutile futurum fuerit quotannis ab astynomis indicem cisternarum confici, Kolbius hoc totum praeceptum ad unum illius anni, quo lex data esset, collegium spectare sibi persuasit. Quod negat praesens τιθέσθωσαν necessario de ea re accipi debere, quae identidem repetatur, sed alibi quoque in hac lege imperativos praesentis et aoristi confundi observat, ei non obloquor. At mireris eum non sensisse, alterum enuntiatum καὶ ἐπιμελείσθωσαν ἵνα — παρέχωνται καὶ μηδεμία — ἐνχωννύηται nullo modo de uno huius anni magistratu intellegi posse. At cum utrique commune sit subiectum οἱ καθεσταμένοι ἀστυνόμοι, ne prius quidem aliter ac de uniuscuiusque anni collegio accipi licet. Eodem spectant quae v. 214 sqq. leguntur ὅσοι δ' ἂν τῶν ἀστυνόμων μὴ θῶνται τὴν ἐφ' ἑαυτῶν γραφὴν τῶν φρεάτων εἰς τὸ ἀρχεῖον. Quae Kolbius sane cum sua sententia ita conciliare studet, ut ὅσοι de parte modo illius collegii, ad quod unum haec praecepta refert, interpretetur. At cum ἐφ' ἑαυτῶν ad ὅσοι spectet neque in hac praepositione alia ac temporis notio inesse possit, apparet ὅσοι τῶν ἀστυνόμων non esse ‘quicumque ex huius anni astynomis’ sed ‘quodcumque ex collegiis astynomorum annuis quae deinceps futura sunt’. Non necessario sumendum est, indicem qui ab astynomis ad praetores deferretur, quotannis de integro compositum esse; sufficiebat ni fallor eum cum cisternis quas visitabant collatum emendasse et supplevisse. 74 Fastorum Pergamenorum mensis, qui commemoratur etiam Syll.[2] 592, 1. Simile nomen Πανθεών Neapoli Campaniae usitatum habes Inscr. Gr. Sic. et It. 759, 16. De tempore anni non certa quidem, sed probabilis est Kolbii coniectura, qui monet cisternas sine dubio eodem tempore, quo index conficeretur et praetoribus traderetur, etiam visitatas et examinatas esse ab astynomis. Atqui id commodissime factum esse quo tempore maxime vacuae essent, id est ante initium imbrium hibernorum, fere Novembre mense. Quod quoniam non improbabile esset annum civilem Pergamenorum ab aequinoctio auctumnali initium cepisse, tempus octo mensium quod dominis ad purgandas et reparandas cisternas daretur (v. 201. 202), a Novembre ad Iunium vel Iulium pertinere, ita ut etiamtum duorum triumve mensium spatium eidem astynomorum collegio, quod laterculum confecisset, relinqueretur ad examinandum, num omnia rite effecta essent, castigandosque eos qui neglexissent imperata facere.

γελλέτωσαν τοῖς κυρίοις, ὅπως ἐκκαθαίρω|σιν ἐν μησὶν ὀκτώι[75]· ἐὰν δὲ μὴ ποιήσωσι, πρά|ξαντες καὶ τούτους τὴν αὐτὴν ζημίαν ἐπαναγ|καζέτωσαν ἐκκαθαίρειν. τὰ δὲ γεινόμενα δι||άφορα τῶν ζημιῶν ἀποδιδόσθωσαν ἐκ μηνὸς | εἰς μῆνα τοῖς ταμίαις καὶ ὑπαρχέτωσαν εἰς τὴν | ἀνακάθαρσιν καὶ κατασκευὴν τῶν δεξαμε|νῶν, εἰς δὲ ἄλλο μηθὲν μεταφερέσθω[76]. ὅσοι | δ' ἂν φρέατα κεκτημένοι μὴ π[οιοῦ]ντες στε||γνὰ βλάπτωσιν τοὺς γείτονας, ἐ[παναγ]καζέ|τωσαν αὐτοὺς οἱ ἀστυνόμοι ζημ[ίαις]. καὶ ἐ|άν τινες διὰ ταῦτα γείνωνται καταδίκ[αι, πρά]|ξαντες οἱ ἀστυνόμοι ἀποδότωσαν τοῖς β[λα]|πτομένοις. ὅσοι δ' ἂν τῶν ἀστυνόμων[77] μὴ || θῶνται τὴν ἐφ' ἑαυτῶν γραφὴν τῶν φρε|άτων εἰς τὸ ἀρχεῖον, ἢ μὴ ποιήσωσιν καθ' ἃν ἂν | ὁ νόμος προστάσσει, πραξάτωσαν αὐτοὺς οἱ | νομοφύλακες[78] δραχμὰς ἑκατὸν καὶ κατα|ταξάτωσαν εἰς τὰς αὐτὰς προσόδους. || Ἀφεδρώνων[79]. οἱ ἀστυνόμοι ἐπιμέ|λειαν ποιείσθωσαν τῶν τε δημοσίων ἀφε||[δρών]ων καὶ τῶν ἐξ αὐτῶν ὑπονόμων, καὶ | [ἐάν τινες μὴ[80] σ]τεγνοὶ ὑπάρχωσιν, καὶ τῶν | -------- αὐτοῖς -------ς -----ηρ | --------------

75 De orthographia v. not. 50, de re not. 74. 76 Cf. not. 24. 77 Cf. not. 73. 78 Cf. not. 10. 79 Vox rara, quae in litteris Graecis vix alibi repperitur atque in Novo Testamento. Cf. Ev. Matth. 15, 17: πᾶν τὸ εἰσπορευόμενον εἰς τὸ στόμα εἰς τὴν κοιλίαν χωρεῖ καὶ εἰς ἀφεδρῶνα ἐκβάλλεται. Marc. 7, 19 ὅτι οὐκ εἰσπορεύεται αὐτοῦ εἰς τὴν καρδίαν, ἀλλ' εἰς τὴν κοιλίαν, καὶ εἰς τὸν ἀφεδρῶνα ἐκπορεύεται. K. 80 Supplemento Kolbii [ἐάν τινες σ]τεγνοὶ ὑπάρχωσιν addidi negationem, qua non video quomodo careri possit, nisi pro enuntiato condicionali restituas finale [ὅπως ἂν σ]τεγνοὶ ὑπάρχωσιν. Sed hoc propter καὶ particulam non videtur probabile quia genetivos τῶν ἀφεδρώνων καὶ τῶν ὑπονόμων et enuntiatum ὅπως ἂν στεγνοὶ ὑπάρχωσι ab eodem verbo ἐπιμέλειαν ποιείσθωσαν pendentia particula copulativa inter se conecti sententiae neutiquam accommodatum est.

---

484 Fragmenta duo tabulae marmoris albi margine prominente ornatae. A (v. 1—46 et versuum 47—59 sinistrae partes) inventum Pergami ad terminum orientalem porticus septentrionalis fori inferioris. Exscripsit Conze una cum Premero, Krügero, Thierschio; cum ectypo chartaceo contulit et hic illic emendavit von Prott. — B (versuum 47—62 dextrae partes) undique praeter dextrum marginem fractum, inventum Pergami inter rudera ecclesiae Byzantinae in substructione occidentali, translatum Berolinum. Ex Fabricii apographo ed. M. Fränkel Alterth. von Pergamon VIII, 2 p. 216 n. 279.

Cum compluribus ectypis contulit v. Prott, cuius lectiones deinde ad ipsum lapidem examinaverunt Zahn et Brückner. — Ambo coniuncta ed. H. v. Prott Mitth. des arch. Inst. in Athen XXVII 1902 p. 78 n. 72. (Revue archéologique Quatrième série I 1903 p. 156 n. 148).

--------- λοῦμεν [1] τω[---------|------------------ μετεπεμ]-

---

Litterae ΙΘΠΣ. Scripturae tanta similitudo intercedit inter hunc titulum et n. 483, ut vix dubium sit, quin non modo eodem tempore, sed etiam ab eodem lapicida exarati sint. Enuntiata plerumque spatiis vacuis exiguis distinentur, semel (v. 54) etiam in medio enuntiato eiusmodi intervallum relictum est. 1 Rescriptum magistratus aut imperatoris Romani ad Pergamenorum civitatem datum hic haberi manifestum est. Qui id composuit, modo singulari numero de se utitur (v. 2 [μετεπεμ]ψάμην, βουληθείς. 31 ἐπίστευον. 32 λαμβάνων. 41 δίκαιον ἡγησάμην. 54 εὔλογον εἶναι νομίζω), modo plurali (v. 1 ----λοῦμεν. 13. 48 ἔδοξεν ἡμεῖν. 17. 18 ἤρεσεν ἡμεῖν. 5 ἐδίδαξεν ἡμᾶς. 27 ἐδοκιμάσαμεν). Iam cum proconsules aliique magistratus semper singularem ponant, in litteris imperatorum Romanorum etsi idem numerus sollennis est, tamen passim pluralis exempla inveniuntur ubi neque plures Augusti qui una imperaverint intellegi possunt neque princeps praeter se ipsum etiam alios homines hoc numero comprehendit. Cf. Syll.[2] 373, 22 sqq. διὰ τ[ὴ]ν ἀνανέωσιν τῶν πρὸς ἡμᾶς (imperatorem Neronem) αὐτῷ δικαίων ὑπαρχόντων. Supra n. 475, 4. 5 sqq. ὅσα τε αὐτὸς ἐφιλοτιμήθης πρὸς ἡμᾶς (Neronem) καὶ ὅσα εἰσηγήσω τῆι πόλει περιέχοντα τὰς ἡμετέρας τιμάς. Syll.[2] 384, 11 τὴν χαράν, ὅσης ἐφ' ἡμεῖν (Antoninus Pius) ὡμολογεῖτε μετειληφέναι. Quare hanc quoque ipsius principis epistulam esse apparet, neque dissimilis veri est editoris coniectura, Hadriani potissimum esse; cuius principatui et litteraturam convenire et argumentum, quandoquidem eum singillatim de Graecarum civitatium institutis et administratione consultare et summa cum cura de eiusmodi rebus decernere consuevisse etiam aliae litterae superstites, veluti C. I. Att. III, 38, testentur. Videmus Pergami fuisse mensam argentariam publicam (δημοσίαν τράπεζαν), sed eam hominibus privatis qui in hoc quaestus genere versarentur (τραπεζίταις) locatam fuisse (not. 12) ea condicione, ut non certam quotannis summam mercedis loco aerario civitatis numerarent, sed lucri sui partem aliquotam. Videmus enim non modo ipsorum argentariorum interfuisse augeri pecuniam ex illo negotio redeuntem, sed etiam ad ipsam civitatem inde aliquid emolumenti rediisse (cf. v. 18. 19). Illis igitur mensae publicae conductoribus id privilegii lege civitatis concessum erat, ut nulla nisi per eos pecuniae commutatio fieret. Quo iure cum illi impudenter abusi essent et exactiones novas neutiquam legitimas ad quaestum quem ex commutandi negotio faciebant adiunxissent, magistratus Pergamenorum quidem, quia etiam aerarium publicum inde aliquid lucrabatur, illorum avaritiae obviam ire neglexerunt, quare mercatores aliique homines privati illorum fraude vexati imperatorem adierunt, qui causa cognita hoc rescripto toti controversiae finem imposuit. De locatione conductione mensae argentariae publicae cf. quae adnotavi n. 515[6].

ψάμην[2], βουληθεὶς μὲ[ν] φαί||[νεσθαι δίκαιος κατὰ τὴν ἐμαυτοῦ συν]ήθειαν[3], μόνα δὲ ταῦτα ἐξετάσαι | [τὰ ἐγκλήματα[4] τῶν ἐργαζομένων[5] ἐπ]ὶ τῆς πόλεως (ὑ)μῶν[6] ἀνδρῶν, περὶ ὧν || [ὁ ἀποσταλεὶς ὑφ' ὑμῶν πρεσβευτὴς[7] Κ]αλουίσιος Γλύκων ἐδίδαξεν ἡμᾶς. πα|[ρεῖναι δ' ἐκέλευσα αὐτούς[8], ἵνα δῆλ]ον ἦν[9] εἴ τι λέγειν ἐβούλοντο. ὁ οὖν τῆς ἀ||[μείψεως τρόπος οὐ νόμιμος ἦν[10], ἀ]λ(λ)ὰ[11] παρὰ τὸ δίκαιον καὶ παρὰ τὴν συναλλαγὴν[12] | [πράττειν αὐτοῖς ἐ]πέτρεπον. παρὰ γὰρ τῶν ἐργαστῶν καὶ καπήλων καὶ τῶν ὀ||[ψαριοπωλῶν[13]

---

2 Supplevi. De eis inter quos lis esset Romam evocatis hic dictum fuisse videtur. 3 Supplevit von Prott. Cf. Syll.[2] 355, 9 καὶ κατὰ τὴν ἐμὴν συνήθειαν παρ' ἑκατέρου μέρους ἐπιμε[λέσ]τερα γεγραμμένα ᾔτησα ὑπομνήματα. 4 Supplevi. 5 Supplevi non sine haesitatione. Per se probabilius mihi videbatur propter ea quae infra leguntur (not. 8) hic non privatorum, qui accusaverunt, sed trapezitarum, qui accusati sunt, mentionem factam esse. Sed cum genetivus ab ἐγκλήματα pendens eam vim habere vix possit, τὰ κατὰ τῶν τραπεζιτευόντων vero propter spatii rationes restitui nequeat, quomodo illa sententia recuperari possit nescio. Nam si τὰ ἀδικήματα τῶν τραπεζιτευόντων scribas, illa quidem difficultas tollatur, sed vix apte iam hic, ubi de cognoscenda causa verba fiunt, iniuriae trapezitarum commemorentur. 6 ΗΜΩΝ. Emendavi, nam cum pronomen necessario ad τῆς πόλεως referendum sit, epistula vero ab imperatore scripta, quo pacto hic de 'sua civitate' loqui possit, non assequor. 7 Supplevi. 8 Supplevi. Cum iam v. 2 [μετεπεμ]ψάμην de eis qui quererentur evocatis, ut imperatorem de suis iniuriis docerent, dictum fuisse videatur, huius loci vim eam esse opinor, etiam trapezitas, ne indicta causa damnarentur, Romam accitos esse. 9 Supplevi. 'ut si quid (vel quidquid) dicere vellent, ad notitiam meam perveniret'. Indicativi imperfecti in enuntiato finali usus indicio esse videtur, trapezitas facultate defensionis a principe data usos non esse. 10 Supplevi. Inde ab hoc enuntiato quid illa quaestione, de qua instituta huc usque verba facta erant, reppertum sit exponitur. 11 ΛΑΑ. 12 Pactum inter civitatem et trapezitas de locatione conductione mensae publicae. v. P. Cf. not. 1. 13 Qui κάπηλοι et ὀψαριοπῶλαι sint, apparet, sed ἐργαστῶν notio paullo minus definita est. Quos Prottius quidem negotiatores interpretatur, id est et eos qui mercaturam facerent peregre et maxime quidem trans mare, et eos qui certa mercium genera fabricarentur et eis venumdarent, a quibus rursus privati singillatim emerent. Et hoc quidem loco sane sic ἐργαστάς (*Fabrikanten und Grosshändler*) et καπήλους (*Kleinhändler*) distingui haud improbabile est. At tenendum est, ipsorum vocabulorum ἐργάζεσθαι et ἐργαστής originem et vim multo latius patere, ideoque recte et legitime infra idem verbum ita usurpari, ut καπήλων et ὀψιαριοπωλῶν genera ei neutiquam opponantur, sed ipsa eo contineantur (not. 26). Ceterum voces ὀψάριον, ὀψαριοπώλης hic secundum recentiorem sermonis usum non intellegendas esse nisi de piscibus eisque qui eos vendant vix est quod definite moneatur.

ε]ἰς τὸν λεπτὸν[14] ἐμπολᾶν εἰωθότων χαλκὸν δεκαοκτὼ ἀσσάρια ‖ [τὸ δη]νάρ[ιον] λαμβάνειν ὀφείλοντες καὶ τοῖς τὸ δηνάριον διαλλάσσειν βου|[λ]ομένοι[ς πρὸ]ς [δ]ε[κα]επτὰ διδόναι[15] οὐκ ἠρκοῦντο τὴν τῶν ἀσσαρίων ἀμει|ψιν, ἀλλ[ὰ κ]αὶ ἐὰν δηναρίων ἀργυρῶν τις ἀγοράσῃ τὸ ὀψάριον, καθ' ἕκα|στον δηνάριον εἰσέπρασσον ἀσσάριον ἕν. ἔδοξεν οὖν ἡμεῖν καλῶς ἔχειν | εἰς [τ]ὸ λοιπὸν τοῦτο διορθῶσθαι, ἵνα μὴ συμβαίνῃ τοῖς ὠνηταῖς ὑπ' αὐτῶν ‖ τελωνεῖσθαι, καθ' ὧν οὐδεμίαν αὐτοῖς ἐξουσίαν δεδόσθαι συμβέβηκεν[16]. | ὅσα[17] μέντοι τῶν λεπτῶν ὀψαρίων σταθμῶι πιπρασκόμενα τιμᾶται[18] ὑπὸ | τῶν ἀγορανόμων, τούτων, κἂν πλείονας μνᾶς ὠνήσωνταί τινες, ἤρε|σεν[19] ἡμεῖν τὴν τιμὴν αὐτοὺς διδόναι πρὸς κέρμα[20], ὥστε ἀπ' αὐτῶν σώσ|ζεσθαι[21] τῆι

14 Distinguitur denarius argenteus, quae est moneta imperialis, ab asse aheneo, i. e. moneta provinciali. Haec adiectivo λεπτός significatur, ut n. 485, 12. 13 κατασταθεὶς δὲ καὶ ἐπὶ τῆς χαράξεως τοῦ λεπτοῦ χαλκοῦ et Alterth. von Pergamon VIII 2 p. 261 n. 374 D, 7 ἀ(σσάρια) θ' τοῦ λεπτοῦ. v. 21 τοῦ λεπτοῦ παντὸς τὰ ἡμίση. In titulo Lycio Bull. de corr. Hell. XIV 1890 p. 169 n. 3, 9 ἀριθμ[ήσαν]τα λε[πτοῦ | ἀργυ]ρίου μυριάδ[α]ς πέντε κτλ. vocabulum paullo alia vi usurpari apparet. Cum as proprie sextadecima denarii pars esset, tamen tunc temporis tantum intercessit inter utrumque genus discrimen, ut septendecim aut duodeviginti assibus provincialibus denarius Romanus permutaretur. Qua de re iam ante hunc titulum inventum ex Vibii Salutaris (n. 480[12]) monumentis Ephesiis coniecturam fecerunt E. L. Hicks Greek inscr. in the Brit. mus. III, 2 p. 139 sqq. et Kubitschek ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie II, 2 p. 1742 sq. v. P. 15 Singulorum igitur in singulos denarios assium est collybus, quem trapezitae percipiunt ea condicione ut certam partem aerario publico pendant (not. 1). 16 Qui in suum usum pisces aut aliud quid mercantur, ad eos potestas (ἐξουσία) argentariorum non spectat, quia sive denariis argenteis sive assibus aheneis pretium pendunt, permutatione non opus habent; uni venditores (ἐργασταί, κάπηλοι, ὀψαριοπῶλαι) ad mensam accedere debent, ut quae singillatim aheneis nummis ab emptoribus acceperunt, argento commutent. Quod lucrum ne minueretur, contra ius et pactum eos emtores, qui argentum solverunt, ipsos adierunt trapezitae, ut sibi pro collybo assem penderent. Quod quoniam id non minus lucri reipublicae quam argentariis afferebat, magistratus (ἀγορανόμοι) hanc iniuriam non modo non prohibuisse, sed adeo sua auctoritate adiuvisse videntur. v. P. 17 O in margine prominente, ut littera primo errore omissa, deinde suppleta videatur. 18 Quibus certum pretium ab agoranomis constituitur. 19 Versus 17 postrema littera E postea in margine adiecta. 20 Supra v. 11 τὸ δηνάριον πρὸς δεκαεπτὰ διδόναι est 'denarium septendecim assibus permutare', quam notionem praepositionis ab hoc quidem loco alienam esse apparet, ubi simpliciter quonam monetae genere pensio aliqua facienda sit enuntiatur; κέρμα idem esse quod λεπτὸν χαλκόν apparet. Similem praepositionis usum habes Syll.[2]

πόλει τὴν ἐκ τοῦ κολλύβου πρόσοδον[22]. ὁμοίως καὶ ἐὰν πλείο||νες συνθέμενοι ἀργυρῶν δηναρίων δόξωσιν ἠγορακέναι εἶτα διαι|ρῶνται, καὶ τούτους λεπτὸν διδόναι χαλκὸν τῶι ὀψαριοπώληι[23], ἵνα ἀνα|φέρηται ἐπὶ τὴν τράπεζαν· διδόναι δὲ πρὸς δεκαεπτὰ ἀσσάρια[24], ἐπει|δὴ ἡ τῆς ἀμειπτικῆς ἐργασία⟨ς⟩[25] δοκεῖ μόνοις τοῖς ἐργασταῖς[26] διαλέγεσ|θαι. ἠ(λ)έ(γ)χθησαν[27] μετὰ τοῦτο καὶ ἕτερά τινα συνκεχωρηκότες ἑαυ||τοῖς κερδῶν ὀνόματα ἀσπρατούραν[28] τε καὶ τὸ καλούμενων παρ' αὐτοῖς | προσφάγιον[29], δι' ὧν

540, 6 ἐγδίδομεν δὲ τὸ ἔργον ὅλον πρὸς χαλκόν i. e. ea condicione ut pretium aere persolvatur. 21 Cf. Syll.[2] 163, 5. 639, 8 ἐπεψήφισζε. 334, 28 χαρπίσζεσθαι. 686, 37 ἀγωνίσζεσθαι. 930, 20 ἐξιδιάσ[ζοντ]αι. Cf. Meisterhans et Schwyzer Grammatik der att. Inschr.[3] p. 88 not. 766. p. 92 not. 829, ubi tamen exempla quae pro ζ et quae pro σ scripturam σζ exhibent, non recte distinguuntur. E. Schweizer Gramm. der perg. Inschr. p. 129. F. Blass Ausspr. des Gr.[3] p. 115 not. 432. 22 Cf. not. 1. 23 Qui unus in suum usum tantum emit, ut denariis argenteis pretium persolvere possit, ab eo non, ut adhuc factum est, collybum exigere licebit trapezitis; sed si qui plures coniunctim emerint et inter se diviserint, id fecisse existimabuntur ut legi fraudem facerent et reipublicae reditum subtraherent; ideo cogentur argentum suum recipere et pro eo aes dare, quod deinde venditor permutare debebit. 24 Ita pendent emtores, ut pro singulis denariis septeni deni asses computentur, cum venditor in mensa publica argentaria duodevicenos dare debeat. Ita efficietur, ut collybus unius assis non ab emtore sed a venditore detur. 25 ΕΡΓΑΣΙΑΣ lapis. Emendavit v. Prott. 26 Hic quoque ἐργαστάς maiores mercatores vel negotiatores interpretatur von Prott, ut opponantur salsamentariis et cauponibus aliisque id genus hominibus. Sed mihi longe aliud monstrare videtur sententiarum conexus. Etenim una ἐργαστῶν appellatione hic omnes continentur, qui hoc victus quaestusque genus profitentur, ut merces quaslibet emant ac vendant; itaque etiam κάπηλοι et ὀψαριοπῶλαι in eo numero sunt. His omnibus lex collybi onus imponere vult, neque vero eis qui in suum usum aliquid ab illis emunt, a quibus contra ius et pactum trapezitae collybum exigere conati sunt. Cf. not. 15. 24. 27 ΗΔΕΕΧΘΗΣΑΝ lapis. Emendavit von Prott. 28 Nummum asperum eum dici, qui nondum usu detritus ac laevigatus esset, von Prott probavit testimoniis Suetonii Neron. 44: *exegitque ingenti fastidio et acerbitate nummum asperum, argentum pustulatum, aurum ad obrussam.* Persii Sat. III, 69 *quid asper utile nummus habet.* Eiusmodi nummos cum exigerent trapezitae, detritos non accipiebant nisi addita pensione qua hoc vitium quodammodo sarciretur. Haec erat aspratura. v. P. 29 Non προ-σφάγιον, sed προσ-φάγιον intellegendum esse observat v. P., cum admoneat loci Evang. Ioann. 21, 5 λέγει οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· παιδία, μή τι προσφάγιον ἔχετε; Quo pacto tamen pecuniam qua obsonium emerent a negotiatoribus exigere potuerint trapezitae, ignorare se fatetur v. P. Utique hac quoque in re impudens et insatiabilis eorum avaritia cernitur.

ἐπηρέαζον μάλιστα τοὺς τὸν ἰχθὺν πιπράσκοντας. | καὶ ταῦτα οὖν ἐδοκιμάσαμεν διορθῶσθαι· πλεονεκτεῖσθαι γὰρ καὶ τοὺς | ὀλίγους[30] ὑπ' αὐτῶν ἀνθρώπους δ(ῆλ)ον[31] ἦν, συνέβαινεν δὲ πᾶσιν αἰσθη|τὴν γείνεσθαι τοῖς ὠνουμένοις τὴν ἄδικον τῶν πιπρασκόντων ζη||μίαν. ἠτιάθησαν καὶ ὡς ἐνεορτάδια[32] παρὰ τῶν ἐργαστῶν[33] εἰσπράσσον|τες, ἅπερ ἀρνουμένων αὐτῶν ἡδέως ἐπίστευον, τοῦ μὴ ὀφείλειν | γείνεσθαι τὸ τοιοῦτο λαμβάνων καὶ τὴν παρ' αὐτῶν συνκατάθεσιν. | μόνον μέντοι ὡμολόγουν τῶι Ὑπερβερεταίωι[34] μηνὶ δίδοσθαι ἑαυ|τοῖς τὸ εἰς τὸν Ἑρμῆ λεγόμενον ἐκ τοιαύτης ἀφορμῆς· ὅρκον ἑαυτοῖς || ἀπαιτεῖν συνκεχωρῆσθαι παρὰ τῶν ἐνπολώντων[35] τὸ λεπτὸν καὶ | πρὸς αὐτοὺς ἀναφερόντων περὶ τοῦ μηδὲν αὐτοὺς παρὰ τὴν διά|ταξιν[36] πεποιηκέναι. τοὺς οὖν διὰ τὸ συνειδὸς ὀμνύναι μὴ δυναμέ|νους διδόναι τι αὐτοῖς, ὥστε μὴ τὴν τοῦ ὀμνύναι ἀνάγκην ὑπομέ|νειν· ὃ οὐκ ἔδοξεν ἄλογον. ἀντομνύναι μέντοι καὶ αὐτοὺς τοῖς ἐργ[ασ]||ταῖς[37] περὶ τοῦ μηδὲν αὐτοὺς ἠδικηκέναι ἐν τῇ τοῦ ἀργυροῦ νομίσ[μα]|τος δόσει καὶ αὐτὸ δίκαιον ἡγησάμην. ἐλέγοντο καὶ ἐνεχυρα[σί]|ας ἑαυτοῖς ποιεῖσθαι⟨ν⟩ ἐπιτρέπειν ὅλας τε τῶν ἐργαστῶν ἔσ[θ' ὅτε[38]] | κρατεῖν τὰς ἐμπολάς, τῆς συναλλαγ[ῆ]ς[39] οὐ τοῦτο συνχωρού[σης,] | ἀλλὰ ἐπὶ τοὺς ταμίας αὐτοὺς παραγείνεσθαι κελευούση[ς, ἐὰν] || αἰτιάσωνταί τινα, καὶ παρ' ἐκείνων δημόσιον λαμβάν[ειν δοῦ]|λον, ἵνα νομίμως ποιῶνται τὴν ἐνεχυρασίαν, ὥστε [τὸ πρὸ

30 Non paucos, sed qui humili condicione essent. 31 ΑΙΟΝ. 32 Pensiones vel dona quae per feriarum dies eis offerrentur. 33 Hic quoque de omni mercatorum genere intellegendum vocabulum. Cf. not. 26. 34 Postremus anni provincialis Asiani mensis, qui pertinebat a die 24. m. Augusti ad diem 22 m. Septembris. Cf. n. 458, 71. 35 Sic scribendum est, non cum Prottio ἐμπόλων τῶν. Nam Graecum nomen est ἐμπολή, quod hic habes v. 43, unde legitima ratione descendit verbum usitatissimum ἐμπολᾶν. Quod contra ἔμπολος pro ἔμπορος vereor ne nemo unquam Graecus dixerit. Adde quod proximum καὶ rectissime se habet in participiorum ἐνπολώντων et ἀναφερόντων coniunctione, in Prottii vero lectione nullam habet probabilem explicationem. Nam quod ipse dicit, eos indicari qui aes provinciale etiam ad illos publicos trapezitas, i. e. non modo ad alios qui clam eiusmodi negotia transigerent, afferrent, nullo modo ferri potest. Etenim cum verissima sit Prottii sententia de privilegio mensae publicae Pergamenae (not. 1), quis non videat, cum hac illud '*etiam*' adversa fronte pugnare? 36 Constitutio nescio quae magistratuum Pergamenorum de permutatione nummorum indicari videtur. 37 Etiam hic latiore vi de omni mercatorum genere dicitur. Cf. not. 26. 33. 38 Supplevi. v. P. non attigit. 39 Cf. not. 1. 12.

τῆς][40] | κρίσεως τούτωι τῶι τρόπωι ληφθὲν μένειν τοῖ[ς[41] ὀφείλουσ]ι. | καὶ τοῦτο οὖν ἔδοξεν ἡμεῖν οὕτως ὀφείλειν γείν[εσθαι, ὅπ]ως[42] πε|ριεῖχεν ἡ ἔκδοσις[43], καὶ διὰ τοῦ δημοσίου μέντοι [δούλου μὴ σύ]μμε‖τρον εἶναι τὴν ἐνεχυρασίαν, ἀλλὰ ἢ τὸ ἱκαν[ὸν[44] πρὸ κρίσ]εως[45] λ[α]μβά|νεσθαι[46], ἢ ἐὰν δοῦναί τις μὴ δύνηται τὸ σ[υμβόλα]ιον, εἶνα[ι[47] τ]ὸ ἐ|νέχυρον ὅσου ἂν τὸ πρᾶγμα καὶ τὸ ἐπ᾽ αὐτῷ [πρόσ]τιμον ᾖ[48]. [τὰς μέντ]οι κρί|σεις[49] γείνεσθαι μὴ ἐπὶ τῶν ταμιῶ[ν, ἀλλ]ὰ ἐπὶ τῶν ἐστρατη[γηκ]ότων[50] | ἀνδρῶν ἐξ ἀπολογῆς[51] εὔλο[γον εἶ]ναι νομίζω, ἔτι δὲ το[ὺ]ς μὲν[52] τα‖μίας[53] μετέχειν τῆς χρε[ίας κ]αθῆκον[54], το[ὺς]

40 Supplevit v. P. coll. C. I. Att. II, 600, 36. 37: ἐξεῖναι τοῖς φρατιάρχοις καὶ Δυα[λεῦ]σιν ἐνεχυράζειν πρὸ δίκης. 41 Post μένειν Conze habet TO⸌. Sed Prottius fieri certe posse, ut relliquiae post O conspicuae litterae I essent, ectypo examinato pronuntiavit. 42 ⸜ᒪΣ Fränkel, ΊΣ in ectypo agnovit v. P., idque lapide collato confirmaverunt Brückner et Zahn. Utrum ὅπως an καθὼς fuerit sane ambigas. 43 Putaverim hic locationem mensae publicae, quae v. 7. 43 συναλλαγή appellatur, indicari; non ἐκδιδόναι aliquando idem esse ac μισθοῦν constat. 44 Latinum *satis accipere*, de eo usurpatum cui praedibus cavetur, ut *satis dare* de eo qui praedibus cavet, hic ad verbum Graece reddi ut Act. Apostol. 17, 9 καὶ λαβόντες τὸ ἱκανὸν παρὰ τοῦ Ἰάσονος καὶ τῶν λοιπῶν ἀπέλυσαν αὐτούς monet v. Prott. 45 ᒷ . Ꮶ Fränkel, ᒪᑕ Σ Brückner et Zahn. 46 Λ/////ΜΒΑ Fränkel, Λ/////ΜΡΑ Brückner et Zahn. 47 ⊏ΙΝΛ . Fränkel, ΕΙΝΛ . Brückner et Zahn. 48 Vetantur hic plus quam quanti debita summa pecuniae addita multa sit pignoris loco auferre trapezitae, id quod eos per nefas haud raro fecisse supra v. 41—43 indicatum est. Ceterum hic ⊦ΜΟΝΗ legit Fränkel, ı ıΜΟΝΗ Brückner et Zahn. 49 Versus quinquagesimi alterius finis apud Fränkelium itemque apud Brücknerum et Zahnium ΟΙΚΡΙ est. 50 ΑᒪΙ . . ᑎᐯ . . . . . . ΛΟΤΩΝ Fränkel, ΛᒪΠΙΓϹᐯΣ‾ΙΡΛΙ⊦. . . ΟΤΩΝ Brückner et Zahn. 51 ‘Qui praetura functi rationem reddiderint’ interpretatur von Prott, ἀπολογήν hic eadem vi dici statuens quam alibi, ut Syll.^{2} 521, 90, habeat ἀπολογισμός. At hoc cum linguae legibus pugnat; nam ut ἀπολογισμός ab ἀπολογίζεσθαι, ἀπολογία ab ἀπολογεῖσθαι descendit, sic ἀπολογή necessario referendum est ad ἀπολέγειν; cf. ἐκλογή, συλλογή. Hoc vero verbum delectus notionem habet, veluti Herodot. III, 14 συνέπεμπε δὲ καὶ ἄλλας παρθένους ἀπολέξας ἀνδρῶν τῶν πρώτων. Non igitur omnes praetorii una iudicant, sed in unamquamque litem aliquot ex eis iudices deliguntur. Sane in re iudiciaria etiam contrariam vim habuisse verbum discimus ex Plutarcho Cat. min. 48: ὁ δὲ Πλάγκος ἀπέλεξεν αὐτὸν (Catonem) ἐκ τῶν δικαστῶν μετὰ τοὺς λόγους, καὶ οὐδὲν ἧττον ἥλω. Cogitaverit igitur quispiam de hac interpretatione ‘ea condicione ut utrique ex litigantibus iudices reicere liceat’. Sed id cum praepositionis ἐξ vi minus bene convenire mihi videtur. 52 ΛΙΝΟΜΙΞΩ‾ᑌΝ . . ΝΤᑌ . ‾ΙΕΝ/////// Fränkel, ıΛΙΝΟΜΙΞΩ⊏ıΙΔΕΤΟ . ‾ΙΕΝ Brückner, Zahn. 53 ΓΛ 54 ΗΚ⊦ˡΝ Fränkel, ΑᑎΗΚᑎΝ/////// Brückner, Zahn.

δὲ ἐσ[τρα]τη[γηκ]ότας[55] | καὶ ἐμπείρους εἶνα[ι καὶ -----ο]υς[56] τῶν πραγμάτ[ω]ν [κα]ὶ με----μον|τας[57] τὸ τῆς περ[ιγιγνομένης] οὐσίας[58] αὐτοὺς ἀπο[στ]ε[ρε]ῖν δυνάμε|νον[59], τὸν δὲ ------ ----------ε . κεν[60] καὶ οἷς ἂν ἄλλ[οις] τελώναις | ἐφε[δρεύοντας ἔγνωμεν[61] ποιε]ῖσθαι αὐτοὺς τὴν εὐεχυρασίαν κα[ὶ[62] || --- ---------------] ταῖς ἀγοραίοις πιπρασκομένων ι . . | --------- -------ως δίδοσθαι τέλος, ἀλλ' ἐὰν λ . . . | ---------------- να . ερεινε . . ιτη ---------

55 ΤΟ . . . . ¯ΙΙ . . . ⌒ΤΑΣ Brückner, Zahn. ΤΟ . . ΔΕĿΣ . . ¯Ν . . . . ΤΑΣ Fränkel. 56 ΟΣ Fränkel, ⁄Σ ectypum, cuius lectionem lapide examinato confirmaverunt Brückner et Zahn. 57 In fine versus ΟΝ Fränkel, ΜΟΝ Brückner et Zahn. 58 ᒧΥΣΙΑΣ Fränkel, ϿΥΣΙΑΣ Zahn. Participium π[εριγιγνομένης] supplevi, cum sumerem de artificio quodam fraudulento trapezitarum hic dici, quo etiam eam partem rei familiaris pignori oppositae, quae reliqua esset deducta pecunia debita, eripere conentur debitoribus. Nam id eis vitio datum esse ab accusatoribus supra enuntiatur. Cf. not. 48. 59 ΑΠΟ . . . . . ΙΝΛΥ Fränkel, ΑΠ . . . ¯ . . ΙΝΔΥ Brückner et Zahn. 60 ΚΕı Fränkel, ΚΕΝ Brückner et Zahn. 61 Supplevi. ἐφεδρεύειν frequenter insidiandi vi usurpari notum est. 62 Ν^ Fränkel, Ϋ ʻ Zahn.

485 Lapis inventus inter rudera Magnesiae ad Maeandrum. Edd. G. Cousin et G. Deschamps Bull. de corr. Hell. XVIII (1894) p. 12 n. 12. Plenius, sed minus accurate, minusculis exscripserat K. Batusis, cuius exemplum edidit Kondoleon Ἀνέκδοτοι Μικρασιαναὶ ἐπιγραφαί p. 46 n. 90. (Ex utroque exemplo O. Kern Inschriften von Magnesia p. 124 n. 164.)

Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος[1] καὶ ἡ γερουσία[2] ἐτείμησαν | Μοσχίωνα Μοσχίωνος, ἄνδρα φιλότειμον καὶ ἐνάρε|τον καὶ ἀπὸ προγόνων

Litterae ΑΖΘΞΠΣ. Vs. 9 in voce σειτώνην litteras Ν et Η ligatas exhibent Cousin et Deschamps. 1 Magnetum ad Maeandrum. 2 Corpus civium aetate provectiorum. In alio titulo eiusdem civitatis apud Kernium Inschr. von Magnesia p. 104 n. 116, 3. 4 legitur ἔδοξεν τῷ συστήματι τῶν πρεσβυτέρων, sed plerumque, ut hic, breviter γερουσία appellatur (Inschr. von Magnesia p. 83 n. 98, 36. p. 128 n. 179, 18), γέροντες sunt p. 90 n. 102, 6. 11. Ut hic una cum senatu populoque quempiam honoribus afficit gerusia, sic idem fit Inschr. von Magnesia p. 124 n. 162, 1 sqq. ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος καὶ ἡ γερουσία ἐτείμησεν Τιβέριον Κλαύδιον — Ἡρκουλανόν.

εὐσχήμονα καὶ ἤθει καὶ ἀγωγῇ κόσ|μιον[3] καὶ ἀρχιερατεύσαντα[4] καὶ γραμματεύσαντα τῆς ‖ πόλεως[5] καὶ γυμνασιαρχήσαντα τετράμηνον τῆς | πόλεως ἐκ τῶν ἰδίων[6], ὁμοίως δὲ καὶ δίμηνον γερουσίας[7] | γυμνασιαρχήσαντα, ἔτι δὲ καὶ στρατηγήσαντα[8] καὶ παρα|φυλάξαντα[9] καὶ ἀγορανομήσαντα τε-

---

3 Cf. n. 474[5]. 4 Plenius de eodem civitatis Magnetum sacerdotio legitur Inschr. von Magnesia p. 101 n. 113 (Syll.[2] 371), 3—6 γνώμη στρατηγῶν καὶ τοῦ γραμματέως τοῦ δήμου κα[ὶ] ἀρχιερέως τῶν πατρίων θεῶν καὶ τῶν Σεβαστῶν Παμμένους τοῦ Διοκλέους. Alia de eo sacerdotio v. ap. Kernium Ind. p. 210. 5 Cf. Inschr. von Magnesia p. 127 n. 174, 13: τοῦ γραμματέως τῆς πόλεως. p. 166 n. 364: τ(οῦ) [τ]ῆς πόλεως (γρ)αφέως. Multo frequentior est appellatio ὁ γραμματεὺς τοῦ δήμου, quae eundem videtur magistratum significare, praesertim quia ipsa quoque cumulari solet cum honoribus sacerdotis; cf. Inschr. v. Magn. p. 126 n. 169, 13. 170, 15. 171, 11. p. 127 n. 173, 11. p. 130 n. 184, 13. 185, 15. p. 131 n. 186, 13. 187, 9. p. 134 n. 198, 7. p. 146 n. 239, 4. At alius sine dubio est γραμματεὺς τῆς βουλῆς (Kern Ind. p. 210). 6 Cf. n. 479[9]. 7 Cf. Inschr. von Magnesia p. 128 n. 179, 17: ὑπὲρ ὧν ἡμερῶν δόντα καὶ τῇ φιλοσεβάστῳ γερουσίᾳ τὸ ἐξ ἔθους ἐπὶ ἡμέρᾳ διδόμενον ἔλαιον. p. 104 n. 116, 24 ἐπονομάζον[τ]α τὴν διανομὴν (quae gerusiae datur) γυμνασιαρχικήν. 8 In titulis Magnetum p. 83 n. 98, 26 et p. 86 p. 100 a, 40 (τοῦ) στρατηγοῦ ita dicitur, ut quin unus modo illo quidem tempore praetor fuerit nulla ex parte dubium sit. P. 101 n. 113, 3. 4 γνώμῃ στρατηγῶν legitur, Claudii aut Neronis aetate; itaque hic quoque Moschio unus e collegio intellegendus est. 9 Inter summos civitatium honores παραφύλακος officium enumeratur cum hic tum Jahreshefte des österr. arch. Inst. V 1902 p. 199, 23 sqq. γυμνασιαρχήσ[α]ντα καὶ παραφ[υλάξα]ντα καὶ δεκαπρωτεύσαντα καὶ πάσα[ς τὰ]ς ἀρχὰς καὶ λ[ει]του[ρ]γίας τετελεκότα. Lebas-Waddington Inscr. III, 1693 *b* στρατηγήσας, ἀρορανομήσας, | [----ήσα]ς, βουλαρχήσας, γραμματεύ|[σας, -------, τ]αμιεύσας, ἐφηβαρχήσας, ε|[ἰρηναρχήσας,] νομοφυλακήσας, παραφυλάξας. Mitth. des arch. Inst. in Athen VIII 1883 p. 328 n. 10: στεφανηφόρον καὶ γραμματέα τοῦ δήμου, βουλαρχήσαντα, εἰρηναρχήσαντα, ἀγορανομήσαντα, σιτωνήσαντα ἀπὸ [Ἀλεξα]νδρείας δίς, χρυσοφορήσαντα, [πα]ραφυλάξαντα, παν[ηγ]υριαρχήσαντα, ἀργυροταμιεύσαντα, δεκαπρωτεύσαντα, γραμματεύσαντα. Gr. inscr. in the Br. mus. III, 2 p. 209 n. DLXXIX *a*, 7. 8 [βου]λευτοῦ καὶ ἐφηβάρ[χου καὶ] παραφύλακος. Alia vide Mitth. des ath. Inst. XIX 1894 p. 307 not. 1. Infra n. 527, 9. 10. 11 de eiusmodi magistratibus coronae honore afficiendis nonnulla praecipiuntur. Apparet igitur hos nobilissimos homines fuisse, non confundendos illos quidem cum eis publicae securitatis custodibus, qui appellabantur παραφυλακῖται. De ipso eorum officio ambigitur. O. Hirschfeld παραφύλακα praefectum παραφυλακιτῶν interpretatur (Sitzungsberichte der Kgl. Akademie zu Berlin 1891 II p. 868 not. 116), E. L. Hicks Gr. inscr. in the Brit. mus. III, 2 p. 87 eum intellegit, cuius officium fuerit militibus municipalibus (διωγμίταις, cf. n. 511, 10) stipendium praebere, Waddington similem eius magistratum fuisse atque in Lycia ἀρχιφύλακος et ὑποφύλακος

τράμηνον[10] καὶ νεοποι|ήσαντα[11] καὶ σειτώνην γενόμενον[12] καὶ ζημι(ω)θέντα[13] δηνάρια ‖ πεντακισχείλια, οὐδὲν δὲ ἔλασ[σ]ον καὶ πανηγυριαρχήσαντα[14] | καὶ ἀργυροταμίαν[15] γενόμενον, γενόμενον δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἐπι----|πηγῶν[16] διετίαν, κατασταθεὶς[17] δὲ καὶ ἐπὶ τῆς χαράξεως τοῦ λεπτοῦ | χαλκοῦ[18], καὶ τὰς λοιπὰς δὲ φιλοτειμίας τελιάσαντα[19] ἁγνῶς καὶ | ἀμέμπτως.

(n. 566, 16. 17), quorum negotia ad vectigalia exigenda spectassent, quam sententiam probavit Th. Preger Ath. Mitth. XIX p. 307. Ut in re obscurissima mihi maxime probabilis videtur Hirschfeldii sententia, quam etiam W. Liebenam Städteverwaltung im römischen Kaiserreich p. 357 not. 6 probat. Nam ipsum nomen hoc monstrare videtur collatis vocabulis παραφυλακὴ τῆς πόλεως, παραφυλακεῖον, παραφυλακῖται, quorum testimonia praebet Liebenam l. l. Utique non unum praefectum vigilum, sed collegium fuisse inde apparet, quod eius praeses (ἀρχιπαραφύλαξ) est n. 476, 8. 9. De ratione, obscurissima sane, quae inter paraphylacas et irenarcham intercedere videtur, cf. n. 550[2]. 10 Gymnasiarchorum et agoranomorum collegia ter per singulos annos mutata videntur Magnesiae, ut Erythris praetores (στρατηγοί). Cf. Syll.[2] 210, 3. 4. 24. 25. 225, 3. 4. 17. 11 Cf. Inschr. von Magnesia p. 84 n. 98, 58, ubi inter alios Magnetum magistratus recensentur νεωποῖαι. p. 166 n. 362, 4 sqq. γραμμα[τεὺς τοῦ] συνεδρί[ου τῶν] νεοποιῶν est, eadem atque hic scriptura. 12 Non annuus magistratus est, sed unum certum mandatum peregre proficiscendi ibique frumentum reipublicae impensis coëmendi. Cf. titulum Trallianum Mitth. des ath. Inst. VIII p. 328 n. 10, 5. 6 σιτωνήσαντα ἀπὸ [Ἀλεξα]νδρείας. 13 ΖΗΜΙΟΘΕΝΤΑ. Iacturam, non poenam significari apparet. 14 Manifesto ad panegyrin Dianae Leucophryenes (Syll.[2] 256 sqq.) spectat hoc munus. 15 De hoc magistratu, cuius Magnesiae quidem in hoc uno titulo mentio fit, cum alibi inferiore aetate satis frequens sit eius memoria, cf. Oehler ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie II, 1 p. 802; W. Liebenam Städteverwaltung im röm. Kaiserreich p. 294 not. 1. 2. 565. Certum est discrepare hoc officium ab eo quod simplici nomine ταμίας appelletur, et cum inde a Traiani aetate inveniatur, proclive est conicere id a Romanis demum institutum esse. P. Paris Bull. de corr. Hell. X 1886 p. 373 eundem magistratum in provinciis orientalibus hoc nomine appellatum coniecit, cui in occidente *curator calendarii* nomen esset. Is pecunias publicas mutuas dabat privatis qui fundos suos reipublicae pignori opponebant. Cf. Cod. Theodos. XII, 11, 1. Pauly-Wissowa Realencyklopädie IV, 2 p. 1805. Coniectura Parisii non certa quidem est, sed probabilis. 16 Non nominis πηγή genetivus hic agnoscendus est, quoniam qui fontes a magistratibus civitatis curantur, non πηγαί, sed κρῆναι audiunt (n. 483, 159 sqq.), sed finis verbi compositi, cuius altera pars est radix verbi πήγνυμι, qualia sunt ἁμαξοπηγός, ναυπηγός, σοροπηγός. Si de altero επι, quod unius Kondoleontis fide nititur, res certa est, prior compositi pars ipsa rursus ex praepositione ἐπί et nomine nescio quo conflata videtur; at eiusmodi vocabulum quod hic quadret me nullum novisse ingenue profiteor. 17 Anacoluthia satis frequens pro κατασταθέντα. 18 Cf. n. 484[14]. 19 Aut errore hoc pro

τελέσαντα incisum aut a verbo ceteroqui ignoto τελιάζω formatum iudicat Kern. At ille error quomodo oriri potuerit vix dixeris, cum hoc verbum non quidem pro τελέω, sed tamen pro τελειόω usurpatum sui similia habeat. Nempe pro -εύω et -όω in compluribus dialectis derivationem -ίζω obtinuisse constat (γραμματίζω, ἀπελευθερίζω); quod si a τέλειος tale verbum denominativum formandum erat, propter ι proxime antecedens in -άζω cadere debebat ex notissima Graeci sermonis lege.

---

486 Basis marmoris albi, Pergami in domo privata, meridiem et orientem versus a theatro Romano. Ed. M. Fränkel Alterthümer von Pergamon VIII, 2 p. 303 n. 440.

Γάϊον Ἄντιον Αὖλον Ἰούλιον | Αὔλου υἱὸν Κουαδρᾶτον[1], δὶς | ὕπατον[2],

---

Litterae ΗΗΘΘΠΣ. Fines hastarum apicibus ornati, ΓΙΤΥΦ nonnullis locis reliquis litteris altiores. Vs. 5 H et N ligatae. 1 Huius hominis nobilissimi cum alibi inventi sunt tituli honorarii, Elaeae Aeolidis (C. I. G. 3532), Ephesi (Greek inscr. in the British Museum III, 2 p. 187 n. DXXXVIII), in oppidis Lyciae Lydis (Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 197 n. 520) et Tlo (ibid. p. 205 n. 550), tum Pergami ingens numerus monumentorum dedicatus est, quorum bases partim integrae partim truncatae aetatem tulerunt. Titulos composuit et commentario bonae frugis pleno illustravit Fränkel Alterth v. Perg. VIII, 2 p. 298 sqq. n. 436—451. Nuper accesserunt aliorum duorum titulorum reliquiae, Mitth. des arch. Inst. in Athen XXIV (1899) p. 179 n. 31. XXVII (1902) p. 100 n. 101. Inter haec monumenta Pergami eruta duo certe, n. 437 et 451, non a Pergamenis sed ab aliis civitatibus profecta sunt. Quod sane etiam alias usu venit, ut populus quispiam non domi, sed in illa urbe, quae provinciae caput erat, proconsulis statuam poneret (cf. n. 461, 1), sed multitudo imaginum Quadrati, quae Pergami potissimum collocatae erant, sine dubio inde repetenda, quod illum Pergamenum origine fuisse discimus ex Aristide, qui de eius pronepote Apella haec praedicat I p. 116, 1 sqq. Dindf. ἀπὸ γάρ τοι Κοδράτου, δῆλον δ' ἔστιν, οἶμαι, καὶ φθεγξαμένου πᾶσιν ὁμοίως τοὔνομα, ἔξεστιν ἀριθμῷ κατιόντι τὸ γένος εἰς τοῦτον ὁρᾶν ἅπαν καθαρόν τε καὶ γνήσιον τῆσδε τῆς γῆς βλάστημα. De insignibus eius in patriam urbem beneficiis cf. ibid. v. 21 sqq. ὁ δ' ὑπὸ τοῦ θεοῦ κληθεὶς ὡς ἀναληψόμενος τὴν πόλιν ὑπὸ χρόνου κεκμηκυῖαν αὐτὸ τοῦτο ὅπερ ἐστὶν ἐποίησεν. Singillatim praeter eum quem edimus titulum (v. 18. 19) eius de patria merita cognoscimus ex inscriptionibus Alterth. von Pergamon VIII, 2 p. 204 n. 269, 14. 18, ubi pecunias donasse dicitur ex quarum reditibus in omne tempus impensae in Traianeorum ludos fierent, et p. 352 n. 554, 7, ubi item de nescio qua eius munificentia ad res sacras spectante verba fiunt. Fränkel. 2 Primum suffectus fuit a calendis Iuliis a. 93 p. Chr., iterum ordinarius a calendis Ianuariis a. 105 p. Chr. Cuius anni tertio die Acta fratrum arvalium p. CXLV, 9 Henzen eum in collegio affuisse testantur.

ἀνθύπατον Ἀσίας[3], | σεπτέμουιρουμ ἐπουλώνουμ, ‖ φρᾶτρεμ ἀρουᾶλεμ[4], πρεσβευτὴν | καὶ ἀντιστράτηγον Πόντου | καὶ Βειθυνίας[5], πρεσβευτὴν δὶς | Ἀσίας[6], πρεσβευτὴν Σεβαστοῦ | ἐπαρχείας Καππαδοκικῆς[7], ‖ ἀνθύπατον Κρήτης, Κυρήνης[8], | πρεσβευτὴν

3 Proconsulatus Asiani tempus primum definitum est nummo Pergamenorum (cf. Waddington Fastes des prov. Asiatiques n. 114) cum titulo ΑΥ(τοκράτωρ) ΚΑ(ῖσαρ) ΝΕΡ(ουας) [ΤΡΑΙ]ΑΝΟϹ ΓЄΡ(μανικὸς) Δ(ακικός). Nam *Dacici* nomen Traianus non gessit ante annum 103 p. Chr. Sed cum legatio Syriaca (not. 10) item anno 103 non antiquior sit, sed utique proconsulatu Asiae prior, non satis spatii inter hanc et consulatum ordinarium (105 p. Chr.) relinquitur, praesertim cum annus 103/4 p. Chr. occupatus sit T. Aquillii Proculi proconsulatu (Waddington Fastes n. 113); unde certissima ratione Waddington collegit, Asiam non ante annum 106/7 p. Chr. a Quadrato administratam esse; sed aut in hunc aut in aliquem ex proximis annis incidit magistratus Quadrati. Nempe 106 p. Chr. tredecim annorum spatio distat a primo eius consulatu. Atqui nullum exemplum maioris quam sedecim annorum intervalli Traiani aetate sibi notum esse fatetur Waddington. Ultra annum 109/10 p. Chr. igitur utique non licebit descendere. 4 Haec duo sacerdotia cum in plerisque Pergamenis Quadrati titulis item Latinis nominibus appellata redeunt, tum in Elaeensi (not. 1). In actis fratrum arvalium A. Iulius Quadratus annis 72 (p. XCVIII, 10. 11 Henzen), 78 (p. CII, 34), 86 (p. CXV, 51), 87 (p. CXVII, 48. CXVIII, 62. CXIX, 22. 44. CXX, 60), 89 p. Chr. n. (CXXI, 2. 5. 11. 24. CXXII, 28. 33. 38. 44. p. CXXIII, 57. 58) recensetur. Qui utrum hic ipse esset an eius pater, pridem dubitatum est, sed nunc quidem omnes consentiunt, non esse cur eum ab illo qui postea anno consulatus ordinarii (105 p. Chr., v. Acta fr. arv. p. CXLV, 2. 9. CXLVI, 25. II, 4. CXLVII, 24. 32) rursus in collegio compareat distinguamus. Cf. Fränkel p. 299. H. Dessau Prosopographia imp. Rom. II p. 209 n. 338. 5 Cum ex more consulatus et proconsulatus Asiae extra ordinem praemissi sint, quos excipiunt sacerdotia, iam ab hac legatione incipit cursus honorum a minoribus ad maiores ascendens. Quod nulla quaesturae, aedilitatis (vel tribunatus), praeturae mentio fit, inde colligit Wadd. Quadratum non origine senatorii ordinis fuisse, sed ab imperatore inter praetorios allectum esse. Legatum proconsulis intellegi non est quod dicam. Bithynia et Pontus inter provincias senatorias erant usque ad Hadriani aetatem, etsi iam a Traiano Plinius minor et C. Iulius Cornutus Tertullus legati pro praetore extra ordinem in eam provinciam missi erant. Sed illorum tempore (inde ab a. 111 p. Chr. n., cf. Marquardt Röm. Staatsverwaltung I p. 352) Quadrati legatio multo prior est. 6 Duorum deinceps proconsulum Asiae legatus fuit. W. 7 Legationem Cappadociae ante consulatum priorem (93 p. Chr.) a Quadrato susceptam esse Wadd. collegit ex titulo Tloensi Lyciae. Qui cum non, ut hic et plerique alii, consulatus mentionem reliquis honoribus extra ordinem praemittat, necessario sumendum est aut eum tum, cum monumentum erigeretur, nondum consulem fuisse, aut consulatum in inferiore lapidis parte qui periit recensitum fuisse. Iam cum finem superstitis partis faciat legatio

Σεβαστοῦ ἀντιστ[ρά]|τηγον Λυκίας καὶ Παμφυλίας[9], | πρεσβευτὴν καὶ ἀντιστράτηγον | Αὐτοκράτορος Νέρουα Καίσαρος || Τραϊανοῦ Σεβαστοῦ Γερμανικοῦ | ἐπαρχείας Συρίας[10], | ἡ σεβαστὴ σύνο-

---

Cappadociae, manifestum est sive hoc sive illud statuas eam consulatu priorem habendam esse. Constat sane Cappadociae, cum antea a procuratoribus recta esset, a Vespasiano legatum consularem praefectum esse (cf. Sueton. Vespas. 8 *Cappadociae propter adsiduos barbarorum incursus legiones addidit, consularemque rectorem imposuit.* Tac. hist. II, 81 *sed inermes legati regebant* (69 a. Chr.), *nondum additis Cappadociae legionibus*, quos locos affert J. Marquardt Röm. Staatsverwaltung I p. 367 not. 6. Item inde a Traiani temporibus sat multos novimus Cappadociae legatos eosque omnes consulares (Marquardt p. 370 sqq.). At eo quod interiectum erat tempore Domitianum aliquid novasse in administratione huius provinciae eique propterea praetorium legatum pro consulari dedisse, quae mutatio brevi rursus abolita esset, ex Quadrati titulis collegit Waddington et eodem rettulit, quod ille in titulis constanter non, ut priores et posteriores omnes, legatus Καππαδοκίας, sed ἐπαρχείας Καππαδοκικῆς diceretur (praeter hunc titulum etiam Alterth. v. Pergamon VIII, 2 n. 436, 8. 9. 438, 4. 5. 439, 6. C. I. G. 3548, 7. 8. Inscr. Tloensis ap. Wadd. Fastes n. 114). De natura huius mutationis nihil dicit Waddington. Proclive est suspicari, ambitum eius contractum esse, ut non iam legati consularis dignitati accommodatus videretur, fortasse Galatia ab eo separata. Sed hoc refellitur titulo Alterth. von Pergamon VIII, 2 p. 308 n. 451, 7 sqq. [πρεσβευτὴν] | Σεβαστοῦ ἐπ[αρχ]ε[ίας Καππαδοκικῆς,] | Γαλατίας, Φρυγίας, | [Πισιδίας, Ἀντ|ι]οχίας, Ἀρμενίας μ[ικρᾶς]. Quae adeo indicare videntur, provinciam simul amplificatam et a consulari legato in praetorium translatam esse, rem sane permiram. 8 Etiam hunc et proximum honorem ante consulatum gessit. Insulam Cretam cum Cyrenaica ab Augusto ad Diocletianum unam provinciam senatoriam effecisse eamque a proconsulibus praetoriis administratam esse constat. Cf. Marquardt Röm. Staatsverwaltung I p. 461 sqq. 9 Lycia et Pamphylia, cum antea modo coniunctae modo separatae fuissent, inde ab anno 74 p. Chr. in unius provinciae corpus confusae primo imperatoris, deinde ab anno 135 p. Chr. reipublicae erant. Illo tempore legatos pro praetore habebant praetorios; hoc officium postremum est quod Quadratus ante priorem consulatum (93 p. Chr.) susceperit; non recte igitur Marquardt p. 376 not. 3 in laterculo legatorum Lyciae et Pamphyliae illum ad Traiani principatum refert. 10 Nobilissima haec fuit inter provincias imperatorias, ut Asia et Africa inter senatorias. Quare semper a consularibus administrata est. In titulo honorario Antiochensium ad Chrysorrhoam (cf. n. 624[2]) Alterth. v. Perg. VIII, 2 p. 301 n. 437, 2 accuratius dicitur πρ[εσβευ]τ[ὴ]ν | καὶ ἀντιστράτηγον | αὐτοκράτορος Νέρουα | Τραϊανοῦ Καίσαρος Σεβαστο[ῦ] | Γερμανικοῦ Δακικοῦ Συρία[ς] | Φοινείκης, Κομμαγηνῆς. Commagenen cum imperio Romano adiungeretur auctumno anni 71 p. Chr. non separatam provinciam fuisse ex hoc ipso titulo collegerunt homines docti. Cf. Marquardt p. 399 et quos ille affert in nota 12. Ceterum tempus legationis Lyciacae eiusdem Antiochensium inscriptionis

δος τῶν νέων | τὸν εὐεργέτην καὶ (δι') αἰῶνος[11] | γυμνασίαρχον, || ἐπιμεληθέντων | Ἀσκληπιάδου Γλύκωνος Μυρικοῦ | καὶ Ζωΐλου Διομήδους καὶ Θέωνος | Τ[ελέσ]ωνος τῶν γραμματέων.

---

ope definitur. Quae cum ὕπατον, non ut haec quam edimus δὶς ὕπατον habeat, utique non post 104 p. Chr. Quadratum ex provincia Lycia decessisse arguit; neque vero idem ante annum 103 factum esse ex cognomine *Dacicus* quod Traiano tribuitur (not. 3) apparet. 11 Supplevi. Fr. in titulo ceteroqui accurate scripto peccatum esse non credit. Sed merus genetivus quomodo defendatur non video.

---

487 Tabula marmoris albi, Mylasis (*Melasso*) apud Kailakchi-Mustapha. In eodem lapide alius titulus eiusdem generis, a sinistra, linea verticali ab hoc separatus. Edd. G. Doublet et G. Deschamps Bull. de corr. Hell. XIV (1890) p. 621 n. 21. Lapide denuo collato et ectypis confectis imaginem tituli accuratisssime delineatam proposuerunt E. Hula et E. Szanto Sitzungsberichte der A. d. W. zu Wien CXXXII (1895) II p. 18 n. 13.

[Ἀ]σιανοὶ Ἴωνες[1]

Litterae ΑΘΗΟΠΣ. Paucis locis litterae ligatae. Vs. 1 maiore modulo quam reliqui exaratus. 1 Cf. Lebas-Waddington Inscr. III, 349—358 et Doublet et Deschamps Bull. de corr. Hell. XIV p. 620 n. 19. 20, ubi habes eiusdem generis titulos, in quibus recensentur iudices, quos peregre acciverant Mylasenses ad ipsorum controversias dirimendas. Ipsis iudicibus (δικασταί) plerumque adiunguntur γρ(αμματεῖς) et ἀκόλουθοι, nonnunquam etiam alii officiales (not. 5). Hic primum iudicem (v. 4), deinde scribam (v. 5) recenseri probabile est. Cf. not. 3. Ac Waddington quidem haec omnia προσκυνήματα esse sibi persuasit, quibus ipsi iudices, priusquam domum redirent, se delubrum Iovis Osogois adiisse eumque veneratos esse testati essent. Ac sane in illo fano haec omnia inscripta esse constat. Neque vero ab ipsis arbitris titulos scriptos, sed potius honoris causa eorum nomina in loco sanctissimo a Mylasensium populo incisa esse apparet ex v. 3 (cf. not. 3). Origo iudicum etiam in reliquis titulis plerumque supra ipsa nomina, multo rarius infra ea indicatur. Cf. Λύκιοι Ξάνθιοι μητροπολεῖται Lebas III, 350. 352. 354. 355. Λύκιοι Τλωεῖς ibid. 357. Bull. XIV n. 19, 1. 2. Ἀτταλεῖς ibid. n. 20, 1. Παταρεῖς ibid. n. 20, 9. Ἀφροδεισιεῖς Lebas III, 351, 1. Ἐρυθραῖοι ibid. n. 353, 1. Asianos ad unum omnes esse vides. Quod origo hic multo minus accurate indicatur quam usquam alibi, eo referendum videtur, quod non ab una civitate, sed a communi Ionum arbitros petiverant Mylasenses. Quod commune intra illud amplissimum omnium per Asiam provinciam Graecorum concilium (n. 458[24]) etiam principatus tempore mansit. Cf. n. 489, 15. 16 βασιλέα Ἰώνων.

[ἀνθυπά]τῳ Κορνηλίῳ Τακίτῳ[2]
[φί]λοι εὐγενεῖς δίκαιοι[3]
[Λ]ούκιος Γάουιος Λαβέων
[Λ]ούκιος Γάουιος Λαβέων νέος[4]
[δικα]σταγωγός·[5] Χρύσιππος
-----ος. Ἄγαθος [δη]μόσιος[6]
σεμνο------

---

2 Cum hinc didicissemus, Cornelium Tacitum rerum scriptorem ad proconsulatum Asiae pervenisse, simul etiam illam antiquam de eius praenomine quaestionem lapide Mylasensi dirimi persuasum habebant primi editores, quia v. 2 init. ΠΟ(πλίου) legere sibi videbatur. At accuratissime retractato lapide H. et Sz. has appellationis officii potius reliquias esse perspexerunt. Ceterum cum Tacitum anno 98 p. Chr. consulem suffectum fuisse constet, pro eo quod tum usitatum erat temporis intervallo (cf. n. 481[1]) intra annorum 110—114 p. Chr. spatium provinciam administravisse videtur. Cf. E. Klebs Prosopogr. imp. Rom. I p. 467 n. 1200. L. Schwabe ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie IV, 1 p. 1566 n. 395. 3 Appellationes honorificae, quae in nullo ex titulis similibus redeunt, magni momenti sunt ad vim inscriptionis recte intellegendam. Eis enim iudices ipsos de se usos esse a probabilitate plane abhorret, immo laudes sunt, quas civitas eis tribuit. Similia de legatis haud raro leguntur. Cf. Syll.[2] 307, 16 [πρεσβευ]ταὶ — ἄνδρες κα[[λοὶ κἀγα]θοὶ καὶ φίλοι. Hic vero ad illa latius patentia φίλοι et εὐγενεῖς accedit iustitiae laus propter officium, quod alibi plerumque vocabulo δικ(ασταί) indicatur. Ceterum probabile est ex his duumviris priorem modo iudicem, alterum (cf. not. 4) scribam esse. 4 ΛΑΒΕΩΝΕοΣ Hula et Szanto. ΛΑΒΕΩΝΝΕοΣ Doublet et Deschamps. Ac sic certe exarare debuisse lapicidam in propatulo est. Ceterum iidem duumviri redeunt apud Lebas III, 353 Ἐρυθραῖοι | δικ(αστὴς) Λ. Γάουιος Λαβέων, | γ(ραμματεύς) Λ. Γάουιος Λαβέων νέος. Nam quod praenominis nota illic utrobique A est, id hoc titulo emendatur, qui praenomen [Λ]ούκιος plene scriptum habet; quo scripturae genere simul probatur, apud Lebasium non mancum et corruptum huius ipsius tituli exemplum, sed re vera aliud monumentum haberi. Cur hic Ἀσιανοὶ Ἴωνες appellentur, qui illic Ἐρυθραῖοι sunt, exposui not. 1. 5 Integra haec vox exstat Lebas III, 358 *a*, 6 δικασταγωγὸς Εἰρηναῖος. Wadd. recte hominem intellexisse videtur, qui illos comitaretur et operas ad iter commode faciendum necessarias eis praestaret. 6 Plerumque ἀκόλουθοι iudicum in hoc titulorum genere recensentur (Lebas III, 350, 4. 351, 7. 10. 357, 5. Bull. de corr. Hell. XIV p. 621 n. 20, 7). Quos servos fuisse cum usitata nominis significatio prodit, tum Lebas III, 349, 5 definite ἀκόλουθοι δοῦλοι legitur. At cum illi publice mitterentur, etiam publicos servos pedissequos eis datos esse probabile est, quare et hic et Lebas III, 349, 6. 356, 3 vocabuli ἀκόλουθος loco scribitur δημόσιος.

488 Fragmentum marmoris albi inaedificatum in pariete delubri Islamici in vico *Bebeklü* Lydiae. Edd. minusculis Μουσεῖον καὶ βιβλ. τῆς ἐν Σμύρνῃ εὐαγγ. σχολῆς 1885 p. 53 n. 432. Maiusculis K. Buresch Aus Lydien p. 109 n. 50.

Ἐν Καστωλλῷ[1] κώμῃ[2] Φιλαδελφέων, γενο|μένης ἐκκλησίας ὑπὸ τῆς γερουσίας[3] | καὶ τῶν λοιπῶν κωμητῶν πάντων, καὶ βου|-

---

Litterae ΘΛΜΠΣ. Litteraturam in universum quidem primo p. Chr. n. saeculo convenire, sed propter nonnullarum litterarum formas tamen probabilius titulum alteri vindicari, quo utique non esset recentior, pronuntiavit Buresch. Plane certa aetatis indicia sane hic nulla sunt. 1 Cf. Xen. Anab. I, 1, 2 Κῦρον δὲ μεταπέμπεται (Darius II rex) ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, ἧς αὐτὸν σατράπην ἐποίησε, καὶ στρατηγὸν δὲ αὐτὸν ἀπέδειξε πάντων, ὅσοι εἰς Καστωλοῦ πεδίον ἀθροίζονται. 9, 7 ἐπεὶ δὲ κατεπέμφθη ὑπὸ τοῦ πατρὸς σατράπης Λυδίας τε καὶ Φρυγίας τῆς μεγάλης καὶ Καππαδοκίας, στρατηγὸς δὲ καὶ πάντων ἀπεδείχθη, οἷς καθήκει εἰς Καστωλοῦ πεδίον ἀθροίζεσθαι. Hellen. I, 4, 3: Κῦρος — ἐπιστολήν τε ἔφερε τοῖς κάτω πᾶσι τὸ βασίλειον σφράγισμα ἔχουσαν, ἐν ᾗ ἐνῆν καὶ τάδε· καταπέμπω Κῦρον κάρανον τῶν εἰς Καστωλὸν ἀθροιζομένων. Stephanus Byz. Καστωλοῦ πεδίον, Δωριέων, ὡς Ξενοφῶν· ἐκλήθη δὲ ὅτι Καστωλοὺς τοὺς Δωριεῖς οἱ Λυδοὶ φασιν. ἦν δὲ πόλις ἐν Λυδίᾳ Καστωλός· τὸ ἐθνικὸν Καστώλιος ὡς Σπαρτώλιος, καὶ τὸ κτητικὸν Καστωλικός. Huius loci antiquitus nobilissimi situm ut definiret hoc titulo indagato contigit Bureschio. Qui quod dicit qui postea pagus civitatis Philadelphensis fuisset, Persarum imperio urbem Lydiae tum egregie florentem fuisse videri, id mea quidem sententia perquam dubium est. Nam Stephani Byzantii quidem πόλις nullius momenti est; quam vero in re militari dignitatem sane permagnam habebat ille locus, ea non oppidi pagive est, sed campi adiacentis quem perfluit fluvius *Szögüd-Tschai*; qui campus etiam a mediocri aut adeo tenui oppidulo nomen accipere poterat, si modo tum maior aut opulentior urbs ibi non sita erat. Ac si verum est, quod ipse Buresch haud inepte coniecit, proprium fluminis nomen fuisse Καστωλ(λ)ός (cf. Πακτωλός), nihil omnino ex appellatione Καστωλοῦ πεδίον (cf. Καΰστρου πεδίον) de oppidi flore aut magnitudine colligi licet. Eundem campum H. Kiepert Formae orbis antiqui tab. IX Asia provincia Comm. p. 4 significari existimat a Strabone XIII, 4, 5 p. 626 nomine τὸ Κύρου πεδίον desumto ab illo ipso Cyri minoris imperio. 2 Pagos (κώμας, κατοικίας) in agro civitatis sitos eandem rei publicae formam habuisse atque ipsas civitates, ea tamen condicione ut non nisi de ipsorum paganorum rebus decernere iis liceret, et hic et alibi videmus. Ut hic comitia (ἐκκλησίαν) pagi habemus, sic ex aliis Lydiae titulis Buresch p. 2 congessit exempla magistratuum, qui aut κωμάρχαι appellantur, aut adeo eisdem atque in civitatibus nominibus utuntur, qualia sunt ἄρχων, πρύτανις, στεφανηφόρος, ἀγορανόμος, λογιστής. 3 Hoc unum est exemplum γερουσίας pagi, sed collatis eis quae not. 2 exposita sunt hoc nihil miri habet. Non est cur dubitemus, quin etiam in pago, ut in civitatibus Asianis, gerusia collegium hominum

λευσαμένων αὐτῶν διελέσθαι τὸν ὑπ[άρ||χ]οντα αὐτοῖς ἀγρὸν ἐν τοῖς ἰδίοις ὅροις[4] | [τό]πῳ[5] τῷ λεγομένῳ Ἀγάθωνος μά[νδ]ραις[6], | [ὄ]ντα ὀρ(ε)ινόν, ἐφ' ᾧ πάντ[ες] οἱ κωμ[ῆται ---------].

aetate provectiorum fuerit. Sed alia tamen huius collegii condicio fuisse videtur atque illic. Nam quod enuntiatur in ecclesia et gerusiam et reliquos paganos affuisse, vix aliam habet explicationem, nisi ut principales partes in ecclesiae deliberatione gerusiae fuisse indicetur. Eam igitur et convocasse comitia et decrevisse quae deinde reliquorum suffragiis confirmarentur probabile est, ut senatui (βουλῇ) civitatis responderet. Quod eo minus quicquam miri habet, quod in alio Lydiae pago Tiris vel ipsum ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος invenitur. Cf. Buresch p. 2. 3. 4 Ager paganorum communis, situs intra territorium pagi. Apparet ἴδιος hic non antiquiore vi opponi communi vel publico (κοινός, δημόσιος), sed ad idem redire ac si diceretur ἐν τοῖς ἑαυτῶν ὅροις, qui usus inde ab Alexandri M. aetate frequentissimus est. 5 Praepositionem ante hoc nomen non repetitam fuisse certum est propter spatii rationes. Buresch. Neque vero hic quicquam est neglegentiae aut erroris, sed legitimum esse et usitatum merum dativum huius ipsius vocis in fundorum situ describendo docet Syll.[2] 740, 8 χωρείδιον στυφλ[ά]ριον πλ(έθρων) ὀκτώ, τόπῳ Συΐ. v. 20 sqq. ἕτερον χωρίον — ἀμπελικόν, τόπῳ Ἱπποβότῳ, πλ(έθρων) [ἕ]ξ. 6 ΜΑΙΜΡΑΙΣ. Supplevit et emendavit Buresch.

---

489 Basis marmorea, in vinea Papalae cuiusdam in vico *Panagia-Vurnu* ad os Hermi recentius, trium milium metrorum Gallicorum intervallo a parietinis Phocaeae veteris. Edd. A. Fontrier Ἁρμονία 21. Φεβρουαρ. 1892. Ex Couvii et Ardaillonii ectypo et apographo Th. Reinach Bull. de corr. Hell. XVII (1893) p. 34.

Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος | Τίτον Φλάουιον Οὖαρον[1] | Καλουησιανὸν Στρατο|νείκου υἱὸν Κυρείνα Ἑρ||μοκράτη[2], ἔπαρχον τε|χνει-

Litterae ΑΘΠΣ. Vs. 9 fin. Α et Υ ligatae, v. 19 Ν intra orbem litterae Ω. 1 Rectius Οὖῆρον scribendum fuisse coniecit Reinach allatis titulis ap. Wilmanns Exempla 293, 1 *T. Flavio T. f. Pal. Vero equiti Romano.* 1371, 2 *T. Fl. Vero Aug. lib.* 1408, 4 *Fl. Verus Metrobalanus.* Sed nomina nullam indicant cuiusquam ex his necessitudinem cum eo homine, cuius hic est titulus. 2 Simpliciter Flavius Hermocrates appellatur in titulo uxoris item Phocaeae reperto C. I. G. 3415: Ἡ Τευθαδέων φυλὴ | Φλαουίαν Μόσχο(υ) θυγατέρα Ἄμμιον, τὴν καλουμένην Ἀρίστιον, ἀρχιέρειαν | Ἀσίας ναοῦ τοῦ ἐν Ἐφέσῳ, πρύτανιν, στεφανηφόρον | δὶς καὶ ἱέρειαν τῆς Μασσαλίας, ἀγωνοθέτιν, τὴν | Φλαουίου Ἑρμοκράτου γυναῖκα, ἀρετῆς ἕνεκεν | καὶ τῆς περὶ τὸν βίον κοσμ[ιό]τητός τε καὶ ἁγνείας. Vides sacerdotiis ambo coniuges eisdem functos esse. R.

τῶν ἐν Ῥώμῃ δίς[3], ἔ|παρχον σπείρης Βοσπο|ριανῆς πρώτης[4], χει-λίαρ|χον λεγιῶνος [ι]β′[5] κεραυ||νοφόρου[6], ἀρχιερέα Ἀσί|ας ναοῦ τοῦ ἐν Ἐφέ|σῳ[7], πρύταν[ιν], στεφα|νηφόρον καὶ ἱερέα τῆς | Μασσαλίας[8]

3 Cf. n. 494[5]. 4 Cohortem I Bosporianam ex diplomate militari anni 116 p. Chr. (Arch.-epigr. Mitth. aus Oesterreich XX p. 157) innotuisse observat C. Cichorius ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie IV, 1 p. 255, ad eamque referenda esse et huius tituli testimonium et Olympia V p. 538 n. 447, 6. 7 ἔπαρχον σπείρης πρώτης Βωσποριανῆς. Nam de cohorte miliaria Bosporiana (Not. dign. Or. XXXVIII, 29) quae in Armenia tendebat, hos titulos Graecos intellegi non posse, quia utrobique a cohortis praefectura demum ad legionis tribunatum ascenderetur, id quod caderet in cohortem quingenariam, non in miliariam. Illa vero cohors I Bosporiana in Pannonia superiore stationem habebat. Cichorius. 5 Supplevit R., cum in ectypo nihil nisi B conspiceretur, in apographo vero uterque numerus desideraretur. De legione XII Fulminata cf. J. Marquardt Röm. Staatsverwaltung II p. 447 not. 10. Augusti tempore in Syria tendebat, medio saeculo p. Chr. n. altero et tertio in Cappadocia (C. I. Lat. VI, 3492 a b. Marquardt p. 451 not. 2). 6 Sic Graece exprimitur cognomen quod est *Fulminata* cum apud Cassium Dionem LV, 23, 5 καὶ τὸ δωδέκατον (sc. στρατόπεδον) τὸ ἐν Καππαδοκίᾳ τὸ κεραυνοφόρον, tum in titulis constanter; praeter hunc cf. n. 540, 16. 17. Olympia V p. 538 n. 447, 7. 8 χειλίαρχον λεγιῶνος δωδεκάτης κεραυνοφόρου. C. I. Att. III, 626, 6 sqq. χ[ε]ιλίαρχον [λεγ. δωδεκάτ]ης κερ[α]υν[φόρου]. Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 46 n. 120, 4. 5 ἑκατόνταρχος λεγιῶνος δωδεκ[άτης] κεραυνοφόρου. Qua interpretatione sine dubio confirmatur sententia, ab insigni quodam quod legio gereret eam appellationem repetitam esse. 7 Unum igitur tunc temporis erat Ephesi fanum Augusti, i. e. nondum δὶς νεωκόρος facta erat civitas. Postea pluralis usurpatur ut Inscr. Gr. ins. mar. Aeg. III p. 123 n. 525, 8 ἀσιάρχην ναῶν τῶν ἐν Ἐφέσῳ. Greek inscr. in the British museum III, 2 p. 232 n. DCIV, 11 ἀσιάρχου β′ ναῶν τῶν ἐν Ἐφέσῳ. p. 197 n. DLIII ἀρχιέρειαν Ἀσίας ναῶν τῶν ἐν Ἐφέσῳ. Ex singulari numero recte R. collegit titulum Hadriani principatu non recentiorem esse, coll. C. I. G. 3148, 33 sqq. καὶ ὅσα ἐπετύχομεν παρὰ τοῦ κυρίου Καίσαρος Ἁδριανοῦ διὰ Ἀντωνίου Πολέμωνος· δεύτερον δόγμα συγκλήτου, καθ' ὃ δὶς νεωκόροι γεγόναμεν. 8 Hoc sacerdotium praeter hunc Hermocratis titulum et illum uxoris quem ascripsi not. 2 etiam in inscriptione Phocaeensi C. I. G. 3413 est: Ὁ δ[ῆμος] Δημήτριον Δημητρίου Γάλλον, τὸν πρύταν[ιν] καὶ στεφανηφόρον καὶ ἱερέα τῆς Μασσαλίας τὸ γ′. Iure meritoque R. negat hic antistitem sacrorum, quem Massilienses secundum antiquum morem (Schol. Thucyd. I, 25, 4: ἔθος γὰρ ἦν ἀρχιερέας ἐκ τῆς μητροπόλεως λαμβάνειν) ex metropoli Phocaea repetiverint dici. Nam ad rationem verissimam, qua ipse utitur, quod verba titulorum talem interpretationem non admittant, longe gravior accedit, quod omnino illa scholiastae adnotatio tota ficticia est; nam et gravi errore de mente eorum quae Thucydides scripsit nititur neque omnino illa antiqua aetate, qua coloniae transmarinae conditae sunt, ulla Graecorum civitas noverat tales summos omnium sacrorum praefectos (ἀρχιερέας). Cf. Ind. Schol. Hal. sem.

δίς, ἀγω‖νοθέτην, βασιλέα Ἰ|ώνων[9], ἀναθέντων | τὰς τιμὰς τῶν τε | οἰκείων καὶ τῶν ἀ|πελευθέρων.

---

hib. 1889/90 p. IV. Neque omnino dubitari licet quin hi tituli municipales honores civium Phocaeensium, non Massiliensium enumerent. Deae Massiliae igitur sacerdotes agnoscemus cum W. Froehnero Revue arch. Troisième série XVIII 1891 p. 332 et Reinachio, qui verissime monuit, in universum quidem eiusmodi pietatem magis coloniae erga metropolin fuisse quam vice versa, sed hic propter eximium florem reipublicae Massiliensium tenuem illa aetate Phocaeensium populum coloniam eiusmodi sacris prosequi non mirum esse. 9 In Ionum civitatibus passim etiam post regium imperium sublatum appellationem βασιλεύς conservatam esse, maxime, ut etiam Athenis factum est, in eo magistratu qui sacra publica curaret, constat, ut Chii (Syll.[2] 570, 8), Mileti (Syll.[2] 627, 5), Ephesi (Diog. Laert. IX, 6). Idem Phocaeae usu venisse, et Hermocratem ab antiqua Codridarum stirpe (Paus. VII, 3, 10) descendentem in patria sua tali magistratu functum, in mentem venit Reinachio, sed ipse tamen intellexit, additamentum Ἰώνων cum hac interpretatione adversa fronte pugnare. Immo totius Ionicarum civitatium societatis communem magistratum sacrorum causa institutum hic habemus. Regium nomen sane praeterea nusquam is gerit, sed vide ne id affectatione quadam antiquitatis, ut multa alia illa aetate, institutum sit.

---

490 Apameae (*Dinair*) in muro domus privatae. Ed. V. Bérard Bull. de corr. Hell. XVII (1893) p. 306 n. 5 (inde Rev. archéol. Troisième Série XXIV 1894 p. 281 n. 13).

Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος ὁ Ἀ|παμέων Σοσσίαν Πῶλλαν[1] | θυγατέρα Σοσσίου Σενεκίω|νος β′ ὑπάτου[2], ἐκγόνην[3] Ἰουλί‖ου Φρον-

---

Litterae ΘΠϹ. 1 Ipsa mulier nusquam commemoratur nisi in hoc titulo et alio item Apamensi, qui fere ad verbum cum hoc consentit, Bull. de corr. Hell. XVII 1893 p. 305 n. 4, sed neptis eius est in titulo Cirtensi, quem affert Bérard, C. I. L. VIII, 7066: *Sosiae Falconillae, Q. Pompei Sosi Prisci cos. filiae, Q. Pompei Falconis cos. nepti, Q. Sosi Senecionis cos* II *pro(nepti), Sext. Iuli Frontini cos* III *abn(epti)*. Scriptura nominis gentilis inter *Sosius* et *Sossius* fluctuat, sed ita ut simplex sibila Romanis, geminata Graecis magis placeat. Cf. Boissevaini notam ad Cassii Dionis XLIX, 22, 3. 2 Consul ordinarius 99 p. Chr. n. cum A. Cornelio Palma, iterum 107 p. Chr. cum L. Licinio Sura, amicus Plinii minoris, fautor Plutarchi, qui ei libros complures dedicavit. Cf. Prosopographia imperii Romani III p. 255 n. 560. 3 Hoc femininum in titulis Asianis aetatis Romanae haud infrequenter recurrit. Cf. ἐκγόνην C. I. G. 3002 (Lebas III, 166), 4. Lebas Inscr. III, 1629, 2. Bull. de corr. Hell. X (1886) p. 507 n. 13, 4. 5. XIII (1889) p. 487 n. 2, 10 sqq. XIX (1895) p. 558, 6. Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 225 n. 618, 3. p. 317

τίνου ὑπάτου γ'[4], γυ|ναῖκα δὲ Πομπηΐου Φάλκω|νος ἀνθυπάτου τῆς Ἀσίας[5], ἡρωΐδα, | ἀναστήσαντος τὸν ἀνδρι|άντα ἐκ τῶν ἰδίων Κλαυ||δίου Μιθριδάτου ἀρχι|ερέως τῆς Ἀσίας, καθὼς ἐν | τῶι κοιν(ο)βουλίωι[6] τῶι τῆς | Ἀσίας ἐν Μιλήτωι ὑπὲρ τῆς | πατρίδος ὑπέσχετο.[7]

n. 802, 11. p. 319 n. 810, 7. Journal of Hellenic studies XXII 1902 p. 344 n. 74, 7. Denkschr. der Ak. d. W. zu Wien 1897 p. 4 n. 9, 3. Mitth. des arch. Inst. in Athen XXI (1896) p. 117, 6. 7. ὑπατικ(ῶ)ν ἐγγόνην καὶ προεγγόνην Bull. de corr. Hell. XVIII (1894) p. 7 n. 3, 4 (Mitth. des arch. Inst. in Athen XXIV 1899 p. 92 n. 1). καὶ τῆς ἐκγόνης Inscr. Gr. ins. mar. Aeg. III, 325, 12. Vocabulum per se ambiguum (Syll.[2] 373[6]) hic neptem significare apparet. 4 De Sex. Iulio Frontino cf. Prosopographia imperii Romani II p. 192 n. 216. Praetor urbanus fuit a. 70 p. Chr., consul primo suffectus anno incerto, iterum item suffectus mense Februario 98 p. Chr. cum Traiano II, tertium ordinarius a. 100 cum Traiano III. Curator aquarum ab anno 97 p. Chr., legatus Aug. provinciae Britanniae, proconsul Asiae. Ex libris quos satis multos scripsit aetatem tulerunt Strategemata et liber de aquis nonnullaque excerpta gromatica in collectione agrimensorum. Eius filiam Q. Socio Senecioni nupsisse hic titulus docet. 5 Integro nomine Q. Roscius Coelius Murena Silius Decianus Vibullius Pius Iulius Eurycles Herculanus Pompeius Falco, consul suffectus fere 109 p. Chr., proconsul Asiae circa 128 p. Chr. ex sententia Waddingtoni Fastes des prov. Asiatiques n. 133. De reliquis eius rebus et honoribus cf. Prosopogr. imp. Rom. III p. 134 n. 68. 6 ΚΟΙ ΝΩΙΒΟΥΛΙΩΙ, quod Bérardus non attigit, emendavi. Nam βούλιον profecto Graecum vocabulum non est, sed quadratarius cum vocem κοινοβούλιον noviciam a Romanis confictam ignoraret, facile labi poterat. 7 Idem legimus de pollicitatione in communi Lyciorum concilio facta n. 568, 9 sqq. Μ(ᾶρκος) Αὐρ(ήλιος) Διονύσιος ὁ λυκιάρχης, καθὰ ἐν τῷ κο[ι]νοβουλίῳ ὑπέσχ[ε]το.

---

491 Basis quadrangula marmoris albi, quam quondam postica parte parieti alicui appositam fuisse apparet. A reliquis partibus summa basis margine prominente ornata. In antica planicie loco quadrato paullulum excavato et margine circumdato titulus incisus est. Pergami in orientali parte fori inferioris. Edd. H. von Prott et W. Kolbe Mitth. des arch. Inst. in Athen XXVII (1902) p. 101 n. 102 (Revue archéol. Quatrième série I 1903 p. 159 n. 153).

Λ(ούκιον) Κούσπιον Πα|κτουμήϊον Ῥου|φεῖνον[1] ὕπατον[2], | τὸν

Litterae volgares praeter ΠΣ. Extremae hastae lineolis transversis ornatae. Vocabula plerumque Romanorum more singulis punctis distinentur. 1 Perquam simile eiusdem hominis monumentum, effossum Pergami meridiem

εὐεργέτην ‖ καὶ κτίστην τῆς | πατρίδος, | οἱ κατοικοῦντες | τὴν Πασπαρειτῶν[3] | πλατεῖαν, ‖ ἐπιμεληθέντων | Μενάνδρου β′ βαφέος | καὶ Γ(αΐου) Ἰουλίου Εὐτάκτου, | δόντων ἐκ τῶν ἰδίων | ✳ ἑκατὸν καὶ τὴν βάσιν[4].

---

versus a theatro, ed. M. Fränkel Alterth. v. Pergamon VIII, 2 p. 297 n. 434: Λ(ούκιον) Κούσπιον Πακτουμήιο[ν] | Ῥουφῖνον, ὕπατον, ἱερέα Διὸς | Ὀλυμπίου καὶ κτίστην τῆς πατρίδος, | οἱ τὴν ἀκρόπολιν κατοικοῦντες. Homo origine Pergamenus (cf. τὴν πατρίδα in utroque titulo) quanam necessitudine attingat L. Cuspios Rufinos duos, quorum alter 142 p. Chr. cum L. Statio Quadrato, alter 197 p. Chr. cum T. Sextio Laterano consul fuit (cf. Prosopographia imperii Rom. I p. 488 n. 1338. 1339), latet. 2 Suffectus anno incerto. 3 Ericus Preuner ap. Prottium et Kolbium hoc plateae nomen acutissime rettulit ad Apollinem Pasparium coll. Hesych. Πασπάριος ὁ Ἀπόλλων παρὰ Παρίοις καὶ Περγαμηνοῖς, de nomine provocans ad H. Useneri commentationem Mus. Rhen. XLIX p. 461 sqq. Non improbabiliter Usenerus etiam Alterth. v. Perg. VIII, 2 p. 359 n. 569, 4 Παπαρίων pro Πασπαρίων errore incisum coniecit. Partem igitur civitatis, quae circa delubrum Apollinis Pasparii habitaret, Πασπαρειτῶν nomine indicari solitam esse. 4 Basin igitur et centum denarios e sua re familiari dabant hi duo curatores, reliquus sumptus statuae ab omnibus qui in platea Pasparitarum habitabant coniunctim tolerabatur.

---

492 Basis magna quadrata inventa Trapezopoli Phrygiae. Ed. J. G. C. Anderson Journal of Hell. stud. XVII (1897) p. 402 n. 8 (Revue arch. Troisième sér. XXXIII 1898 p. 446 n. 127).

[Ἡ βουλὴ κα]ὶ ὁ δῆμος[1] ἐ[τ]είμ[η|σαν τ]ὸν δεδομένον τῆι [πό|λ|ει] ἐπιμελητὴν[2] ὑπὸ τοῦ μεγίσ[του | Αὐ]τοκράτορος Καίσαρος Π(οπλίου) Αἰ[λ‖ί]ου Ἁδριανοῦ Σε[βα]στοῦ[3] Μᾶρκο[ν | Ο]ὔλπιον Δαμᾶν Κατυλλεῖνον, | [τ]ὸν ἀσιάρχην[4], κτίστην[5] καὶ ε[ὐ|ε]ργέτην

Litterae ΑΗΞΠΥΣΩ. Extremae hastae lineolis transversis ornatae. Haud raro litterae binae (Μ et Ε, Η et Τ) vel ternae (ΤΗΝ) ligatae. 1 Trapezopolitarum. Cf. not. 7. 2 *Curator rei publicae* ab imperatore datus plerumque a Graecis λογιστής appellatur (Cod. Iust. I, 54, 3: *curator rei publicae, qui Graeco vocabulo logista nuncupatur*). Quod hic habes nomen ἐπιμελητής, id tam accurate respondet Latino, ut mireris, in universum Graecos eo abstinuisse. Quod factum esse, ne cum curatore operis (cf. v. 10) confunderetur, haud inepte coniecit Anderson. 3 A. 117—138 p. Chr. n. 4 Cf. n. 498[3]. 5 Hoc consuetae illo tempore adulationis esse, ut voce κτίστης utantur etiam ubi nihil aliud indicandum sit, quam hominem aliquid ad commodum civitatis contulisse, adnotat A.

τῆς πόλεως, | τὴν ἀνάστασιν ποιησαμένης ‖ δημοσίᾳ τῆς πόλεως δι' ἐπιμελητοῦ[6] | Τίτου Φλαουίου Μαξίμου Λυσίου[7], | πρωτάρχοντος[8] τῆς πόλεως τὸ δεύ|τερον.

6 Cf. n. 420[4]. 7 Cf. nummum ap. B. Head Catalogue of Gr. coins in the British Museum. Caria p. 177 n. 2, tab. XXVII, 4 cum inscriptione ΒΟΥΛΗ ΤΡΑΠΕΖΟΠΟΛΙΤΩΝ ΔΙΑΤΦΛ ΜΑΛΥΣΙΟΥ, qui collatus cum titulo probat, ubi hic inventus esset antiquitus Trapezopolin sitam fuisse. A. 8 Princeps collegii archontum, qui frequentius πρῶτος ἄρχων appellatur. Cf. n. 546, 14. 601, 9. 10. Alibi legitur ἄρξαντος πρῶτον τόπον (Mitth. des arch. Inst. in Athen XII 1887 p. 173 n. 6, 9. 10). στρατηγήσας πρῶτον τόπον (Bull. de corr. Hell. X 1886 p. 416 n. 25, 5. 6) et similia. W. Liebenam, Städteverwaltung im römischen Kaiserreiche p. 286.

---

493 Titulus incisus duobus marmoribus quadratis in anta meridionali portae, qua per murum septentrionalem theatri Ephesii ascenditur ad primum diazoma. Ex apographo et ectypo R. Heberdeyii, cui etiam supplementa debentur, ed. Th. Mommsen Jahreshefte des österr. arch. Inst. III (1900) p. 1 sqq. (R. Cagnat Revue arch. Troisième sér. XXXVII 1900 p. 351 n. 55; epistulam v. 42—56 repetivit L. Lafoscade de epistulis imperatorum magistratuumque Romanorum p. 42 n. 94).

I [Ἔδ]οξεν τῶν πρώ[των] | τῆς Ἀσίας καὶ δ[ὶς] | νεωκόρων[1] καὶ φι[λοσε]‖βάστων Ἐφεσίων τῇ[ι] ‖ βουλῆι καὶ τῷ δήμω[ι·] | περὶ ὧν ἐνεφάνισ[εν] | Λούκιος Κερρείνιος[2] [Λου]‖κίου υἱὸς Οὐλτινία Π[αῖτος] | φιλοσέβαστος, ἀποδε[δει]‖γμένος γραμματεύ[ς τοῦ] | δήμου, παρόντων τ[οῦ] | γραμματέως τοῦ δή[μου] | Ποπλίου Καρσιδίου[3] Ἐπίφ[ρονος] | φιλοσεβάστου καὶ τῶν στρ[ατηγῶν] ‖ τῆς πόλεως φιλοσεβάστ[ων·] | ἐπειδὴ κατὰ τὰς κοινὰς τῆς οἰ[κουμένης] | εὐχὰς ὁ θειότατος καὶ εὐσε[βέστατος] | Αὐτοκράτωρ Τίτος Αἴλιος Ἀντ[ωνεῖνος[4]] | τὴν παρὰ τοῦ θεοῦ πατρὸς

Litterae ⊢ΝΠΣΥΩ. Extremae hastae apicibus ornatae. Supplementa praeter pauca (not. 5. 8. 9. 13) Heberdeyi sunt. In interpretando titulo gravissima quaeque Mommseno debentur. 1 Cf. n. 481[2]. 2 Nomen gentile rarissimum. Cf. Prosopogr. imp. Rom. I p. 338 n. 561. 562. 3 Huius quoque nominis unus homo nobilis Carsidius Sacerdos recensetur Prosopogr. I, 307 n. 380. 4 Cum et hic et v. 45 Pius nondum cognomen quod est *Hadrianus* gerat, neque magis in nummis Venuleio Aproniano proconsule cusis (not. 11), ipsi primo Pii anno (138 p. Chr.) hunc magistratum vindicaverunt Waddington et Mommsen.

πα[ραδοθεῖσαν[5]] ‖ αὐτῷ βασιλείαν παραλαβὼν π[ᾶν μὲν τὸ τῶν] | ἀνθρώπων ἀνασώζει γένος, ἐξ[αιρέτως δὲ τὴν] | ἡμετέραν πόλιν εἰς ἐπίδοσι[ν τοῦ ἀξιώματος] | ἀγείωχεν[6], γενόμενος ἡμεῖ[ν καθ' ὃν τῆς Ἀσίας] | ἡγεμόνευεν[7] χρόνον πολλῶ[ν καὶ μεγάλων[8]] ‖ ἀγαθῶν αἴτιος, δεδόχθαι κ[αθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν] | ἑορτάζειν τὴν γενέθλιον αὐ[τοῦ καὶ πᾶσιν] | ἀνθρώποις αἰτίαν ἀγαθῶν ἡμέ[ραν, τὸν δὲ ἑκάσ]‖τοτε ἀποδεδειγμένον γρα[μματέα τοῦ δήμου] | διανέμειν τοῖς πολείταις [πᾶσιν εἰς πέντε[9]] ‖ ἡμέρας ἐκ τῶν δημοσίων τ[ῶν εἰς θυσίας καθ'] | ἑκάστην ἑκάστῳ δηνάρι[ον ἓν καὶ θέας ἐπὶ] | πέντε ἄγειν ἡμέρας. καὶ [ταῦτα μὲν εἰσαεὶ] | πάντα γείνεσθαι κατ[ὰ τὰ] νῦ[ν εἰσηγηθέντα] | ὑπὸ Κερρεινίου Παίτου το[ῦ γ]ραμματέως, [τ]ὸ [δὲ] ‖ ψήφισμα ἐν στήλλα[ι]ς [--[10] ἀν]αγεγράφθαι καὶ | εἰς ἅπαντα εἶναι τ[ὸν χρ]όνον κύριον, | ὅπως ἂν ὁ τῆς πό[λεω]ς τρόπος δῆλος ᾖ | καὶ

---

5 Supplevi. Nam ut non dicam de adoptione, qua Hadrianus Pium ad principatus successionem destinaverat, omnino talia qualia sunt παραδιδόναι τὴν βασιλείαν τινί, παραλαμβάνειν τὴν βασιλείαν παρά τινος etiam tum usurpantur, cum quis moriens hereditatem regni alii relinquit. Cf. n. 56, 6 cum not. 17. 90, 1. Quod contra Heberdeyi πα[ραγενομένην] insolentius dictum est. 6 De ἀγήγοχα, ἀγάγοχα cf. n. 219 [12]. Inde natum ἀγήοχα, quod passim apud scriptores inferioris aetatis occurrit (Kühner-Blass, Gramm. I, 2 p. 347). Id mutatione non modo apud Atticos, sed etiam apud Ionas frequenti (νεώς, λεώς) in ἀγέωχα abiit. Cf. παραγεωχότας Tebtunis papyri I p. 28 n. 5, 198. Deinde vero hic ut alibi inter ε et proximam vocalem ι irrepsit, ut oreretur ἀγείωχα quod et hic habes et Bull. de corr. Hell. XII 1888 p. 84 n. 9, 9. p. 86 n. 10, 25. p. 87 n. 11, 10. 11 εἰσαγειωκχότα. Alteram vocalem corripi vides Papers of the American school at Athens III p. 103 n. 174, 3 ἀπηγειοχότα. Tebtunis papyri I p. 89 n. 19, 6 προσαγειοχότος, utramque ibid. p. 511 n. 124, 6 ἀγεοχοτ.... 7 T. Aurelius Fulvus Antoninus, qui postea imperavit, proconsulatum Asiae gessit circiter 135 p. Chr., nam 120 p. Chr. consul fuerat. De consulatu cf. Acta fratrum arvalium p. CLVIII, 7 Henzen, de provincia Capitolin. Anton. 3. Digesta XLVIII, 3, 6. Philostratus Vit. soph. I, 25, 3. II, 1, 8. C. I. G. 2965, 9. 10. Waddington Fastes des provinces Asiatiques apud Lebas Inscr. expl. III p. 724 n. 135. Quod proconsulatus sui mentionem faceret imperator, id item temporis definitioni (not. 4) favere observavit Mommsen. 8 Supplevi. μεγίστων Heberdey. Sed positivi et superlativi coniunctio minus bene se habet. 9 Supplevi. [ἐπὶ ταύτης τῆς] | ἡμέρας Heberdey. At non de uno die natali dici apparet ex versu proximo, ubi ad [καθ'] ἑκάστην nihil cogitatione suppleri potest nisi ἡμέραν. Etiam v. 50. 51, ubi inverso ordine distributio pecuniae post ludos commemoratur neque tamen alia temporis nota additur, ἡ[μερῶν] πέντε necessario ad utramque rem refertur. 10 Numerus stelarum.

τοῖς νῦν καὶ τοῖς ὕστε[ρον] ἐσομένοις καὶ ὅτι | καθ' ὅσον ἀνθρώποις δυ[να]τόν ἐστιν τὰς ‖ παρὰ τῶν θεῶν εὐεργε[σία]ς ἀμείβεσθαι, δια|τελοῦμεν προθύμ[ως ἀ]μειβόμενοι.

II Οὐενουλήϊος Ἀπρωνιανὸς ἀνθύπατο[ς][11] | Ἐφεσίων ἄρχουσι, βουλῇ, δήμῳ χαίρε[ιν·] | ἀεὶ καὶ μᾶλλον ἐπιδείκνυσθε τὴν πρ[ὸς τὸν] ‖ μέγιστον αὐτοκρ[ά]τορα ἡμῶν [Α]ἴλ[ιον] | Ἀντωνεῖνον Σ[εβ]αστὸν[12] εὐ[σέβειαν | τῆι πάσηι[13] γ]νώμῃ τῆς λαμπ[ροτάτης | πόλεως ὑμ]ῶν καὶ νῦν ψηφισά[μενοι ἐν | ταῖς ἐπιφανε]στάταις ἡμεῖν καὶ αἰω[νίοις] ‖ αὐτο[ῦ γενε]θλίαις ἡμέραις καὶ θέας ἡ[μερῶν] | πέντε ἐπιτελεῖν καὶ διανομὴν τοῖς | πολείταις ἐκ τῶν καλουμένων εἰς τὰς | θυσίας ἑκάστῳ δηνάριον διδόναι[14]. καὶ | ταῦτα μὲν ὑμεῖν ὀρθῶς καὶ καλῶς, ὥσπερ ‖ ε(ἰ)[15] αὐτὸς εἰσηγησάμενος ἔτυχ[ο]ν, | νενομοθετήσθω.[16] ἐρρῶσθαι ὑμᾶς εὔχομαι.

---

11 L. Venuleius Apronianus consul ordinarius cum Q. Articuleio Paetino a. 123 p. Chr. (Prosopographia imp. Rom. III p. 396 n. 252). Proconsulatum Asiae in annum 138 p. Chr. incidere Waddington Fastes des prov. Asiatiques ap. Lebas Inscr. III Expl. p. 725 n. 136 cum ex solito tum temporis intervallo, tum inde collegit quod nummus Smyrnaeus per huius magistratus tempora cusus Αὐ(τοκράτωρ) Καῖ(σαρ) Τί(τος) Αἴλιος Ἀντωνεῖνος habet omisso cognomine Ἁδριανός, id quod ipsa initia principatus Pii monstrat. 12 Cf. not. 4. 13 πάσηι τε Heberdey dubitanter; particulae copulativae si quid video nullus est locus. 14 Cf. not. 9. 15 Sic Heberdey; ἰῶτα quadratarii neglegentia omissum videtur. 16 Proconsul populiscitum Ephesiorum suo decreto confirmat. Quod institutum nuper accuratius cognitum esse ex titulis honorariis Opramoae Lycii editis ab E. Loewyo Reisen im südwestlichen Kleinasien II p. 121 et R. Heberdeyio, Opramoas, Inschriften vom Heroon zu Rhodiapolis, Vindobonae 1897 (R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 265 n. 739), observavit Mommsen. Iam quos honores homini nobilissimo decrevisset commune Lyciorum, ad unum omnes praesidis provinciae auctoritate confirmatos esse; quod contra singularum urbium decreta omnia ea carere praeter unum Myrensium; qui cum appellationes quasdam honorificentissimas Opramoae tribuissent, proconsul hoc ratum habuit, dummodo nihil contra morem et leges civitatis decrevissent (tab. X, 32 sqq.: [ο]ἷς ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος ὀνόμασιν ἐτείμησεν Ὀπραμόαν — τούτοις κἀγὼ τοῦτον προσαγορεύεσθαι συνχωρῶ, εἰ μὴ τοῦτ' ἔ[σ]τιν ὑπεναντίον ἢ τοῖς νόμοις ἢ τοῖς ἔθεσ[ι]ν [τοῖς πα]ρ' ὑμε[ῖ]ν). Cum igitur in universum singulorum populorum iussa sine praesidis auctoritate rata essent, tamen ex hoc monumento Ephesio iure meritoque collegit Mommsen, statas expensas quae in posterum quotannis redirent non licuisse decernere sine magistratus provincialis consensu, ne posteri nimia onerum et sumptuum multitudine opprimerentur.

494 Marmor candidum effossum prope Miletum ab O. Rayeto et translatum Parisios, ubi exstat in museo publico (*Louvre*). Ed. J. Delamarre Revue de philologie XIX 1895 p. 131 (Revue archéol. Troisième sér. XXVII 1895 p. 143 n. 97).

[Κ]λαύδι[ος] Χίονις[1], Κλαυδίου | Φιλοστράτου υἱός, τῷ αὐτῷ | ἔτει προφήτης[2] ὁμοῦ καὶ ἀ[ρ]||χιπρύτανις[3], προφητῶν καὶ || ἀρχιπρυτανίδων ἔκγονο[ς,] | ὑποστάς, ἡνίκα μήτε τ[ὴν] | ἀρχὴν ἀναλαβεῖν ὑπέμε[ι]||νέν τις μήτε τὴν προφ[η]|τείαν[4], ἀμφοτέρας μόνος· || [ἔ]παρχος ἐν Ῥώμῃ[5], χειλία[ρ]||χος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ[6],

---

Litterae volgares praeter A. 1 Homo nobilissimus Milesius. Idem nomen illic iam aliquanto ante usitatum fuisse docet titulus ap. Kaibel Epigr. Gr. ex lap. coll. p. X n. 222 *b*, 3: Χίονις Χιόνιδος. D. 2 De annuo prophetarum Apollinis Didymei officio, quod homines ex nobilissimis populi Milesiorum familiis sorte ducti gerere solebant, cf. n. 193, 3. 12. 15. 3 Collegio quinque prytanum, qui summus erat Milesiorum magistratus (Syll.² 314, 29 sqq.) imperatorum tempore praefectus est unus, qui et hic et alibi ἀρχιπρύτανις appellatur. Lebas-Waddington Inscr. III, 212, 21 sqq. ἐπιμεληθέντος τοῦ ἀρχιπρυτάνιδος Κτησίου τοῦ Κτ[η]σίου καὶ τῶν συναρχόντων αὐτοῦ Ἑστιαίου τοῦ Ἐπιγόνου τὸ β', Βυβλιανοῦ τοῦ Νικάνορος, Ἀγαθόποδος τοῦ Στρατονείκου, Ἀφροδεισίου τοῦ Ποσιδωνίου, Ἑρμοῦ τοῦ Διονυσίου. Cf. etiam C. I. G. 2876, 6. 7. 2881, 10. 2882, 7. H. Swoboda Die gr. Volksbeschlüsse p. 84. 4 Sumptum haud exiguum cum hoc honore coniunctum fuisse apparet; C. I. G. 2881, 4. 5 legitur ὑπὲρ τῶν τῆς προφητείας ἀναλωμάτων. Quare aliquando accidisse ut nemo eum suscipere vellet et hic videmus et Greek inscr. in the Br. mus. IV 1 p. 92 n. DCCCCXXII, 24. 25 ἐνιαυτοῦ ἀπροφητεύτου γενομένου. Item nonnunquam usu venit, ut sorte opus non esset, quia unus modo candidatus prodierat. Cf. C. I. G. 2880, 4—6 λαβὼν παρὰ τῆς πατρίδος τὴν προφητείαν ἀκληρωτεί. Greek inscr. in the Brit. Mus. IV, 1 p. 93 n. DCCCCXXIII *b*, 8 sqq. πρ(οφήτης) Τ(ίτος) Φλάουιος Φωντίδου υἱὸς Ἀνδρέας δήμου Λερίων αὐτοέτης ἀκλήρωτος. D. 5 Praefecti cohortium Romae nulli erant, nam milites praetoriani et urbani, qui ibi tendebant, tribunos (χιλιάρχους) potius habebant. Sed praefecti fabrum appellationi nonnunquam in titulis Graecis et Latinis additur urbis nomen: *praef. fabr. Romae* C. I. Lat. IX, 1619, 4. ἔπαρχον τεχνειτῶν ἐν Ῥώμῃ supra n. 489, 5. ἔπαρχον γενόμενον ἐν Ῥώμῃ τε[χν]ε[ιτῶ]ν Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 314 n. 796, 10. 11. Ne id quidem quicquam offensionis habet, quod nudo nomine ἔπαρχος praefectus fabrum appellatur. Nam idem habes Ephem. epigr. V p. 40 n. 86, 8. 9 in titulo Graeco, cum v. 3. 4 in Latino plene [*pr*]*aef(ectus) fabr(um)* sit. D. 6 Tribunus aut legionis aut cohortis auxiliariae. Praefectura cohortis, qua medio inter praefecturam fabrum et tribunatum tempore fungi solebant, Chionis non gessit, cuius rei etiam alia exempla permulta inveniri monuit D.

πρ[ό]||ξενος[7] τῶν ἀπὸ τῆς οἰκο[υ]||μένης ἱερονεικῶν[8], συν[έ]||γδημος[9] ἀναγραφεὶς ἐν [αἰ]||ραρίῳ[10] [Μ]εσσάλλα[11] τοῦ γε[νο]||μένου τῆς

---

7 Proxenia non civitates modo, sed etiam collegia artificum Dionysiacorum aliaque eius generis corpora homines de se bene meritos ornare consuevisse constat. Cf. supra n. 51, 67. I. Gr. Sept. I, 2486, 1 sqq. [τὸ κοινὸν τῶν περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτῶ]ν τῶν εἰς Ἰσθ[μὸν καὶ εἰς] Πιερίαν συντελούν[των ------] Ζευ[ξ]ίππου τὸμ πρόξενο[ν τὸν] ἑαυτῶν Διονύσῳ. D. 8 Omnes quicumque per totum orbem terrarum in certaminibus sacris vicissent una coiisse et de Chionidis proxenia decrevisse merito omnium maxime improbabile iudicavit D. Immo manifesto collegium aliquod sub hac magnifica appellatione latere, ut in titulo Tralliano C. I. G. 2931, 3 sqq. ἡ Ὀλυμπικὴ σύνοδος τῶν ἀπὸ τῆς οἰκουμένης ἱερονεικῶν καὶ στεφανειτῶν. Neque vero perpetuum quoddam corpus, simile technitarum synodi, ut volt D., interpretor, sed eos, qui per aliquas ferias coronam reportassent, priusquam domum discederent coiisse et homines de se meritos honoribus affecisse. Quod ut in titulo Tralliano ad Olympia Trallianorum spectare ipso nomine Ὀλυμπικὴ σύνοδος indicatur, ita in Milesio de Didymeis intellegendum esse sponte patet. Ceterum etsi vox ἱερονίκης per se quemlibet victorem ludorum sacrorum significaret, eam tamen nusquam in technitarum Dionysiacorum litteris repperiri, sed semper de collegiis athletarum usurpari monuit D. allato titulo Inscr. Gr. Sic. et It. 1054, 5 συνόδῳ ξυστικῇ τῶν περὶ τὸν Ἡρακλέα ἀθλητῶν ἱερονεικῶν στεφανειτῶν. 9 Latinum *comes*, quod alibi etiam in titulis Graecis retinetur (κόμης), hic accurate redditum est vocabulo Graeco. D. 10 Editor confert titulum bilinguem C. Iulii Aquilae (principatu Claudii), quem ed. Th. Mommsen Ephem. epigr. V p. 40 n. 86, 3 sqq. *[pr]aef. fabr. bis . in . aerar . delatus a. cos. A. Gabin[io Secundo, Ta]uro . Statilio Corvino.* v. 8 sqq. ἔπαρχος δὶς εἰς τὸ αἰρ[άριον ἐνηνεγμέν]ος (φερόμενος editor, quod non existimo ferri posse) ὑπὸ ὑπάτων Ὤλου Γαβινίου Σεκο[ύνδου Ταύρου Στα]τειλίου Κορουίνου. Id propterea factum esse, quod salarium comitibus ex aerario daretur (Dig. I, 22, 4: *diem functo legato Caesaris salarium comitibus residui temporis, quod a legatis praestitutum est, debetur.* Th. Mommsen Röm. Staatsrecht I³ p. 300). 11 M. Valerium Messallam qui per postremum principatus Augusti tempus proconsul Asiae fuerit (Waddington Fastes des prov. Asiatiques ap. Lebas III Expl. p. 691 n. 67) hic in censum venire recte negavit Delamarre, quia multa titulus haberet vestigia recentioris aetatis, ex quibus nomen gentile Κλαύδιος in hominibus Graecis (v. 1) et plurales [Σεβ]α[στ]ῶν (v. 23) et αὐτοκράτορας (v. 24) commemoravisse sufficiet. Cum uno cognomine *Messalla* neutiquam raro illo quidem in compluribus gentibus (v. Prosopogr. imp. Rom. II p. 366 sq.) homo significetur, quisnam potissimum intellegendus sit pro certo definiri non posse concedit editor, sed tamen, quia pauci Messallae in fastis consularibus repperiantur et tamen proconsul Asiae utique consularis fuerit, eo inclinat, ut ad consulem anni 196 L. Valerium Messallam Thraseam Priscum (Prosopographia imp. Rom. III p. 371 n. 95) hunc titulum referat. At si reliqua de hoc homine testimonia contuleris, eum nudo nomine *Messalla* appellatum esse (plerumque aut

Ἀσίας ἀνθυπ[ά]‖του κ[αὶ] λαβὼν [μ]όνος ὁμοῦ π[ίσ]‖τιν ἐπιστο[λῶ]ν, ἀποκρ[ιμ]άτω[ν,] | διαταγμάτ[ων,] κλήρου[12], [τ]ε[τε]‖λεκὼς δὲ κα[ὶ χο]ρηγίας καὶ γυμν[α]‖σιαρχίας πά[σ]ας, ἀρχιερεὺς τῶ[ν | Σεβ]α[στ]ῶν[13], πεπρεσβευκὼς ὑ|π[ὲρ τῆς π]ατρίδος πολλά[κις | πρὸς] τοὺς αὐτοκράτορας ταμι‖[ευόντων[14] Ἱε]ροκλέους[15] κ[αὶ --- ---|---- καὶ Καλλ]ικρ[άτους[16] ----------].

Thrasea Priscus aut simpliciter *Priscus* audit) credibile non videbitur, neque illud de fastis consularibus argumentum quicquam momenti habet, quoniam ingentem consulum suffectorum numerum ignoramus. Titulum ut Augusti aetate multo recentiorem, ita Septimio Severo aliquanto certe antiquiorem esse probabile est. Cf. Prosopographia imp. Rom. III p. 372 ad n. 96. 12 De proconsulis, non imperatoris, ministerio hic dici recte statuit D. ἐπιστολαί et ἀποκρίματα ita distinguuntur, ut haec sint quae legationibus, per quas provinciales proconsulem adeunt, respondentur, illae litterae quas ipse ad imperatorem, senatum, civitates procuratosque dat; a quibus rursus distinguuntur διατάγματα, quae non nominatim ad certos homines scribuntur, sed publice proponuntur, quae Latine edicta appellari solent. Una κλήρου vox obscurissima est; neque enim veri similis mihi videtur Delamarrii hoc ad rem familiarem proconsulis administrandam referentis coniectura. 13 Hoc Milesiorum sacerdotium est etiam C. I. G. 2880, 10. 11. 2881, 22. Del. 14 Supplevi, non sine haesitatione. ταμι‖[εύσας μετὰ Ἱε]ροκλέους Delamarre. Sed neque quo pacto in hoc magistratu collegae nomen adiciatur liquet, neque hic quaestoris civitatis Milesiorum magistratui locus esse videtur, quia titulus sic dispositus est, ut priore loco enumerentur magistratus et officia reipublicae Milesiae (v. 2—9) et Romanae (v. 10—19), deinde (v. 19—24) liturgiae, sacerdotia, legationes. Quare non ipsius Chionidis quaesturae hic mentionem fieri, sed quaestores publicos Milesiorum alia de causa commemorari probabile existimo. Sane satis gravis difficultas me non fugit. Nam si hoc participium a πεπρεσβευκώς (v. 22) pendere statuas, mirum videbitur quaestores, non magistratum eponymum, in tempore legationum definiendo nominari; quod vix ita expedire licebit, ut dicas legationes in tabulis quaestorum perscriptas fuisse, quia sumptus in eas ex aerario civitatis fierent; nam has legationes sine dubio suis impensis suscepit Chionis. Si vero non ad legationem, sed ad huius monumenti dedicati tempus rettuleris, haec toti titulo dedicatorio subscribenda fuerunt. At is vix potest verbis v. 24 [πρὸς] τοὺς αὐτοκράτορας finiri, quandoquidem usque ad hunc locum nihil nisi nomen cum magistratuum et honorum vocabulis nominativo casu scriptum est. 15 Supplevit Delamarre. 16 Supplevi.

---

495 Cippus quadrangulus inscriptus a duobus lateribus, inter rudera veteris Cibyratarum oppidi. In fronte hic titulus, in latere dextro fragmenta carminis. Ed. M. Collignon Bull. de corr. Hell. II (1878) p. 593 n. 1.

[Ἀγαθῇ] τύχῃ. | Κατὰ τὰ δόξαντα τῇ βουλῇ | καὶ τῷ δήμῳ τῆς λαμπρο|τάτης Καισαρέων Κιβυρα||τῶν[1] πόλεως ἡ σεμνοτάτη | συνεργασία[2] τῶν σκυτοβυρσέ|ων[3] Τιβέριον Κλαύδιον |

Litterae ΑΘΠΣΨΩ. Vs. 5 fin. Τ et Η inter se ligatae. 1 Cibyra oppidum Phrygiae (Plin. N. h. V, 105 *ipsum oppidum Phrygiae est.* Ptolem. Geogr. V, 2, 17 p. 832, 5 inter Φρυγίας μεγάλης πόλεις), cognomine ἡ μεγάλη apud Strabonem XIII, 4, 15 p. 630 distinctum ab alio Ciliciae asperae oppidulo (Plin. Nat. hist. V, 92. ἡ Κιβυρατῶν παραλία τῶν μικρῶν Strabo XIV, 4, 2 p. 667). Romanorum aetate conventum Cibyraticum viginti quinque civitatium fuisse, ex quibus celeberrima fuisset Laodicea, testatur Plinius N. h. V, 105. *forum institueram agere Laodiceae Cibyraticum et Apamense* Cic. ad Att. V, 21, 9. Quae oppida cum inde ab anno 82 a. Chr. n. provinciae Asiae fuissent (Marquardt Röm. Staatsverwaltung I p. 335), paullo ante 51 a. Chr. cum finitimis dioecesibus Apamensi et Synnadensi adiuncta sunt Ciliciae. Cf. Cic. ad fam. XIII, 67, 1 *ex provincia mea Ciliciensi, cui scis* τρεῖς διοικήσεις *Asiaticas attributas fuisse.* ad Att. V, 21, 5. VI, 1, 21, ubi nominatim Cibyratae inter eos, qui Ciceronis imperio proconsulari subditi sint, recensentur. Sed eadem illa Ciceronis ad P. Servilium propraetorem epistula probatur, a. 46 a. Chr. urbem rursus provinciae Asiae fuisse, in qua per proxima tria saecula permansit. Cf. Tac. Ann. IV, 13 *civitati Cibyraticae aput Asiam.* n. 566, 26 καὶ τὴν Καισαρέων Κιβυρατῶν τῆς Ἀσίας πόλιν. Cum provinciae multo plures et minores instituerentur a Diocletiano eiusque successoribus, Asia in septem provincias divisa (Marquardt Röm. Staatsverwaltung I² p. 347 not. 18), Cibyram Cariae attributam esse indicat Hierocles Synecd. p. 690, 1. Cognomen Καισαρέων etiam n. 566, 26 gerunt Cibyratae, itemque in nummo apud Mionnetum IV p. 259 n. 379 legitur ΚΑΙΣ·ΚΙΒΥΡΑΤΩΝ. Cognomen *Caesarea* multis Asiae vicinarumque provinciarum urbibus quae ab imperatoribus insigni beneficio affectae essent impositum constat. Cf. Brückner ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie III, 1 p. 1288. De reliquis oppidi rebus et de fabulosa eius origine cf. n. 497 cum notis. 2 Cf. Wood Ephesus. Append. Inscr. from the city and suburbs p. 24 n. 4, 6. 7 ἡ συνεργασία τῶν λαναρίων. Syll.² 873, 1 sqq. ἡ συνεργασία τῶν ἀργυροκόπων καὶ χρυσοχόων cum exemplis et huius vocis et simplicis ἐργασία de collegiis opificum usurpatae, quae illic attuli not. 1. συντεχνία βαφέων est ap. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 150 n. 360, 12. συντεχνία λινουργῶν Journal of Hell. stud. XI 1890 p. 240 n. 8, 11 (Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 342 n. 896). Neutrum συνέργιον Journ. of Hell. st. XI 1890 p. 236 n. 1, 2 ὑπὲρ σωτηρίας τοῦ εὐτελοῦς συνεργίου τῶν γναφέων. Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 319 n. 810, 8. 9 ἡ γερουσία τοῦ μεγάλου συνεργίου. 3 Qui corium tractant opifices volgo nominibus et a βύρσα et a synonymo vocabulo σκῦτος derivatis appellantur (βυρσεύς, βυρσοδέψης, βυρσοτόμος, σκυτεύς, σκυτοδέψης, σκυτορράφος, σκυτοτόμος), sed quam hic habes utriusque stirpis compositio tautologica, ea quod sciam sine exemplo est. Aliam collegii sutorum dedicationem habes Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 168 n. 442, 7 (Termessi) οἱ κατὰ πόλιν τεχνεῖται σκυτεῖς.

Πολέμωνα[4], ἀσιάρχην[5], ἱπ|πικόν[6], Τιβερίου Κλαυδίου || Ἱέρωνος, ἀσιάρχου δὶς καὶ ἀρ|χιερέως[7] δίς, υἱόν, Τιβερίου | Κλαυδίου Δηϊοτηριανοῦ | ἀσιάρχου ἀδελφόν, Μαρκί|ου Δηϊοτηριανοῦ[8]

---

4 Eiusdem titulus honorarius est Bull. de corr. Hell. XXIV 1900 p. 53: [Τι]β(έριον) Κλ(αύδιον) Πολ[έμω]να, ἀσιάρχην, ἱππικόν, ἐν πᾶσιν εὐεργέτην τῆς [π]όλεως, Μ(ᾶρκος) Ἐπί[δι]ο[ς] (nomen gentile supplevi) Ὀρθαγόρας [τὸ]ν γλυκύτατον [ἀ]δελφιδοῦν. 5 Cf. n. 498[3]. 6 Collignon cum ἀσιάρχην ἱππικόν arctissime inter se coniungeret, ludorum curam et impensas ita divisas fuisse statuit, ut ex asiarchis alii gladiatores, alii certamina equestria ederent. At fugit eum permulta exstare monumenta epigraphica, in quibus adiectivum ἱππικός per se positum hominem equestris ordinis significet, ut συγκλητικός senatorii. Cf. n. 644, 2. Mitth. u. Nachr. des Palästinavereins VII 1901 p. 70 n. 57, 3. 58, 3. Lebas Inscr. III, 595, 3, ubi Waddington recte interpretatur. 1617, 1. 2. 2610, 6. 7. C. I. G. 3494, 2. Inscr. Gr. Sic. et It. 1471, 3. Bull. de corr. Hell. XVII 1893 p. 265 n. 49, 3. Mitth. des arch. Instituts in Athen XII 1887 p. 179 n. 9, 7. Gr. inscr. in the Brit. mus. III, 2 p. 197 n. DLIII, 11. ἱππικὸ[ς] Ῥωμαίων habes Greek inscr. in the Brit. mus. III, 2 p. 189 n. DXL, 7. 8. Memorabilia sunt Gr. inscr. in the Brit. mus. III, 2 p. 117 n. CCCCLXXXI, 14. 15. ἀνὴρ ἱππικῆς τά[ξε]ως (*vir ordinis equestris*). Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 225 n. 615, 2 τὰς ἐν ἱππικῇ [τάξει ἀρχὰς διελθὼ]ν μέχρι ἐπιτροπ[ικῶν]. Inscr. Gr. Sic. et Ital. 1698, 4. 5 μητρὶ ἱππικῶν, perinde ac saepe in titulis πατὴρ συγκλητικοῦ aut συγκλητικῶν legitur. Cf. n. 499, 4. 5. 500, 8. 9. 501, 3. 4. γένους — πρειμοπειλαρίων καὶ ἱππικῶν Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 177 n. 474, 14. Perfrequenter sane in titulis Graecis legitur ἱππεὺς Ῥωμαῖος, ut infra n. 499, 2. 3, aut ἱππεὺς Ῥωμαίων, ut n. 547, 2. 3. 645, 7. 654, 1. Mordtmann Monum. Ancyrana p. 15 n. 3, 2. 3. n. 4, 2. Bull. de corr Hell. VII 1883 p. 275 n. 17, 7. Kaibel Epigr. Gr. 951, 1. 7 Sacra oppidi Cibyrae, non provinciae Asiae, hic agnoscit Collignon, etsi argumento utitur non ab omni parte tuto. Nam verum quidem est, nullum exstare vestigium templi a provincia Asia Cibyrae consecrati, sed si modo sacerdotium provinciale hic significaretur, non esset, cur id Cibyrae potissimum gestum statueremus. Verum cum summi totius provinciae sacerdotii honos sine controversia illo municipali multo splendidior fuerit, manifestum est Cibyratas eum adiectis τοῦ κοινοῦ τῆς Ἀσίας distinctius indicaturos fuisse. 8 Cf. Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 176 n. 472, 4 sqq.: Τ(ίτον) Μ[άρ]κιον Κουιρ[εί]νᾳ Δειοταριανόν; in eo titulo, Balburae Lyciae effosso, sane non lyciarcha dicitur T. Marcius Deiotarianus, sed sine dubio ea una de causa, quia tum nondum ad eum honorem pervenerat; nam Marcium Titianum, qui in inscriptione Balburensi eius pater dicitur, item lyciarcham fuisse apparet ex titulo Oenoandensi Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 189 n. 500, 24 sqq. ὁ Λι[κί]ννιος Λόνγος — γα[μ]εῖ Μαρκίαν Λυκί[α]ν Μαρκίου Τιτιανοῦ θυγατέρα τοῦ γενομένου πρειμοπιλαρίου καὶ μετὰ τοῦτο λυκιάρχου. Etsi in hoc titulo Cibyratico bis Δηϊοτηριανοῦ scriptum est per H in syllaba media, tamen quin a nobilissimo Deiotari regis nomine hoc derivetur eo minus dubium est, quia scimus fuisse principatus tempore in provinciis Asiaticis familias

λυκιάρ‖χου[9] καὶ Φλαβίου Κρατεροῦ, | ἀσιάρχου δὶς καὶ ἀρχιε-ρέ|ως, ἔκγονον[10], ἀνθ' ὧν | τῶν δημοσίων ἔργων | μετὰ ἐπι-μελείας ‖ προενοήσατο.

---

summae dignitatis, quae ab illo stirpis suae originem repeterent. Cf. infra n. 541, 2. 544, 3. Quo in numero sine dubio etiam haec fuit. 9 Antistes sacrorum, quibus Lycii principem colebant idemque praeses concilii provincialis (cf. Strabo XIV, 3, 3 p. 665: ἐν δὲ τῷ συνεδρίῳ πρῶτον μὲν λυκιάρχης αἱρεῖται, εἶτ' ἄλλαι ἀρχαὶ αἱ τοῦ συστήματος) haud raro commemoratus in titulis Lyciis. Cf. infra n. 556, 2. 568, 9. 10. W. H. Waddington ad Lebas Inscr. III, 1221. 1224. Th. Mommsen Jahreshefte des österr. arch. Instituts III 1900 p. 5 sqq. 10 Utrum Marcius Deiotarianus lyciarcha et Flavius Craterus asiarcha avi paternus maternusque Ti. Claudii Polemonis sint, an duo ex quattuor proavis an ex maioribus remotiorum aetatum, pro certo quidem propter ambiguitatem nominis ἔκγονος (cf. Syll.[2] 373[6]) diiudicari nequit, sed illud tamen maxime probabile est, quia non intellegitur cur avi omittantur. Sic vero pro certo habendum, Craterum paternum, Deiotarianum maternum avum esse, quia ex honoribus et ex aliis titulis (not. 8) apparet, Deiotarianum e provincia Lycia oriundum fuisse, Craterum vero ut Hierona et Polemona ex Asia.

---

496 Columella marmoris albi inventa Ephesi in urbe, translata in museum Britannicum. Edd. C. Curtius Hermae IV p. 186 n. 5. Wood Ephesus, inscr. from the city n. 12. E. L. Hicks Greek inscr. in the British museum III, 2 p. 167 n. DIII.

[Ἀρτέμιδι Ἐφεσίᾳ[1]] | καὶ Αὐ[τοκράτορι Τ(ίτῳ) Αἰλί]ῳ | Ἁδριανῷ Ἀντωνείνῳ | Καίσαρι Σεβαστῷ Εὐσεβεῖ[2] ‖ καὶ τῇ πρώτῃ καὶ μεγίστῃ | μητροπόλει τῆς Ἀσίας | καὶ δὶς[3] νεωκόρου[4] τῶν Σεβαστῶν | Ἐφεσίων πόλει καὶ τοῖς ἐπὶ | τὸ τελώνιον[5] τῆς

Litterae volgares praeter ΠΣ. Inde a v. 7 vocabula non constanter quidem, sed frequenter punctis triangulis distinguuntur. 1 Cum particula καί indicio sit, aliud praecessisse nomen, neque vero ante principem cuiquam locus sit praeter deam, supplevit Curtius. Hicks comparat C. I. G. 2958: Ἀρτέμιδι Ἐφεσίαι καὶ Αὐτοκράτορι Καίσαρι Σεβαστῶι καὶ Τιβερίωι Καίσαρι Σεβ(αστοῦ) υἱῶι καὶ τῶι δήμωι τῶν Ἐφεσίων. 2 Antoninus Pius (138—161 p. Chr.). 3 Cf. n. 481[2]. 4 Genetivus pro dativo, usitata illius aetatis confusione. 5 Aedes publica, ubi a conductoribus (τελῶναι) numeratur, ab officialibus publicis (οἱ πραγματευόμενοι) accipitur pecunia. In hoc teloneo ara et simulacrum Isidis, quae Cominia Iunia dedicaverat, fuisse videntur et illorum sacris inserviisse. Nam aliter quo pacto hi homines iuxta deum et principem et civitatem commemorentur obscurum

ἰχθυϊκῆς[6] ‖ πραγματευομένοις | Κομινία Ἰουνία | σὺν τῷ βωμῷ τὴν Εἶσιν | ἐκ τῶν ἰδίων ἀνέθηκεν, | πρυτανεύοντο[ς Τιβ(ερίου) Κλ(αυδίου) Δ]ημ[οσ]τ[ρ]άτ[ου][7].

---

esset, cum vice versa illa illustria nomina praemitti in dono ab officialibus oblato mirum non sit, quia illi publico civitatis officio funguntur. Structuram πραγματεύεσθαι ἐπὶ τὸ τελώνιον pro πρὸς τῷ τελωνίῳ aut περὶ τὸ τελώνιον soloecam quidem esse, sed illa aetate nequaquam incredibilem recte existimant Curtius et Hicks. 6 Duos lacus habuisse deam Ephesiam monuerunt Curtius et Hicks provocantes ad testimonium Strabonis XIV, 1, 26 p. 642 Cas. μετὰ δὲ τὴν ἐκβολὴν τοῦ Καΰστρου λίμνη ἐστὶν ἐκ τοῦ πελάγους ἀναχεομένη, καλεῖται δὲ Σελινουσία, καὶ ἐφεξῆς ἄλλη σύρρους αὐτῇ, μεγάλας ἔχουσαι προσόδους· ἃς οἱ βασιλεῖς μέν, ἱερὰς οὔσας, ἀφείλοντο τὴν θεόν, Ῥωμαῖοι δ' ἀπέδοσαν. πάλιν δ' οἱ δημοσιῶναι βιασάμενοι περιέστησαν εἰς ἑαυτοὺς τὰ τέλη, πρεσβεύσας δὲ ὁ Ἀρτεμίδωρος, ὥς φησι, τάς τε λίμνας ἀπέλαβε τῷ θεῷ κτλ. Harum piscationes locari solitas. Illuc referri τὸ τελώνιον τῆς ἰχθυικῆς (sc. προσόδου) sane non improbabile videtur; sed fieri etiam potest, ut vectigal publicum omnibus Ephesiis qui ex piscatura victum haberent impositum indicetur, ita ut τελῶναι non ipsi piscatores sint, sed publicani qui illud vectigal exigendum conduxerint. 7 .HM..‾.ΛT.

---

497 Basis cum anaglypho repraesentante aquilam conversam ad hominem togatum, inventa anno 1818 Puteolis, exstat Neapoli in museo. Ed. Castaldo Memorie dell' accad. Ercolanese I p. 193 (J. Franz C. I. G. 5852 cum addendis p. 1258). Lapide denuo collato G. Kaibel Inscr. Gr. Sic. et Ital. 829 (R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. I p. 137 n. 418). Cf. quae adnotavit A. Wilhelm Arch.-epigr. Mitth. aus Oesterreich XX 1897 p. 78.

[Ἀ]γαθῆι τύ[χ]ηι. Ζεὺς Σω[τήρ[1].] | Ἡ Κιβυρατῶν[2] πόλις, ἄποικος Λ[ακεδαιμονίων[3] καὶ] | συγγενὶς Ἀθηναίων καὶ φι[λο-

---

Litterae ΑΔΖΘΠΣΩ. 1 Cf. n. 503[1]. 2 Cf. n. 495[1]. 3 Cum apud Strabonem XIII, 4, 17 p. 631 legatur λέγονται δὲ ἀπόγονοι Λυδῶν οἱ Κιβυρᾶται τῶν κατασχόντων τὴν Καβαλίδα, et apud Stephanum Byz. s. v. Τάβαι Cibyras Marsyae frater oppidum condidisse dicatur, priores editores ἄποικος Λ[υδῶν] suppleverunt. At quomodo hoc conciliatur cum Graeca origine, in qua praedicanda hic tantopere se iactant? Verum vidit Wilhelmus, de Laconica civitatis origine provocans ad titulum quem ediderunt Heberdey et Kalinka Denkschr. der Akademie zu Wien, phil. hist. Cl. XLV, I p. 41 sqq. (Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 188 n. 500 I, 7—13), quem ipse sic restituit: [ἄρχει δὲ τὸ] γένος ἀπό τε Κλε[άνδρου καὶ Ἀμύκλα] | Λακεδαιμονί[ων ....]|ων, τοῦ μὲν ἐκπέμψαντος τὴν [ἀποι]|κίαν, τοῦ Ἀμύκλα, Κλεάνδρου δ[ὲ ἀγα]|γόντος καὶ οἰκίσαντος τὴν τ[ῶν Κι]|βυρατῶν πόλιν κατὰ τὸν [χρησμόν].

ρωμαῖος[4], καὶ] | αὐτὴ τοῦ κοινοῦ τῆς Ἑλλάδος[5] [ἐν ταῖς μάλιστα] || ἐνδόξοις οὖσα καὶ μεγάλαις [τῆς Ἀσίας πόλε]|σιν διά τε τὸ γένος Ἑλληνι[κὸν ὂν[6] καὶ τὴν] | πρὸς Ῥωμαίους ἐκ παλαιοῦ φι[λίαν καὶ εὔνοι]|αν[7] καὶ διὰ τὸ εὐξῆσθαι[8] τειμαῖ[ς μεγάλαις ὑπὸ] | θεοῦ Ἁδριανοῦ[9], ἀνέθηκε τῆι [θεᾶι[10], κατὰ τὸ[11] δό]||γμα τ[ο]ῦ Πανελληνίου[12] ἐνγρα[φεῖσα[13] εἰς τοὺς Πανέλληνας[14]].

---

4 Sic supplevit Wilhelm, sed recte W. Drexler Jahrb. f. Philologie 1894 p. 329 monet etiam φιλοκαῖσαρ aut φιλοσέβαστος reponi licere. 5 Panhellenum synedrium interpretatur Cagnat. Sed hoc idem concilium paucorum versuum intervallo diversis nominibus appellari improbabile est, neque omnino in accurato titulorum publicorum sermone Panhellenes simpliciter Ἕλληνες vocantur. Immo perinde ac n. 503 initio Graeca origo arctissimaque quae iampridem fuit cum populis Graecis necessitudo extollitur, quae tum ipsum ansam dedit Cibyratis in illud Hadriani Panhellenium recipiendis, quam ob rem titulus incisus est. Qualis sane antiquior societas hic τοῦ κοινοῦ τῆς Ἑλλάδος nomine indicetur latet. Nam continentis Graeciae concilio urbs Asiana mediterranea interesse non poterat, in concilio provinciali Graecarum Asiae civitatium (n. 458[24]) vero iure mireris τῆς Ἑλλάδος pro τῶν Ἑλλήνων dicit, etsi Ἑλλάδα omnes omnino regiones ubi Graeci habitent significare posse non est negandum. 6 Participium addidi ut mederer gravi soloecismo, quem priores editores intactum reliquerunt. 7 Cibyram Cn. Manlius Volso per expeditionem a. 189 a. Chr. contra Galatas susceptam subegit (Polyb. XXI, 34, 2 sqq. Livius XXXVIII, 14, 3 sqq.). Paullo post Romani foedus cum civitate fecerunt, cuius tabula nuper eruta est (V. append. voluminis II). 8 Cf. Syll.[2] 732, 18 εὔξησεν. Quoniam ηυ augmento temporali et ex ευ et ex αυ nasci poterat, ea aetate, qua iam neglegi incipiebat augmentum, hoc ευ errore etiam ad verba ab αυ incipientia translatum videtur. Certe nulla originis communione hoc rarum vitium continetur cum illo volgatissimo diphthongorum ηι et ει permutatarum. 9 Titulus Antonino Pio imperante (138—161 p. Chr. n.) incisus videtur. 10 Supplevi dubitanter, nam potest etiam proprium deae nomen fuisse. 11 Supplevi. 12 Cf. n. 503[2]. 504[6]. 13 Supplevi. 14 Supplevi. Cf. not. 5. Utique κατὰ τὸ δόγμα τοῦ Πανελληνίου ad ἀνέθηκε referri non licet. Nam Panhellenes si concilii decreto quamlibet rem dedicassent, non civitati, sed praesidi suo aut alii magistratui operis efficiendi curam mandassent, et prolixa suarum rerum expositione Cibyratae indicant, hoc ipsorum, non Panhellenum monumentum esse.

---

498 Basis marmoris Pentelici inventa Olympiae. Ex Purgoldi apographo ed. W. Dittenberger Archäol. Ztg. XXXVIII (1880) p. 61 n. 353 (Olympia V p. 547 n. 455).

Ἡ Ὀλυμπικ[ὴ] | βουλὴ[1] Γ(άϊον) Ἰούλιο[ν] | Φίλιππον Τραλ|λιανόν[2], τὸν ἀσι||άρχην[3], ἠθῶν ἕνε|κα, Ὀλυμπιάδι | σλβ′[4].

Litterae ΑΛΘΠCΩ. Extremae hastae lineolis transversis ornatae. 1 Concilium ab Eleorum quidem civitate constitutum, sed tamen distinguendum a senatu Eleorum, quod ferias ac certamina Olympiorum curabat et lites ex eis natas diiudicabat. Cf. Olympia V, Indices p. 834. Pausan. VI, 3, 7: καὶ ὡς χρημάτων καταδικάσαιτο ὁ Λέων ἐπὶ τῆς Ὀλυμπικῆς βουλῆς ἑκατέρου τῶν ἑλλανοδικῶν οἳ νικᾶν τὸν Εὐπόλεμον ἔγνωσαν. 2 Idem homo n. 499, 1. 2 pater Philippi Tralliani equitis Romani, avus senatoris et praetoris cognominis recensetur. Anno 153 p. Chr. Olympia Trallianorum quinquagesima acta sunt hoc Philippo agonothetae munere fungente. Cf. titulos Trallianos editos Papers of the American school of Athens I p. 100 n. VI, 11 (Mitth. des arch. Inst. in Athen VIII 1883 p. 322 n. 6, 11). p. 102. p. 103 (Lebas Inscr. III, 1652 *c*, 10). Paullo post eum iterum asiarchae sive summi provinciae Asiae sacerdotis honorem gessisse ex martyrio Polycarpi apparet. Nam quin illic c. 12: ταῦτα λέγοντες ἐπεβόων καὶ ἠρώτων τὸν ἀσιάρχην Φίλιππον, ἵνα ἐπαφῇ τῷ Πολυκάρπῳ λέοντα et c. 21 ἐπὶ ἀρχιερέως Φιλίππου Τραλλιανοῦ idem Philippus significetur, post monumentum Olympicum erutum dubitari non licet. Nam quod fuerunt, qui in martyrio duos cognomines homines, Smyrnaeum asiarcham et Trallianum antistitem sacrorum Asiae provinciae (not. 3) distinguerent, eos errasse titulus qui eundem Philippum et ἀσιάρχην et Τραλλιανόν appellat arguit. De tempore martyrii sane contentio acris et longinqua inter homines doctos agitata est, cum alii, praecipue W. H. Waddington, m. Februario 155 p. Chr. id vindicarent, alii eidem anni 166 p. Chr. tempori. Sed utut de intricatissima illa quaestione iudicatur, quae est de temporibus vitae Aristidis rhetoris, utique illud ἀνθυπατεύοντος Στατίου Κοδράτου (Mart. Polyc. 21) vetat usque ad annum 160 p. Chr. aut adeo ad inferiora tempora descendere, quoniam L. Statius Quadratus consul ordinarius fuit anno 142 p. Chr. n. cum C. Cuspio Rufino, intervallum temporis vero inter hunc honorem et proconsulatum Africae Asiaeve tum annorum 12—16 esse consueverat. Quod cum optime conveniat cum Waddingtoni rationibus, et cum P. Corssen Zeitschrift für neutestamentliche Wissenschaft und Kunde des Urchristentums III p. 66 sqq. eorum quae Aristides de vita sua ac potissimum quidem de longinquis morbis refert accuratissimo examine instituto Waddingtoni sententiam confirmaverit, pro certo pronuntiare licebit, anno 154/5 p. Chr. Philippum iterum asiarcham sive summum sacerdotem Asiae provinciae fuisse. 3 De vocabulorum ἀσιάρχης et ἀρχιερεὺς τῆς Ἀσίας significationibus diu multumque disputatum est. Antiquissimam sententiam, eundem utraque appellatione honorem indicari, et alii permulti probarunt et nuper Th. Mommsen vir immortalis memoriae se hanc unam veram existimare professus est (Jahreshefte des österr. arch. Instituts III 1900 p. 5 sqq.). At W. H. Waddington ad Lebas Inscr. III, 885 diversum utriusque officium esse statuit, sacerdotis cultum imperatoris et regimen concilii provincialis, asiarchae vero ludorum sacrorum administrationem, et haec quoque opinio haud paucis hominibus doctis probata est. Denique Brandis ap. Pauly-

Wissowa Realencyklopädie II, 2 p. 1564 sqq. omnes, qui a civitatibus suis in concilium commune provinciae Asiae missi essent, asiarchas appellatos existimat. Quaestionem difficillimam diiudicare non huius loci est, sed ingenue profiteor, mihi Mommseni sententiam omnium maximam veri similitudinem habere videri cum aliis de causis, tum quia in illa provincia nomen ἀσιάρχης plane aliam vim habere, atque in finitimis βιθυνιάρχης, γαλατάρχης, λυκιάρχης manifesto habeant, plane incredibile videtur. Accedit quod quae not. 2 de Philippo Tralliano Polycarpique martyrio exposita sunt, eorum opinioni, qui asiarchas ab antistitibus sacrorum provincialium distinguunt, certe non favent. 4 Non quadriennium 149—153 p. Chr. hic significari mihi videtur, sed ipsae feriae Olympicae aestate anni 149 actae, quae est propia nominis Ὀλυμπιάς vis. Nam senatum Olympicum per ipsorum ludorum occasionem Philippum, cui cum Trallianorum Olympiis arctissima intercederet necessitudo, statuae honore affecisse consentaneum est. Distinguenda igitur prior anni 148/9 asiarchia Philippi ab illa altera anni 154/5 p. Chr., per quam Polycarpus necatus est (not. 2).

---

499 Lapis advectus in oppidum *Aïdin* ad scholam novam aedificandam. Ex apographo Oscari Schultz architecti, qui illi aedificationi praeerat, ed. E. Loewy Mitth. des arch. Inst. in Athen XI (1886) p. 203. Paullo accuratius Al. Em. Kontoleon Bull. de corr. Hell. X (1886) p. 456. Cf. P. Foucarti adnotationem ibid. p. 457. J. S. Sterret Papers of the American school at Athens II p. 325 n. 379.

Γ(άϊον) Ἰούλιον, Ἰουλίου Φιλίππου ἀρχιερέως | Ἀσίας[1] υἱόν, Οὐελίνα Φίλιππον[2], ἱππέα Ῥω|μαῖον[3], τῶν ἐκλέκτων ἐν Ῥώμῃ δικαστῶν[4], | ἐπίτροπον τῶν Σεβαστῶν[5], πατέρα Ἰουλ(ίου) || Φιλίππου συγκλητικοῦ, στρατηγοῦ Ῥωμαί|ων[6], ἱερέα διὰ βίου τοῦ Διὸς τοῦ Λαρασίου[7].

Litterae ΑΠΣΩ. 1 Cf. 498[2. 3]. 2 Idem Philippus est n. 500, 5. 6. 501, 2. 3 Cf. n. 495[6]. 4 Cf. n. 567, 10. 11: ἐπίλεκτον κριτὴν ἐκ τῶν ἐν Ῥώμῃ δεκουριῶν. Item in titulis Latinis haud infrequenter *iudex selectus*, *iudices selecti*, cf. Th. Mommsen Röm. Staatsrecht III, 1[3] p. 536 not. 2. 5 Hominem cuius pater intra annos 149—155 p. Chr. summis et patriae et provinciae sacris praefuisset (n. 498[2]), ipsum aut M. Aurelii et L. Veri (161—169 p. Chr.) aut M. Aurelii et Commodi (176—180 p. Chr.) una imperantium procuratorem fuisse cum temporum rationibus perbene convenit. Sane hic titulus aliquanto recentior est (not. 6). Neque vero id enuntiatur, tum ipsum Philippum procuratorem Augustorum fuisse, sed prioris vitae honores et officia enumerantur. 6 Hinc apparet, patrem huius senatoris et praetoris senem iam fuisse cum monumentum erigeretur. Quod n. 501, 4. 5 filius item senator et praetor appellatur, cum n. 500, 9. 10

praeturae mentio non fiat, inde colligere illum titulum his duobus antiquiorem esse lubricum est, nam potest etiam mera neglegentia omissa esse. Utique non multo ante finem alterius p. Chr. n. saeculi haec tria monumenta dedicata esse apparet. 7 Cf. Waddington ad Lebas Inscr. III, 604, qui monet haec sacra Trallianorum gravissima bis commemorari apud Strabonem IX, 5, 19 p. 440, ubi cum vicus Larisa prope Tralles situs commemoratus sit pergitur ἴσως δὲ καὶ ὁ Λαρίσιος Ζεὺς ἐκεῖθεν ἐπωνόμασται, et XIV, 1, 42 p. 649: οὗτος (Pythodorus Trallianus) τε δὴ καθ' ἡμᾶς ἤκμασε καὶ Μηνόδωρος, ἀνὴρ λόγιος καὶ ἄλλως σεμνὸς καὶ βαρύς, ἔχων τὴν ἱερωσύνην τοῦ Διὸς τοῦ Λαρισαίου. Nominis veram formam praeter hunc titulum habet nummus collectionis Waddingtonianae (ΔΙΟΣ ΛΑΡΑΣΙΟΥ), scripturam pravam apud Strabonem, si prioris loci argumentum reputaveris, scriptori quam librariis tribuere malueris. Ceterum in titulo apud Lebas Inscr. III, 604, 12 sqq. ἱερᾶς τοῦ Διὸς κατὰ τὰ δόγματα τῆς συγκλήτου (sc. τῆς Τραλλιανῶν πόλεως) iure meritoque hunc ipsum Iovem Larasium agnoscit Waddington.

---

500 Oblongus lapis, Aphrodisiade Cariae in turri. Ex schedis Sherardianis et Spanhemianis ed. Boeckh C. I. G. 2790. Accuratius ex suo apographo W. H. Waddington ad Lebas Inscr. III, 1609.

Κατὰ τὰ ἐψη|φισμένα ὑπὸ | τῆς βουλῆς | καὶ τοῦ δήμου[1] || Γ(άϊον) Ἰούλιον | Φίλιππον, | τὸν κράτισ|τον[2], πατέρα | συν-κλητι||κοῦ[3], καὶ ἀπὸ | ἐπιτρόπων[4], | λογιστεύσαν|τα καὶ[5] τῆς ἡ|μετέρας πό||λεως μετ' εὐ|νοίας, γενό|μενον ἐν πᾶ|σιν εὐεργέ|την.

Litterae ΠΣ. 1 Aphrodisiensium. 2 Cf. n. 499 2. 3. 3 Cf. n. 499 6. 4 Cf. n. 499, 4. 501, 2, ubi ἐπίτροπον τῶν Σεβαστῶν. Formula ἀπὸ ἐπιτρόπων anceps est, sed hic non potest eum significare, qui stirpis originem ad procuratores referat, nam collatis n. 498, 4. 5. 499, 1 dubitari non poterit quin ipse Philippus primus in sua familia ad equestrem ordinem et officium procuratoris Augustorum evectus sit. Quare is intellegendus videtur, qui antea procurator Augustorum fuerit. Eadem vi Latine dici *ex procuratoribus*, *ex praefectis* monet Waddington ad Lebas Inscr. III, 1385. 5 Non unius igitur Aphrodisiensium civitatis curator sive logista fuit, sed etiam aliarum, quas singillatim enumerare hic non attinebat. De cura synodi artificum Dionysiacorum (n. 501, 10) cogitasse ideoque καὶ adiecisse scriptorem vix crediderim; utique collocatio particulae monstrat ea neutiquam curatoris officium eis annecti quorum antea mentio facta sit.

---

501 Trallibus (*Güzelhissar*). Ex Borrellii schedis ed. Boeckh C. I. G. 2933. Tres primos versus iterum exscripsit totumque titulum repetivit Lebas Inscr. III, 605. Illorum trium versuum

apographum accuratius exhibet J. S. Sterret Papers of the American school at Athens II p. 326 n. 380.

Ἰούλιον Φίλιππον [1], | ἐπίτροπον τῶν Σεβασ|τῶν [2], πατέρα Ἰουλίου | Φιλίππου συνκλη[τι||κ]οῦ [3], στρατ(η)γοῦ [4] Ῥωμαίων, | ἡ σύνοδος | (τῶν περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτῶν) [5] τῶν ἀπὸ Ἰωνίας κα[ὶ] | Ἑλλησπόντο(υ) [6], τὸν | ἴδιον ἀγ(ω)νοθέτην [7] καὶ || λογιστὴν [8] καὶ | εὐεργέτην, | ἐπιμεληθέντ(ω)ν [9] | Σεραπίωνος β' Μάγνη|τος ἀπὸ Σιπύλου ὀλυμ||πιονίκου καὶ Τιβ(ερίου) Κλαυ|δίου Σπερχειοῦ.

Litterae ΘΠΣ. Aliquot locis inveniuntur litterarum ligaturae. 1 Cf. n. 499 2. 2 Cf. n. 500 4. 3 ΤΟΥ. 4 ΣΤΡΑΤΕΓΟΥ. Cf. n. 499 6. 5 Verba, quae lapicida oculis ab ΤΩΝΠΕΡΙ ad ΤΩΝΑΠΟ aberrantibus transsiluerat, restituit Boeckhius. 6 ΕΛΛΗΣΠΟΝΤΟΝ. 7 ΑΓΟΝΟΘΕΤΗΝ. De hoc Philippi II officio cf. C. I. G. 2932, 9 ἀγωνοθετοῦντος Ἰουλίου Φι[λίππου, πα]τρὸς συνκλητ[ικοῦ]. 8 Cf. n. 508 3. Fortasse hic quoque curator, quippe qui non civitatis, sed alius hominum corporis sit, non ab imperatore, sed a proconsule datus est. 9 ΤΟΝ.

---

502 Aezanis (*Tschavdere-Hissar*) in templo Iovis, in pariete interiore lateris meridionalis. Ed. Keppel Itin. II p. 227. Fellows Itin. As. min. p. 143. Ex his et schedis Alexandri de Laborde a Letronnio missis J. Franz C. I. G. 3835. Texier Descr. Asiae min. I p. 103 sqq. (Franz C. I. G. III Add. p. 1064). Omnium accuratissime ex Lebasii apographo et ectypo chartaceo Lebas-Waddington Inscr. III, 860 (L. Lafoscade De epistulis imperatorum magistratuumque Romanorum p. 41 n. 93).

Ἀουίδιος Κουιῆτος [1] Αἰζανειτῶν [2] ἄρχουσι βουλῆι | δήμωι χαί-

Litterae ΑΕΖΗΘϨΠΥΣ, ornatae apicibus. Versus 1. 2 maioribus litteris exarati. 1 Proconsul Asiae in titulo Stratonicensi Bull. de corr. Hell. XI 1887 p. 109 n. II, 8 sqq. ὅτι [χ]άρι[ν ἠ]πίστασθε Ἀουιδίωι [Κ]ουι[ήτ]ω[ι τ]ῶι κ[ρα]τίστωι ὡς εὖ ποιήσαντι ὑμᾶς [δ]ι[ὰ] τὸν τῆς ἀν[θ]υ[π]α[τ]είας χρόνον et in nummis Hyrcanorum Macedonum Lydiae Wiener numism. Ztschr. XVI 1884 p. 286 n. 132: ἀνθυ(πάτῳ) Κυιή[τῳ] [Ὑ]ρκανῶν Μακε(δόνων). Borghesi Opp. I p. 500: ἀνθυ(πάτῳ) Κυιήτῳ Ὑρκανῶν. Tempus proconsulatus definitur titulo Stratonicensi, qui continet epistulam Hadriani Augusti datam mense Februario anni 127 p. Chr. Qua cum annum administrationis Quieti proxime elapsum esse indicetur, eum ab aestate a. 125 p. Chr. usque ad idem anni 126 tempus in provincia fuisse apparet. De reliquis huius hominis honoribus nihil

ρειν· ἀμφισβήτησις περὶ χώρας ἱερᾶς, ἀνα|τεθείσης πάλαι τῶι Διί[3], τρειβομένη πολλῶν ἐτῶν, τῆι προνοίᾳ τοῦ | μεγίστου αὐτοκράτορος τέλους ἔτυχε. ἐπεὶ γὰρ ἐπέστειλα αὐτῷ δη||λῶν τὸ πρᾶγμα ὅλον, ἠρόμην τε ὅτι χρὴ ποιεῖν, δύο τὰ μάλιστα τὴν | διαφορὰν ὑμεῖν κεινοῦντα καὶ τὸ δυσεργὲς καὶ δυσεύρετον τοῦ | πράγματος παρεχόμενα, μείξας τῷ φιλανθρώπῳ τὸ δίκαιον ἀκολού|θως τῇ περὶ τὰς κρίσεις ἐπιμελείᾳ τ[ὴν] πολυχ[ρ]όνιον ὑμῶν μάχην καὶ ὑποψί|αν πρὸς ἀλλήλους ἔλυσεν[4], καθὼς ἐκ τῆς ἐπιστολῆς ἣν ἔπεμψεν πρός με || μαθήσεσθε, ἧς τὸ ἀντίγραφον ὑμεῖν πέπομφα[5]. ἐπέστειλα δὲ Ἑσπέρῳ τῷ ἐπι|τρόπῳ

---

memoriae proditum est. Haud improbabiliter eum T. Avidii Quieti, qui anno 82 p. Chr. legatus Augusti Thraciae, a. 98 p. Chr. Britanniae fuit et ante a. 107 p. Chr. diem supremum obiit, cuius memoria non infrequens est in Plinii epistulis, filium fuisse conicit Waddington. Cf. E. Klebs Prospogr. imp. Rom. I p. 189 n. 1171. 2 Cf. n. 458[25]. 3 Ex litteris Latinis eiusdem lapidis (not. 5. 10. 11) apparet has dissensiones et ad fines et magnitudines partium per quas hic ager civibus divisus erat a regibus Seleucidis vel Attalidis et ad vectigal a Mettio Modesto proconsule eis impositum spectare. Sed cave existimaveris reges sacra terra potitos eam privatis assignasse ut in eorum dominio esset. Quae res cum in sacrilegii crimen incurreret, neutiquam credibile est, ius privatorum a Romanis conservatum atque adeo in litteris publicis pristini dei dominii mentionem factam esse. Immo de locatione modo, perpetua et hereditaria sane, fundorum qui non desierant Iovis sacri esse, haec interpretanda sunt. 4 Anacoluthia hic manifesta est. Nam ab enuntiato τὴν πολυχρόνιον ὑμῶν μάχην καὶ ὑποψίαν πρὸς ἀλλήλους ἔλυσεν pendere debebat participium, veluti παύσας, unde penderet accusativus δύο τὰ — κεινοῦντα καὶ — παρεχόμενα, ab hoc rursus μείξας τῷ φιλανθρώπῳ τὸ δίκαιον. Nam ab hoc μείξας illud τὰ δύο suspendere vetant et sententia et structura enuntiati. Neque vero mirum est, in hac impeditissima participiorum cumulatione unius ex eis oblitum esse epistulae scriptorem. 5 Iuxta hunc titulum a dextra haec Latino sermone incisa sunt (Lebas-Waddington Inscr. III 861): *Exempl(ar) epistulae C[ae]saris scriptae ad | Quietum. | Si in quantas particulas, [q]uos [cle]ros appellant, ager Aezanen|si Iovi dicatus a regibus divisu[s sit], non apparet, optimum est, | sicut tu quoque existimas, [modu]m qui in vicinis civitatibus | clerorum nec maximus [nec mi]nimus est observari. et si, cum | Mettius Modestus cons[titueret], ut vectigal pro is pendere|tur, constitit qui es[se]nt c[leruc]hici agri, aequum est ex h[oc] | tempore vectigal pendi. si [non co]nstitit, iam ex hoc tem[po]|re vec[tig]al pendendum e[s]t. [at] si quae morae qu[aerantur] | us[que dum penda]nt inte[grum, dentur]*. De Mettio Modesto cf. n. 561[3]. 562[2]. Prosopographia imp. Rom. II p. 373 n. 404. Proconsulatus Asiae, cuius praeter hunc titulum mentionem facit Ephesius Syll.[2] 386, 5, aliquot annis prior est quam Avidii Quieti, ut aut in postremos Traiani aut in primos Hadriani annos

τοῦ Σεβαστοῦ[6], ὅπως γεομέτρας ἐπιτη(δ)[είους][7] λεξάμενος ἐκείνοις | προσχρήσηται τὴν χώραν διαμετρῶν κἀκ [τούτου ἀγαθὸ]ν ὑμεῖν γενήσεται. | καὶ ἐκ τῶν ἱερῶν[8] τοῦ Καίσαρος γραμμάτω[ν ὑμεῖν δ]εδήλωκα ὅτι ⟨ο⟩ δεῖ τε|λεῖν ὑπὲρ ἑκάστου κλήρου κατὰ τὴν [τοῦ Καίσαρος ἀπό]φασιν ἐξ ἧς ἂν ἡ||μέρας λάβητε τὴν ἐπιστολήν. ἕκαστ[ος δὲ τὸ τέλος τῷ] ἱερο[ταμίαι τῆς] | χώρας[9] τελέσει, ἵνα μὴ πάλιν τινὲς ἀ[μφισβητοῦντες περὶ αὐτῆς τοῦ] | βράδειον ἀπολαῦσαι τὴν πόλιν τῆς [προσηκούσης προσόδου παραίτιοι] | γένωνται· ἀρκεῖ γὰρ αὐτοῖς τὸ μέχρι ν[ῦν ἀπολελαυκέναι τούτων. πέπομ]||φα δὲ καὶ τῆς πρὸς Ἕσπερον ἐπιστο[λῆς τὸ ἀντίγραφον[10] καὶ ἧς Ἕσπερος ἐ]||μοὶ γέγραφεν[11]. ἐρρῶσθαι ὑμᾶς εὔχο[μαι].

---

incidere manifestum sit. Cf. Waddington Fastes des prov. Asiatiques de l'empire Romain n. 124 ap. Lebas Inscr. III. Expl. p. 719. 6 Vectigal in arcam sacram Iovis (not. 9) numeratum videtur, sed pars eius certa in fiscum Caesaris pervenisse; propterea non proconsul, sed procurator Caesaris hanc rem curare debet. W. 7 ΕΠΙΤΗΛ. 8 Cf. Syll.[2] 415[1]. 9 Hinc quoque apparet, agros etiamtum sacros fuisse Iovis. Cf. not. 3. 10 In eodem lapide, Lebas-Waddington Inscr. III, 862: *Exempl(ar) epistulae Quieti scriptae ad | Hesperum. | Cum variam esse clerorum mensuram | cognoverim, et sacratissimus imp(erator) con|stitutionis suae causa neq(ue) maximi neq(ue) | [min]imi mensuram iniri iusserit in ea re|[gione]*, *quae Iovi Aezanitico dicata dicitur* |, *[mando tib]i, Hesper(e) carissime, explores qu|[ae maximi cl]eri mensura, quae minimi [in | vicinia et in] ipsa illa regione sit, et id | [per literas n]otum mihi facias.* 11 In eodem lapide, Lebas-Waddington Inscr. III, 863: *Exempl(ar) epistulae scriptae Quie|to ab Hespero. | Quaedam negotia, domine, non ali|ter ad consummationem perduci | possunt, quam per eos qui usu sunt | eorum periti. Ob hoc, cum mihi iniunxisses ut tibi renuntiarem, quae | mensura esset clerorum circa re|gionem Aezaniticam, misi in rem | praesentem ei-------* Nihil amplius unquam in lapide scriptum fuisse testatur Waddington. Cur titulus non perfectus sit latet.

---

503 Marmor candidum Athenis translatum Parisios in collectionem Choiseulianam et inde in museum publicum (*Louvre*). Edd. Dubois catal. n. 206. Clarac tab. 665. Ex his et Fourmonti Fauvelii Pittakis schedis Boeckh C. I. G. 2910 (W. Dittenberger C. I. Att. III, 16). W. Froehner Inscr. du musée du Louvre n. 66. Iterum et cum lapide et cum ectypo chartaceo a B. Haussoullier transmisso contulit O. Kern et edidit Inschriften von Magnesia praef. p. XVII n. LXVI.

Ἀγαθῆι τύχηι. Λεύκιππος[1]. |

Litterae ΘΠΣ. Vs. 2 N et E, vs. 4 H et N ligatae. Supplementa praeter v. 6. 10 init. omnia Boeckhii sunt. Kernii exemplum docet nonnullas litteras, quas antiquiores etiamtum agnovissent, iam evanuisse, sed reliquis in rebus omnibus Boeckhii lectionem confirmat. 1 Non hominem aliquem illius aetatis, cuius titulus esset, sed illum antiquum et fabulosum Magnesiae conditorem, cuius statuae Athenis erectae fortasse haec tabula apposita fuisset, hoc nomine indicari observavit Boeckh verissime, nisi quod illud de statua mihi minus probatur. Immo non alia mente, atque alibi perfrequenter θεός aut θεοί, sed nonnunquam etiam certorum deorum nomina propria, ut Ζεὺς Σωτήρ n. 497, 1, Μοῦσαι Syll.[2] 635, 1, decretis praemittuntur, hic herois a Magnetibus insigni veneratione affecti appellatio inscribitur. De Leucippo Boeckhius provocavit ad Schol. Apoll. Rhod. Argon. I, 584 ἔστι γὰρ (praeter Magnesiam Thessaliae) καὶ ἑτέρα Μαγνησία περὶ Ἔφεσον, ἐκτισμένη ὑπὸ Λευκίππου τοῦ Καρὸς μετοικήσαντος ἐκεῖ σὺν Μάγνησι τοῖς ἐκ Κρήτης et Parthenium Erot. c. 5, qui cum de Leucippi incesto amore et patris nece narrasset, sic pergit: δι' ἣν αἰτίαν ἀπολιπὼν τὴν οἰκείαν Θετταλοῖς ἐπὶ τοῖς συμβεβηκόσιν εἰς Κρήτην ἡγήσατο, κἀκεῖθεν ἐξελαθεὶς ὑπὸ τῶν προσοίκων εἰς τὴν Ἐφεσίαν ἀφίκετο, ἔνθα χωρίον ᾤκησε τὸ Κρητιναῖον ἐπικληθέν. τοῦ δὲ Λευκίππου τούτου λέγεται τὴν Μανδρολύτου θυγατέρα Λευκοφρύην ἐρασθεῖσαν προδοῦναι τὴν πόλιν τοῖς πολεμίοις, ὧν ἐτύγχανεν ἡγούμενος ὁ Λεύκιππος, ἑλομένων αὐτὸν κατὰ θεοπρόπιον τῶν δεκατευθέντων ἐκ Φερῶν ὑπὸ Ἀδμήτου. Nunc ipsorum Magnetum memoriam ex titulis cognitam habemus, quae in summa rei de oraculo et de Magnesia condita cum scriptoribus consentit, sed singillatim non uno nomine discrepat. Inschr. v. Magnesia p. 14 n. 17 narratur, Magnetes, qui in insulam Cretam emigrassent, primo oraculum Delphicum de reditu in antiquam patriam consuluisse, quem cum deus dissuasisset, iterum interrogasse, quo se verterent; iam Apollinem virum esse respondisse qui illos duceret Παμφύλων ἐπ' ἄρουραν ὑπὲρ Μυκάλης ὄρος αἰπύ, ἔνθα δὲ Μανδρολύτου δόμος ὄλβιος ἐν περιωπῇ κτλ. Tum tertium quaesivisse, quisnam is esset; oraculum respondisse, is quem ex templo egressi primum aspicerent. Tum pergitur: συναντησάντων δὲ κατὰ τὸ ῥηθὲν καὶ τὴν συγγένεια[ν] πρὸς τὸν Λεύκιππον ἀνανεωσαμένων, ἐπιδειξάντων τοὺς χρησμοὺς ἄσμενος ὑπήκουσε. Tamen ipsum quoque deum consuluisse et accepisse oraculum de loco coloniae (v. 46—51), in quo item Mycales et Mandrolyti domus mentio fit. In decreto ficticio Cretensium vero Inschr. von Magnesia p. 16 n. 20, 27 haec sunt: δόμεν δὲ καὶ Λευ|[κίππωι τ]ῶι Λυκίωι τῶι καθαγεμόνι γενομένωι εἰς τὰν Ἀσί|[αν Κρήτα]ς πάσας πόλεις ἀργυρίω τάλαντον. De gente igitur, ex qua Leucippus oriundus fuerat, Magnetum narratio cum Parthenio contra scholiastam Apollonii consentit. Pater vero, qui apud scriptorem eroticum Ξάνθιος est, in oraculo n. 17, 38 Γλαύκου γένος appellatur. Tamen eidem familiae uterque heroa vindicat, nam Glaucus sine dubio intellegendus est Hippolochi filius, cuius in Iliade frequens est memoria, cum Parthenius Leucippum τῶν ἀπὸ Βελλεροφόντου fuisse testetur.

[Ψήφισ]μα τὸ γενόμενον ὑπὸ τῶν Πανελλήνων[2]. |

[Ἐπειδὴ Μάγνητες οἱ] πρὸς τῷ Μαιάνδρῳ ποταμῷ, ἄποικοι | [ὄντες Μαγνήτων] τῶν ἐν Θεσσαλίᾳ[3], πρῶτοι Ἑλλήνων || [διαβάντες εἰ]ς τὴν Ἀσίαν καὶ κατοικήσαντες, συνα||[γωνισάμενοι δὲ[4]] πολλάκις Ἴωσι καὶ Δωριεῦσι καὶ τοῖς ἐ||[κ τοῦ αὐτοῦ γ]ένους Αἰολεῦσι[5], τιμηθέντες καὶ ὑπὸ | [τοῦ δήμου τοῦ Ῥωμ]αίων δι' ἃς ἐποιήσαντο συμμα||[χίας[6] πρὸς αὐτὸν καὶ δ]ωρεῶν ἐξαιρέτων

2 De Panhellenibus cf. n. 504[1]. Decretum de recipiendis Magnetibus in illorum societatem fuisse eaque de causa omnia afferri, quae Magnetas origine Graecos fuisse et semper mansisse demonstrarent, perspexit Boeckhius. 3 Magnetas ad Maeandrum incolentes e regione Magnesia ad Ossam et Pelium montes sita emigrasse complures scriptores antiqui testantur, utut de singulis rebus eorum memoria discrepat. Cf. Strabo XIV, 1, 11 p. 636. Conon narr. 29. Plinius N. hist. V, 114, quos locos affert Boeckh. Quod Aristoteles aut Theophrastus ap. Athenaeum IV, 173e eos Delphorum colonos dicit, id cum Thessalica origine non pugnare docet Strabo XIV, 1, 40 p. 647 Cas. δοκοῦσι δ' εἶναι Μάγνητες Δελφῶν ἀπόγονοι, τῶν ἐποικησάντων τὰ Δίδυμα ὄρη ἐν Θετταλίᾳ. 4 Boeckhius scripserat κατοικήσαντες σὺν ἄ||[λλοις Ἕλλησι] πολλάκις. Sed etsi fabulae sane narrabant, illos Magnetum Thessalicorum colonos plus semel domicilium mutasse, tamen eos saepe cum aliis Graecis eodem loco habitasse minus apte dicitur; quod contra perbene se habet Kernii supplementum συνα[γωνισάμενοι], cui tamen addidi δέ, ut enuntiati structura concinnior fieret. Hoc, quod eos saepe armis adiuvisse praedicatur gentes sine controversia Graecas, ipsum quoque spectat ad commendandam rogationem de civitate in societatem Panhellenum recipienda. Ionas, Dorienses, Aeolenses in Asiae ora occidentali habitantes hic designari vix est quod moneam. In Doricae gentis mentione Boeckhius de Creta cogitavit, sed hoc cum eius supplemento minus probabili cohaeret. 5 Magnetas Aeolenses esse et Strabo refert (XIV, 1, 39 p. 647 Cas. Μαγνησία, πόλις Αἰολίς, λεγομένη δὲ ἐπὶ Μαιάνδρῳ) et omnes statuere debebant qui totam nationem Graecorum in tres gentes ita dividerent, ut quicquid neque Ionicum neque Doricum esset Aeolensium nomine comprehenderent. Quae opinio ut a veritate abhorret, ita inferiore aetate latissime propagata erat, ut non mireris hunc quoque titulum eam sequi. 6 De Antiochi Magni et Mithridatis bellis haec intellegit Boeckh, in quibus Romanos a Magnetibus adiutos esse non improbabile quidem sit, etsi sane non tradatur. Nam quae in Livii Periocha LXXXI et apud Appianum Mithr. 21. 61 de Magnetum per bellum Mithridaticum rebus scripta sunt, ad Magnesiam Sipylenam referenda propter Strabonem XIII, 3, 5 p. 621 C. et Pausaniam I, 20, 5. Apud Tacitum tamen Ann. III, 62 de Magnesia ad Maeandrum haec legi: *proximi hos Magnetes L. Scipionis et L. Sullae constitutis nitebantur, quorum ille Antiocho, hic Mithridate pulsis fidem atque virtutem Magnetum decoravere, ut Dianae Leucophrynae perfugium inviolabile foret.* Eidem intellegi videntur Ann. IV, 55. Ceterum pluralis συμμαχίας usurpatur, quia vox hic non tam foedus

τυχόντες ὑ‖[πὸ θεοῦ[7] Ἁδ]ριανοῦ, πατρὸς Τ(ίτου) Αἰλίου Καίσαρος | [Αὐτοκράτο]ρος Ἀντωνείνου τὰς[8] | ---------------υτ.. εμ----

---

significat, quam auxilium quod ex foedere Romanis per belli tempora tulerunt, id quod bis factum esse videtur. 7 Supplevi. Τραϊανοῦ Boeckh. Sed hoc neque defuncto accommodatum est, neque nuda nomina Τραϊανὸς Ἁδριανός sine imperatoris, Caesaris, Augusti appellationibus usitata sunt. 8 Hic incipiebat enuntiatum ab ἐπειδή (v. 3) pendens, quod regebat participia v. 4—11. Illud deinde sequebatur apodosis decretum continens. B.

---

504 Aezanis (*Tschavdere-hissar*) in parietinis templi Iovis. Ed. Keppel Itin. II p. 227 sqq. Ex hoc et schedis Alexandri de Laborde J. Franz C. I. G. 3832. Accuratissime ex ectypo chartaceo et apographo suo Lebas Inscr. III, 869.

Ὁ ἄρχων τῶν Πανελλήνων[1] καὶ ἱερεὺς θεοῦ Ἁδριανοῦ Π[ανελ-

Litterae ΑΖΘΞΟΠΣ. 1 Hadrianus una cum delubro Iovis Panhellenii (not. 6) et ludis magnificentissimis Panhelleniorum (not. 3) concilium Panhellenum, qui Athenas convenirent, constituerat, eo quidem nomine plane diversum a conciliis provincialibus, quod nulla provinciarum ratione habita omnes quae ubique per imperium Romanum essent civitates Graecas comprehenderet. Cf. G. Hertzberg Gesch. Griechenl. unter der Herrschaft der Römer II p. 330 sqq., ubi antiquiorum de ea re commentationes et adnotationes allatas habes. Nomen Πανέλληνες eadem ambiguitate, quae etiam in Ἀμφικτιόνων appellatione observatur, et populos foederatos significat et eorum legatos, et hi quidem non modo coniuncti in concilium hac voce designantur, sed adeo unusquisque ex eis Πανέλλην audit. Cf. C. I. G. 1192, 2. 1256, 12. C. I. Att. III, 534, 7. I. G. Sept. I, 106, 12. III, 218, 9. Inscr. Peloponn. I, 590, 17. Bull. de corr. Hell. XXII 1898 p. 246 n. 2, 2. Qui horum conventibus praesidet, et in Euryclis titulis (hic et n. 507, 1) et C. I. Att. III, 681, 2 sqq. (τὸν ἄρχο[ντα τῶν] σεμνο[τάτων Παν]ελλήνω[ν]) archontis nomen gerit; iniuria alias eiusdem honoris appellationes fuisse statuerunt homines docti. Nam quod in titulo Argivo Inscr. Pelop. I, 590, 6 legitur Ἑλλαδάρχην καὶ ἀρχιερέα διὰ βίου τῶν Ἑλλήνων, id cum aliis de causis recte ab Hertzbergio de Panhellenum synodo intellegi negatum est, tum quia illi Hadriani Panhellenes propter peculiarem huius concilii naturam nunquam simplici nomine Ἕλληνες appellantur. Quod vero ipse quondam cum aliis πρῶτον Πανέλληνα I. Gr. Sept. I, 106, 12 fretus illo πρῶτος ἄρχων similibusque locutionibus de principe collegii interpretatus sum, sine dubio erravi. Nam nihil impedit quominus simplicissima ratione de eo qui omnium primus a Megarensibus in concilium Panhellenum missus sit interpretemur.

ληνίου[2]] | καὶ ἀγωνοθέτης τῶν μεγάλων Πανελληνίων[3] Τίτος [Φλάβιος Κύλλος] | καὶ οἱ Πανέλληνες Αἰζανειτῶν τῆι βουλῆι καὶ τῷ [δήμῳ χαίρειν·[4]] | καὶ αὐτοῖς ἡγούμενοι προσῆκον εἶναι τὰς πρὸς τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας ἀποδείκνυ||σθαι τειμὰς διαρκῶς καὶ ὑμεῖν συνήδεσθαι τῆς τῶν τοιούτων πολιτῶν κτή|σεως ἀκόλουθον ὑπολαμβάνοντες, ο[ἷό]ς ἐστιν οὗτος Οὔλπιος Εὐρυκλῆς, συν|πεπολιτευμένος[5] ἡμεῖν πάντα τὸν τῆς συνεδρείας χρόνον μετρίως καὶ ὡς | τούς τε καθ' ἕκαστον ἠιρηκέναι φιλίαι καὶ ἐν τῶι κοινῶι ἐπὶ παιδείαι τε καὶ | τῆι ἄλληι ἀρετῆι καὶ ἐπιεικείαι διάδηλον ἑαυτὸν πεποιηκέν[αι,] εὔλογον ἡγη||σάμεθα μαρτυρῆσαι αὐτῶι παρ' ὑμεῖν καὶ εὐφρᾶναι ὑμᾶς ἐνδειξάμενοι | ἣν πρὸς αὐτὸν εὔνοιαν ἔχομεν πρός τε τὸ κοινὸν τοῦ Πανελληνίου[6] καὶ ἰδίᾳ | πρὸς τὸν θαυμασιώτατον ἡμῶν ἄρχοντα Φλά-

---

2 Integrum cognomen exstat n. 507, 1, certa ratione restitutum est C. I. Att. III, 681, 4 [ἱερέα] θεοῦ Ἁδ[ριανοῦ Πανελ]ληνίου. 3 Herodes Atticus item agonotheta Panhelleniorum fuit. Cf. Philostratus Vit. soph. II, 1, 5 καὶ μὴν καὶ ἐλειτούργησεν Ἀθηναίοις τήν τε ἐπώνυμον καὶ τὴν τῶν Πανελληνίων, στεφανωθεὶς δὲ καὶ τὴν τῶν Παναθηναίων κτλ. De Rufo Perinthio sophista idem testatur Philostratus II, 17 μηδὲ εἰ τὴν τῶν Πανελληνίων Ἀθήνησιν εὐκλεῶς ἦρξεν. Quin hi quoque ut Flavius Cyllus et Claudius Iason (n. 507, 2. 7) cum regimine ludorum coniunxerint praesidium synodi et sacerdotium Divi Hadriani, non est quod dubitetur. 4 Cum Antonini Pii epistula n. 506 pridie Cal. Decembres a. 157 p. Chr. n. data sit, consentaneum est hoc decretum itemque n. 505 anni proxime superioris esse. Nam quin Claudius Iason Flavium Cyllum in praesidio exceperit, hae ipsae litterae dubitari non sinunt; neque minus certum existimo, hoc officium annuum fuisse. 5 Latiore vi hoc vocabulum inferiore aetate de eo usurpatur, qui cum alio non civitatis quidem, sed aut domicilii aut sodalitatis aut cuiuslibet alius communionis vinculo continetur. Cf. n. 143, 6. 145, 4. 182, 3. 6 Ut similia permulta, veluti Ἄκτιον, Δήλιον, Ὀλύμπιον, Πύθιον, Πανιώνιον, sic Πανελλήνιον proprie delubrum significat. Quippe Hadrianum Athenis magnificentissimum Iovis Panhellenii fanum condidisse refert Pausanias I, 18, 9 Ἁδριανὸς δὲ κατεσκευάσατο μὲν καὶ ἄλλα Ἀθηναίοις, ναὸν Ἥρας καὶ Διὸς Πανελληνίου καὶ θεοῖς τοῖς πᾶσιν ἱερὸν κοινόν. At Cassii Dionis loco LXIX, 16, 2 τόν τε σηκὸν τὸν ἑαυτοῦ, τὸ Πανελλήνιον ὠνομασμένον, οἰκοδομήσασθαι τοῖς Ἕλλησιν ἐπέτρεψε, templum non Iovi ab Hadriano, sed Hadriano a Graecis conditum innui videtur. Cui narrationi etsi sacerdotium Hadriani Panhellenii (not. 2) fidem facere videtur, tamen quae Pausanias memoriae prodidit per se probabiliora sunt, et fortasse haec sic inter se concilianda sunt, ut superstite quidem principe Iovis fuisse statuamus delubrum et sacerdotium, post obitum vero ad Divum Hadrianum alterum Iovem Panhellenium (cf. n. 457[1] et permulta eiusdem generis exempla) translata.

βιον Κύλλον φιλοτιμίᾳ κεχρη|μένον κοσμούσῃ οὐκ αὐτὸν μόνον τὸν Εὐρυκλέα, ἀλλὰ καὶ τὴν διασημο|τάτην ὑμῶν πόλιν, ἧς ἄξια καὶ τοῦ γένους καὶ τῆς ἐκ προγόνων ἀνδραγαθίας ‖ καὶ λέγων καὶ πράττων παρὰ πάντα τὸν χρόνον διατετέλεκεν [7]. ἐ(π)εστείλα|μεν [8] δὲ καὶ πρὸς τὸ ἔθνος [9] ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ πρὸς τὸν θειότατον αὐτοκράτορα [10], καὶ τη|λικαύτης μαρτυρίας ἄξιον αὐτὸν ὑπολαβόντες. ἔρρωσθε.

Nomen vero quod est Πανελλήνιον de concilio quod in illud fanum conveniat usurpari cum in his titulis videmus, tum C. I. Att. III, 12, 34. 15, 2. 17, 2. 1141, 20. Simili synecdocha Βακχεῖον, quod proprie templum Bacchi est, ad synodum cultorum huius dei transfertur I. G. Sept. I, 107, 7. Archives des missions S. III T. III 1876 p. 149 n. 72, 11. 7 ΤΕΛΗΚΕΝ Lebas, sed ΤΕΛΕΚΕΝ, quod antiquiores habent, in ectypo distincte agnosci testatur Waddington. 8 ΕΝΕΣΤΕΙΛΑ|ΜΕΝ Lebas, ΕΠΕΣΤΕΙΛΑΜΕΝ priores. Illud sane in lapide esse videtur, quia Waddington nullum ectypi a Lebasiano exemplo dissensum commemorat. Sed tamen iniuria ἐνεστείλαμεν retinuit, nam ἐπιστέλλειν non modo n. 506, 10. 507, 5 redit, sed omnino unum hac significatione usitatum est. 9 I. e. ad concilium provinciale Asiae. Cuius incolae etsi profecto non unam nationem efficiebant, tamen principatus temporibus vocem ἔθνος de illa provincia usurpatum esse probat titulus Inscr. Gr. Sic. et It. 1102 (Inscr. Gr. ad res Rom. pert. I, 153), 17. 18: ἀγωνισάμενος ἐν ἔθνεσιν τρισίν, Ἰταλίᾳ, Ἑλλάδι, Ἀσίᾳ. Cf. etiam quae adnotavi n. 458[24]. Non recte Franzius epistulam quae hic commemoretur n. 507 esse opinatur. Nam illa quidem hac recentior est. Immo quae illic v. 4 tanguntur litterae (φθάνομεν ἤδη καὶ δι' ἑτέρων γραμμάτων μαρτυρίας τῆς πάρ' ἡμῶν ἠξιωκότες, ἐπεσταλκότες ὑμεῖν τε αὐτοῖς περὶ αὐτοῦ), quae aetatem non tulerunt, hic intellegendae sunt. Eae enim etiamtum Flavio Cyllo archonte datae erant, cum superstes epistula n. 507 proximo demum Claudii Iasonis archontis anno scripta sit (v. 7 δίκαιον δὲ ἡγησάμεθα καὶ τοῦ κρατίστου Κλ(αυδίου) Ἰάσονος παραλαβόντος τὴν ἀρχὴν μαρτυρῆσαι αὐτῷ τὰ αὐτά). 10 Ne hanc quidem epistulam imperatoris exstare, sed responsum ad eam datum n. 506 monet Franz. Quod responsum sane ipsum epistula n. 504 recentius est, nam sine dubio Claudio Iasone archonte demum scriptum est; sed litteras Panhellenum, ad quas illud datur, superioris anni esse ipse imperator verbis οἱ πρὸ ὑμῶν Πανέλληνες v. 8 indicat.

---

505 Aezanis (*Tschavdere-hissar*) in parietinis templi Iovis. Edd. Keppel Itin. T. II p. 227 sq. Ex hoc et schedis Alexandri de Laborde J. Franz C. I. G. 3831. Accuratissime ex ectypo et apographo suo Lebas Inscr. III, 868.

Ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ καὶ ὁ κῆρυξ αὐτῆς καὶ ἀγωνοθέ|της τῶν τῆς Σεβαστῆς ἀγώνων[1] Νούμμιος Μῆνις[2] | Αἰζανειτῶν ἄρχουσι, βουλῆι, δήμωι χαίρειν· | ὁ πολίτης ὑμῶν Μ(ᾶρκος) Οὔλπιος Εὐρυκλῆς ὁ ἀξιολογώτατος ἐπε||δήμησεν ἡμῶν τῆι πόλει[3] παντὶ τούτωι τῶι χρόνωι ἀξίως τοῦ τε | αὐτοῦ ἀξιώματος καὶ τῆς ὑμετέρας πόλεως, ὡς ἐν πατρίδι | ταῖς Ἀθήναις[4] τὴν διατριβὴν ποιησάμενος, παιδείᾳ τε ὁμι|λῶν καὶ πᾶσαν ἐνάρετον προαίρεσιν ἀποδεικνύμενος | διὰ τῆς περὶ τὰ κάλλιστα καὶ σεμνότατα σπουδῆς· καὶ διὰ ταῦτα ἐτιμήσαμ[εν] || αὐτὸν τιμαῖς ταῖς προσηκούσαις καὶ ἀνδριάντος ἀναθέσει καὶ εἰκόνος[5] | ἔν τε τῆι ἡμετέρᾳ πατρίδι ταῖς Ἀθήναις ἐν ὧι ἂν βούληται τόπωι καὶ | παρ' ὑμῖν. καὶ αὐτὰ ταῦτα δίκαιον ἡγησάμεθα μαρ-

---

Litterae ΑΖΘΞΟΠΣ. Vs. 2 duae M inter se ligatae. 1 Alibi occurrit in inscriptionibus Atticis ἀγωνοθέτην Σεβαστῶν ἀγώνων III, 1, 7. 457, 4. 5. ἀγωνοθέτης τῶν Τιβερίου Κλαυδίου Καίσαρος Σεβαστοῦ ἀγώνων 613, 5 sqq. Sed III, 10, 15. 16, ut hic, ἀγωνοθέτην τῶν τῆς Σεβα[στῆς ἀ](γ)ώνων legitur, ubi olim non recte οἰκίας post Σεβαστῆς supplevi. Sponte patet, illic (a. 209 p. Chr.) et hic (a. 156 p. Chr.) non eandem Augustam intellegi. Sed cum praeter III, 613 nusquam nomen proprium addatur, ludos quibus is qui quoque tempore imperabat honoratus sit et alios eius uxoris Athenis fuisse probabile est. Memorabile, omnes ad unum titulos horum ludorum agonothesiam coniungere cum summis reipublicae magistratibus, quales tum fuerunt στρατηγὸς ἐπὶ τὰ ὅπλα et κῆρυξ τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς. 2 Μηνίσ[κος] suppleverat Franz, sed Waddington, cum observaret hunc versum ut omnes a dextra integrum esse, Μῆνις nomen agnovit. Quod nunc comprobant quattuor eiusdem hominis tituli Attici. Pleno nomine Λούκιος Νούμμιος Μῆνις appellabatur; ephebus fuit Traiani aut Hadriani principatu, archon eponymus Antonini Pii aetate. Cf. C. I. Att. III, 904, 1. 905, 2. 1027, 2. 1103, 20. 3 Verbum ἐπιδημεῖν etiam in aliis recentioris aetatis titulis cum mero dativo coniungitur; cf. n. 609, 5 ἐάν τις ὑμῖν ἐπιδημήσῃ βιαίως στρατιώτης ἢ καὶ ἰδιώτης. Bull. de corr. Hell. X 1886 p. 227 n. 8, 13 sqq. ἐπιδημήσαντα τῇ λαμπρᾷ ἡμῶν πόλει μετὰ πάσης εὐκοσμίας. Quare non est cur praepositionem, quam in lapide non esse definito Waddingtoni testimonio constat, errore propter proxima EN omissam statuamus. Sane versuum 6. 7 (cf. not. 4) exemplo structuram defendere non debebat Wadd. 4 Supra ἐπεδήμησεν τῆι πόλει dici ut hic ταῖς Ἀθήναις τὴν διατριβὴν ποιησάμενος pronuntiat Waddington. Sed fugit eum, hic neutiquam τὴν διατριβὴν ποιεῖσθαι cum mero dativo coniungi, sed hunc pendere a praepositione ἐν, notissima Graeci sermonis breviloquentia, per quam ὡς ἐν πατρίδι ταῖς Ἀθήναις dicitur pro ἐν ταῖς Ἀθήναις ὡς ἐν πατρίδι. Cf. Thuc. VI, 50, 4 τοὺς οὖν ὄντας ἐν Συρακούσαις Λεοντίνων ὡς παρὰ φίλους καὶ εὐεργέτας Ἀθηναίους ἀδεῶς ἀπιέναι, i. e. παρ' Ἀθηναίους ὡς παρὰ φίλους καὶ εὐεργέτας. 5 Cf. n. 332[22].

τυρῆσαι τῶι ἀν|δρὶ παρ' ὑμῖν τῆς τε κ[ο]σ[μιότ]ητος εἵνεκεν καὶ τοῦ τρόπου καὶ τῆς πε|ρὶ παιδείαν φιλοτιμίας.

---

506 Aezanis (*Tschavdere-hissar*) in parietinis templi Iovis. Edd. Keppel Itin. II p. 227 sqq. Ex hoc et schedis Alexandri de Laborde J. Franz C. I. G. 3834. Accuratissime ex ectypo et apographo suo Lebas Inscr. III, 866 (L. Lafoscade de epistulis imperatorum magistratuumque Romanorum p. 27 n. 59).

[Αὐτ]οκράτωρ Καῖσαρ, θεοῦ Ἁδριανοῦ υἱό[ς, | θεο]ῦ Τραϊανοῦ Παρθικοῦ υἱωνός, θεο[ῦ | Νέρ]βα ἔκγονος, Τίτος Αἴλιος Ἁδριανὸς | [Ἀντ]ωνεῖνος Σεβαστός, ἀρχιερεὺς μέ||[γιστ]ος, δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ κ', αὐ|[τοκρ]άτωρ τὸ β', ὕπατος τὸ δ', πατὴρ πα|[τρίδ]ος[1], τῶι Πανελληνίωι[2] χαίρειν· | [ὅτι οἱ] πρὸ ὑμῶν Πανέλληνες[3] Οὔλ|[πιο]ν Εὐρυκλέα ἀπεδέξαντο ὡς ἐπι||[ιει]κῆ[4], ἔμαθον ἐκ τῶν ὑπ' αὐτῶν ἐπ|[εσταλ]μένων. εὐτυχεῖτε: πρὸ μι[ᾶς | κα]λανδῶν Δεκεμβρίων ἀπὸ Ῥώμη[ς][5].

Litterae ΑΘΞοΠΣ. 1 Antonini Pii nomina et honores indicio sunt, has litteras anno 157 p. Chr. n. datas esse. Respondet ad Panhellenum epistulam superiore anno scriptam, quae non exstat, sed commemoratur supra n. 504, 16. Cf. illic not. 8. 2 Cf. n. 504[6]. 3 Euryclis laudes decretas esse Flavio Cyllo archonte docet n. 504. Quod quoniam hic imperator id factum esse refert ab illo concilio, quod proxime ante hoc ad quod litterae dantur fuisset, sequitur ut haec anno Claudii Iasonis (n. 507, 2. 7) scripta sint. 4 Etiam n. 504, 9. 507, 8 ἐπιείκεια Euryclis praedicatur, quare non video cur Waddingtono hoc ὡς ἐπιεικῆ offensioni fuerit. Nam pleniore ore loqui concilium quod hominem collaudet, quam imperatorem qui eius rei mentionem iniciat, rei naturae accommodatum est. 5 Cf. n. 331[21]. 475, 1.

---

507 Aezanis (*Tschavdere-hissar*) in parietinis templi Iovis. Edd. Keppel Itin. II p. 227. Fellows Itin. As. min. p. 144. Ex his et Alexandri de Laborde schedis J. Franz C. I. G. 3833. Accuratissime ex ectypo chartaceo et apographo suo Lebas Inscr. III, 867.

Ὁ ἄρχων τῶν Πανελλήνων καὶ ἱερεὺς θεοῦ Ἁδριανοῦ Πανελληνίου | καὶ ἀγωνοθέτης τῶν μεγάλων Πανελληνίων Κλ(αύδιος) Ἰάσων[1] καὶ οἱ | Πανέλληνες τοῖς ἐπὶ τῆς Ἀσίας Ἕλλησι[2] χαί-

Litterae ΑΖΘΞοΠΣ. Versu 5 duae Μ inter se ligatae. 1 Successor Flavii Cylli (504, 2. 12). 2 Concilio provinciae Asiae. Cf. n. 458[24].

ρειν· | Μ(ᾶρκον) Οὔλπιον Ἀπουλήϊον Εὐρυκλέα τὸν Αἰζανείτην φθάνομεν ἤδη καὶ δι' ‖ ἑτέρων γραμμάτων[3] μαρτυρίας τῆς παρ' ἡμῶν ἠξιωκότες, ἐπεσταλκό|τες ὑμεῖν τε αὐτοῖς[4] ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ τῇ πατρίδι[5] καὶ τῶι μεγίστωι αὐτο|κράτορι[6]· δίκαιον δὲ ἡγησάμεθα καὶ τοῦ κρατίστου Κλ(αυδίου) Ἰάσονος παραλαβόν|τος τὴν ἀρχὴν μαρτυρῆσαι αὐτῶι τὰ αὐτὰ ἐπιεικείᾳ τε καὶ αἰδοῖ πάσηι | κεχρημένωι περὶ τὴν πολιτείαν τῶν Συνπανελλήνων καὶ τὸ ἀξίωμα ‖ τὸ ὑπάρχον αὐτῶι, ἄνωθε καὶ ἀπὸ γένους ἔτι μᾶλλον προάγοντι ἐν οἷς | λέγων καὶ πράττων διατετέλεκε[7] παρὰ πάντα τὸν τῆς συνεδρείας | χρόνον. ἐρρῶσθαι ὑμᾶς εὔχομαι.

3 Cf. n. 504[9]. 4 Haec prior archontis Panhellenum epistula ad Graecos provinciae Asiae intellegitur n. 504, 15 ἐπεστείλαμεν δὲ καὶ πρὸς τὸ ἔθνος ὑπὲρ αὐτοῦ. 5 Hae sunt litterae n. 504. 6 Ad hanc epistulam respondit imperator litteris n. 505. 7 Hic quoque Lebasii lectionem ΤΕΛΗΚΕ non recte se habere Waddington observavit examinato ectypo chartaceo. Cf. n. 504[7].

---

508 Lapis erutus Ephesi. Ed. R. Heberdey Jahreshefte des österr. arch. Instituts I (1898) Beiblatt p. 78 (Revue archéol. Troisième Série XXXII 1898 p. 466 n. 67).

Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μᾶρκος Αὐρήλιος Ἀντωνεῖνος | Σεβαστὸς καὶ Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Λούκιος Οὐῆρος | Σεβαστὸς Ἀρμενιακὸς[1] Οὐλπίῳ Εὐρυκλεῖ[2] | χαίρειν· ‖

Ὅτι μὲν ὑπ' ἀνθυπάτων δοθέντα σε τῇ γερουσίᾳ τῶν Ἐφεσίων | λογιστὴν[3] ἐκείνοις ἔδει περὶ ὧν ἠπόρεις ἀναφέρειν, αὐ-

1 M. Aurelius et L. Verus una regnaverunt per annos 161—169 p. Chr.; at cum hic Verus iam *Armeniacus* appelletur, sed nondum *Parthicus maximus* et *Medicus*, monumentum annorum 162 et 163 p. Chr. terminis contineri intellegitur. Cf. v. Rohden u. Stein ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie III, 2 p. 1840. 2 M. Ulpius Appuleius Eurycles Aezanita n. 504, 6. 13. 505, 4. 506, 8. 9. 507, 4 collaudatur propter egregia de Panhellenum synedrio, cui interfuerat, merita. Qui tituli hoc fere septem annis antiquiores sunt. Cf. n. 506[1]. Ex altera parte etiamtum post a. 180 p. Chr. magna auctoritate eum floruisse inter populares apparet ex titulo 509, qui eum a Commodo imperatore Aphrodisiensibus Cariae curatorem datum esse indicat. Cf. ibi not. 7. 3 Non modo totis civitatibus, sed etiam aliis hominum corporibus curatores dari consuesse aetate imperatorum Romanorum non modo hic videmus, ubi curator collegii civium aetate provectiorum (n. 485[2])

τός τε εὐγνω|μόνως ἐδήλωσας ἐπιστάμενος[4] καὶ ἡμεῖς διὰ τοῦτο ἐπεμνήσθημεν, ὡς μὴ | ῥαιδίως ἀνάγεσθαί τινας τῶι παραδείγματι· ὃ δὲ πρῶτον ἡμῖν ἐκοίνωσας | τὸ περὶ τῶν ἀργυρῶν εἰκόνων πρᾶγμα ὡς ἀληθῶς τῆς ἡμετέρας συνχωρήσε||[ως] προσδεόμενο[ν] δῆλόν ἐστί σοι καὶ τὴν εἰς τὰς ἄλλας ἐρωτήσεις ἀφορμὴν συμβε[βλη]|μένον. τὰς οὖν εἰκόνας τῶν αὐτοκρατόρων ἃς ἀποκεῖσθαι λέγεις ἐν τῷ συνε|[δρί]ῳ τούτῳ[5] παλαιάς, ἑνὶ μὲν λόγῳ πάσας δοκιμάζομεν φυλαχθῆναι τοῖς ὀνόμασιν, ἐφ' ο|[ἷς] γέγονεν αὐτῶν ἑκάστη, εἰς δὲ ἡμετέρους χαρακτῆρας μηδέν τι τῆς ὕλης ἐκείνης | [μ]εταφέρειν-------

commemoratur, sed etiam n. 501, 10, ubi curator synodi artificum Dionysiacorum comparet. 4 Videtur Eurycles in epistula ad imperatores data ipse confessus esse, complura negotia, de quibus eos consuleret, proconsulis potius iudicio transigenda fuisse, sed cum iam propter unam causam principes adeundi essent, se simul etiam illa reliqua eorum arbitrio subicere. Quod imperatores vituperant quidem, sed tamen insigni comitate in ea re utuntur. 5 I. e. ἐν τῇ γερουσίᾳ. Ipsa causa statuarum argentearum nihil habet obscuritatis.

509 Aphrodisiade Cariae in moenium urbis parte orientali. Ex codice Askewiano a. C. O. Müllero exscripto et schedis Spanhemiamis ed. Boeckh C. I. G. 2741.

Ἀγαθῇ τύχῃ. | Μᾶρκος Οὔλπιος Ἀππουλήϊος Εὐρυκλῆς[1], ἀρχιερεὺς Ἀσίας ἀποδεδειγμένο[ς] | ναῶν ⟨καὶ⟩ τῶν ἐν Σμύρνῃ τ(ὸ) β[2],

Litterae ΘΞΞΠΣ, si modo apographo fides habenda est. 1 Cf. n. 508[2]. 2 ΤΩΒ. Hoc, ut fere omnes eius qui transcripsit errores, emendavit Boeckh. Sed quod idem homo doctissimus Euryclem simul pontificem templorum Asiae et templorum Smyrnae fuisse existimat, utrumque iterum designatum, fallitur. Etenim neque Smyrnaeus fuit Eurycles, sed Aezanita, ut eum populi Smyrnaei sacris praeesse non potuisse in propatulo sit, neque omnino in hac sacerdotii appellatione usquam omnia quae in oppido aliquo erant templa indicantur, sed sola delubra imperatoris provincialia. Quod inde luculentissime apparet, quod donec unum erat in urbe quapiam eiusmodi templum, ut simpliciter νεωκόρος appellaretur, etiam ἀρχιερεὺς τῆς Ἀσίας ναοῦ τοῦ ἐν Ἐφέσῳ (cf. n. 489[7]) dicitur, simulac vero δὶς vel τρὶς νεωκόρος facta est civitas, statim pluralis ναῶν comparet. Quare unum hic officium antistitis sacrorum provinciae Asiae ad templa Augusti Smyrnaea significatur. Iterum designatus erat Eurycles, cum haec scriberentur. Utrum prius sacerdotium ante gesserit, an tum ipsum etiamtum in eo fuerit, discerni non licet. Namque quae hic de cura certaminum sacrorum

Ἀφροδισ(ι)έων[3] ἄρχουσι βουλῇ δήμῳ χαίρειν· | βουληθέντων ὑμῶν πρόνοιαν ποιήσασθαί με καὶ[4] τῶν κατὰ τοὺς ἀγῶνας ‖ διά τε τὴν πρὸς τὸν μέγιστον αὐτοκράτορα εὐσέβειαν Μᾶρκον Αὐρήλιον | Κόμοδον Ἀντωνῖνον Σεβαστὸν[5] καὶ διὰ τὴν πρὸς τοὺς διαθεμένους | μνήμην καὶ διὰ τὴν τῆς πόλεως δόξαν, ἤδη καὶ τῶν ἀπὸ τῆς συνόδου[6] π[ολ]|λάκις ἐντυχόντων μοι, οὐδὲ τοῦτο τὸ μέρος κατέλιπον ἀδιάκριτον, | ἑπόμενος τῇ κατὰ τὴν λογιστείαν[7] τά(ξ)ε[ι][8] καὶ προθυμίᾳ μέχρι νῦν τῆς περὶ ‖ τοὺς ἀγῶνας καταστάσεως ἐνλειπούσης διὰ τὴν τῶν χρημάτων πα|ρασκευήν, ὀφειλόντων συναυξη(θῆ)ναι[9] κατά τε τὰς τῶν τελευτησάν|των γνώμας καὶ κατὰ τὸ ἀξίωμα τοῦ πόρου, ἀφ' οὗ (χ)ρὴ[10] τοὺς ἀγῶνα(ς)[11] ἐπιτελεῖσθαι. | ἀγὼν μὲν δὴ ὁ ἐκ τῶν Φλαβίου Λυσιμάχου διαθηκῶν προελήλυ|θεν εἰς ἀρ-

---

praecipiuntur, non ad sacerdotii ius et potestatem redire, ex v. 9 κατὰ τὴν λογιστείαν apparet. Cf. not. 7. Non magis quam Boeckhii interpretatio ea mihi probatur, quam protulit J. Marquardt Röm. Staatsverwaltung I p. 513 not. 5, qui sacerdotium provinciale quidem agnoscit, sed Euryclem primum sacerdotem templorum provincialium quae in urbe Smyrna essent fuisse, deinde vero sacerdotem totius provinciae (ἀρχιερέα τῆς Ἀσίας sine loci significatione) designatum esse dicit. At mireris hominem linguae Graecae sine dubio non mediocriter peritum sibi persuasisse, hanc vim in verbis traditis inesse posse. Quare sane, quae suspicio iam Boeckhio subnata est, καὶ delendum videtur. 3 ΑΦΡΟΔΙΣΕΙΩΝ. 4 I. e. praeter alia quorum logista vel curator rei publicae (not. 7) rationem habere debet. Videntur igitur Aphrodisienses decrevisse, ut Eurycles curator rei publicae adiretur ab eoque peteretur, ut de ludis illis sollennibus quid agendum esset constitueret. 5 Commodus imperator (180—192 p. Chr. n.) nomina quae hic scripta sunt gessit ab initio principatus usque ad annum 190 p. Chr. n. Postremo imperii biennio praenomine paterno itemque cognomine Antonini abiecto se Lucium Aelium Aurelium Commodum appellari maluit. Cf. Prosopographia imp. Rom. I p. 201 n. 1232. Hunc titulum propius ab initio quam a fine illius decennii abesse collegeris ex eis quae de Euryclis aetate tituli eius indicare videntur. 6 De synodo technitarum hic dici monet Boeckh. 7 De curatore rei publicae, qui Graece plerumque λογιστής, raro ἐπιμελητής appellatur, cf. n. 492[2]. Videmus igitur hic, Euryclem ut M. Aurelio et L. Vero imperantibus a proconsule Asiae Ephesiorum gerusiae curator datus erat (n. 508, 6), sic quindecim aut viginti annis post ab ipso principe Aphrodisiade ei idem officium mandatum esse. Quod cum praecipue ad administrationem pecuniariam accurate examinandam et emendandam spectaret, sane erat cur a civibus rogatus, ut sumptuosorum illorum ludorum rationes ordinaret, eis morem gerere non gravaretur. 8 ΤΑΣΕ. 9 ΣΥΝΑΥΞΗΝΑΙ. 10 ΚΡΗ. 11 ΑΓΩΝΑ.

χ(α)ίου[12] πόρου μυριάδας δώδεκα, ὡς δύνασθαι ἀπὸ τού||των παρὰ ἔτη τέσσερα πληροῦσθαι τὸν μ(ο)υσικὸν[13] ἀγῶνα, καθὰ τῷ | διαθεμέν(ῳ)[14] ἔδοξεν. αἱ δὲ μετὰ τὰς δώδεκα μυριάδας (ο)ὖσαι[15] ἐν ἐκ|δανεισμῷ καὶ ὁ προσγεγ(ο)ν(ὼ)ς[16] τούτοις τόκος μέχρι ἀρχῆς τοῦ (ἔτου)ς[17] | ποιεῖ κεφαλ(α)ίου[18] δηναρίων μυριάδας τρεῖς δηνάρια χείλια ὀκτ(ω)κόσια[19] | τριάκοντα ἐννέα. δ(ύ)νασθε[20] οὖν ἀρχομένου τοῦ ἔτους τοῦτον || τὸν ἀγῶνα ἐπιτελεῖν ἀγαθῇ τύχῃ ἐπὶ ἄθλοις ταλαντιαί|οις[21] καὶ ἀγωνίσμασιν κατὰ τὰ ἆθλα[22]. προθεσμία δὲ εἰς τὸν ἑ|(ξ)ῆς[23] χρόνον καὶ τὴν ἐπιοῦσαν τετραετηρίδα ἔστ(ω)[24] χρ(ό)[νος][25] | ὁ ἀπὸ [Βαρβ]ιλλήων[26] τῶν ἐν Ἐφέσῳ [ἀγομ]έ[νω](ν)[27] πρὸς [κοινὰ[28]] Ἀσίας [ἐν Σμύρνῃ[29]].

---

12 ΑΡΧΕΙΟΥ apographum ut v. 18 ΚΕΦΑΛΕΙΟΥ. Utrobique volgarem formam restituit Boeckhius, neque in summa rei dubium mihi videtur quin recte fecerit, etsi sane in titulo Pergameno n. 483, 84. 85 τῆι ὑστερείαι pro ὑστεραίαι re vera in lapide legitur. Ludorum a Flavio Lysimacho institutorum etiam in aliis inscriptionibus Aphrodisiensibus mentionem fieri observat Boeckh. Cf. C. I. G. 2759, 1 sqq.: ἀγῶνος ταλαντιαίου Φλαβίου Λυσιμάχου πενταετηρικοῦ μουσικοῦ μόνου (?) θέματα τὰ ὑπογεγραμμένα. 2785 (Τίτον) Φλ(άβιον) Ἀντώνιον Λυσίμαχον — ἀγωνοθέτην δι' αἰῶνος Λυσιμαχήων ἀγώνων. 13 ΜΥΣΙΚΟΝ. 14 ΔΙΑΘΕΜΕΝΟ. 15 ΘΥΣΑΙ. 16 ΠΡΟΣΓΕΓΩΝΟΣ. 17 ΑΡΧΗΣΤΟΥΣ apographum. Supplevit et emendavit Boeckh. Causa erroris in transscribendo commissi manifesta est. 18 Cf. not. 12. 19 ΟΚΤΟΚΟΣΙΑ. 20 ΔΗΝΑΣΘΕ. 21 Haud raro ταλαντιαῖοι ἀγῶνες commemorantur in titulis. Cf. C. I. G. 2759, 1. 2810, 19. 3208, 20. 3676, 15. 4472, 20. 22 I. e. ut certamina difficultate et splendore respondeant magnitudini praemiorum. 23 Ε|ΣΗΣ. 24 ΕΣΤΑ. 25 ΧΡΩ. 26 Eidem Ephesiorum ludi redeunt C. I. G. 2810, 9. 3208, 14. 3675, 6. 7. 5913, 31. Cum C. I. G. vol. II Add. p. 1112 n. 2810 *b*, 16 et n. 5804, 22 Βαλβίλλεια (-ηα) legatur, vix dubitandum est quin dissimilatione in his liquidis frequentissima hoc ex illo natum sit, praesertim cum in nomine hominis a quo hi ludi denominati sunt eadem varietas redeat. Nam apud Cassium Dionem quidem LXVI, 9, 2 legitur τούς τε ἀστρολόγους ἐκ τῆς Ῥώμης ἐξώρισε (Vespasianus) καίτοι πᾶσι τοῖς ἀρίστοις αὐτῶν χρώμενος οὕτως, ὥστε καὶ διὰ Βάρβιλλόν τινα ἄνδρα τοιουτότροπον ἀγῶνα τοῖς Ἐφεσίοις ἱερὸν ἄγειν συγχωρῆσαι· ὅπερ οὐδεμιᾷ ἄλλῃ πόλει ἔνειμεν. Apud Suetonium vero Neron. 36: *anxius ea re, ut ex Balbillo astrologo didicit, solere reges talia ostenta caede aliqua illustri expiare atque a semet in capita procerum depellere, nobilissimo cuique exitium destinavit.* Nam eundem utroque loco astrologum innui omnium maxime probabile est. Cf. E. Klebs Prosopogr. imp. Rom. I p. 225 n. 31. p. 228 n. 41. P. v. Rohden ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie II, 2 p. 2818. III, 1 p. 4. Quod in apographo tituli traditur ΟΑΠΟΗ . . . ΚΙΛΛΗΩΝ, in eo quin recte Barbilleorum nomen agnoverit Boeckhius, nemo sanus dubitabit.

27 ΕΦΕΣΩ . . . Ν . Ε apographum. Restituere conatus sum, rem incertissimam esse non ignorans. 28 Supplevi. Tempus anni interiectum inter Barbillea et alias ferias significari certum est, et ΑΣΙΑΣ litterae non video qua alia ratione earum nomini inseri possint. 29 Supplevi. Potest sane etiam [ἐν Περγάμῳ] fuisse.

---

510 Ephesi in theatro. Ed. Wood Discoveries at Ephesus. Append. Inscr. from the gr. theatre p. 46 n. 3.

Ἡ πρώτη καὶ μεγίστη μη|τρόπολις τῆς Ἀσίας καὶ δὶς | νεωκόρος[1] τῶν Σεβαστῶν[2] | τὸν πέτασον τοῦ θεάτρου[3] ‖ καὶ τὸ⟨ν⟩ προσκήνιον[4] καὶ τὸ πόδωμα[5] | καὶ τοὺς σειφάρους[6] καὶ τὴν

1 Cf. n. 481[2]. 2 Cum altera neocoria titulum ei aetati assignet, quae est inter Traiani et Septimii Severi principatus, Vedii Antonini nomine (not. 9) ad Antonini Pii aut M. Aurelii et L. Veri tempora deducimur. Cave vero pluralem ad Divos fratres rettuleris. Immo in hac appellatione Σεβαστοί semper intellegendi sunt qui deinceps imperant. 3 Cf. C. I. G. 3422, 16 sqq. καὶ δόντα εἰς ἐπισκευὴν τοῦ πετάσου τοῦ θεάτρου δηνάρια μύρια (Philadelphiae). Varro apud Plinium Nat. hist. XXXIV, 92 *ita fastigatae* (pyramides in Porsenae sepulcro) *ut in summa orbis aeneus et petasus omnibus unus sit inpositus.* Tectum rotundum a similitudine pilei lati πέτασον appellari apparet. Sed quod in titulo Philadelpheno θέατρον odeum interpretatur Boeckhius, qui monet odea eiusmodi tecta orbicularia habuisse et haud raro θέατρα appellata esse (Paus. I, 8, 6 τοῦ θεάτρου δὲ ὃ καλοῦσιν ᾠδεῖον. Syll.[2] 151, 17 cum Addend. p. 643 τοῦ θεάτρου τοῦ Παναθηναϊκοῦ. C. I. G. 1710 B, 3 εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ Πυθίου Ἀπόλλωνος εἰς θέατρον), id ad Ephesiam certe inscriptionem transferre non licet, quippe quae in ipso theatro magno reperta sit. Id igitur contra antiquiorem morem tectum habuisse statuendum est. 4 Sive lapicida erravit sive Woodius, utique ὁ προσκήνιος Graecum esse incredibile est. Vox ambigua quid hic potissimum significet vix ausim pro certo diiudicare. 5 Nomen perrarum, cuius unum exemplum praebet editio nova thesauri Stephaniani, Apollodor. Poliorc. p. 42 γίνεται βαθμὸς τὸ μεσόχωρον πληρῶν καὶ οὕτως εἰς τὸ διηνεκὲς τὸ πόδωμα ἔσται, ubi solum vel pavimentum significari videtur. Utrum hic orchestrae planicies constrata an scaena aliquanto supra illam elata intellegatur discerni vix poterit. 6 Vocem Latinam *supparum* vel *siparium* velum significare, sed ita ut illa quidem forma de velo navis et de vestimento usitata sit, haec vero etiam ad usum scaenicum spectet, notum est. Cf. Apulei Metam. I, 8: *aulaeum tragicum dimoveto et siparium scaenicum complicato.* X, 29: *aulaeo subducto et complicitis siparis scaena disponitur.* Paulus epit. Festi p. 341, 4 Müller *siparium genus veli mimicum.* Ipsius Festi interpretatio admodum mutilata est, sed apparet eum *siparium a supparo* derivasse. Iuvenal. VIII, 185 sq. *consumptis opibus vocem, Damasippe, locasti sipario, clamosum ageres ut Phasma Catulli.* De discrimine aulaei et siparii cf. L. Friedlender ap.

λοιπὴν[7] | ξυλικὴν παρασκευὴν τῶν θεατρι|κῶν καὶ τὰς λειπούσας θύρας καὶ τὰ | ἐν τῷ θεάτρῳ λευκόλιθα ἃ μὲν ἐπεσκεύ||ασεν, τὰ δὲ καὶ κατεσκεύασεν ἐκ τῶν ἰδί|ων[8], γραμματεύοντος Ποπλίου Οὐηδίου | Ἀντ(ω)νείνου[9] ἀσιάρχου[10], ἐργεπιστατούν|των | Ποπλίου Ἀτιλίου Μηνοδότου[11] Βερενικιανοῦ || καὶ Γαΐου Ἀττάλου τοῦ Ἀττάλου[12] φιλοσεβάστων.

Marquardt Röm. Staatsverwaltung III p. 549 not. 10. Memorabilis forma Graeca medium locum tenens inter Latina *supparum* et *siparium*, cum prima syllaba huic, postrema illi accurate respondeat, genus masculinum et aspiratio consonae labialis vero ab utroque aeque abhorreat. 7 Similiter hic λοιπός dicitur ac persaepe ἄλλος, ut sententia sit 'et reliquum apparatum, qui ligneus est'. 8 In recentiore adiectivi ἴδιος pro οἰκεῖος vel pronomine possessivo usu nihil offensionis habet ἐκ τῶν ἰδίων de civitate dictum. Cf. n. 441, 42 sqq. ὁ δῆμος (Stratonicensium) — [τὰ ἴ]δια πράγματα κ[ατὰ τ]ὴν προαίρεσιν [τὴν ἐκείνων (Romanorum) διοικήσας — κα]ὶ τὸν ἴδιον δη[λώσας θυμόν.] 89 [οἷς] τε νόμοις ἐθισμοῖς τε ἰδίοις πρότερον [ἐχρῶντο]. 9 Huius hominis perfrequens est memoria in titulis Ephesiis, ex quibus quicunque certas aetatis notas habent, Antonini Pii principatu (138—161 p. Chr. n.) exarati sunt. Prae aliis memorabiles ipsius imperatoris epistulae, quibus Ephesii admonentur, ne parum grato animo civis de patria insigniter meriti beneficia accipiant. Cf. Greek inscr. in the Brit. mus. III, 2 p. 156 n. CCCCXCI, 8 (Syll.[2] 405), anno 145 p. Chr. n. p. 157 n. CCCCXCII, 11 sqq., 150 p. Chr. p. 158 n. CCCCXCIII, 13 sqq., post a. 145 p. Chr. p. 153 n. CCCCLXXXIX, 17, ut hic, scriba populi Ephesiorum recensetur. [τὸ] δὲ ψήφισμα ἐποίησεν γραμματεύων Πό(πλιος) Οὐήδιος Ἀν[τωνε]ῖνος. Praeterea habemus statuae L. Vero, superstite etiamtum Antonino Pio, ab illo dedicatae subscriptionem Gr. inscr. in the Brit. Mus. III, 2 p. 168 n. DV. Ipsius monumentis honorariis subscripti sunt tituli apud Wood Ephesus Append. inscr. from the city and suburbs p. 24 n. 4 Πό(πλιον) Οὐήδιον | Ἀντωνῖνον, | τὸν κτίστην | τῆς Ἐφεσίων | πόλεως, | ἡ συνεργασία | τῶν λαναρίων. p. 31 n. 9 Πόπλιον Οὐήδιον Παπιανὸν Ἀντωνεῖνον τὸν κράτιστον, κληρονόμῳ χρησάμενον τῇ ἁγιωτάτῃ θεῷ Ἐφεσίᾳ Ἀρτέμιδι, ἡ πατρὶς ἀνενεώσατο. Patris et avi memoriam habes Hermae VII p. 32 n. III: [Πό(πλιον)] Οὐήδιον Π(οπλίου) υἱὸν | Κυρήινα | [Ἀ]ν[τ]ωνεῖνον, | πάππον | Οὐηδίου | [Ἀ]ν[τ]ωνείνου | [τ]οῦ κρατίστου κτλ. n. IV: [Πό(πλιον)] Οὐήδιον Ἀντωνεῖνον συνκλη(τ)ικόν, | [υἱ]ὸν Μ(άρκου) Κλ(αυδίου) Πο(πλίου) Οὐηδίου Ἀντωνείνου Φαί|δρου Σαβεινιανοῦ συνκλητικοῦ, | ἔκγονον Μ(άρκου) Κλ(αυδίου) Πο(πλίου) Οὐηδίου Ἀντωνείνου | Σαβείνου ἀρχιερέως τῆς Ἀσίας, ἐν πολλοῖς καὶ ἀναγκαίοις χρησίμου | --------. Obscura ceteroqui eius memoria est etiam Gr. inscr. in the Brit. mus. III, 2 p. 169 n. DVI, 8. 10 Cf. n. 498[3]. 11 Menodotus Ephesius est etiam Gr. inscr. in the Brit. mus. III, 2 p. 207 n. DLXXVIII, 23. 12 Attalos Ephesios habes Gr. inscr. in the Brit. mus. III, 2 p. 205 n. DLXXV, 3. p. 223 n. DCI *b*, 6. Sed num hi ulla necessitudine hunc attingant obscurum est.

---

511 Aezanis. Ed. Lebas Inscr. III, 992 (J. Franz C. I. G. II Addenda p. 1060 n. 3831 *a*[8]).

---------- | χρεω[φυλακήσαν]|τα[1], δόντα [ἀργύριον] | εἰς τὸ γυμνάσι|ον ὁμοίως καὶ εἰς ‖ τὰ σειτωνικά, ἐρ|γεπιστατήσαντα | πολλάκις, παρα|σχόντα τῷ κυρίῳ | Καίσαρι[2] σύμμαχον ‖ διωγμείτην[3] παρ' ἑ|αυτοῦ κατὰ ἀνθύ|πατον Κυιντίλιον | Μάξιμον[4], ἀναθέντα | καὶ τὰ ἱερὰ τὰ ἐν τῇ ἐ‖ξέδρᾳ τῆς βασιλικῆς[5].

Litterae ΑΘΠΣ. Vs. 15 litterae Τ et Η ligatae. 1 Cf. Boeckh ad C. I. G. 2826. 3282. W. H. Waddington ad Lebas Inscr. III, 845. R. Dareste Bull. de corr. Hell. VI, 1882 p. 241. Magistratus erat apud quem litterae contractuum de pecuniis mutuis dandis et fundis hypothecae loco oppignerandis deponebantur. Persimile est officium eius magistratus qui in Aegypto συγγραφοφύλαξ appellabatur. Cf. n. 120[4]. 2 M. Aurelium (161—180 p. Chr. n.) indicari ex tempore tituli certissima ratione constituto (not. 4) colligitur. Quod non τοῖς Σεβαστοῖς dicitur, etsi tum M. Aurelius et L. Verus una imperabant, simplicissimam habet explicationem. Nam illud bellum, ad quod diogmita armatus et missus est (not. 3), contra Marcomanos, unus Marcus gerebat. 3 Waddington ad h. l. doctissime et accuratissime de diogmitis disputavit, cui omnia debentur quae hic adnoto. Fuerunt illi homines irenarchis singularum civitatium subditi ut eos in tuenda pace et coërcendis maleficis adiuvarent. Cf. Basilica LVI, 10 τῶν λεγομένων ἀγωγικῶν, ἤτοι παραπομπικῶν, ἢ τῶν δαπανωμένων περὶ τοὺς δημοσίους ὄνους ἢ ὀνηλάτας ἢ τῶν διωγμητικῶν (leg. -ιτικῶν) καὶ τῶν ἄλλων ἃ γενικῷ ὀνόματι καλεῖται. Pedites fuisse apparet ex Martyrio Polycarpi 7 ed. Dressel, ubi narratur Herodes irenarcha equites et diogmitas misisse qui Polycarpum comprehenderent. De simili negotio eorum memoria exstat apud Symeonem Metaphrasten in Vita S. Athanasii ζημίαν ζωῆς ὀφέξειν τοὺς διωγμίτας, εἰ μὴ τὸν Ἀθανάσιον ζῶντα παραστήσωσι. Neque plane inermes fuisse neque iustis ac militaribus armis instructos apparet ex Ammiani Marc. XXVII, 9, 6: *adhibitis semiermibus paucis, quos diogmitas appellant.* Cum igitur officium eorum neque bellicum esset neque ad imperatoris res spectaret, sed ad singularum civitatium administrationem, tamen in summa militum inopia, quae ex funesta illa pestilentia nata erat, ne his quidem minus idoneis copiis carere posse sibi videbatur Marcus imperator, eosque armandos et suo exercitui inserendos curavit. cf. Iulius Capitolinus Antoninus Philosophus 21: *armavit etiam gladiatores, quos obsequentes appellavit. latrones etiam Dalmatiae atque Dardaniae milites fecit. armavit et diogmitas* (*diocmitas* hic ut apud Ammianum codices, quem lapsum calami esse, ut *docma* pro *dogma* et similia, observat Waddington). Tum igitur is, cuius hoc est monumentum, diogmitam suis impensis armatum ad principem misit, qui in illius exercitu militaret. De una voce σύμμαχος Wadd. non ab omni parte recte iudicare mihi videtur, cum statuat diogmitas συμμάχους appellari, quia irenarcham in tuenda securitate publica adiuvarent, et inde repetat nomen συμμάχων quod in Aegypto ʻportitores

litterarum velocissimi pedestres' gesserint. At mihi non attributive ad διωγμείτην adiungi, sed praedicative ad παρασχόντα referri videtur vocabulum, ut fere ad idem redeat ac συμμαχούμενον vel ὅπως συμμάχοιτο. Quare nequeo cum Fiebigero ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie V, 1 p. 784 titulum de diogmita qui principem comitaretur intellegere; neque profecto in itineribus imperator hominibus quos suae securitatis causa secum duceret carebat. 4 Sex. Quintilius Valerius Maximus cos. 151 p. Chr. Cf. Prosopographia imp. Rom. III p. 117 n. 24. Eius filium aut fratris filium Quintilium Maximum cos. ordinarium a. 172 p. Chr. hic in censum non venire monuit Waddington, quia is proconsulatum Asiae adipisci non potuisset ante a. 186 p. Chr. n., tota vero Quintiliorum familia iam aliquo ex primis Commodi annis ab imperatore exstincta esset (Cassius Dio LXXII, 5, 3. 4. Ael. Lamprid. Commodus 4). Illum vero maiorem Quintilium Maximum idem demonstravit pro intervallo tunc usitato anno 165/6 aut uno ex proximis proconsulem Asiae fuisse, id quod perbene conveniret cum eis quae hic (not. 3) de diogmita ad bellum Marcomanicum imperatori praebito referrentur. 5 Exedra hic pars basilicae est, ut n. 101, 5. 6 oratorii Iudaici.

---

512 Basis fracta a sinistra, inventa Ephesi inter rudera ad substructionem septentrionalem theatri. Ed. R. Heberdey, Festschrift zu O. Hirschfelds 60. Geburtstag p. 444.

[Ἀγαθ]ῆι τύχηι. | [Κορνή]λιον | [Κέθ]ηγον[1], | [πρε]σβευτὴν[2] ||

Litterae ΘΠΣ; ῡ ψιλὸν v. 1 Υ est et reliquis litteris altius, reliquis locis et formam (Y) et magnitudinem volgarem habet. Extremae hastae lineolis transversis ornatae. 1 M. Cornelius Cethegus anno 170 p. Chr. consul ordinarius fuit cum C. Erucio Claro. Cf. C. I. Lat. VI, 1978, 1. XI, 619, 6. Idem est Κέθηγος ὁ ὑπατικὸς (cf. not. 2) apud Lucianum Demonact. 30. De huius tituli aetate cf. not. 4. 2 Legatus proconsulis; cf. Lucian. Demonax l. l. Κεθήγου δὲ τοῦ ὑπατικοῦ ὁπότε διὰ τῆς Ἑλλάδος εἰς τὴν Ἀσίαν ἀπῄει πρεσβεύσων τῷ πατρί, πολλὰ καταγέλαστα καὶ λέγοντος καὶ ποιοῦντος. Hinc apparet eundem esse Luciani et tituli Cethegum. Sed consularem appellari Cethegum sane mireris cum quia legati proconsulum praetorii esse solent, tum quia Squillae Gallicani proconsulatus anno 170 p. Chr. vix posterior fuisse potest. Quare scriptorem eo honoris vocabulo, quo utebatur cum scripta est Demonactis vita, etiam in narratione rei aliquot annis prius gestae Cethegum appellasse apparet. Heberdey. Ad illud coniunctum patris filiique officium epistulam Frontonis I, 25 p. 188 Naber ad Squillam Gallicanum (not. 3) datam probabiliter rettulerunt H. Dessau in Prosopographia imp. Rom. et Heberdey ad hunc titulum. Filii legati patrum proconsulum etiam alibi occurrunt; cf. I. G. Sept. I, 89, 7 sq. [ταμίαν θεο]ῦ Ἁδριανοῦ κα[νδιδᾶτον καὶ τῷ α]ὐτῷ καιρῷ πρ[εσβευτὴν τοῦ ἑαυτο]ῦ πατρὸς ἀνθ[υπάτου Ἀφρίκης δι]οικήσεως [Καρχηδονίας] (L. Minicius Natalis fere 119 p. Chr. n.).

[Ἀσ]ίας, υἱὸν Σ[κυ|ίλ]λα Γαλλικα[νοῦ[3] | το]ῦ ἀνθυπάτο[υ[4], | β]ουλῆς, δήμου | ψηφίσ[ματι].

3 M. Gavius Squilla Gallicanus consul ordinarius a. 150 p. Chr. cum Sex. Carminio Vetere. Cf. Prosopographia imp. Rom. II p. 114 n. 67. 4 Pro eo temporis intervallo, quod medio saeculo p. Chr. n. altero inter consulatum et proconsulatum Asiae aut Africae intercedere solebat, fere 165 p. Chr. Squillam Gallicanum illam provinciam obtinuisse probabile est. H.

---

513 Basis marmoris albi arae similis, inventa Pergami in muro Byzantino qui est in meridionali fori margine. Ed. M. Fränkel Alterthümer von Pergamon VIII, 2 p. 341 n. 525.

Ἀγαθῆι τύχηι. | Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος τῆς πρώτης | μητροπόλεως τῆς Ἀσίας καὶ τρὶς | νεωκόρου[1] τῶν Σεβ(αστῶν) Περγαμηνῶν ‖ πόλεως ἐτείμησεν | Αὐρ(ηλίαν) Κλ(αυδίαν) Ἀπολλωνίαν, ἱέρειαν τῆς | Νικηφόρου καὶ Πολιάδος Ἀθηνᾶς[2], | θυγατέρα Κλ(αυδίου) Ἀλεξάνδρου[3] θεολόγου[4] | καὶ Αὐρ(ηλίας) Ἀπολλω-

Litterae ΗΙΘΘΞΠΣ. Alpha v. 1 initio A est, praeterea ubique A. Hastarum fines lineolis transversis ornati. 1 Tertia Pergamenorum neocoria a Caracallae principatu, qui ipsam urbem eorum adiit (not. 8), initium cepit, id quod docent nummi, qui in antica parte caput et nomen huius imperatoris, in aversa aut singula aut terna templa cum inscriptione Περγαμηνῶν τρὶς νεωκόρων habent. Mionnet II p. 612 n. 636—638. Suppl. V p. 460 sq. n. 1108 sq. M. Fränkel Alterth. von Pergamon VIII, 2 p. 226 ad n. 299. 2 Cf. n. 324[1]. 3 Idem homo, pleno nomine Tiberius Claudius Alexander, praeter θεολόγου officium etiam praetoris (στρατηγοῦ) honorem in patria gessit, id quod docent nummi Pergameni Caracallae (211—217 p. Chr.) et Elagabali (218—222 p. Chr.) principatu cusi ap. Mionnet Suppl. V p. 460 n. 1104. 1105. p. 467 n. 1140—1142. Fränkel. 4 Theologi Pergamenorum etiam alibi commemorantur. Cf. Alterth. von Pergamon VIII, 2 p. 262 n. 374 A, 30 [Καπί]τωνος θεολόγου et quem illic Fränkelius affert nummum cum Glyconis theologi nomine ap. Mionnet Suppl. V p. 472 n. 1160); porro P. Aelium Pompeianum melopoeum et rhapsodum divi Hadriani in titulo Nysensi Bull. de corr. Hell. IX 1885 p. 125, 4. 65 θεολόγον ναῶν τῶν ἐν Περγάμῳ appellari adnotat idem. Quae res cum artissimam necessitudinem his theologis cum cultu deorum et hymnorum cantu intercedere arguat, non mirum est haud raro eosdem simul θεολόγους et ὑμνῳδούς appellari. Cf. inscriptiones Smyrnaeas C. I. G. 3148, 38, ubi cives inter alia beneficia quae principi accepta referunt, θεολόγους ὑμνῳδούς enumerant, et C. I. G. 3348, 1 sqq. Κλαυδίου Μελάμπου, ὑμνῳδοῦ καὶ θεολόγου καὶ πομπαίου στρατηγοῦ. Item Ephesi Gr. inscr. in the Brit. mus. III, 2 p. 120 n. CCCCLXXXI, 191. 192 ὁμοίως δὲ καὶ τοῖς θεολόγοις καὶ ὑμνῳδοῖς. Smyrnae etiam mulieres hoc

νίας Πυθοδίκου ‖ θυγατρός, γένους τῶν Ἐπι(λ)αϊδῶν[5], | ἱερασαμένην ἐνδόξως καὶ μεγαλο|πρεπῶς διετεῖ χρόνῳ, καὶ τῇ ἑξῆς | διετίᾳ[6] εὐσεβῶς πᾶσαν θρησκείαν | ἐκτελέσασαν τῇ θεῷ, δεξιωθεῖσαν[7] ‖ τρὶς ἐντείμως ὑπὸ θεοῦ Ἀντωνίνου[8], | ἀγωνοθετήσασαν τοῦ σεμνοτάτου | τῶν Νεικηφορείων ἀγῶνος[9].

---

sacro officio fungi videmus. Cf. C. I. G. 3199, 2 sqq. Κλαυδίας Ἀντωνίας Σαβεῖναν Προκλιανὴν καὶ Ἰουλιανὴν ἀδελφάς, τὰς θεολόγους. C. I. G. 3200, 3 τὰς θεο(λ)όγους. Fränkel, qui vix recte praeter Pergamum, Smyrnam, Ephesum etiam Heracleae Ponticae sacerdotium vindicat. Etenim illic θεόν est, quod suae ipsius coniecturae diffidens Boeckhius in θεο(λόγο)ν mutavit; cum vero λαμπρότατος ὑπατικὸς appelletur idem homo, non videtur eiusmodi officium in eum cadere. 5 ΕΠΙΑΑΙΔΩΝ lapis. Emendavit Fränkel, qui recte observat, non ad Apolloniam sacerdotem hoc spectare. Nam cuius ea gentis esset non erat quod indicaretur, quia sacerdotium hereditarium erat ut nemo originem mulieris qui id gerebat ignoraret. At hoc paterna origine definiebatur; quod contra si quando mater sacerdotis a gente prae aliis nobili descendebat, id definite enuntiari eius intererat. 6 διετία et τριετηρίς idem binorum annorum spatium indicare, ut τετραετία et πεντετηρὶς in titulo Attalensi Bull. corr. Hell. VII 1883 p. 263 ἱερασάμενον τετραετίαν — καὶ ἀγωνοθετήσαντα τοὺς μεγάλους πενταετηρικοὺς ἀγῶνας, adnotat Fränkel. De biennio sacerdotii et trietericis Nicephoriorum ludis cf. n. 299[4]. 7 Activi vi medium δεξιώσασθαι dici in volgus notum est. Sed hic ut in aliis deponentibus mediis quae dicimus aoristum passivi significatione passiva aliquando usurpari observat Fränkel coll. Platon. Respubl. V, 468 B τὸν δὲ ἀριστεύσαντά τε καὶ εὐδοκιμήσαντα οὐ — δοκεῖ σοὶ χρῆναι στεφανωθῆναι; ἢ οὔ; ἔμοιγε. τί δαί; δεξιωθῆναι; καὶ τοῦτο. 8 Antoninus Caracalla (211—217 p. Chr. n.). Eum Pergamum visitasse anno 215 p. Chr. refert Herodianus IV, 8, 3 ἠπείχθη ἐς Πέργαμον τῆς Ἀσίας, χρήσασθαι βουλόμενος θεραπείαις τοῦ Ἀσκληπιοῦ. Cf. Cassius Dio LXXVII, 15, 6: οὔτε γὰρ ὁ Ἀπόλλων ὁ Γράννος οὐθ' ὁ Ἀσκληπιὸς οὐθ' ὁ Σάραπις καίπερ πολλὰ ἱκετεύσαντι αὐτῷ, πολλὰ δὲ καὶ προσκαρτερήσαντι ὠφέλησεν. Quod θεός hic appellatur, id titulum post nonas Apriles anni 217 p. Chr. n. incisum esse indicio est. 9 Cf. not. 6.

---

514 Marmor Smyrna Oxonium translatum. Ed. Maittaire Marm. Ox. p. 82. Paullo minus plenum titulum aeri incisum exhibet Chandler Marm. Ox. II, 37 p. 73 (Boeckh C. I. G. 3191).

[Ἡ πρώτη τῆς Ἀσίας κάλλει καὶ μεγέθει καὶ λαμπροτάτη καὶ μητρόπολις τῆς Ἀσίας καὶ τρὶς] νεωκόρος[1] τῶν Σε|βαστῶν καὶ

Litterae vulgares praeter ΠΣΨΩ. Vs. 7 N et H, vs. 11 extr. H et N inter se ligatae. 1 Initium tituli restituit Boeckh ex C. I. G. 3202, 3—8. 3204, 2—5. 3205, 2—5. Ne de adverbio τρίς quidem dubitandum recte

κόσ|μος τῆς Ἰωνίας[2] κα|τὰ τὰ δόγματα τῆς ‖ ἱερωτάτης συνκλή|του[3] Σμυρναίων πόλις | Πομπώνιον Κορνήλιον | Λολλιανὸν Ἡδιανόν[4], | τὸν ἀσιάρχην[5] καὶ ῥή‖τορα[6], ὑπατικῶν συν|[γ]ενῆ, τῆς περὶ αὐτὴν | ------------

observat idem, quia omnes tituli qui tam prolixas urbis Smyrnaeorum laudes habeant tertiae demum neocoriae aetate incisi sint. Quare Commodi utique principatu hoc monumentum non habendum esse antiquius. 2 Hoc quoque redit n. 3204, 5. 3205, 5. 3206, 5, sed memorabile est, illic ubique post vocabula κατὰ τὰ δόγματα τῆς ἱερωτάτης συγκλήτου demum illud inferri, ita ut senatus decreta ad neocoriam quidem referantur, neque vero ad decoris Ioniae praeconium. Quod et propter tres titulos contra unum consentientes et propter ipsam rei naturam probabilius est, ut errore hic ordo verborum immutatus videatur. 3 Cf. not. 2. 4 Ex nominibus P. de Rohden et H. Dessau Prosopogr. imp. Rom. III p. 76 n. 535 collegerunt hunc hominem aliqua necessitudine contineri cum Q. Hedio Rufo Lolliano Gentiano cos. suff. ante 193 p. Chr. n., procons. Asiae 209 p. Chr. n. (Prosopographia imp. Rom. II p. 128 n. 27) eiusque fratre L. Hedio Rufo Lolliano Avito (ibid. p. 127 n. 26). 5 Cf. n. 498[3]. 6 Hominem Romanum nobilissimum studiis rhetoricis vacasse non est quod miremur. Cave tamen hunc confuderis cum Lolliano oratore praeclaro, cuius vitam descripsit Philostratus Vit. soph. I, 23. Is enim pleno nomine P. Hordeonius Lollianus appellabatur. Cf. Prosopogr. imp. Rom. II p. 147 n. 147.

---

515 Stela alta et angusta inventa anno 1895 Mylasis in ea parte oppidi, quae a Iudaeis habitatur. Ex Bioti apographo ed. Bull. de corr. Hell. XVIII (1894) p. 545. Ex imagine photographica ab eodem Bioto confecta et ectypo chartaceo Delamarrii accuratissime repraesentavit et commentario doctrinae pleno illustravit Th. Reinach Bull. de corr. Hell. XX (1896) p. 523.

--------ην-- φ--- | -------- γα----- | -----εσειν-----δ.ον ετ------------ | τὴν βουλὴ[ν κ]α[ὶ τὸν δῆμον ---------- ‖ ------- κο]ινὴν ὁμόφρονα γνώ[μην ------|-----] ἐν ταῖς νομίμοις ἡ[μέραις ----- | --------]ων ἐπανορθῶ[σαι -------- | ----] ἀφορήτου πᾶσιν ὄντος[1] το[ῦ -------- | --, οὐ φαίν]ηται[2]

Litterae ZΘΞΞΠΕ. Ligaturae litterarum haud infrequentes. 1 Manifestum est hic de intolerabilibus malis dici, quibus fraus et avaritia hominum, qui legibus de pecunia permutanda non oboedirent, civitatem affligeret. Eis obviam ire in animo habet populus Mylasensium, neque vero de hac gravissima re sine imperatoris decreto quicquam statuere ei licet. 2 Supplevi.

δὲ δύνασθ[αι ἰαθῆναι[3] ‖ πλ]ή[ν][4] διὰ [τὴν τ]ῶν μεγίστων [καὶ θειοτάτων κυρ|ί]ων ἡμῶν Αὐτοκρατόρων Λο[υκίου Σεπτιμίου Σεου|ή]ρου Εὐσεβοῦς Περτίνακος κ[αὶ Μάρκου Αὐρηλίου Ἀν|τω]νίνου [Εὐσεβοῦς καὶ Ποπλίου Σεπτιμίου Γέτα Σεβα|σ]τῶν[5] τύχην, ψηφίσματι τῆς β[ουλῆς καὶ τοῦ δήμου ἐπ‖α]νορθωθέντα· δεδόχθαι τῇ [βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ· ἐ|ά]ν τις οἱῳδητινιοῦν τρόπῳ, [εἴτε ἐλεύθερος εἴτε | δ]οῦλος, ἔξωθεν τοῦ μεμισθωμ[ένου[6] καὶ ἐργα|ζο]μένου[7] τὴν τράπεζαν, ἀμειβόμεν[ος ἁλῶι[8] νόμισμα ἢ | πρι]άμενος[9], πρὸς τὸν τραπεζείτην [τοῦτον ἄγεσθαι ‖ γεν]ομένης προσαγγελίας[10] τῇ βουλῆι [ὑπὸ τοῦ βουλομέ|νου τ]ῶν πολειτῶν, καὶ ἐλενχθέντα ἐπ[ὶ τῶν ἀρχόντων καὶ | τῆς] βουλῆς, εἰ μὲν ἄνευ κολλύβου τοῦτ[ο ἐποί-

---

3 Supplevi. 4 Supplevi. 5 L. Septimii Severi et M. Antonini (Caracallae) nomina certissime agnoscuntur, post ea tertium consulto deletum est, quod Getae fuisse sponte patet. Quare tituli originem annorum 209—211 p. Chr. n. terminis contineri manifestum est. R. 6 Mensa argentaria publica fuit, sed a civitate homini privato locata, ut Pergami (n. 484[1]). Etiam alibi eiusmodi exempla reperiuntur, antiquissimum quidem in altero Oeconomicorum libro qui Aristoteli ascribitur, c. 2 p. 1346*b*, 24: τῶν τε νομισμάτων τὴν καταλλαγὴν ἀπέδοντο μιᾷ τραπέζῃ· ἑτέρῳ δὲ οὐκ ἦν οὐθενὶ οὔτ' ἀποδόσθαι ἑτέρῳ οὔτε πρίασθαι παρ' ἑτέρου· εἰ δὲ μή, στέρησις ἦν. Alibi nonnunquam mensa publica non locabatur, sed ab officialibus a populo aut a magistratibus electis administrabatur. Cf. Laert. Diog. VI, 20: Διογένης Ἱκεσίου τραπεζίτου Σινωπεύς· φησὶ δὲ Διοκλῆς, δημοσίαν αὐτοῦ τὴν τράπεζαν ἔχοντος τοῦ πατρὸς καὶ παραχαράξαντος τὸ νόμισμα φυγεῖν. Cicero pro Flacco 19, 44: *cum civitate mihi res est* (Temnitarum) *acerrima et conficientissima litterarum, in qua nummus commoveri nullus potest sine quinque praetoribus, tribus quaestoribus, quattuor mensariis, qui apud illos a populo creantur.* C. I. G. 203, 13: τραπεζείτης Ξενό[φι]λος Σίμου. 204, 10: [τρ]απεζείτης Σουνιά[δης]. 205, 11: τραπεζείτ[η]ς Σατύρος Φιλοκλέου[ς]. 206, 8: τραπεζίτης Ζήνω[ν]. 24: τραπεζείτης Ξενόφ[ι]λο[ς]. Nam in his titulis, qui Tenii sunt, trapezitas intellegi officiales publice constitutos, non privatos qui mensam publicam conduxerint, apparet ex indice οἵδε ἦρξαν toti cuiusque anni laterculo praemissis. C. I. Att. II, 985 E, 55: ὁ ἐπ[ὶ τὴν δημ]οσίαν τράπεζαν τὴν ἐν Δή[λωι]. C. I. G. 3599, 12 (Ilii): τοὺς δὲ τραπεζίτας — ἔχειν ἔνθεμα [δ]ι[δόντας] τό[κ]ον αὐτῶν δέκατον. 3600, 14 (ibidem) --- τοὺς τραπεζίτας. Th. Reinach. 7 Supplevi. Reinachius scripsit [διοικ|ου]μένου, qua in voce medium verbi genus mihi contra sermonis usum positum videtur. Cogitaverat R. etiam de [κατασκευασ|α]μένου, sed id ipse reicit. Supplementum paullo brevius esse pro lacunae ambitu concedendum est. 8 Supplevi. αἱρῆται Reinach. 9 In nummis emtionem venditionem (ἀποδόσθαι, πρίασθαι) ad idem redire ac permutationem (ἀμείβεσθαι) rectissime dicit R. Quare ut molestissimum tautologiae crimen vitetur statuendum esse, ἀμείβεσθαι hic non dici nisi de altera parte huius duplicis negotii, ut uni ἀποδόσθαι respondeat, cui deinde opponitur πρίασθαι. 10 Cf. n. 483[20]. Syll.[2] 790, 87.

ησε, τοῦ ἀργυρίου[11] | πρᾶξ]ιν εἶναι τῷ τραπεζείτῃ καὶ τῷ μηνύσ[αντι καὶ ἑλόν|τι[12], ἔ]χοντος τοῦ τραπεζείτου καὶ κατ' αὐτὸν[13] ἐξο[υσίαν πράττε‖σθαι[14] κα]θὰ[15] ἠσφάλισται, εἰ δὲ ἐπὶ κολλύβῳ, τὸν [μὲν ἐλεύθερον ἀπο|τίνει]ν (ε)ἰς τὸ ἱερώτατον ταμεῖον τῶν κυρίω[ν ἡμῶν θειοτά|των[16]] αὐτοκρατόρων ✱φ', τῷ δὲ δήμῳ ✱σν', κ[αὶ τῷ μηνύ|σαντ]ι καὶ ἑλόντι ✱ρ', καὶ τὸ φωραθὲν ἀργυροῦ[ν νόμισ|μα[17] πρ]ασσόμενον εἶναι στερέσιμον

---

11 Cum hic non mala fide egisse videatur, civitas contenta est minore poena; nempe amittit reus summam pecuniae permutatae, neque vero insuper multam pendere cogitur. Cf. Syll.² 546,10 sqq. ὃ[ς] δ' ἂν ἄλλοθι ἀποδῶται ἢ πρίη[ται, φευ]ξεῖται ὁ μὲν ἀποδόμενος το[ῦ πωλουμέν]ου ἀργυρίου, ὁ δὲ πριάμενος τῆ[ς τιμῆς] ὅσου ἐπρίατο. Reinach, quem sequor, nisi quod ἀργυρίου scribere malui quam ἀργυροῦ. Neque enim τὸ ἀργυροῦν substantive pro ἀργύριον aut νόμισμα ἀργυροῦν in hoc titulo dici probari potest. Cf. not. 17. 33. Ceterum fuit cum τοῦ κολλύβου supplendum videretur; at tam clementer cum eis qui rempublicam pecunia debita fraudassent actum esse vix credibile est. 12 Utrum hoc enuntiato praecipiatur, ut trapezitae et accusatori coniunctis liceat exigere pecuniam, an utrique ex eis per se, ambigas. Hoc quidem primo aspectu multo veri similius videtur, at illud ut praeferamus suadent quae proxime sequuntur. 13 Illud καὶ κατ' αὐτὸν demonstrat, novum aliquid hic adiungi. Quod non video quid aliud esse possit, nisi trapezitae quidem etiam sine illo, qui reum ad iudicium adduxit et ut damnaretur effecit, suum ius exsequi licere, huic vero sine illo non item. 14 Supplevi. 15 Supplevi. Cavetur hic ne quid hoc decreto deminuatur de iure trapezitae quod pacto locationis mensae publicae ei tributum est. Perfectum ἠσφάλισται aut medii generis est ad trapezitam relatum 'ut in conducenda mensa sibi pactus est', aut, id quod simplicius videtur, passivum 'ut confirmatum est'. Longe aliam huius enuntiati mentem esse sibi persuasit Reinach; nempe actori quidem ex bonis modo damnati pecuniam debitam cogere licere, trapezitae vero etiam ex ipsius corpore. Qua de re provocat ad Diodor. XIV, 111, 4 διόπερ ταῖς ὑπερβολαῖς τῶν κακῶν νικώμενοι παρέδωκαν τὴν πόλιν οἱ Ῥηγῖνοι τῷ τυράννῳ, τὴν πᾶσαν καθ' αὑτῶν ἐπιτρέψαντες ἐξουσίαν. At ipse sensit, ἐξουσία κατά τινος recte se habere, ἐξουσία κατά τινα non item; neque ipsa res illo quidem tempore credibilis est. Non me fugit, etiam in mea interpretatione aliquid inesse, quod cum severis sermonis legibus pugnet. Nempe pro κατ' αὐτόν exspectaveris καθ' ἑαυτόν. At hoc quidem nomine sescentiens peccari in titulis inferioris aetatis constat. Cf. n. 90 [36]. Quod vero R. scribit [εἰ μὴ -----]α ἠσφάλισται, id quonam vocabulo interposito suppleri possit, vix quisquam expediverit. 16 Supplevi. Reinachius de ἀποτεῖσαι reponendo aliquando cogitabat, sed ipse perspexit, infinitivum hic non suo loco futurum fuisse. 17 Supplevi. ἀργυροῦ[ν καὶ | τὸ πρ]ασσόμενον Rein. Sed primum quidem substantivi ἀργυροῦν nullum est in hoc titulo exemplum; deinde vero temporum φωραθέν et πρασσόμενον discrimen in Reinachii restitutione et interpretatione quomodo defendatur non video. In mea sententia

τῷ τραπεζε[ίτῃ· τὸν δὲ δοῦλ‖ον ἐλ]ενχθέντα ὡς προγέγραπται, παραδοθέν[τα δὲ ὑπὸ τοῦ δεσ|πότου] τοῖς ἄρχουσι ἐπὶ [τῆ]ς βουλῆς, μαστειγοῦσθα[ι ν' πληγὰς | καὶ] ἐμβάλλεσθαι (ε)ἰς τὸ πρακτόρειον καὶ εἶναι [αὐτὸν | ἐπὶ] τῆς (ε)ἱρκτῆς τασσόμενον μῆνας ἕξ· ἐὰν δὲ [ὁ δεσπότης μὴ | ποι]ήσ[ε]ιε ταῦτα τὸν δοῦλον, ὀφείλειν αὐτὸν τὰ [γεγραμμένα ‖ ἐπί]τειμα τῶι ἱερωτάτῳ ταμείῳ καὶ τῷ δήμῳ [καὶ τῷ μηνύσαντι καὶ | ἑλό]ντι. τὰς δὲ τοιαύτας προσανγελίας εἰσδέ[χεσθαι τὸν γραμματέα | τῶν] ἀρχόντων, γενομένης μετὰ τὸ ἐπιδ[οθῆναι[18] τὴν προσ|ανγε]λίαν προγραφῆς ἐφεξῆς ἐπὶ τρεῖς ἡμέ[ρας ἐν ἱεροῖς | καὶ δη]μοσίοις τόποις, ῥητῶς τῆς προγραφῆς [λεγούσης[19] ὅτι ‖ συνάγ]εται ἡ βουλὴ διὰ τοῦτο. ἐὰν δὲ οἱ ἄρχοντε[ς ἢ ὁ γραμματεὺς | τῶν ἐψη]φισμένων τι παραλίπωσιν ἢ οἱ βουλευταὶ [μὴ συν|έλθω]σιν δυνατοὶ ὄντες καὶ ἐπίδημοι, τοὺς μὲν [ἄρχοντας καὶ | τὸν γραμ]ματέα ἀποτεῖσαι ἕκαστον αὐτῶν (ε)ἰς τὸ [ἱερώτατον ταμεῖον τῶν Σεβα]στῶν ἀνὰ ✳τ', τοὺς δὲ βουλευτὰς [ἀνὰ ✳.. ἀναγρά‖ψαι δὲ τό]δε τὸ ψήφισμα ἐν στήλῃ, ἣν καὶ ἀνα[σταθῆναι | δεήσει[20] ἐν τῇ] ἀγορᾷ ἐν τῷ ἐπισημοτάτῳ τόπῳ, ὥσ[περ νόμον εἰς τὸν πάν|τα χρόνο]ν καταστῆσον[21]· σαλεύει γὰρ ὡς ἀλη[θῶς ἡ σωτηρία | τῆς πόλε]ως ἐκ κακουργίας καὶ πανουργίας

---

haec non ex aequo coniunguntur, sed mens est τὸ νόμισμα, ὃ πραττόμενον ἐφωράθη, i. e. pecunia quam (collybi nomine) exactam esse repertum erit.
18 Supplevi. Sic ἐπιδιδόναι de litteris quae regi aut magistratui aut alii nescio cui traduntur inferiore aetate non raro dicitur. Cf. Diodor. XIV, 47, 2: οὗτος μὲν οὖν κατὰ τὸ παραγγελθὲν πλεύσας εἰς Λιβύην τὴν ἐπιστολὴν ἐπέδωκε τῇ γερουσίᾳ. Plut. Alex. 19: ἐκείνῳ μὲν ἐπέδωκε τὴν ἐπιστολήν. Iustiniani Novella XXII, 14 p. 154, 16: τηνικαῦτα ἄδειαν εἶναι τῇ γυναικὶ πρὸς δευτέρους ἀφικνεῖσθαι γάμους, διδασκαλίαν ἐπιδούσῃ πρότερον τῷ τὴν στρατηγίαν ἔχοντι καὶ αὐτὸ τοῦτο ἐκμαρτυραμένῃ. XXVI, 5 p. 208, 5 ταῦτα αὐτοῖς — μετὰ τῶν συμβόλων — τῶν ἀρχικῶν ἐπιδώσομεν. LIII, 3, 1 p. 301, 32: θεσπίζομεν τοίνυν ἐπειδὰν ὑπόμνησις προσενεχθείη τινί, πάντως ἐπιδίδοσθαι βιβλίον, cap. 2 p. 302, 9: τὸν χρόνον καθ' ὃν αὐτῷ τὸ βιβλίον ἐπιδίδοται. Reinach supplet ἐπιδ[έξασθαι].
19 Supplevit Reinach coll. Hyperid. contra Athenog. § 13: ὁ νόμος λέγει.
20 Supplevi. Rein. ἀνα[στῆσαι, post quem inifinitivum hominis nomen vel magistratus appellationem fuisse conicit, cui negotium stelae erigendae mandetur. Sed sic vix relativo pronomine et duplici accusativo, subiecti et obiecti, usurum fuisse existimo decreti auctorem.
21 Sic R. supplevit hoc enuntiatum, neutro pronominis ad ψήφισμα relato. Sane admodum contortam sic fieri structuram enuntiati concedit, sed tamen nullo modo aliorsum spectare posse illud participium existimat, utrumque recte si quid video.

ὀλί[γων τινῶν | αὐτῇ ἐπεμβα]ινόντων[22] καὶ ἀπονοσφιζομένων τ[ὰ κοινά[23], ὧν ὑπὸ ‖ τῆς δυνάμ]εως[24] κόλλυβός τις ἐνπεφοίτηκεν εἰς [τὴν ἀγοράν[25], | κωλύων τὴν πό]λιν[26] τὰ ἐπιτήδ(ε)ια ἔχειν, ἀπορούντων [τῶν πολλῶν[27] | καὶ τοῦ κοινοῦ[28] σ]πανίζοντος. καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἡ εὐ[πορία[29] ἡ | πρὸς τοὺς κυρίους αὐ]τοκράτορας τῶν φόρων βραδύνει ---------- | ----------- μεγάλης ἡγεμονίας τοῦτο πᾶσα ἡ--------- ‖ ---------- ἐπανορθῶσαι. *Succlam(atum) est*[30]: (ε)ἱς αἰῶ[να[31] ---------- | -------]ων ἀνεικήτοις τοῖς κυρίοις[32], ναοῖς [-------- | ---------

22 Supplevi. Verbum ἐπεμβαίνειν τινί proprie insiliendi et conculcandi vim habet, sed persaepe translate de eis qui aliquem superbe tractant gravique iniuria afficiunt usurpatur. Cf. n. 519, 30 cum not. 38. 23 Supplevi. 24 Supplevi. Reinachius haec sic restituere conatur: νοσφιζομένων τ[ὸ ἀργυροῦν (?) καὶ ἔρρει (?) | ὁ τῆς πόλ]εως κόλλυβος. At, ut alia taceam, sic necessario totius euntiati finis faciendus est post κόλλυβος, cum tamen a proxima voce (not. 26) nullo modo nova periodus incipere possit. 25 Supplevi. 26 Supplevi. Reinach Τίς ἐνπεφοίτηκεν εἰς [χώραν (?) ------- ἢ πό]λιν τὰ ἐπιτήδεια ἔχειν ἀπορούντων; Sententia, in urbem agrumque hominum qui ipsi quidem non satis victus haberent, neminem immigraturum esse, sane non absurda est. Sed intolerabile primum quidem asyndeton, cum τίς δὲ aut τίς γὰρ aut τίς οὖν dici deberet, intolerabilis perfecti indicativus in hac quidem sententia, neque ἀπορῶ τὰ ἐπιτήδεια ἔχειν pro ἀπορῶ ἐπιτηδείων bene dicitur. 27 Supplevi. 28 Supplevi. [ἀποροῦμεν δὲ τοῦ | κολλύβου σ]πανίζοντος Reinach. 29 Sic aut εὐπέτεια fuisse conicit Reinach, et quia ΕΥΙ in lapide esse enotatur, vix licebit εὐ[ταξία] restituere, quod per se magis commendatur, quia non modo de eis, qui diligenter et in tempore persolvunt quae debent, adverbium εὐτάκτως usurpatur (Syll.[2] 266, 11 τὰς εἰσφορὰς — εὐτάκτως εἰσενήνοχεν), sed etiam verbum εὐτακτεῖν transitive usurpatum notionem accurate ac sine mora numerandi habet. Cf. Syll.[2] 306,14 sq.: ὅπως ὑπάρχῃ ἁ δωρεὰ εἰς πάντα τὸν χρόνον ἀΐδιος καὶ οἱ μισθοὶ τοῖς παιδευταῖς εὐτακτέωνται. 30 Hoc acclamationum genus perfrequens est in titulis aetatis imperatorum Romanorum. Id unum sane insolitum quod in inscriptione ceteroqui Graeco sermone composita hoc unum Latine enuntiatur. Cf. Syll.[2] 737, 13. 24 ἐξ(εβόησαν). 607, 16 ἐβ(όησαν) οἱ σύνεδροι. Huius collectionis n. 595, 35 ἐπεφώνησαν et quae alia Syll.[2] 607[7] allata sunt. 31 Aliquatenus similes sunt acclamationes Syll.[2] 607, 28: πολλοῖς ἔτεσι [τοὺς] νεωκόρους. 737, 24. 25: πολλοῖς ἔτεσι τὸν κράτιστον ἱερέα Ἡρώδην. 32 Quod Reinachius dubius haeret, utrum ἀνεικήτοις ad κυρίοις substantive positum referatur, an utrumque attributum ad nomen ναοῖς, nequeo cum eo facere. Nam quamvis Strabo (XIV, 2, 23 p. 659 τοιγάρ τοι στοαῖς τε καὶ ναοῖς, εἴ τις ἄλλη, κεκόσμηται παγκάλως) templorum quae Mylasis erant pulcritudinem praedicet, tamen in titulorum sermone templum aut ἀνίκητον aut κύριον appellari potuisse praefracte nego. Quod vero se idem de scriptura [εἰς

κόλλ]υβον. τὸ ζῆν οὐκ ἔχομεν, ἀλλ' ἡ πό[λις ------------ | ----------πονη]ρευόμενοί τινες ἐνπορείας ταρ[άσσουσιν καὶ | τὸ νόμισμα[33]----]ουσιν τὸ ἀργυροῦν, καὶ τοῦτο [------------- || -------------- τ]οὺς νόμους πολλάκις ἡ βο[υλὴ ----------- | ------------] π. . . . . . πολειτ--------------

αἰ]ῶνα! νείκη τοῖς (τοῖς) κυρίοις! ναοῖς κτλ. se cogitasse dicit, hoc postea perspexit non esse probabile. Immo tale aliquid, quale est [τοῖς Σεβαστοῖς ἡμ]ῶν ἀνεικήτοις τοῖς κυρίοις fuisse paene certum est, praesertim cum epitheton *invictus* et in eiusmodi acclamationibus (cuius rei Reinachius attulit exempla C. I. Lat. III, 207, 1. VIII, 10422, 2. 3. 7) et alibi non infrequens sit. A ναοῖς nova videtur coepisse acclamatio. 33 Supplevi. Reinachius etiam hic substantivum τὸ ἀργυροῦν pro ἀργύριον usurpatum deprehendere sibi visus est.

---

516 Basis inventa Thyatiris. Ed. M. Clerc Bull. de corr. Hell. X (1886) p. 404 n. 8.

[Ἀγαθῆι] τύχη[ι. | . . .[1]] Μενέλαον, | [ἀ]ρχιερέα[2] καὶ | [βούλ]αρχον[3] διὰ βίου || [τῆ]ς πατρίδος καὶ ἀ|[γω]νοθέτην[4], ὑποδ[ε|ξά]μενον Μ(ᾶρκον) Αὐρήλιον | [Ἀν]τωνεῖνον βασιλέ[α[5] | κ]αὶ

Litterae ΑΘΠΣΩ. 1 Hic nomen gentile Menelai scriptum fuit. 2 Commodissime non ad hipparchi modo, sed etiam ad sacrorum antistitis et agonothetae officium refertur illud διὰ βίου, etsi cum hac interpretatione pugnare videtur ἀρχιερασάμενον v. 12. Cf. not. 7. Eosdem honores, quibus bis functum esse patrem legimus v. 15. 16, filio ad vitae tempus delatos esse non est quod miremur. 3 Clerc supplevit [ἵππ]αρχον. Ac sane Bull. X p. 411 n. 14, 4 hipparchus Thyatirenorum est, cum ibid. p. 409 n. 13, 11 editor, recte si quid video, nomen proprium Ἵππ[αρ]χον potius agnoverit. At propter C. I. G. 3494, 6 διὰ βίου βούλαρχον hanc vocem hic restituere malim; nam hipparchus perpetuus neque in titulis illius oppidi comparet nec pro huius officii natura talem magistratum fuisse probabile est. 4 Cum C. I. G. 3493, 1 ἀγωνοθετήσαντα τοῦ πρὸ πόλεως Τυρίμνου (qui deus etiam in aliis titulis Thyatirenis est) legatur, plerumque ut hic ἀγωνοθέτης sine ulla accuratiore definitione dicitur. Cf. C. I. G. 3478, 2. 3486, 6. 3489, 3. 3495, 5. Bull. de corr. Hell. X p. 416 n. 16, 5. 6. In titulum C. I. G. 3491, 14. 15 vox ἀγωνοθέτης Boeckhii emendatione violentissima neque ulla ex parte probabili illata est. 5 M. Aurelius Antoninus, qui volgo Caracalla appellatur (a. 211—217 p. Chr. n.). De eius itineribus Waddington ap. Clerc haec exponit secundum Herodiani IV, 7 sqq. narrationem: Cum medio fere anno 213 p. Chr. n. Roma relicta in Raetiam atque inde ad Danuvium se contulisset, ibi per aliquantum temporis commoratus est. Deinde Thraciam adiit, ubi item aliquot menses mansisse videtur. Hiemem 214/5 p. Chr.

τρὶς πρεσβεύσαν‖[τα] πρὸς τοὺς αὐτο‖[κρ]άτορας[6] προῖκα καὶ | [ἀρ]χιερασάμενον[7], υἱὸν | [Φ]λ(αβίου) Διονυσίου, ἀσιάρ‖[χο]υ[8] Περγαμηνῶν[9] καὶ ἀ‖[γω]νοθέτου καὶ ἀρχιε‖[ρέ]ως καὶ στεφανηφό‖[ρο]υ[10] δὶς τῆς πατρίδος, | [καὶ][11] Φο[υρία]ς[12] Παύλλης | [πρ]υτάνεως[13] Ἐφεσίων ‖ [ἐπὶ] πρεσβείᾳ τῆι πρὸς | [τοὺς] Καίσαρας[14] | ἡ πατρίς.

Nicomediae transegit, anno 215 Pergamum et Ilium adiit (Herodian. IV, 8, 3. 4), deinde Asia, Bithynia aliisque orientis provinciis peragratis Antiochiam pervenit (Herodian. IV, 8, 6). Temporum notationes scriptor rerum nullas habet, sed principem initio hiemis 214 p. Chr. Nicomediam pervenisse testantur Acta fratrum arvalium p. CC *b*, 3 sqq. Henzen (cf. p. 117): [*quod domi*]*nus n. imp. Caes. M. Aurellius Antoninus — salv*[*us atque incolumis pro securitate provin*]*ciarum felicissime ad h*[*iberna*] *Nicomediae ingr*[*essus sit*]. Cf. Cassius Dio LXXVII, 18, 1 ταῦτά τε ἐν τῇ Νικομηδείᾳ χειμάσας ἔπραξε. Illic et Saturnalia egit die 17. m. Decembris 214 p. Chr. (Cassius Dio LXXVIII, 8, 4 ἐν τῇ Νικομηδείᾳ τοῖς Κρονίοις ἑστιῶν ἡμᾶς) et diem natalem d. 4. m. Aprilis 215 p. Chr. (Cassius Dio LXXVII, 19, 3 πρὶν δὲ ἀπᾶραι ἀπὸ Νικομηδείας ἀγῶνα μονομαχίας ἐν αὐτῇ ἐπὶ τοῖς ἑαυτοῦ γενεθλίοις ἐποίησε). Quae sic narrantur, ut intellegatur post natalicia paucos modo dies principem Nicomediae mansisse. Tum per Asiam iter fecit, in quo vere aut aestate etiam Thyatira venit. Cf. n. 517, 5. 6. 6 I. e. ad Severum, Antoninum, Getam. Nam cum titulus etiamtum superstite Antonino incisus sit, nemo qui post illum imperaverit hic in censum venit. 7 Si v. 2 ἀρχιερέα de annuo, quo tum ipsum functus sit, sacerdotio, hic vero ἀρχιερασάμενον de eodem iam ante aliquando gesto accipias, iure mireris, iterationis notam v. 17 quidem de patre addi, v. 3 vero de filio omitti. Quod si illud διὰ βίου v. 4 etiam ad ἀρχιερέως referatur, id quod probabilius esse dixi not. 2, fieri non potest quin hoc ἀρχιερασάμενον de alio sacerdotio intellegatur, neque mihi veri dissimile videtur, breviloquentia aut neglegentia quadam ἀρχιερασάμενον hic pro ἀρχιερασάμενον τῆς Ἀσίας scriptum esse, praesertim cum ex v. 13. 14 cognoscamus, iam Dionysium patrem asiarcham fuisse. 8 Cf. n. 498[3]. 9 Asiarchae munus non ad provinciam, sed ad urbem aliquam referri singulare est. Sed utique de honore municipali Pergamenorum aut de homine ab illis in concilium Asiae provinciae misso cogitari nequit; neque enim hic homo Pergamenus fuit, sed manifesto Thyatirenus. Immo recte Clerc idem hanc appellationem sibi velle censet atque ἀσιάρχης ναῶν τῶν ἐν Περγάμῳ. Proxime ad eum quem hic habemus dicendi usum accedit Lebas Inscr. III, 158 *a* ἀσιάρχη[ς] τῆς πρώτης καὶ μεγίστης μητροπόλεως τῆς Ἀσί[ας] καὶ β' νεωκόρ(ου) τῶν Σεβαστῶν Ἐφεσίων πόλεως. 10 Hic magistratus Thyatirenus etiam C. I. G. 3488, 2 est. 11 Supplevi. 12 Supplevi. Editor hunc versum non attigit. 13 ΣΤΑΝΕΩΣ. Emendavit et supplevit Clerc. Mulieres summos in republica honores et magistratus gerere in Asia principatus aetate non infrequens est. 14 Quo tempore hoc monumentum dedicatum est, id est a die 4. mens. Aprilis 215 p. Chr. usque

ad d. 8. m. Aprilis 217 p. Chr., nunquam plures Caesares Romae fuerunt. Quare monumento erigendo quidem legatio illo temporis spatio ad eum suscepta ansam dedisse videtur, sed propter priorum legationum (v. 9 sqq.) recordationem pluralis usurpatus esse.

---

517 Marmor fractum a parte superiore, ad fontem *Jakudschi-Tschiftlik* media via inter *Ali-Hissar* et *Jaiaköi* prope Thyatira. Ed. M. Clerc Bull. de corr. Hell. X (1886) p. 416 n. 26.

[--------------------, ἀγωνοθετήσαντα[1]] ἐνδόξως | [ὑπὲρ[2] τ]οῦ κυρίου ἡμῶν | [Αὐτοκρ]άτορος Μάρκου Αὐρ|[ηλίου Ἀντωνίνου[3] κατὰ τὴν || τοῦ Σεβ]αστοῦ[4] πατρὸς αὐτοῦ | [Αὐ]τοκράτορος Ἀντωνίνου[5] | [ἐ]πιδημίαν[6], ὁπότε ἐδω|[ρ]ήσατο τῆι πατρίδι ἡμῶν | [τ]ὴν ἀγορὰν τῶν δικῶν[7], || ἀνθυπατεύοντος Μα|ρίου

Litterae ΘΠΣ; ξῖ vs. 1 $\overline{\text{Σ}}$ est, vs. 10 Ξ. Vs. 7 H et M, v. 12 H et E inter se ligatae. Versus quartus consulto excisus. 1 Supplevi ex titulo item Thyatireno C. I. G. 3493, 1 sqq. ἀγωνοθετήσαντα τοῦ πρὸ πόλεως Τυρίμνου ἐνδόξως καὶ περιφανῶς. De Thyatirenorum agonothetis cf. n. 526[4]. Sane sponderi non licet, hoc potissimum officium fuisse; cogitaveris etiam de στεφανηφορήσαντα (n. 516, 16. C. I. G. 3488, 2). 2 Supplevi. 3 M. Aurelius Antoninus, qui volgo Elagabalus appellatur, quo tempore haec incisa sunt, imperabat, ita ut tituli origo annorum 218 et 222 p. Chr. n. terminis contineatur. Cf. Prosopogr. imp. Rom. I. p. 194 n. 1204. At quae hic de eo narrantur, manifesto ad tempus triennio antiquius, quo etiamtum penes Caracallam erat imperium orbis terrarum, spectant. Tum puero undecim vel duodecim annos nato a Thyatirenis honorem municipalem absenti delatum esse, civem vero nobilem, qui eius vice et officia et impensas muneris sustineret, electum, pro illius aetatis more neutiquam incredibile est. Nam etsi impudentissimum mendacium de Elagabalo a Caracalla per adulterium procreato post huius mortem demum excogitatum est, tamen inter mares, qui principem necessitudine sanguinis attingerent, post Getam occisum ille proximum locum tenebat, ut civitatem Asianam ut imperatori gratificaretur illum agonothetam creasse neutiquam improbabile sit. Solos principes eorumque necessarios honores municipales absentes gerere consuevisse notum est. 4 Supplevi. 5 M. Aurelius Antoninus Septimii Severi filius natu maior, qui volgo Caracalla appellatur (a. 211—217 p. Chr. n.). Pater Antonini Elagabali non hic modo dicitur, sed etiam apud scriptores huius fictae originis mentio fit. Cf. Cassius Dio LXXVIII, 32, 3. Herodian. V, 3, 10. Script. hist. Aug. Carac. 9. Macrin. 15. Heliogab. 1. 6 Vere aut aestate anni p. Chr. n. 215. Cf. 516[5]. 7 Conventum iuridicum vel forum Thyatiris constituit princeps. Quae res eodem aut simili vocabulo etiam alibi indicatur. Cf. titulum quem K. Buresch in oppido *Kula* Lydiae repertum edidit Aus Lydien p. 89 n. 46, 9 τῆς ἀγο[ραί]ου. v. 15 [τ]αύτῃ τῇ ἡμέρᾳ

Μαξίμου[8], ἀναστη||[σ]άσης τὴν τιμὴν Αὐρ(ηλίας) | Ἀλκιππίλλης Λαιλιανῆς | τῆς θυγατρός.

ἀγό[ρα]ιον ἀγούσῃ. Etiam propius ad formulam tituli Thyatireni accedit quod ille v. 11 perquam probabiliter restituit [ἀγέτω] τ[ὴν] ἀγορὰ[ν τ]ῶν | [δικῶν ἑκάσ]τῃ πεντεκαιδεκάτῃ (cf. Buresch p. 102). Ephem. epigr. VII p. 436 n. XLIV, 9. 10 τῇ μὲν πρώτῃ ἑξαμήνῳ, ἐν ᾗ καὶ ἡ ἀγόραιος ἤχθη. v. 4. 5 γυμνασιαρχήσαντα δι' ἀγοραίας. 6. 7 ὑποσχόμενον ὑπὲρ — τοῦ υἱοῦ γυμνασιαρχίαν δι' ἀγοραίας. Revue des études Grecques II 1889 p. 30 γυμνασιαρχήσαντα δι' ἀγοραίας. Bull. de corr. Hell. XVII 1893 p. 309 n. 6B, 6. 7 γυμνασιαρχοῦντα δι' ἀγοραίας. Item apud scriptores utraque appellatio obvia est, δικῶν ἀγορά Aristid. XXVI, 78 (II p. 445, 6 Keil). 106 (p. 451, 22 Keil). Lucian Bis acc. 4. 12. Modestinus libro II excusationum, Digest. XXVII, 1, 6, 2 εἰκὸς δὲ τῷ μὲν μεγίστῳ ἀριθμῷ (rhetorum, grammaticorum, medicorum immunium) χρήσασθαι τὰς μητροπόλεις τῶν ἐθνῶν, τῷ δὲ δευτέρῳ τὰς ἐχούσας ἀγορὰς δικῶν, τῷ δὲ τρίτῳ τὰς λοιπάς. Alterum nomen (ἡ ἀγόραιος) est apud Iosephum Ant. Iud. XIV, 245 et in Actis Apostolorum 19, 38. Buresch. 8 Cf. Prosopographia imp. Rom. II p. 346 n. 233. Pleno nomine L. Marius Maximus Perpetuus Aurelianus. Post minores magistratus gestos Septimii Severi exercitibus praefuit a. 195/6 in obsidione Byzantii et a. 197 in proelio ad Lugudunum; consul fuit suffectus anno incerto, deinde legatus Augustorum duorum (Severi et Caracallae intra annorum 198—209 p. Chr. spatium) Germaniae et Syriae Coelae, deinde proconsul Asiae per duos annos, ex quibus prior videtur 214/5 p. Chr. n. esse. Etenim non ad hoc monumentum erectum, sed ad Antonini Thyatira adventum et forum iuridicum ibi constitutum spectare illud ἀνθυπατεύοντος Μαρίου Μαξίμου perspexit editor. Anno 217 p. Chr. in locum Adventi a Macrino imperatore praefectum urbi factum esse refert Cassius Dio LXXVIII, 14, 3, consul iterum ordinarius cum L. Roscio Paculo Papirio Aeliano a. 223 recensetur in fastis. Vitas imperatorum, quarum passim apud scriptores historiae Augustae mentio fit, plerique homines docti ab hoc eodem Mario Maximo conscriptas existimant.

---

518 Basis effossa ab O. Benndorfio Ephesi occidentem versus ab Artemisio. Ed. A. von Domaszewski Festschrift für Theodor Gomperz zum 70sten Geburtstag p. 233 (inde Revue arch. Troisième série XLI p. 460 n. 254).

Μᾶρκον Κλ[αύδιον] | Πουπιηνὸν Μ[άξ]ιμο[ν[1],] | τὸν λαμπρό[τα]τον | τῆς Ἀσίας ἀνθύ[πα]τον, || Κλαύδιος | Θεμιστοκλῆ[ς], υἱὸς | Κλαυδίο[υ] Φροντωνι[α]νοῦ, | τὸν ἴδιον εὐερ[γ]έτην.

Litterae volgares praeter ΘΠΣ. Extremae hastae lineolis transversis ornatae. 1 Cf. Prosopographia imp. Rom. I p. 418 n. 929. Priusquam anno 238 p. Chr. a senatu cum Balbino imperator constitueretur, quos honores

gesserit Pupienus Maximus, magna ex parte ignoramus. Nam quae in vita Maximi et Balbini (script. hist. Aug.) c. 5 de ea re narrentur, ea ficticia esse luculentissime demonstravit Domaszewski, Herodianus vero VII, 10, 4 nimis indefinite dicit ἐν πολλαῖς στρατοπέδων ἀρχαῖς γενόμενος. Praeter proconsulatum Asiae, qui ex hoc demum titulo innotuit, duos consulatus, quos incertis annis suffectus gessit, novimus ex nummis ap. Cohen T. V[2] p. 17 n. 26—31 et titulo C. I. Lat. VI 1087 *a*, 3. 4: [---- *Pu*]*pieniMaximi* | [*c*] *v. cos*. II. Etiam in historia Augusta (Maximus et Balbinus 1. Gordian. 22) consularis appellatur. Praefecturae urbis mentionem faciunt Herodianus VII, 10, 4. Vit. Max. et Balb. 4 Maximin. 20. Ceterum nomen gentile Pupieni Maximi plerumque *Clodius* scribitur, sed id hic reponere non licet quia iuxta Λ a dextra exstat pars sane perexigua lineae sinistrae obliquae litterae A.

---

519 In vico *Japuldschan* sito ad radices montis *Altyn-Tasch*. Ed. J. G. C. Anderson Journal of Hellenic studies XVII (1897) p. 417 n. 20. Doctissime et ingeniosissime restituit et interpretatus est A. Schulten Mitth. des arch. Inst. Römische Abteilung XIII (1898) p. 231 sqq. (Revue archéologique, Troisième série XXXIII 1898 p. 439 n. 102). Lapide iterum examinato aliquot locorum lectiones emendavit Anderson Journ. of Hell. stud. XVIII 1898 p. 340 sqq.

Ἀγαθῇ τύχῃ.

I *Imp*(*erator*) *Caes*(*ar*) *M.* [*Iul*(*ius*) *P*]*hil*[*ippus Aug*(*ustus*)] *et* [*M. Iul*(*ius*) *Philippu*]*s n*[*o*]*bi*[*l*]*issimus Caes*(*ar*)[1] *M. Au*[*relio Eglecto*] | *pe*(*r*) *Didymum miugenerum*[2]: *proco*[*n*]*sule v. c.*[3]

Litterae ΑλΑΔΔΘΠΣΦΦW et semel (medio loco in v. ΕΥΣΕΒΕΙ v. 5) Є. Syllaba ΚΑΙ, sive particula est sive alius cuiuslibet vocis, ut Καῖσαρ, pars, ubique Ꝁ scribitur. Primum locum tenet epistula Latina imperatorum (I v. 2—4), qua respondetur ad petitionem M. Aurelii Eclecti, quae deinde Graeco sermone concepta subiungitur (II v. 5—35). Ubi a priorum editorum restitutione mihi discedendum videbatur, id religiose indicavi. Sed si quando Schulteni sagacitate res ad liquidum perducta videbatur, Andersoni inventa minus idonea repetere supervacaneum existimavi. 1 Nomina imperatorum erasa esse cum coniecisset Ch. Hülsen ap. Schulten, Anderson lapide examinato id confirmavit. De M. Iulio Philippo imperatore eiusque filio cognomini cf. Prosopographia imp. Rom. II p. 204 n. 307. p. 205 n. 308. Pater anno 244 p. Chr. Gordiano interemto rerum potitus est, 249 p. Chr. Veronae occisus. Sed quia filius hic etiamtum Caesar audit, cui tamen anno 247 p. Chr. tribunicia potestas et nomen Augusti delatum est, haec primo principatus Philippi natu maioris triennio scripta esse apparet. 2 Cum Anderson v. 3 init. PEÆ legisset idque dubitanter [*Ap*]*peae* supplevisset, Schulten nihil aliud ac praepositionem *per* fuisse perspexit, quod A.

perspecta fide eorum quae [*scribis, ne*[4]] | *quid*[5] *iniuriose geratur, ad sollicitudinem suam revocabit*[6] . ⟨*xa*⟩.

II § 1 Αὐτοκράτορι Καίσαρι Μ(άρκῳ) Ἰουλίῳ Φιλίππῳ Εὐσεβεῖ Εὐτυχεῖ Σεβ(αστῷ) κ[αὶ Μ(άρκῳ) Ἰουλίῳ] | Φιλίππῳ ἐπιφανεστάτῳ Καίσαρι δέησις[7] παρὰ Αὐρηλίου Ἐγλέκτ[ου ὑπὲρ τοῦ κοι]||νοῦ τῶν Ἀραγουηνῶν[8] παροίκων καὶ γεωργῶν[9] τῶν ὑμετέ-

---

lapide iterum inspecto eatenus confirmavit, ut quadratarium in littera R incidenda ignorantia linguae scripturaeque Latinae lapsum esse concederet. Didymum vero non, ut ille sibi persuaserat, proconsulem fuisse, perspexit Schulten. Quae autem post nomen adiunguntur, obscurissima sunt. Neque enim de genero imperatoris cogitare licet, neque error lapicidae, qui procul dubio subest, probabili ratione emendari. Nam quod Hülsenus apud Schultenum coniecit, quadratarium pro *mili(t)e(m)* (*f*)*rum*(*entarium*) errore MILICENERVM incidisse et per se parum probabile est, et initio non tam MILI quam MIUI in lapide esse videtur. 3 I. e. *v*(*ir*) *c*(*larissimus*). Memorabile *pro consule* tam recenti tempore etiamtum pro nominativo nominis compositi quod est *proconsul* usurpari. Litteras V C in lapide esse primus coniecit Schulten, deinde confirmavit Anderson. 4 Supplevit Schulten coll. Cod. Iust. VIII, 52, 1: *ne quid contra longam consuetudinem fiat, ad sollicitudinem suam revocabit praeses provinciae.* 5 Anderson primo *quia* legerat, sed lapide reviso *d* cursivum agnovit, cum Schulten ex sententiae tenore perspexisset *quid* legendum esse. 6 Insolita forma litterae B non multum ab A discrepans (ძ); primo Andersonus *revoca*(*n*)*t* emendare conatus erat. Post hanc vocem quae exstant duae litterae quid sibi vellent nemodum expedivit. 7 Cf. Syll.[2] 418, 1 sqq. Αὐτοκράτορι Καίσαρι Μ(άρκῳ) Ἀντωνίῳ Γορδιανῷ — [δ]έησις παρὰ κωμητῶν Σκαπτοπαρηνῶν τῶν καὶ Γρησειτῶν. Quam totam causam cum huic simillimam esse perspiceret Schulten, permulta eademque utilissima ad hunc titulum restituendum et illustrandum ex illo repetivit. Ceterum ΕΓΛΕΚΤ in lapide esse testatur Anderson atque ita cum Schulteni tum suum priorem de huius nominis forma errorem emendavit. Quod illic petitio a vicariis ad imperatorem allata dicitur, sane *per Pyrrum militem*, hic vero unius Aurelii Eclecti preces commemorantur, inde acute colligit Schultenus, id quod iam Andersonus haud improbabile existimaverat, hunc esse magistrum vici, cuius officii esset vicanorum suorum causa imperatorem adire. 8 Nomen praeterea nusquam legitur, sed ex loco ubi lapis erutus est apparet, vicum ad praedia imperatoris pertinuisse, quae omnem superiorem partem vallis fluminis *Porsuk Su* comprehenderent, a cuius antiquo nomine (Tembrogius vel Tembris) caput huius tractus Tembrium aut Tembrieum appellabatur. Cf. Steph. Byz. Τέμβριον· πόλις Φρυγίας. Χάραξ δὲ Τύμβριον αὐτήν φησι. Μένανδρος δὲ Τεμβρίειόν φησιν ὡς Γορδίειον. τὸ ἐθνικὸν Τεμβριεύς. Quam regionem a meridie terminabat ager oppidi Aliae, cum a septentrionibus vicinae essent Appia (not. 23) et Aezani. Cf. Ramsay Hist. Geogr. of Asia minor p. 177 sq. Cities and Bishoprics II p. 615, ad quem provocat Anderson. 9 Quae

ρων[10], [πρεσβείας γενομένης δαπ]||άνῃ δήμου κοινο(ῦ Τ)ο[τ]τε-
ανῶν[11] Σοηνῶν τῶν κατὰ Φρυγίαν τόπων διὰ Τ(ίτου) Οὐ[ινίου
§ 2 Διδύμου[12]] | στρατιώτου. — Πάντων ἐν τοῖς μακαριωτάτοις
ὑμῶν καιροῖς, εὐσεβέσ[τατοι καὶ ἀλυ]||πότατοι τῶν πώποτε βα-
σιλέων, ἤρεμον καὶ γαληνὸν τὸν βίον δια[γόντων[13], πο]||νηρίας
καὶ διασεισμῶν πε[π]αυμένων, μόνοι ἡμεῖς ἀλλότρια τ[ῶ]ν ε[ὐ-
τυχεστάτων] | καιρῶν πάσχοντες τήνδε τὴν ἱκετεί[αν ὑ]μεῖν
προσάγομεν ἐχέ[γγυοι[14] τοῦ δικαίου τῆς δε]||ήσεως ἐν τού-
τοις. —

§ 3 Χωρίον ὑμέτερόν ἐσμεν ἱερώτατ[ον καὶ ὥσπερεὶ[15] δῆ]|-

---

hic distinentur hominum in praediis imperatorum habitantium genera, eadem perfrequenter coniunguntur Latinis nominibus *coloni* et *inquilini* appellata, quam in rem Schultenus affert Cod. Theod. V, 10, 1 p. 473* Haenel *si quis colonus originalis sive inquilinus.* Cod. Iust. XI, 53, 1 *colonos inquilinosque.* III, 38, 11: *possessionum divisiones sic fieri oportet, ut integra apud successorem unumquemque servorum vel colonorum adscripticiae condicionis seu inquilinorum proxima agnatio vel affinitas permaneret.* Ac Savignyus quidem discrimen omnino nullum horum generum repperire posse sibi visus est, recentiorum vero, qui intellegunt inquilinos quidem opifices qui domo modo utantur, colonos vero agricolas qui agrum quoque habeant, sententia non sine gravibus rationibus a Schulteno in dubium vocata est. Utique (cf. etiam not. 10) ius atque condicio eorum simillima erat. 10 Pronomen non ad γεωργῶν modo, sed etiam ad παροίκων spectare monet Schulten. Nam glebae adscriptos ideoque cum agro in quo habitabant imperatoris quasi servos fuisse utrosque apparet ex Digest. XXX, 112: *si quis inquilinos sine praediis quibus adhaerent legaverit, inutile est legatum.* Cod. Iust. XI, 66, 6: *eum, qui curiae vel collegio vel burgis ceterisque corporibus per triginta annos sine interpellatione servierit res dominica vel intentio privata non inquietabit si colonatus vel inquilinatus quaestionem movere temptaverit.* Sch. 11 Cum vicani Aragueni ipsi impensis legationis tolerandis impares essent, duo populi coniuncti illius regionis, in quorum alterius finibus illi habitabant, integri pecuniam eis praebuerant. Vocem [δαπ]||άνῃ iam Andersonus restituerat, reliqua supplevit Schulten. Lapis exhibet KOINOMOTTE ANWN, sed Ramsay apud Anderson perspexit M errore quadratarii pro YT incisum esse, monuitque Totteanos esse incolas vici Τοττοιά, hodie *Besh Karish Eyuk*, fere quinque miliariis a monte *Altyn-Tash.* Cf. Journal of Hell. stud. VIII 1887 p. 513: ὅροι Τοττοηνῶν. 12 Supplevit Schulten, quem nomen gentile praestare nolle, sed tamen eundem hominem, qui supra v. 3 sit, iure meritoque hic agnovisse apparet. 13 Supplevi. δια[γομένων] Anderson et Schulten contra sermonis usum. 14 Supplevit Schulten acutissime. Verba ἐν τούτοις sane aliquid otiosi et molesti habere in enuntiato sic restituto non est negandum. 15 Supplevi.

μος[16] ὁλόκληρος, οἱ καταφεύγοντες καὶ γενόμενοι τῆς ὑμετέρας [θειότητος[17] ἱκέται[18], δια]||σειόμεθα δὲ παρὰ τὸ ἄλογον καὶ παραπρασσόμεθα ὑπ' ἐκείνων ο[ὓς ἥκιστα ἀδικεῖν τὸν πλη]|σίον
§ 4 ὀφ(ε)ίλει[19]. — Μεσόγειοι γὰρ τυγχάνοντες καὶ μ(ή)τε[20] παρὰ στρατά[ρχου[21] μήτε παρ' ἄλλου[22] κακὰ παθόντες νῦν πάσ]|χομεν ἀλλότρια τῶν ὑμετέρων μακαριωτάτων καιρῶν· [πιέζουσι γὰρ ἡμᾶς οἱ πεμφθέντες εἰς] | τὸ Ἀππιανῶν[23] κλίμα[24] παραλιμπάνοντες τὰς λεωφόρους ὁ[δούς, προσέτι δὲ στρα]|τιῶται καὶ δυνάσται τῶν προυχόντων κ[ατ]ὰ τὴν πόλιν [Καισαριανοί[25] τε ὑ]||μέτεροι ἐπεισε[ρ]χόμενοι, καταλιμπάνοντες τὰς λε[ωφόρους

---

16 Supplevi. Cum manifestum sit, vicanos Araguenos quam maxime extollere hic conari vim et dignitatem corporis sui, sed eos tamen non ut Totteanos Soënosque legitima δήμου appellatione uti, tamen se numero tantum valere, ut pro quodam quasi populo integro haberi possent, non inepte praedicare mihi videntur. 17 Supplevi. 18 Supplevi. And. τῆς ὑμετέρας [προστασίας δια]|σειόμεθα, Schulten legit τῆς ὑμετέρας [βοηθείας ἐνδεεῖς, δια]|σείομεθα. Sed sic minus commodo ordine primo loco se ad imperatores confugere dicunt, deinde demum eorum auxilio opus habere. 19 Supplevit Anderson, probavit Schulten. ὀφείλει iam satis antiquo tempore haud raro impersonali usu cum infinitivo coniungitur. 20 MITE. 21 Supplevit Anderson. 22 Secutus sum Schulteni supplementum, nisi quod id in brevius contraxi; ac vereor ne sic quoque spatium lacunae non plane sufficiat. 23 Eadem ethnici forma est apud Ciceronem ad Fam. III, 7, 2: *legati Appiani mihi volumen a te plenum querellae iniquissimae reddiderunt.* § 3 *de Appianis hactenus.* 9, 1 *alteras* (litteras) *de Appianorum aedificatione impedita legi perinvitus* et Plinium N. hist. V, 105 *alter conventus a Synnade accepit nomen . conveniunt Lycaones, Appiani, Corpeni* etc. Ipsius oppidi nomen eadem orthographia habes apud Hieroclem Synecd. p. 668, 6, neque dissentiunt nummi et inscriptiones (G. Hirschfeld ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie II, 1 p. 214), ita ut simplicis consonae, quam in recentiorum libris passim repperias, apud antiquos nullum exstare videatur exemplum. Etenim Ἀπίας πεδίον (Polyb. V, 77, 9. Strabo XIII, 1, 70 p. 616 Cas.), longe alia in parte Asiae minoris illud quidem situm, cum illo oppido non confusum est nisi recentiorum quorundam foedo errore. 24 Regionem vel agrum oppidi alicuius inferiore aetate haud raro κλίμα appellari adnotat A. 25 Supplevit Schulten ex v. 31. De hoc hominum genere cf. O. Seeck ap. Pauly-Wissowa III, 1 p. 1295. Primo nomen omnia Caesaris servitia domestica significabat, sed postea de eis officialibus Caesaris usurpabatur, quorum erat bona publicata aut alio quovis nomine ad fiscum delata occupare. Qua in re cum multifariam fraudi et avaritiae locus daretur, famosi erant Caesariani et summa severitate coërcendi videbantur, neque unquam querellae de eorum malignitate et violentia obmutuerunt. Cf. C. I. Att. III, 48, 24 [ὥ]σπερ εἰς σπορὰν κέρδους ἢ καὶ διαρπαγῶν ἢ ἀμέτρ[η]τος

ὁδοὺς καὶ ἀπὸ τῶν] | ἔργων ἡμᾶς ἀφιστάντες καὶ τοὺς ἀροτῆρας βόας[26] ἀνε[ρευνῶντες[27] τὰ μὴ ὀφει]||λόμενὰ αὐτοῖς παραπράσσουσιν, καὶ συνβαίνει ο[ὐ τὰ τυχόντα ἡμᾶς ἐκ τ]||ούτου ἀδικεῖσθαι διασειομένους· περὶ ὧν ἀπά[ντων ἐγράφη[28] πρὸς τὸ σόν[29],] | Σεβαστέ, μέγεθος, ὁπότε τὴν ἔπαρχον διεῖπε[ν[30] ἐξουσίαν ----------------]]||νός[31], καὶ ὅπως[32] περὶ τούτων ἐκειν(ή)-

---

τῶν Κ[αι]σ[αρ]ιανῶν κ[ακ]οήθεια [ἡ] ἐπάρατος ἐπλάσατο. v. 33 τῷ συνήθει τρόπῳ τ[οῦ] ἀεὶ (π)α[ρέχ]ειν(?) τοὺ[ς ἡμ]ετέρους ἐπαρχικοὺς τοῖς Καισαριανοῖς προφάσεις. Antiquissimum nominis sic usurpati exemplum, quod Seeckius novisset, anni fere 290 p. Chr. (Cod. Iust. X, 1, 5, 1. 2) erat, sed hic habes aliud fere semisaeculo antiquius, nam quin illa arctiore vi accipiendum sit non licet dubitari. 26 ΒΟΑΝΓ Anderson in priore editione, errore; nam postea ΒΟΑϹΑΝΓ potius in lapide esse affirmavit. Nullam verbi βοᾶν formam hic haberi sponte patet, quoniam aoristus in huius inscriptionis sermone ἐβόησα esse debebat. Accusativus βόας Atticus quidem non est, sed in reliqua Graecia inde ab Homeri aetate perfrequens; βοῦν ἀροτῆρα habes iam apud Hesiodum Op. et Dies 405. 27 Supplevi; cogitaveram aliquando de ἀνελόντες, sed neque aoristus commode praesenti adiungitur neque de interimendis potius bubus quam de abducendis aut etiam de vectigali quopiam pro singulis boum capitibus exigendo dici videtur. Quod quoniam consentaneum est, colonos ut suas res conservarent abscondere conatos esse iumenta, non inepte verbum ἀνερευνᾶν usurpari videtur. Supplementa Andersoni βοᾶν [πειρώμενοι, τὰ μὴ ὀφει]λόμενα αὐτοῖς παραπράσσουσιν et Schulteni βοᾶν [τολμῶντες κτλ.], praeterquam quod lectione prava nituntur etiam propter inauditam vim quae verbo βοᾶν τινα tribuitur ferri nequeunt. 28 Supplevi. 29 Cum iam Schultenus intellexisset, nullo modo Σεβαστὲ μέγεθος coniungi posse ita ut his vocibus appellaretur princeps, id quod Andersonus statuerat, mihi videtur hoc enuntiatum sic conformandum esse, ut de epistula ad imperatorem, non ab eo data dicatur. Schultenus sic: περὶ ὧν ἀπ' ἀ[ρχῆς ἡμῖν ἔγραψε τὸ σόν,] | Σεβαστέ, μέγεθος. 30 Sic supplere malui quam διεῖπε[ς] cum Andersono et Schulteno. Utique verbi διέπω (administro), non διαγορεύω, aoristum hic haberi certissimum est. 31 Finem cognominis praefecti praetorio, qui tum fuerat cum Philippus Augustus primam de hac re epistulam acciperet et ad eam responderet, hunc esse persuasum habeo; etenim quae deinceps dicuntur mihi indicio esse videntur, hic de acceptis, non datis a Philippo litteris verba fieri. Quod contra Schultenus cum sibi persuaderet de illo tempore dici, quo ipse Philippus etiamtum praefectus praetorio fuisset, legit διεῖπε[ς ἐξουσίαν ἅ τε ἄλλα ἐκέλευσας Καῖσαρ γενόμε]νος, cui supplemento spatium profecto non sufficit. 32 Particulam temporalem hic esse adnotat Anderson, sed quomodo construatur enuntiatum neque in ipsius neque in Schulteni ratione assequor. Neque omnino illud ἐκινήθη recte responsum principis subiectum habere existimo; immo simplicissime enuntiatur, quomodo illis precibus imperatoris animus affectus sit, apparere ex rescripto hic inserto.

θη[33] σοῦ ἡ θε[ιότης[34], ἡ ἀντιγραφὴ δηλοῖ ἡ ἐνταῦθα[35]] | ἐν-
τεταγμένη· *'Quae libello complexi esti[s ut examinet prae-
sidi mandavi,] | qui da(b)it*[36] *operam ne d[iu]tiu⟨i⟩s*[37] *que-*
§ 5 *rell[is locus sit'.]* | — Ἐπειδὴ οὖν οὐδὲν ὄφελο[ς ἡ]μεῖν ἐκ
ταύτης τῆ[ς ἀντιγραφῆς ἐγένετο, συμβέ]||βηκεν δὲ ἡμᾶς κατὰ
τὴν ἀγροικίαν τὰ μὴ ὀφει[λόμενα παραπράσσεσθαι, ἐ]||πενβαι-
νό[ν]των[38] τινῶν καὶ συμπατούντων ἡμᾶς [παρὰ τὸ δίκαιον,
ἐπειδὴ δ]||ὲ[39] ὑπὸ τῶν Καισαριανῶν[40] οὐ τὰ τυχόντα δι[ασ]είε-
σ[θαι ἡμᾶς συνέβη καὶ τοὺς καρποὺς | ἀναλί]σκεσθαι[41] καὶ τὰ
χωρία ἐρημοῦσθαι καὶ ---αν ---------- | ---------ς καὶ οὐ
παρὰ τ[ὴν ὁ]δὸν[42] κατοικούντ[ων -------- | -------] δυνάμενα
--- ταυτι --ει--------------- || -----------------------

33 ΕΚΕΙΝΙΘΗ. 34 Supplevi. 35 Supplevi. Schulten καὶ ὅπως περὶ τούτων ἐκειν(ή)θη σοῦ ἡ θεί[α ἀντιγραφὴ ἡ τοῖς ὑπομνήμασιν] ἐντεταγμένη. Cf. not. 32. 36 Cum *quid agit* agnoscere sibi visus esset Anderson, Schulten perspexit nihil aliud ac *qui dabit* fuisse, quod postea, paullo insolentiore sane litterae B forma, ille in lapide agnovit. 37 D..TIUIS lapis, quod aeque facile ex *diutinis* et ex *diutius* corruptela nasci potuisse, sed hoc adverbium quidem a sententia multo magis commendari perspexit Anderson. 38 Retinui Andersoni supplementum. Nam quod Schultenus post παραπράσσεσθαι inseruit εἰς τὴν κώμην, id et spatium excedit et supervacaneum est, dummodo verbum ἐπεμβαίνειν frequentissima illa notione translata accipiamus. Cf. n. 515[22]. 39 Cum ambiguum esset, utrum Θ an E esset prima littera, And. et Sch. [ἐπειδή] | θ' ὑπὸ scripserunt. Quod mutandum fuit, quia lapide denuo inspecto E certum esse pronuntiavit And. 40 Cf. not. 25. 41 Supplevi. [πιπρά]σκεσθαι Anderson, Schulten; quod sententiae multo minus accommodatum existimaverim. 42 Supplevi. τ[ῶν ἔν]δον Anderson, Schulten. Sed ni fallor hic quoque, ut supra, coloni conqueruntur quod tot tantisque molestiis afficiantur etsi procul a via publica habitent.

---

520 Basis inventa Iasi. Edd. G. Cousin et Ch. Diehl Bull. de corr. Hell. XIII (1889) p. 35 n. 2.

Ἀγαθῇ τύχῃ. | Τὸν ἐκ φιλοσοφίας βα|σιλεύοντα[1] καὶ δικαιοσύ|-

Litterae ЄΘΛΠCω. Versus 10—12 consulto deleti, 13—15 ab alia manu postea adiecti. 1 Fortasse homo privatus, a quo monumentum dedicatum erat (not. 4), ipse philosophorum doctrinae studio flagrabat ideoque hanc laudem, quae ut verissima est ita in aliorum eiusdem imperatoris monumentorum titulis non legitur (cf. Syll.[2] 424), addendam existimavit.

νῃ τε καὶ ταῖς ἄλλαις ἀρε||ταῖς πᾶσαν διειληφότα[2] | τὴν ὑφ' ἡλίῳ Φλ(άβιον) Κλαύδ(ιον) | Ἰουλιανόν, τὸν μέγιστον | καὶ θειότατον αὐτοκρά|τορα Αὔγουστον[3] || Ἀλε-------------- | --------------|ρ..τ ------------θεος[4] | Ἰασέων ἡ βουλὴ καὶ ὁ | δῆμος καθιέρωσεν || εὐτυχῶς.

---

2 Usus verbi διαλαμβάνειν aliunde non notus; videtur enim fere idem ac καταλαμβάνειν 'occupare' esse, ut omnis orbis terrarum quasi possideri et teneri dicatur Iuliani virtutibus; qua in re fortasse praepositione διὰ usus est ut diversas partes orbis quasi usquequaque diffusa virtute attingi indicaret. Nisi hoc probatur, ex significationibus aliunde notis verbi una si quid video ornandi in censum venit, qua vi praecipue participium διειλημμένος itemque Latinum *distinctus* usurpatur. Cf. Plat. Phaedon. 110 B ἡ γῆ — ποικίλη, χρώμασι διειλημμένη. Sed hoc minus aptum, quia varietatis notionem habet a tituli loco alieniorem, siquidem non aliae alibi, sed eaeden ubique per omnem orbem Iuliani virtutes cernuntur. 3 A. 361—363 p. Chr. n. 4 Non cognomina vel laudes Iuliani hos tres versus excisos habuisse, sed eius appellationem finitam fuisse voce Αὔγουστον, recte statuunt editores. Nam Christianos vel alios Iuliani inimicos imprimis in proprium nomen saevituros fuisse consentaneum est. Ne id quidem dubium est, quin hominis privati nomen hic fuerit, cuius dedicationem postea ad se ipsam transtulerit civitas Iasensium. Quod vero id ad parsimoniam populi refert, qui maluerit statuae quae iam erecta erat inscriptionem mutare quam alteram suis impensis ponere, nequeo probare, quia post mortem Iuliani sane non erat cur Iasenses inviti ei monumentum dedicarent, ipsius principatus vero tempus perbreve fuit, cum tamen signum vixdum collocatum sic mutatum esse minime probabile sit. Longe aliter res se habet, si illum dedicationis auctorem nescio quo crimine accusatum et damnatum sumamus, ideoque a populo cautum ne eius memoria monumento in publico collocato ad posteros propagaretur. Cf. n. 123[2]. 218, 124 sqq. Quod v. 12 extr. θεο[ϛ]ς fuisse coniciunt editores, non improbabile est, sed etiam de tali supplemento, quale est Ἀλέ[ξανδρος τοῦ δεῖνος τῆς δεῖνος πόλεως, ὁ καὶ Τιμό]θεος cogitari licet.

---

521 Tabula marmorea inventa inter rudera Abydi, translata Constantinopolim in museum *Tschinili-kiosk*. Ed. A. Mordtmann Mitth. des arch. Inst. in Athen IV 1879 p. 307. Cf. quae disputavit Zachariae von Lingenthal ibid. p. 312 sqq.

------ | εἰ δέ τις [τολμήσει παραβῆναι ταῦτα, θεσπίζομεν αὐτὸν] | στρατιᾶς ἐκπίπτ(ε)ιν κ[αὶ ------------ ποινῇ ὑπο]||βάλλε-

σθαι, τόν τε τὴν ἀρχὴν ἔχον[τα τ]ῶν σ[τενῶν[1]] | πεντήκοντα χρυσοῦ κατατιθέναι λίτρας εἴ(γ)ε[2] οἱῳ||δήπως[3] τρόπῳ παραβαθῶσιν οἱ τύποι[4] τῆς ἡμετέ|ρας εἰσεβ(ε)ίας. ἀγρυπν(ε)ῖν γὰρ αὐτὸν καὶ πολυπραγμον(ε)ῖν | ἕκαστα βουλόμεθα, ὥστε μηδένα κακουργοῦντα | λανθάνειν. ταῦτα δὲ καὶ ἐν αὐτοῖς προτεθῆναι τοῖς τό|ποις ἐθεσπίσαμεν[5] καὶ στήλαις ἐνχαράττεσθαι λιθίναις ||

Litterae ΑΔΕΖΘΞΠϹΥΥΩ. 1 De hoc magistratu cf. not. 7. Quem cum propter Ioannis Malalae locum perperam intellectum ab Iustiniano institutum opinaretur Mordtmann, huic egregio principi hanc legem vindicavit. At Zachariae, ut erat iuris Byzantini insigniter peritus, Anastasium I (491—518 a. Chr.) has litteras ad praefectum urbis Constantinopolitanae, ut quidem videretur, dedisse coniecit, praesertim quia sermonis quaedam proprietates (not. 4) huius potissimum tempori convenirent. Cf. etiam not. 3. Ceterum v. 1. 2 supplevit Zachariae. Multa praefecti fretorum hic indicatur, non pecunia cautionis causa deposita, quae Mordtmanni sententia fuerat. Zachariae. 2 ΕΙΤΕ lapis. Emendavit Zachariae. 3 In Iustiniani Novellis, quantum observaverim, constanter οἱοσοῦν aut, quod longe frequentissimum est, οἱοσδήποτε usurpatur. Cf. Nov. XII, 3 p. 96, 22 οἱῳδήποτε τρόπῳ. LII, 1 p. 297, 27. LVIII p. 315, 16 καθ' οἱονδήποτε τρόπον. XLVII, 1 p. 284, 7 καθ' οἱονδήποτε σχῆμα. XL, 1 p. 260, 23 καθ' οἱουδήποτε προσώπου. LIV, 2 p. 307, 24 ἢ ἑτέρῳ οἱῳδήποτε εὐαγεῖ οἴκῳ. Similiter ὁσηδήποτε LII, 2 p. 298, 18. Contra οἱοσδήπως neque illic neque alibi inveni. Aliam item insolentiorem huius pronominis formam habes supra n. 515, 16 οἱῳδητινιοῦν τρόπῳ. 4 Mandata imperatoris (διατάξεις) pluribus exemplaribus inter se ad litteram consentientibus descripta (ἐγράφη τὰ ἰσότυπα τῷ ὁσιωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ Ἀλεξανδρείας κτλ. Nov. VI epil. 2 p. 47, 29. Similiter VII epil. p. 63, 35. ἐμφανῆ καταστήσεις ταῦτα ἡμῶν τὰ θεῖα παραγγέλματα ἐπὶ πράξεως ὑπομνημάτων. καὶ προθήσεις δὲ τὸ ἰσότυπον αὐτῶν δημοσίᾳ. XVII, 16 p. 126, 24 sqq. ἐγράφη τὸ ἰσότυπον octies alio semper nomine casu dativo adiuncto recurrit Nov. XXII epil. p. 186, 33 sqq.) quoqueversus dimittebantur in provincias. Quod negotium verbo διατυποῦν (Nov. III prooem. p. 18, 20. VI, 1 p. 36, 30. ibid. epil. 1 p. 47, 25), ipsa exemplaria rescripti τύποι appellabantur, ac iam omnino nulla inter singula apographa facta distinctione nomen τύπος quamlibet principis διάταξιν significare coepit. Sic θεῖος τύπος est Nov. XXII, 2 p. 149, 3. LIII, 4 p. 303, 4. LIX, 1 p. 317, 29. πραγματικὸς τύπος LXIX prooem. p. 349, 25. κατὰ δύο πραγματικοὺς τύπους LIX prooem. p. 317, 15. θείου πραγματικοῦ τύπου LIV, 2 p. 307, 36. οὐ προσέξεις αὐτῷ, πλὴν εἰ μὴ θεῖον ἡμέτερον πραγματικὸν δείκνυσι τύπον ὑπὲρ τούτων γεγραμμένον XVII, 4 p. 119, 35. Quod hic de una lege pluralis οἱ τύποι est, cum Iustiniani Novellae ea mente semper singularem habeant, haud leve aetatis indicium iudicavit Zachariae, namque in Anastasii constitutionibus id etiam alibi occurrere (Monatsberichte der Berl. Ak. 17. Febr. 1879). Item τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας optime in Anastasium quadrare demonstravit coll. Cod. Iust. XII, 20, 6 (21, 2), 1 *hanc nostrae pietatis liberalitatem.* XII, 37 (38), 16, 7 *saluberrimas nostrae pietatis ordinationes.* 5 Verbum de eis quae princeps iubet in Novellis

ἐνπηγνυμέναις ἐκεῖ πρὸς τῇ θαλάττῃ, ὥστε καὶ τοὺς | ἀπαιτοῦντας καὶ τοὺς ἀπαιτουμένους ἀναγινώσκ(ε)ιν | τὸν νόμον, καὶ τοὺς μὲν δεδιότας ἀπέχεσθαι τῆς ἀπλησ|τίας, τοὺς δὲ θαρροῦντας μὴ ἀνέχεσθαι βλάβης, καὶ τὸν | περίβλεπτον κόμητα τῶν στενῶν[7] ἀεὶ τὴν ἀπ(ε)ιλὴν ‖ ἐν τοῖς (γ)ρά(μ)μασιν[8] ὁρῶντα τὴν ἐν τοῖς ἔργοις π(ε)ῖραν εἰ ῥα|θυμήσῃ προσδέχεσθαι.

Γνώσ(ε)ις συνηθειῶν[9] ἃς παρ(ε)ῖχον πρὸ ἐτῶν εἴκοσ⟨ε⟩ι | καὶ εἴκοσ⟨ε⟩ι δύο τῶν στενῶν οἱ ναύκληροι, ὡς πολυπραγμο|νήσας

---

perfrequens. Praecipue allatis rationibus ad ipsum iussum transiri solet formula θεσπίζομεν τοίνυν. Cf. Nov. I, 2 p. 6, 5. LXVI, 1 p. 340, 27. LXVII, 1 p. 344, 24, ut pauca exempla ex ingenti multitudine ascribam. 6 Latinum *spectabilis*, quo secundum dignitatis ordinem inter supremos magistratus illius aetatis significatum esse notum est, Graece plerumque περίβλεπτος sonat; cf. Novell. VII epil. p. 63, 5 sqq. φυλάξουσι δὲ αὐτὸν (τὸν νόμον) οὐδὲν ἧττον καὶ οἱ τῆς ἡμετέρας πολιτείας ἄρχοντες, μείζους τε καὶ ἐλάττους, πολιτικοί τε καὶ στρατιωτικοί, καὶ διαφερόντως οἱ πανταχόσε τῶν διοικήσεων ἐνδοξότατοι ἔπαρχοι τῶν ἱερῶν ἡμῶν πραιτωρίων, οἵ τε τὰς μέσας ἔχοντες τῶν ἀρχῶν, οὓς δὴ περιβλέπτους καλοῦσι, φαμὲν δὴ αὐγουστάλιόν τε καὶ ἀνθυπάτους καὶ τοὺς περιβλέπτους κόμητας τούς τε ἄλλους καὶ τὸν τῆς ἑῴας. 7 De hoc comite ab Iustiniano instituto Mordtmann provocat ad Ioannis Malalae XVIII p. 432, 14 sqq. ed. Bonn. καὶ ἀκούσας ταῦτα ὁ αὐτὸς βασιλεὺς ἐποίησε κόμητα τῶν στενῶν τῆς Ποντικῆς θαλάσσης, ὃν ἐκέλευσε καθῆσθαι ἐν τῷ λεγομένῳ Ἱερῷ εἰς αὐτὸ τὸ στόμιον τοῦ Πόντου, Ἰωάννην τὸν ἀπὸ ὑπάτων, ἀποστείλας αὐτὸν μετὰ βοηθείας Γοτθικῆς. At illic non, ut hic, de Hellesponto dicitur, sed manifesto de Bosporo, neque de officio recens instituto, sed de homine per belli imminentis tempora illuc misso cum militibus qui Hunnos arceret, quae res ab huius tituli argumento alienissima est. Quare sine dubio verum vidit Zachariae, cum hunc comitem interpretaretur praefectum navium illic navigationis et mercaturae tutandae causa collocatarum (cf. κλασσικοί v. 24. 25. 26. 28). 8 ΠΡΑΓΜΑϹΙΝ lapis. Emendavit Zachariae tam ingeniose quam probabiliter. Proximum ῥαθυμήσῃ utrum coniunctivus aoristi sit ab εἰ pro ἐὰν pendens, an indicativus futuri perperam scriptus, vix discernas. 9 Byzantinorum aetate ex consuetudinis notione haec vox in significationem vectigalium quae pendi consueverunt (κέρδη, ἃ δοκεῖν εἶναι νόμιμα πεποίηκεν ἡ συνήθεια Synesius epist. 62) transiit, cuius usus perfrequentis in Thesauro H. Stephani adscribuntur cum alia exempla tum Leonis Imp. Tacticorum 19, 18 παραγγέλλῃς καὶ τοῖς ἄρχουσι μηδένα τῶν ὑπ' αὐτοῖς στρατιωτῶν ἀδικεῖν ἢ τὸ οἱονοῦν δῶρον παρ' αὐτῶν λαμβάνειν ἢ τὰς λεγομένας συνηθείας. Haec dona classiariis navium Hellespontum custodientium a navigantibus offerri solita cum praeter consuetudinem augerentur hominum avaritia, imperator cum explorari iussisset quanta antiquitus fuissent (v. 17—20), in reliquum tempus ne plus peteretur interdicit gravibus poenis propositis et militibus (v. 1. 2) et eorum praefecto (v. 3—6), ni paruissent. Iniuria haec praecepta a Mordtmanno de portoriis quae in fiscum imperatoris redigerentur intellecta esse

ὁ ἐνδοξώτατος ἔπαρχος τῆς πόλεως[10] ἀνήγαγεν ‖ τῇ ἡμετέρᾳ εὐσεβ(ε)ίᾳ, ἅστινας καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος καὶ με|τὰ ταῦτα προσήκει μόνας διδόναι οὕτως· |

§ 1 οἱ οἰνηγοὶ πάντες οἱ τὸν οἶνον κομίζοντες εἰς τὴν βασι|λίδα [ταύ]την[11] πόλ⟨ε⟩ιν[12], πλὴν μόνων τῶν Κιλίκων[13], | κλασσικοῖς[14] τῶν στενῶν φόλλ(ε)ις[15] ἓξ καὶ ξέστας[16] δύο. ‖

§ 2 οἱ ἐληγοὶ καὶ ὀσπρηγοὶ[17] καὶ λαρδηγοὶ[18] κλασσικοῖς τῶν στενῶν | φόλλ(ε)ις ἓξ — οἱ Κίλικες ναύκληροι κλασσικοῖς τῶν στε-

---

observat Zachariae. 10 Praefectus urbis Constantinopolis, qui tum inter summos magistratus civiles totius imperii erat, siquidem praefecto praetorio Orientis non inferiorem, sed aequam potestatem habebat, ipsi principi uni subditus. 11 Supplevit Zachariae. [πρὸς] τὴν Mordtmann; cf. proximam notam. 12 ΠΟΛCΙΝ lapis, quod emendavit Zachariae. π(ώ)λ(η)σιν Mordtmann, in cuius lectione cum violentia mutationis displicet, tum βασιλίς substantive usurpatum, cui in Iustiniani Novellis semper πόλις additur, tum denique articulus πρὸς τὴν πώλησιν praeter morem et sententiam additus. Quod contra ΠΟΛΕΙΝ incidisse quadratarium illa aetate nemo mirabitur, neque quicquam in Novellis frequentius est quam Constantinopolin τὴν βασιλίδα ταύτην πόλιν appellari. Cf. Nov. III prooem. p. 19, 1. III, 2 p. 22, 18. VI p. 35, 25. XIV p. 106, 18. XVII, 3 p. 119, 17. XL prooem. p. 259, 11. L p. 294, 8. LXIII prooem. p. 334, 7. 12. 13 Cilices propterea clementius haberi quam alios navigatores, quia ex illa provincia praecipue nautae classis imperatoriae conscribi soliti sint, observat Mordtmann. 14 Cf. not. 7. 15 Hic intellegi videtur is quem F. Hultsch Gr. u. röm. Metrologie p. 341 sqq. follem monetarium dicit, i. e. nummus aëneus qui inde ab Iuliani imperatoris aetate ducentesimam duodenonagesimam solidi partem valebat. Sex folles igitur dimidia pars siliquae (not. 21) sunt. Ceterum unaquaeque navis tantundem pendit, sive plus sive minus mercium vehit, id quod in portorio quidem permirum esset, huius vero generis vectigali (cf. not. 9) accommodatissimum est. 16 Sextarios vini. Cf. F. Hultsch Gr. u. röm. Metrologie p. 103 sqq. 17 Cave hac nominis forma abutaris ad defendendam ficticiam formam ὄσπρον vel ὄσπρεον. Nam utique tunc η pronuntiatione iam in ῑ abierat, ut ὀσπριηγός eodem contractionis genere in ὀσπρηγός abiret, quo πεῖν ex πιεῖν, κυρεία, ταμεῖον, ὑγεία ex κυριεία, ταμιεῖον, ὑγίεια nata sunt. 18 Cf. Corpus Gloss. Lat. ed. Goetz II p. 358, 48: λάρδος· *laridus*. Alibi sane hoc adiectivum quod sciam neque in Graecis neque in Latinis litteris obvium est, sed unum neutrum *laridum* substantive usurpatum. Quid sit brevissime exponit Macrob. Sat. VII, 12 *salita carne quam laridum vocamus*. Ceterum syncopen iam in Latino sermone usitatissimum fuisse, primo apud poëtas (Horat. Sat. II, 6, 85 *semesaque lardi frusta dedit*. Ovid. Fast. VI, 169 *pinguia cur illis gustentur larda calendis*), postea etiam in pedestri oratione notum est.

νῶν | φόλλ(ε)ις τρ(ε)ῖς[19] — καὶ ὑπὲρ πρόβας[20] κεράτιν[21] ἓν καὶ ἐν τῷ ἐκ|πορίζ(ε)ιν[22] κεράτια δύο.

§ 3 οἱ σιτηγοὶ κλασσικοῖς τῶν στε|νῶν φόλλ(ε)ις τρ(ε)ῖς καὶ λόγῳ πρόβας σίτου μόδιος εἷς ‖ καὶ ἐν τῷ ἐκπορίζ(ε)ιν ἐντεῦθεν ἑτέρους φόλλ(ε)ις τρ(ε)ῖς.

---

19 Haec verba manifesto parenthesin efficiunt, qua statuitur ut Cilices dimidiam modo partem pendant. Nam si illa καὶ ὑπὲρ πρόβας — κεράτια δύο non ad omne genus (ἐληγοί, ὀσπρηγοί, λαρδηγοί) sed ad unos Cilicas spectarent, hi in collatione reliquorum non levarentur, sed multo graviora onera eis imponerentur. 20 Zachariae conferre iubet Cod. Iust. XI, 23 (22), 1 (366 p. Chr. n.): *nautici apud praesidem vel magistratum acta confiteantur incorruptas species (se) suscepisse, eorumque apud quos deponitur ista testatio, praesens adspectus probet nihil in his esse vitii. quod eo tempore, quo ad sacrae urbis portum pervenit, praefecturam iugiter observare praeceptum est.* 21 Nummus qui Latine *siliqua* appellatur, illa aetate solidi pars vigesima quarta, follium duodecim pretio. Cf. Hultsch l. l. p. 345. 22 'Si in ipsis oppidis Sesti vel Abydi onera in naves imponentur'. Mordtmann. At neque id verbum ἐκπορίζειν significare potest, neque cur sic maius vectigal exigatur perspicias. Adde quod ita utique adverbium ἐντεῦθεν, quod v. 30 est, necessario etiam hoc loco addi debuit. Quare non est cur dubitetur quin recte Zachariae tria quae cuique navi pendenda sint vectigalia distinxerit, cum invehantur in portum, cum probentur merces, cum evehantur. Et hoc quin ἐκπορίζειν significare possit, non est dubitandum, siquidem origo et compositio verbi cum hac notione convenit; cf. ἐκπορεύειν. Plerumque sane illa vox vim simplicis πορίζειν, comparare, curare ut aliquid praesto sit, habere solet.

---

522 Exigua basis marmorea, delata ex ora Asiana in insulam Symen. Edd. F. Dürrbach et G. Radet Bull. de corr. Hell. X (1886) p. 267 n. 5 (E. L. Hicks Journ. of Hell. studies VIII p. 113).

Ποῦλχερ | κοινωνῶν[1] | λιμένων[2] Ἀ|σίας οἰκο‖νόμος[3] ἐν | Ἰασῷ.

Litterae ΑΣ. 1 Publicanos plerumque non singulos singula vectigalia redimere consuevisse, sed societates eius rei causa constitutas esse in volgus notum est. Quare qui plerumque δημοσιῶναι dicantur Graece (cf. n. 440, 9. Syll.[2] 334, 5 sqq.), eosdem hic κοινωνούς audire eo minus mirandum est, quia etiam Latine nudum *socii*, publicanorum appellatione non adiuncta, aliquando hoc genus hominum significat. Cf. Cicero ad fam. XIII, 9, 1: *quamquam tibi praesens commendavi ut potui diligentissime socios Bithyniae.* D. et R. 2 *Portoria* Romani intellegebant vectigalia eorum quae importarentur aut exportarentur terra marique. Etenim in lege de Termessibus

C. I. Lat. I, 204 II, 31 sqq. (Bruns Fontes iur. Rom.[6] p. 94 n. 14) *portorieis terrestribus maritumeisque* est. Iam cum constet eadem latiore vi etiam *portus* pro portorio usurpari (cf. inscriptionem oppidi Africani mediterranei *Zraïa* C. I. Lat. VIII, 4508, 4. 5 *lex portus post discessum coh(ortis) instituta*), ne Graecum quidem λιμήν necessario ad portorium maritimum referendum est, etsi propter situm Iasensium oppidi id certe omnium maxime probabile iudicaveris. D. et R. Ceterum ἀρχώνης λιμένων est n. 480, 2. 525, 5. 3 Hanc Graecam Latini *vilicus* interpretationem esse apparet ex titulo C. I. Lat. III, 447 ubi v. 1. 2 est *Felici Primioni* XXXX *port[uum] Asiae vilic(us)*, v. 3. 4 vero Φήλικι Πρειμίωνος κοιν(ωνῶν) μ' λιμέν(ων) Ἀσίας οἰκον(όμος). Mommsenus sane κοιν(οῦ) et λιμεν(ικῶν) supplevit, sed aliud monstrat titulus Iasensis. Pulchrum servum potius quam libertinum existimaverim.

---

523 Ara exigua laesa a dextra, inventa Ephesi prope portam qua Magnesiam itur, exstat Londinii in museo Britannico. Edd. Wood Ephesus, Inscr. from the city and suburbs n. 17. Th. Mommsen C. I. L. III, 6081. E. L. Hicks Greek Inscr. in the British Museum III, 2 p. 201 n. DLXIV.

Κατ' εὐχὴν Ἐάρινο[ς] | Σεβαστοῦ ἀπελεύθ[ε]|ρος, ταβλάριος[1] ἐπα[ρ]|χείας Ἀσίας, || ἀνέθηκεν.

Litterae volgares praeter ΠΣΥ. Verba Romano more signo ≺ interposito distinguuntur, sed ita ut ΚΑΤΕΥΧΗΝ unius vocis instar sit. Supra hunc titulum eadem Latino sermone enuntiantur sic: *Earinus | Aug(usti) lib(ertus) tabular[ius] provinc(iae) Asia[e] d(edit) d(icavit)*. 1 In tabulario procuratoris principis, qui vectigalia ex Asia provincia in fiscum imperatoris redeuntia curabat, officiales (*tabularios*) fuisse partim servos, partim libertos Augusti, etiam alii tituli Ephesii docent (C. I. Lat. III, 6082, 18 sqq. *[et] sic ara defend[e]tur ab iis, qui sunt in tabulario Ephes[i]*. III, 6077, 7 sqq. *collegia lib(ertorum) et servorum domini n(ostri) Aug(usti) i(nfra) s(cripta). Magnum et Minervium tabulariorum*). Idem Hicks ad hunc titulum satis multis exemplis ex aliarum provinciarum titulis repetitis etiam alibi institutum fuisse docet; qui tituli plerumque tabularios definite libertos Augusti vel Augustorum appellant.

---

524 Tabula marmorea inaedificata Thyatiris (*Ak-hissar*) in templo Turcico quod vocatur *Aïnali-djami*. Ex ephemeride cui inscriptum est Ἁρμονία, Smyrnae 5. Iunii 1896, expressit P. Wolters Mitth. des arch. Inst. in Athen XXI (1896) p. 262.

Οἱ τοῦ σταταρίου[1] ἐργασταὶ | καὶ προξενηταὶ[2] σωμάτων | ἐτίμησαν καὶ ἀνέθηκαν | Ἀλέξανδρον Ἀλεξάνδρου ‖ σωματέμπορον[3], ἀγορανο|μήσαντα τετράμηνον[4] ἁγνῶς | καὶ ἐπιδόντα ἐκ τῶν ἰδίων τῇ πόλει | πολυτελῶς ἐν ταῖς ἑορτασί|μοις τῶν Σεβαστῶν ἡμέραις[5].

---

1 Nomen ceteroqui inauditum forum, in quo mancipia veneant, significare recte ex huius tituli argumento colligit Wolters. Ne mihi quidem substantivi *statarium* ullum praeterea exemplum notum est, neque adiectivi *statarius* sic usurpati, ut cum illa notione aliquam necessitudinem habeat, nisi forte sic intellegendus est locus Panegyrici in Theodosium c. 31: *an sustinere te coram et solum oculorum tuorum ferre coniectum ille quondam domus tuae neglegentissimus vernula mensularumque servilium statarius lixa potuisset.* Nam utique statarius miles et similia, quae comparant interpretes, ab huius loci sententia alienissima, cum servilis originis significatio cum contemptu ei maxime accommodata sit. At subiit animum meum suspicio hunc statarium lixam ex prava loci Liviani XXX, 28, 3 lectione natum esse, ubi codex Puteanus quidem exhibet *nec Scipioni aut cum Syphace, inconditae barbariae rege, cui Statorius semilixa docere exercitus solitus sit, — rem futuram;* neque dubitari potest, quin hoc nomen proprium se recte habeat, collato XXIV, 48, 9 *Q. Statorio nomen fuit, qui ad regem* (Syphacem) *remansit.* At libri familiae Spirensis illic legunt *statarius semilixa.* Nonne veri simile est, eiusmodi exemplari annalium Livianorum usum scriptorem panegyrici vocabulum non intellectum, quod ei gravissimum convicium esse videretur, in librum suum transtulisse? 2 Proxeneta appellatur cuius opera inter emptorem et venditorem convenit. Cf. Martial. epigr. X, 3, 4. Seneca epist. 119, 1. Quicumque igitur Thyatirenus servo opus habebat, unum ex his proxenetis adibat ut per eum a mangone (not. 3) mancipium emeretur. 3 Nomen inferiore aetate non infrequens de eis quibus servos emere et vendere negotium et victus erat. Cf. Artemidor. Onirocrit. III, 17: ἀνθρώπους πλάσσειν ἀγαθὸν παιδοτρίβαις καὶ παιδευταῖς· — ἀγαθὸν δὲ καὶ σωματεμπόροις καὶ πένησιν· οἱ μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς ἐμπορίας πολλὰ καὶ μεγάλα κερδανοῦσιν, οἱ δὲ πολλοὺς κτήσονται οἰκέτας. Apparet hunc Alexandrum magnam quidem servorum copiam peregre in forum Thyatirenum invexisse, singillatim vero eis divendendis non multum operae impendisse, sed hoc negotium proxenetarum industriae et dexteritati commissum fuisse. 4 Cf. n. 485[10]. 5 Natales imperatoris omniumque qui domus Augustae sunt itemque dies quo ille rerum potitus sit intellegi videntur (cf. n. 56, 5. 6). Adiectivum ἑορτάσιμος eadem notione usurpatum habes apud Plutarchum Aetia Romana 25 p. 270 A: οὕτω καὶ τῶν ἡμερῶν τὰς μὲν οἷον ἀρχὰς καὶ κυρίας ὥσπερ εἴρηται τρεῖς οὔσας ἑορτασίμους καὶ ἱερὰς ἔθεντο et in titulo Laginensi Bull. de corr. Hell. XI 1887 p. 157 n. 63, 3 sqq. καὶ τὸ γυμνασιαρχῆσαι πάσαις ταῖς ἑορτασίμοις καὶ ἐπισήμοις τῆς θεοῦ ἡμέραις. Idem fere, quod hic ταῖς ἑορτασίμοις τῶν Σεβαστῶν ἡμέραις est, Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 278 n. 739 IX, 96 verbis ἐν ταῖς [ἐπι]σ[ή]μοις κ[α]ὶ σεβα[σ]μίοις ἡμέραις enuntiatur.

525 Ara quadrangula, Halicarnassi (*Budrun*) in domo Akbujuk oglu Hassan. Exscripsit E. Szanto, ed. Rostowzew Arch.-epigr. Mitth. aus Oesterreich XIX (1896) p. 127.

Ἀγαθῇ τύχῃ. | [Κ]αλόκαιρος καὶ Εὐτύχ[ης, | π]ραγματ(ευταὶ[1]) Μ(άρκου) Αὐρ(ηλίου) Μινδί||[ου] Ματιδιανοῦ Πωλλί||[ω]νος[2], ἀρχώνου[3] μ' λι[μ]||ένων Ἀσίας[4] καὶ ἐπι||[τ]ρόπου[5] Σεβ(αστοῦ)

---

1 Cum πραγματευταί qui in titulis inveniuntur plerique servi, pauci libertini sint, Th. Mommsen apud Kaibel Inscr. Gr. Sic. et Ital. ad n. 2057 sine dubio recte hanc vocem Graecam ex Latino *actor* expressam iudicavit. Neque vero *actor quadragesimae Galliarum* (C. I. Lat. VI, 8591, 9) hic indicatur, sed Calocaerus et Eutyches privati Mindii Matidiani actores eiusdemque servi, non liberti, fuerunt. Rostowzew p. 139. 2 Nomina *M. Aurelius Matidianus* hominem indicant, qui cum servus Matidiae natu minoris, Antonini Pii materterae (Prosopogr. imp. Rom. II p. 354 n. 278) fuisset, ex eius hereditate (cf. Fronto p. 38 Naber) ad M. Aurelium pervenerat atque ab eo manumissus erat. Postea a Mindio Pollione nescio quo adoptatus est. Mindios complures in Matidiae bonorum administratione occupatos novimus ex titulis, ut C. I. Lat. VI, 9021, 6 sqq. *Mindius Secundus proc(urator) Matidiae Aug. f.* Rostowzew p. 138. 3 Disputatione doctissima et subtilissima Rostowzew p. 128—136 id quod iam alii ex parte perspexerant plane ad liquidum perduxit, societates publicanorum, quae primis principatus temporibus etiamtum mansissent quales liberae reipublicae aetate fuissent, paullatim cessisse conductoribus, qui singuli singula provinciae cuiuspiam publica tota redimerent. Cuius rei cum rarissima exempla ante medium saeculum p. Chr. n. primum inveniantur (Suet. Vespas. 1: *publicum quadragesimae in Asia egit* (T. Flavius Sabinus Vespasiani pater) *manebantque imagines a civitatibus ei positae sub hoc titulo*: καλῶς τελωνήσαντι. Plinius Nat. hist. VI, 84: *Anni Plocami, qui maris Rubri vectigal a fisco redemerat* Claudii principatu), in plerisque provinciis, de quibus ex titulis aliquid intellegere liceat, intra secundum saeculum societates illae evanuerunt. Praeter Asiam id Rostowzew praecipue de Illyrico et Africa subtilissima argumentatione evicit, idemque hoc locationis genus iam unum respici a Divis fratribus Digest. L, 6, 5, 10: *conductores etiam vectigalium fisci necessitate subeundorum municipalium munerum non obstringuntur.* Nam cum ei qui illis societatibus intersunt, *publicani* aut *socii* (n. 522 [1]) appellari consueverint, *conductores* sunt qui singillatim publica redemerunt. Talem fuisse etiam Mindium Matidianum R. inde colligit, quod Calocaerus et Eutyches ipsius, non societatis, actores appellarentur. At haec opinio, ni fallor, vocabulo ἀρχώνης refellitur. Etenim n. 480, 2. 3, ubi id bis redit, Latinum exemplum utrobique *promag(ister)* habet. Neque ipsa origo et compositio suadet, ut conductorem intellegamus. Quare hic quoque de societatis publicanorum sive magistro sive promagistro accipiendum est. 4 Cf. n. 522 [2]. 5 Hominem eundem simul conductorem portorii et procuratorem imperatoris cuius

καὶ βιθυ|νιάρχου[6] δὶς καὶ ἀσιάρ|χου[7] ναῶν τῶν ἐν Ἐφέ||σῳ[8], τὸ τελώνιον κα[ὶ] | σὺν αὐτῷ στοὰν σύ[ν] | τῷ παντὶ κόσμῳ ἀ(π)[ὸ[9]] | τῶν θεμελίων κατε|σκεύασαν καὶ τὴν || Ἀφροδίτην[10] ἐχρύσωσαν.

---

inter mancipes negotiatoresque iurisdictio esset (C. I. Lat. VIII, 11813, 3 sqq.) fuisse opinatur Rostowzew, eaque re quasi quendam transitum paratum esse ad instituta saeculi p. Chr. n. tertii, quo iam locatione conductione abolita omnia vectigalia a procuratoribus eorumque adiutoribus et officialibus exigerentur. At quae de Mindii condicione not. 3 exposui, huic coniecturae neutiquam favent, neque omnino video, quo iure quispiam ex hoc titulo colligat, eodem tempore Mindium Matidianum omnes qui hic recensentur honores gessisse. Immo de uno ex iis, duplici bithyniarchae sacerdotio, ne licet quidem sic statuere, nisi sumas δίς neglegenter pro τὸ δεύτερον scriptum esse, cuius rei rursus ne levissima quidem ratio reperitur. Quod contra quid est frequentius, quam praeteriti temporis officia honoris causa adiungi ei, quod tum ipsum gerit quispiam cum monumentum dedicatur? Cf. n. 480, 2—6. Sequitur, ut definiri omnino nequeat, cuius potissimum generis procurator fuerit Mindius Matidianus Pollio. 6 Cf. n. 528[10]. 7 Cf. n. 498[3]. 8 Cf. n. 489[7]. 9 AN apographum. Emendavit Rostowzew. 10 Sacellum cum simulacro Veneris in teloneo fuisse apparet. R. Cf. simillimum exemplum arae et simulacri Isidis in teloneo collocatorum n. 496, 12.

---

526 Philadelphiae ad fontem prope viam, passibus circiter centum ab oppidi porta orientali. Ex Sherardi schedis ed. Boeckh C. I. G. 3436.

Σεουῆρος Σεβαστο(ῦ)[1] ἀπελεύθερος, βοηθὸς[2] ἐπιτρόπων[3] | ῥε-

---

Litterae ЄΘШПС⌽. 1 CЄBACTOC. Et propter nomen Σεουῆρος et quia uxor Αὐρηλία appellatur v. 4 non certum quidem, sed tamen perquam probabile est, inscriptionem priore parte tertii p. Chr. saeculi scriptam esse. 2 Latina appellatio *adiutor* praecipue in eis usitata est, qui iussu magistratus superioris, qui censum per provinciam aliquam agit, in unaquaque civitate negotia census perficiunt, ut ap. Orelli-Henzen 2156 *adiutor at census provinciae Lugdunensis.* Tamen de huius generis adiutore hic non licet cogitare, cum quia id negotium plerumque tribunis militum, praefectis cohortium vel equitum mandari solebat (Mommsen Röm. Staatsrecht II, 2 p. 1093 not. 2), libertus Augusti vero in eo officio versatus sine exemplo est, tum quod in titulis cum huic officialium generi, tum magistratibus quos hi adiuvant semper aut *censoris* vel *censitoris* appellatio tribuitur aut certe census agendi negotium definite enuntiatur. Cf. Orelli-Henzen 2156, 7. 8 *adiutori ad census provinciae Lugdunensis.* 6519, 4 *adiut(or) ad*

γιῶνος[4] Φιλαδελφηνῆς, ἀγοράσας σορὸν μετὰ τοῦ ὑπο|κειμένου λιθίνου σχήματι β(ω)μοῦ[5] ἐν ἡρώι(ῳ)[6] Κ(λ)εισθένους[7] | κατεθέμην Αὐρηλ(ίαν) Ποίαν τὴν γλυκυτάτην καὶ σεμνοτάτην || σύνβιόν μου.

---

cens(us) ex sacra iussione (Marquardt Röm. Staatsverwaltung II, p. 215 not. 1). C. I. G. 3497, 15. 16 ἐπὶ κῆνσον τοῦ Σεβ(αστοῦ). 3751, 2 sqq. ἐπίτρ(οπος) τῶν Σεβ(αστῶν) ἐπαρχείας Γαλλίας Ἀκυιτανικῆς ἐπὶ κῆνσον. Quare cum hic nihil eiusmodi legatur, potius eos procuratores, qui in provinciis senatoriis reditus fisci Caesaris curarent, in singulis territoriis libertos principis adiutores (βοηθούς) habuisse existimo. Haud raro in titulis ocurrunt servi aut liberti principis *adiutores tabulariorum* (Ephem. epigr. V p. 699), nonnumquam addito *fisci* vel *tributorum*, unde apparet eos in negotiis procuratorum occupatos fuisse. Utrum mera neglegentia sermonis hic adiutor procuratorum dicatur qui tabularii potius procuratoris adiutor fuit, an haec officia discernenda sint, in medio relinquo. 3 Etsi magistratus superiores qui censui per provinciam aliquam agendo praesunt, si non senatorii, sed equestris ordines sunt, aliquando *procuratores* (ἐπίτροποι) appellantur (Mommsen Röm. Staatsrecht II 2³ p. 1093 not. 1), tamen propter ea quae not. 2 exposui de eo quidem genere hic non est cogitandum. Quodsi notissimum illud procuratorum genus in censum venit, mireris pluralem, quoniam in singulis provinciis singulos eiusmodi rei pecuniariae administratores fuisse constat. Sed videtur procuratorum provinciae satis frequens vicissitudo fuisse, cum officium adiutoris multo stabilius esset, ita ut sane idem homo plurium procuratorum qui se excepissent adiutor appellari posset. 4 Urbis Philadelphenorum ager vel territorium. Ex Latinis titulis complura huius notionis exempla attulit Marquardt Röm. Staatsverwaltung I p. 16 not. 2, apud Graecos plerumque Graeca vocabula (ὅροι, διοίκησις) repperiuntur. Ceterum genetivum ab integra officii appellatione βοηθὸς ἐπιτρόπων, non a proximo nomine ἐπιτρόπων pendere in propatulo est, quia procurator quidem totius provinciae erat, adiutor vero unius territorii Philadelpheni. 5 ΒΙΟΛΟΥ. Boeckhius ὑποκειμένου et λιθίνου masculini generis esse et ad βωμοῦ attributive referenda opinatur. At vereor ut quisquam Graecus dixerit ὁ σχήματι βωμός ut lapidem figura arae significaret. Immo manifesto λιθίνου quidem neutrum est substantive usurpatum, βωμοῦ vero a σχήματι pendet, ut sententia sit 'cum supposito opere lapideo arae figura elaborato'. 6 ΗΡΩΙΟ. 7 ΚΑΕΙϹΘΕΝΟΥϹ. Emendavi. Κα(λλι)σθένους Boeckh multo violentius.

---

527 Lapis fractus undique praeter inferiorem partem et admodum detritus, in vico *Tschindere-Köi* sito supra Hierapolin et vallem Maeandri edito loco; sed indigenae referebant illuc delatum esse ex loco sito prope *Gözlar* (Thiunta). Ed. J. G. C. Anderson Journal of Hell. stud. XVII (1897) p. 411 n. 14.

----------ον.

[Ἐπὶ στρατηγοῦ Θεοφ]ίλου τοῦ β′ νεωτέρου[1], μηνὸς δεκάτο[υ --------, | ἔδοξε τῶ]ν Ἱεραπολειτῶν τῇ βουλῇ ἐπὶ τῶν ἀρχα[ι]ρεσιῶν[2]· [τοὺς παραφύλα|κας[3] τὸ λοιπ]ὸν[4] ἀπ' ἑαυτῶν[5] ἐν ταῖς κώμαις ποιεῖσθαι ἐπιδη[μίαν, ἐφ' ᾧτε[6] ‖ μηδὲν ἕτερ]ον[7] αὐτοῖς παρέχειν[8] ἢ μόνον ξύλα καὶ ἄχυρα καὶ μον[ήν, ἄλλο δὲ μηδὲν | μηδενὶ ἄ]λλῳ ᾧ ἄν ποτε τρόπῳ. ἐὰν δέ τις παρὰ ταῦτα ποιήσῃ ἢ ἑ[τέρωι ποιοῦντι συμ|πράξηι[9], ἐ]λενχθέντα πεποιηκέναι προστείμου ὀνόματι εἰς [τὸ δημόσιον[10] | κατατιθ]έναι αὐτὸν ὅσα ἂν ἐλενχθῇ εἰληπφὼς[11] παρά τινος, ἄτι[μον δὲ | εἶναι[12].

Litterae ΕΘΜΝΞΠΣ. 1 Theophilum Theophili filium (β′), i. e. aetate minorem ex duobus Theophilis, interpretatur Anderson. Sed sic prave idem bis enuntiaretur. Immo ex duobus eiusdem aetatis hominibus, quorum utrique Θεοφίλος Θεοφίλου nomen erat, natu minor hic est. 2 In comitiis quibus magistratus creabantur etiam aliis de rebus aliquando actum idque definite in litteris decretorum indicatum esse monuit Anderson, qui de ea re affert C. I. G. 2693 *c*, 2 ἐν ἀρχαιρεσίαις. 2693 *d*, 1 ταῖς ἀρχαιρεσίαις. Journal of Hell. stud. XV 1895 p. 118 ἀρχαιρετικῆς ἐκκλησίας. Similia leguntur Bull. de corr. Hell. XI 1887 p. 216 n. 9, 2 (Iasi). XII 1888 p. 16 n. 5, 1 (Mylasis). Frequentissima vero in titulis Lyciae est mentio ἀρχαιρετικῆς ἐκκλησίας totius gentis Lyciorum. 3 Supplevit Anderson ex v. 9. 10. 11. De hoc magistratuum genere cf. n. 485[9]. Hierapoli in singulos vicos oppido subiunctos missos esse singulos paraphylacas, sed eos immodicis exactionibus molestissimos fuisse vicanis hic titulus docet. 4 Supplevi. [κατὰ νόμ]ον Anderson dubitanter. 5 Idem hoc sibi vult quod alibi haud raro παρ' ἑαυτοῦ vel οἴκοθεν est, i. e. suis impensis. Cf. Syll.[2] 409, 7. 15. 737, 151. Adeo eadem atque hic praepositio usurpatur n. 529, 10. 537, 10. 11 ἀπὸ τῶν ἑαυτοῦ. 529, 29. 30 ἀπὸ τῶν ἑαυτῆς, sed propter articulum τῶν sane paullo alia ratio est. 6 Supplevi. ὡς μή Anderson. 7 Supplevi. προσῆκον Anderson. At hoc ὡς μὴ προσῆκον satis languidum mihi videtur, neque perspicio quorsum in Andersoni supplemento referatur proximum ἤ. 8 Facile subauditur subiectum τὰς κώμας. 9 Supplere conatus sum non sine haesitatione. ἢ ἐ[πιχειρήσῃ πλέον λαβεῖν Anderson. Sed cum is qui plus accipere conatur, quam licet, manifesto contra hanc legem (παρὰ ταῦτα) faciat, quo pacto haec tanquam diversae res distingui possunt? Deinde τὸ]ν ἐλεγχθέντα And. At articulus hic positus si quid video pugnat cum αὐτὸν v. 8, quod A. sane non eiusdem enuntiati esse existimavit, sed in ea re errare videtur. 10 Supplevi. Sane obscuras litterarum ΑΓ relliquias post ΕΙΣ agnoscere sibi visus est Anderson, ideoque εἰσ[άγειν supplevit. Sed quid est εἰσάγειν τινὰ προστείμου ὀνόματι? Immo quin προστείμου ὀνόματι a κατατιθέναι pendeat non dubium est, ut sit 'pendere multae nomine' vel 'ut multae loco sit'. 11 Quae scriptura in gutturali aspirata inferiore aetate in Asia et potissimum quidem in Caria perfrequens est (cf. Syll.[2]

καὶ τοὺς] ἐλενχθέντας παραφύλακας μὴ λαμβάνειν τὰς παρὰ τῆ[ς[13] ------ --- ‖ ----------][14] ἢ κωμάρχας ἄκοντας στεφανοῦν παραφ[ύλακα, ἀποδοῦναι | αὐτὸν τὸ] ἀργύριον, ἥτις [δ'] ἂν κώμη βουληθῇ στεφανῶσαι παρα[φύλακα, ----------- | ------- παρὰ ταῦ]τα[15] μηθὲν (γ)είνεσθαι[16]· εἰ δὲ μή, τὸν ὑπεναντίως ποιήσ[αντα μὴ τιθέναι | εἰς τὸ τοῦ Ἀπ]όλλωνος ἀναθήματα[17], ὄντος τούτου τοῦ ψηφίσματο[ς κυρίου | καὶ] ἐπέχοντος.

---

328 [23] ἐχθρότατα, δεδόχθαι, μετηλλαχότα sim.) eandem hic in labiali occurrere memorabile. 12 Supplevi. ἀτίμως, quod ad proximum εἰληφώς refert, Anderson. Sed 'illicite' vel 'contra legem' haec vox significare nequit, aliam vero notionem huic loco aptam frustra circumspicias. 13 τὰς παρὰ τῆ[ς κώμης τιμάς Anderson, non improbabiliter, nisi quod ambigas, utrum hic de honoribus a vico an a civitate (Hierapoli) paraphylacibus decernendis verba fiant. 14 [ἐὰν δὲ | ξυμβῇ τὰ]ς...... ἢ κωμάρχ(ας) Anderson. Sed quale nomen feminini generis hic particula copulativa cum comarchorum officio coniunctum fuerit, vix assequaris. Ante κωμάρχας A. litteras ΙΖΣΛΛΤΙΑΣ dispicere sibi visus est, quae interpreteris [ἐ]σσχατιάς, nisi huius vocis notio alienissina esset a tituli argumento et tenore. Sententia suadet ut potius ἐάν δέ τις ἀναγκάζῃ vel simile aliquid scriptum fuisse suspiceris. 15 Supplevi. πρὸς ταῦ]τα And. 16 ΤΕΙΝΕΣΘΑΙ, quod retinuit Anderson. Sed πρὸς ταῦτα μηθὲν τείνεσθαι quid sibi velit non assequor, quare lenissimam medelam adhibui. 17 τὸν ὑπεναντίως ποιήσ[αντα ἕξειν | τὰ] Ἀπόλλωνος ἀναθήματα Anderson. Sed id sensu cassum est, nisi voci ἀνάθημα tribueris notionem exsecrationis, quod ut in litteris Christianis tritum est, sic hic profecto non licet. Adde quod infinitivus futuri ita usurpatus non caret soloecismi crimine. Quod ipse supplevi incertum esse me non fugit. Sed si memineris quantum fuerit inter Graecos eorum qui magistratibus functi essent studium memoriam eius rei dedicationibus ad posteros propagandi, vix negaveris tale quid hic posse scriptum fuisse.

---

2. Bithynia et Pontus, Cappadocia.

528 Basis lapidis calcarii mollis, Prusiade ad Hypium (*Üsküb-Kassaba*) inaedificata in muro oppidi antiqui. Ed. A. Koerte Mitth. des arch. Inst. in Athen XXIV (1899) p. 428 n. 24 (R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 21 n. 63).

[Τὸν ἀσύγκρι]τον καὶ Ὀλύμπιον[1] [καὶ | πρῶτο]ν ἐπαρχείας[2]

Litterae ΘΠΣΨ. 1 In alia inscriptione item Prusiensi Mitth. des arch. Inst. in Athen XII 1887 p. 174 n. 7, 1. 2 [τ]ὸν ἐκ [πρ]ογόνων βειθυνιαρ-

δόγματι | [κοιν]οβουλίου[3] καὶ προή[γορον[4] | τοῦ ἔθ]νους καὶ δεκάπρωτον[5] ‖ [καὶ π]ολειτογράφον[6] καὶ ἄρχοντα | τ[ῆς] πατρί-

---

χῶν κα[ὶ ἀ]πὸ γένους ἀσύνκριτον καὶ Ὀλύμπιον legi adnotat Koerte, qui inde prius epitheton hic reposuit. Non immerito Cagnat cognomen, quod Hadriano impositum nemo fere ignorat, in homine privato Graeco miratur, nec profecto quem ita appellabant Bithyni quasi alterum Iovem coluisse existimandi sunt. Sed memorabile est, fuisse Prusiade ad Hypium sacra Iovis Olympii, cuius sacerdotium et ludorum agonothesia a nobilissimis hominibus coniunctim cum summo civitatis magistratu geri soleret. Cf. ἱερέα καὶ ἀγωνοθέτην Διὸς Ὀλυμπίου Mitth. des arch. Inst. in Athen XII 1887 p. 174 n. 7, 11. p. 177 n. 8, 3. XXIV 1890 p. 427 n. 23, 4. 5. p. 435 n. 26, 11. 12. Quare nescio an ob hoc officium sacrum optime et singulari munificentia gestum cives hominibus nobilibus aliquando cognomen decreverint ea condicione ut id hereditate ad posteros propagaretur. Nam ipse quidem Claudius Piso eo honore non functus erat cum hoc monumentum erigeretur. 2 Cf. not. 7. 3 Concilium provinciale Bithyniae. Nam etsi haec cum Ponto unam provinciam efficiebat, tamen utraque suum separatim concilium habebat (cf. not. 10). Vox κοινοβούλιον de eiusmodi conventibus etiam n. 490, 12 (Asiae) 568, 11. 12 (Lyciae) usurpatur. In Bithynia vero etiam κοινόβουλος haud rarum est (C. I. G. 3773, 5. Ath. Mitth. XII p. 174 n. 7, 4. p. 177 n. 8, 16. XXIV p. 433 n. 25, 6. p. 435 n. 26, 3), quod mea quidem sententia ab illo nullo modo divelli potest, sed hominem a civitate aliqua in commune provinciae consilium missum significat, etsi fuerunt qui singularum civitatum senatores intellegere mallent. Memorabile est, illud officium in Bithynia haud raro perpetuum fuisse, nam plerumque διὰ βίου additur. 4 Eadem officii publici appellatio etiam in alio titulo Prusiensi Mitth. des arch. Inst. in Athen XXIV p. 435 n. 26, 2 legitur. Etiam alibi pauca exempla occurrunt, ex quibus de natura officii nonnulla colligi licet. Revue archéol. Troisième série XL 1902 p. 143 n. 18, 9. 10 προη[γ]ορ[ήσαν]τα καὶ [πρεσβεύσα]ντα ὑπὲ[ρ τῆς πό]λεως eius negotium fuisse indicat defensionem civitatis, n. 567, 12. 13 συνήγορον καὶ προήγορον τῆς πατρίδος διηνεκῆ primi editores recte ita interpretati esse videntur, ut adiectivum ad unam vocem προήγορον referrent; itaque συνήγορον esse qui per unam occasionem a civitate ad ipsius causam dicendam eligatur, προήγορον qui perpetuum officium eius iura defendendi habeat. Alibi ille nomine σύνδικος, hic vocabulo ἔκδικος significatur (cf. n. 458[40]). 5 Cf. Brandis ap. Pauly-Wissowa IV, 2 p. 2417. 6 Cf. I. Lévy Revue des études Grecques XII 1899 p. 272. Ex Plinii minoris epistulis X, 79, 3 *quaeritur ergo an qui minor triginta annorum gessit magistratum* (in civitate aliqua Bithyniae) *possit a censoribus in senatum legi* scimus Pompeia lege, quae Bithynis data sit, magistratum institutum esse in singulis oppidis, penes quem lectio senatus esset. Quem Graece τιμητήν appellatum et per se probabile est et titulo Mitth. des arch. Inst. in Athen XII 1887 p. 177 n. 8, 13 τιμητεύσαντα confirmatur. Idem magistratus ab hoc ipso officio in vicino Galatiae oppido Ancyra tertio p. Chr. n. saeculo nonnumquam βουλογράφου vocabulo significatur (infra

δος καὶ τῆς ἐπαρχεί[ας[7] | καὶ δι]καστὴν ἐν Ῥώμ[ῃ[8] καὶ | ἀ]γ[ω]νοθέτην καὶ ἐπὶ τ[ῆς πα|τρίδος] καὶ ἐπὶ τῆς μητροπό-[λεως[9], || κ]αὶ βειθυ[νιά]ρχην[10] καὶ ἑλλαδάρ[χην[11] | κα]ὶ σ[ε]-

---

n. 549, 2). Iam cum βουλογραφία lectio senatus sit, πολιτογραφία negotium peregrinos in civitatem recipiendi esse et consentaneum est et multis testimoniis comprobatur. Cf. Diog. Laert. V, 84: δωδέκατος (Ἡρακλείδης) Ἐρυθραῖος, πολιτογραφηθεὶς ἐν Τήμνῳ. Quo sine dubio spectat magistratus πολιτογράφου, cuius frequens est memoria in Bithynia (Mitth. d. arch. Inst. in Athen XII 1887 p. 174 n. 7, 3. XXIV 1899 p. 435 n. 26, 3. 4) et Ancyrae (n. 547, 5. 549, 3). At manifestum est alias in hac re politographorm partes fuisse ac censorum in senatus lectione. Nam unquam uni homini arbitrium permissum fuisse, quis peregrinus civitate donaretur, profecto non est credibile. Immo populus decernebat, sed magistratus erat illum in album civium inscribere, itemque examinare interdum, num laterculus civium recte se haberet. Sic C. I. Lat. III Suppl. 6998, 8. 9 caput ex testamento P. Aeli Onesimi Aug(usti) l(iberti) lapidi incisum est, quo Nacolensium civitati pecuniam legaverat iusseratque *usuras quodquod annis civibus meis dividi polito[gra]p[hia] facta*, i. e. purgatis antea civium tabulis, ne peregrini, libertini, servi munificentiae illius participes essent. 7 Si hos magistratus intellegeremus, neque facile dictu esset, quo pacto ἄρχων τῆς ἐπαρχείας a bithyniarcha (not. 10) distingui potuerit, neque credibile est de magistratu patriae simpliciter dici ἄρχοντα, cum in multis aliis titulis πρῶτος ἄρχων commemoretur; nam minore aliquo in archontum collegio loco contentum fuisse hominem summae nobilitatis nullam habet probabilitatem. Quare merum laudis honorisque vocabulum hoc mihi videtur, ut v. 2 et alibi πρῶτος cum genetivo. Cf. titulum metricum Bithyni hominis Mitth. des arch. Inst. in Athen XII 1887 p. 181 n. 11, 1. 2 πρῶτον ἐν [π]άτρῃ καὶ ἔθνει Βιθυνίδος ἀρχῆς, πρῶτον ἐν Ἕλλησιν. Namque ἄρχειν et πρῶτον εἶναι ad idem redire notum est. Non fugit me, huic interpretationi aliquantum difficultatis creare v. 2 [πρῶτο]ν ἐπαρχείας. Sed in tumida huiusmodi titulorum verbositate minime incredibile videtur, aliquando eundem honorem bis, aliis utrobique verbis, commemoratum esse. 8 Cf. n. 499[4]. 567, 10. 11. Th. Mommsen Römisches Staatsrecht III p. 537 not. 1. 9 Nicomediae. Cf. v. 16. 10 Cf. Lebas-Waddington Inscr. III, 1142, 2. 1178, 2. Digest. XXVII, 1, 6, 14: ἔθνους ἱεραρχία, οἷον ἀσιαρχία, βιθυναρχία, καππαδοκαρχία. J. Marquardt Eph. epigr. I p. 208. Röm. Staatsverwaltung I p. 515 cum not. 1. Rostowzew Arch. epigr. Mitth. aus Oesterreich XIX 1896 p. 140. Quin recte illa ἄρξαντα τοῦ κοινοῦ τῶν ἐν Βιθυνίᾳ Ἑλλήνων, quae in tribus titulis (Mitth. des arch. Instituts in Athen XII 1887 p. 174 n. 7, 9. 10. p. 177 n. 8, 17. 18. XIV 1899 p. 435 n. 26, 8. 9) leguntur eodem rettulerint Marquardt et Rostowzew eo minus dubitationis relinquitur, quia concilium provinciale (κοινοβούλιον v. 3) in litteris Severi Alexandri imperatoris ad illud datis sic appellatur (Digest. XLIX, 1, 25 Αὐτοκράτωρ Ἀλέξανδρος τῷ κοινῷ τῶν ἐν Βιθυνίᾳ Ἑλλήνων), et quia plane geminus sermonis usus in finitima provincia Asia fuit (n. 458[24]).

β[α]στοφάντην[12] | [καὶ] τοῦ μεγάλου καὶ κοινοῦ τῆς Βειθυ[νίας | να]οῦ τῶν μυστηρίων ἱεροφάντ[ην[13], | συ]νκλητικοῦ πάππον[14], || [λ]ογιστὴν τῆς λαμπροτάτης | [μη]τροπόλεως[15] Νεικομηδείας | [Τ]ιβ(έριον) Κλ(αύδιον) Πείσωνα[16], | [τὸ][17] μέγα ὄνομα τοῦ γέ-νους, | [Τ(ίτος) Οὔλ]πιος Παπιανὸς[18] || τὸν φίλον.

Huic igitur praesidebat bithyniarcha simulque sacra provincialia imperatoris administrabat. De hoc toto honorum provincialium genere cf. n. 525, 7. 8. 531, 10 et quae adnotavi n. 498[3]. 578[8]. 11 Ne hic quidem magistratum vel sacerdotium, sed ut supra v. 5. 6 ἄρχοντα τ[ῆς] πατρίδος καὶ τῆς ἐπαρχεί[ας] merum laudis honorisque vocabulum agnoscendum existimo. Cf. titulum metricum allatum not. 7, ubi item patriae provinciaeque principatui tertium adiungitur praeconium πρῶτον ἐν Ἕλλησιν. 12 Flamen Augusti municipalis Prusiensium, non provincialis Bithynorum. Nam hoc nomen per se accipiendum neque vero cum ea quae subsequitur sacerdotii appellatione coniungendum, ut fecerat Koerte, existimo, siquidem alter quidem titulus (not. 13) ab eo allatus ambiguus est, sed hic certe collocatio verborum plane demonstrat, illa τοῦ — ναοῦ ad τῶν μυστηρίων ἱεροφάντην modo neque vero etiam ad σεβαστοφάντην spectare. 13 Cf. Lebas-Waddington Inscr. III, 1178, 16: τοῦ κοινοῦ ναοῦ τῶν μυστηρίων [ἱ]εροφάντην καὶ σεβαστοφάντην. 14 Unus Claudius Piso est inter homines senatorii ordinis, qui quidem noti sint, legatus legionis I Adiutricis piae fidelis anno 207 p. Chr. C. I. Lat. III Suppl. 11082, 7, quem titulum attulit E. Klebs Prosopographiae imp. Rom. I p. 392 n. 761. Quem quominus huius Claudii Pisonis nepotem existimemus certe nihil obstat. 15 Inde a C. Caesaris (37—41) principatu Nicomedia in nummis et inscriptionibus primo Bithyniae, deinde Bithyniae et Ponti metropolis appellatur, eumque honorem semper tenuit, cum Nicaeenses acerrima sed infelici aemulatione eum sibi arrogare conarentur. Cf. C. I. G. 1720, 1 ἡ μητρόπολις καὶ πρώτη Βειθυνίας Πόντου Ἁδριανὴ νεωκόρος Νεικομήδεια. C. I. G. 3771 (Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 4 n. 6), 3 ἡ μεγίστη μητρόπολις καὶ πρώτη Βειθυνίας τε καὶ Πόντου Ἁδριανὴ Σεουηριανὴ δὶς νεωκόρος Νεικομήδεια ἱερὰ καὶ ἄσυλος. J. Marquardt Röm. Staatsverwaltung I p. 355 not. 8. 16 Cum homo supra senatoris avus dicatur, eum quo haec incisa sint tempore senem exacta aetate fuisse patet. Sed sic quoque vix prima initia cursus honorum nepotis (not. 14) superstes attingere poterat, ita ut consentaneum sit, hunc titulum fere decennio ante 207 p. Chr., quo ille iam ad legationem legionis ascenderat, qui est praetoriorum honos (Marquardt Röm. Staatsverwaltung II p. 457 not. 4), exaratum esse. 17 ΤΟ. Articulum agnovit Koerte, sed cur eius rationem grammaticam se intellegere neget non video. Unus inter omnes qui tunc vivebant illius familiae homines singulari gloria eminere dicitur Piso. 18 Huius Papiani titulum honorarium apud Lebas-Waddington III, 1178 haberi adnotat Koerte. Cum illic ipse Titus Ulpius Aelius Papianus, pater vero Titus Ulpius Aelius Antoninus appelletur, certe huius aetas in Antonini Pii principatum, illius in posteriora saeculi p. Chr. n. alterius decennia incidere monet Koerte, quae temporis

definitio insigniter convenit cum eis quae supra not. 14. 16 de Pisonis nepote disputata sunt.

---

529 Lapis arae figura, inaedificatus in pariete domus privatae in oppido *Sulu Serai* (Sebastopoli). Ed. J. G. C. Anderson Journal of Hell. stud. XX (1900) p. 153 (Revue archéol. Sér. III Vol. XXXVII 1900 p. 498 n. 147). A Fr. Cumontio cum ectypo chartaceo collatum titulum repetivit R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 43 n. 115.

Μ(ᾶρκον) Ἀντώνιον Σεργία Ῥοῦφον, ἀπό τε τῶν [προ]‖γόνων διασημότατον κα[ὶ ἀ]πὸ τῶν ἰδίων αὐτοῦ | φιλοτειμιῶν λαμπρότατον, πάσας μὲν λειτουρ|γίας διεξελθόντα, ἐν πάσαις δὲ φιλοτειμίαι[ς[1]] ‖ εὐδοκιμήσαντα, ἄρξαντα καὶ θιασαρχήσαν|τα πολλάκις, ἀγορανομήσαντα πλεονάκις, | ποντραρχήσαντα[2] ἐν τῆι μητροπόλει Πό[ν]‖του[3] Νεοκαισαρείᾳ[4], πολλὰ μὲν καὶ μεγά|λα

Litterae ΆΑΘΝΞΠΣΩ. Perfrequentes litterarum ligaturae. Extremae hastae passim lineolis transversis ornatae. 1 Inter impensas quae civis locuples reipublicae causa in se recipit hic distinguuntur legitimae, quas praestare debet (λειτουργίαι), et voluntariae quas sua sponte patriae offert (φιλοτιμίαι). Nonnunquam sane, ut supra v. 3, φιλοτιμία latiore vi de utroque genere dicitur. Cf. I. Lévy Revue des études Grecques XII 1899 p. 265 cum adn. 3 et quae notavi Syll.[2] 416[5]. 2 De hoc honorum provincialium genere cf. n. 498[3]. 528[10]. 578[8]. Hic Ponti Polemoniaci (not. 3) concilii praeses idemque sacrorum Augusti antistes intellegendus est, diversus ille quidem ab eo pontarcha, quem habes n. 531, 10. 3 Ponti Polemoniaci metropolis fuit Neocaesarea. Illa vero regio, cum anno 36 a. Ch. Polemoni I Zenonis filio regi a M. Antonio data esset, in dicione posterorum eius usque ad annum 63 p. Chr. permansit, quo tempore a Nerone Galatiae provinciae adiuncta est. Cum anno 70 p. Chr. Vespasianus totam provinciam Galatiam cum Cappadocia coniunctam legato pro praetore consulari dedisset, Traiani principatu utraque quidem rursus suum praesidem nacta est, sed tum Pontus Polemoniacus cum aliquot aliis regionibus septentrionalibus non ad Galatiam rediit, sed mansit pars provinciae Cappadociae etiam illa aetate, qua hoc monumentum dedicatum est. Cf. I. Marquardt Röm. Staatsverwaltung I p. 360. 367. Neocaesaream metropolin fuisse etiam nummi (Eckhel D. N. II p. 355. Mionnet II p. 352 n. 120. 122—131. Suppl. IV p. 449 n. 175 sqq.) testantur. 4 Cf. Plinius N. h. VI, 8: *Cappadocia intus habet — oppida — Neocaesaream quod Lycus (praeterfluit). § 9 a Neocaesarea supra dicta minorem Armeniam Lycus amnis disterminat.* Ptolemaeus Geogr. V, 6, 9 p. 874, 2 Νεοκαισάρεια in capite Καππαδοκίας θέσις sub titulo Πόντου Πολεμωνιακοῦ μεσόγειοι. Ammianus Marc. XXVII, 12, 9: *Arsacis filium Param*

ἔργα κατασκευασάμενον δι᾽ ἐπιμε‖λείας[5], πολὺ δὲ πλείονα ἀπὸ τῶν ἑαυτ[οῦ[6],] | πρῶτον μὲν ἀνοίξαντα τὸ γυμνάσιον, ἀρ|χιερασάμενον δὲ διὰ βίου τῶι θειοτάτωι | αὐτοκράτορι Ἁδριανῶι[7] μετὰ τῆς διασημο|τάτης [γ]υναικὸς αὐτοῦ Ἀντωνίας Στρατ[ο]‖-νείκης καὶ κυνηγέσια καὶ μονομαχίας | διαφερούσας παρεσχημένον, ἐπιμελη|θέντα δὲ καὶ τοῦ μετὰ τὴν τελευτὴν ἑαυ|τοῦ χρόνου καὶ θέας ἐτησίους καὶ φιλοτει|μίας[8] δαψιλεῖς διὰ βίου καταλιπόντα ‖ καί, ὃ μέγιστόν ἐστιν, διάδοχον καὶ τοῦ γένο[υς] | καὶ τῶν φιλοτειμιῶν τ[ὴ]ν ἑαυτοῦ θυγατέρα | Ἀντωνίαν Μαξίμαν παρασχόμενον καὶ | ὁμώνυμον θυγατριδοῦν ἐξ ἀνδρὸς πρω|τεύοντος ἐν τῆι μητροπόλει Ἀμασείᾳ[9] καὶ ‖ παρ᾽ ἡμεῖν Κορνηλιανοῦ Καπίτωνος | καὶ ζῶντα πολλάκις ἡ Σεβαστοπολειτῶν[10] | πόλις καὶ τελευτήσαντα ἐτείμησεν τῆι τῶν | ἀνδριάντων κατὰ φυλὴν[11] ἀναθέσει. ἀνέ|θηκεν δὲ τοὺς ἀνδριάντας[12] ἀπὸ τ[ῶ]ν ἑα[υ]‖τῆς[13] θυγάτηρ αὐτοῦ Ἀντωνία Μαξίμα.

— *imperator Valens apud Neocaesaream morari praecepit, urbem Polemoniaci Ponti notissimam liberali victu curandum et cultu.* Hierocles Synecd. 693, 4 Νεοκαισάρεια sub titulo ἐπαρχία Ποντικῆς α΄. Hodie nomine antiquo non nimis inflexo *Niksar* appellatur. 5 In aliis operibus ille nihil praestitit civitati nisi operam suam, cum curam (ἐπιμέλειαν) susciperet, alia de sua pecunia aedificata patriae donavit. 6 Cf. infra v. 29. 30. n. 537,10.11 et quae adnotavi supra n. 527[5]. 7 A. 117—138 a. Ch. De superstite principe hic dici sponte patet. 8 Cf. n. 1. 9 De Amasea oppido nobilissimo, Strabonis geographi patria, cf. G. Hirschfeld ap. Pauly-Wissowa I, 2 p. 1743. Sita erat in valle Iridis fluminis, regia Ponti, postea caput regionis quae Pontus Galaticus appellabatur, quaeque easdem cum Ponto Polemoniaco (not. 3) vicissitudines experta est, ut primo Galatiae, deinde Cappadociae provinciae partem efficeret. Cf. Strabo XII, 3, 39 p. 561. Ptolemaeus V, 6, 8 p. 872, 5 sub titulo Πόντου Γαλατικοῦ μεσόγειοι. Plinius N. h. VI, 10. Steph. Byz. s. v. Hierocles 701, 3. Metropolis dignitatem habuisse iampridem notum erat ex nummis quibus inscripta sunt μητρόπολις Πόντου aut μητρόπολις καὶ πρώτη τοῦ Πόντου (intellege τοῦ Γαλατικοῦ). Cf. Marquardt Röm. Staatsverwaltung I p. 364 not. 6. Etiam in titulo Amasensi C. I. G. 4168, 1 [τ]ῆς μητροπόλε[ως] exstat. 10 Sebastopolis Ponti commemoratur apud Plinium Nat. hist. VI, 14 (*castellum Sebastopolis*). 16. Ptolemaeum Geogr. V, 6, 6 p. 870, 6. Hieroclem p. 703, 5. Novell. XXXI, 1, 1: δευτέραν δὲ ἐτάξαμεν Ἀρμενίαν τὴν ἔμπροσθεν πρώτην καλουμένην — πόλεις αὐτῇ προσνείμαντες τήν τε τῶν Σεβαστοπολιτῶν ἣν καὶ πρότερον εἶχε κτλ. 11 Cf. n. 547[12]. 12 Honorem tribus decreverunt, sed sumptum filia praestitit. 13 Cf. not. 6.

530 Tabula magna marmoris albi, in campo inter theatrum antiquum Notii oppidi et vicum hodiernum *Giaur-Köi*. Iuxta hunc titulum a dextra alius similis Laodicensium a Lyco. Edd. J. Chamonard et E. Legrand Bull. de corr. Hell. XVIII (1894) p. 216 n. 3 (B. Haussoullier Revue de philologie XXII 1898 p. 259 n. 2).

Ἀγαθῇ τύχῃ. | Ἀμισοῦ[1] ἐλευθέρας καὶ αὐτο|νόμου καὶ ὁμοσπόνδου Ῥω|μαίοις[2]· ἐπὶ πρυτάνεως Ἀπόλ||λωνος[3] τὸ ξγʹ[4], ἱερατεύοντος Μ(άρκου) Ο(ὐ)λ(πίου) | Ἀρτεμιδώρου, θεσπι(ω)δοῦν-

---

Litterae ΑΔΕЄΛΠΣϹѠ; ξγ v. 5 Ϛ est, v. 16 Ξ. Nomen gentile quod est Οὔλπιος v. 5 fin. compendio Ο^Λ exprimitur. 1 Oppidum Ponti situm in littore maris inter Halyis et Iridis fluminum ora, per quartum a. Chr. n. saeculum Atheniensibus colonis acceptis aliquantisper Πειραιεύς appellatum (Syll.[2] 134[2]), sub eiusdem saeculi finem ad pristinum nomen rediit. Postea sub regum Ponti imperio fuit, bello Mithridatico altero a Lucullo capta, sed deinde restituta, anno 47 a. Chr. n. a Pharnace crudeliter habita, post eius cladem a Caesare liberata est. Denique cum Amiseni Stratonis tyrannide vexati essent, post victoriam Actiacam C. Caesar Octavianus eos in libertatem restituit. Hodie oppidum *Samsun* appellatur. Cf. G. Hirschfeld ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie I, 2 p. 1839 sq. 2 Libertatem Amisenorum praeter hunc titulum et nummos inscriptos Ἀμισοῦ ἐλευθέρας testatur Plinius Nat. hist. VI, 7: *Amisum liberum* (*amissum iberum* codd.), *Sinope CXXX.* G. Hirschfeld l. l. Quod hic etiam foederata (ὁμόσπονδος Ῥωμαίοις) vocatur civitas, id convenit cum Traiani litteris ap. Plinium minorem Ep. X, 93: *Amisenos, quorum libellum epistulae tuae iunxeras, si legibus istorum, quibus de officio foederis utuntur, concessum est eranum habere, possumus quominus habeant non impedire.* Ceterum hunc genetivum Ἀμισοῦ — ὁμοσπόνδου Ῥωμαίοις a θεοπρόποι v. 12 pendere vix est quod moneam. Interiecta sunt nomina eorum qui in civitate Colophoniorum et oraculo Clario illo anno, quo Amiseni id adierunt, summis honoribus sacris et civilibus fungebantur. 3 Summo civitatis magistratu tum ipsum deus, cuius in tutela illi se esse existimabant, ornatus est. Id iam persaepe factum esse numerus (not. 4) indicio est; qua cum re perbene convenit, quod ex quattuor eiusdem generis titulis qui aetatem tulerunt unus (Bull. de corr. Hell. XVIII p. 217) hominem prytanem habet, sed ita ut hic honos cum prophetia coniungatur ([πρυτάν]εως δὲ καὶ προφήτου Κλ(αυδίου) Ῥούφου), duo vero item Apollinem, Μουσεῖον καὶ βιβλ. τῆς ἐν Σμύρνῃ εὐαγγ. σχολῆς III p. 220 n. 391, 1 tertium (τὸ γʹ), ibid. p. 129 n. 170, 12 sexagesimum quintum (τὸ ξεʹ). Quinti tituli (ibidem supra n. 170 in eodem lapide) superior pars intercidit, ut prytanis mentio non exstet. 4 Chamonard et Legrand cum ΤϚΓ legissent, annum trecentesimum sexagesimum tertium indicari sibi persuaserunt. At Τ̊ in lapide esse testatur Haussoullier, ut appareat sexagesimum tertium esse, qui numerus bene convenit cum eis quos duo alii

το[ς[5]] | Ἀσκληπίδου τοῦ Δημοφίλο[υ,] | τῶν ἀπ' Ἄρδυος[6] Ἡρακλειδῶν[7] | Πατρο(ξ)ενίδου[8], προφητεύον||τος[9] Ἑρμίου Ἀττά-

---

lapides habent (not. 3). 5 ΘΕΣΠΙΟΔ. Idem officium atque idem homo in titulo legatorum Laodicensium a Lyco biennio recentiore est, qui in eodem lapide hunc a sinistra attingit, v. 5 [θεσπι]ῳδοῦντος Ἀσκληπίδου τοῦ Δημοφίλου, itemque Μουσ. κ. βιβλ. III p. 129 n. 170, 14 [θε]σπιῳδοῦντος Κλ(αυδίου) Ἀσκληπίδου. Poëtam, qui oracula a propheta dei edita versibus includat, haud inepte interpretantur Ch. et L. 6 Ardyn I Lydorum regem (cf. E. Meyer ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie II, 1 p. 617 n. 3) agnoscunt editores cum propter gentis Heraclidarum nomen (not. 7), tum quia Ardys II Gygis filius et successor medio saeculo a. Chr. n. septimo (E. Meyer ibid. n. 5), Mermnadarum stirpis fuerit, qui reges neutiquam ita se gesserint erga Colophonios (Polyaen. Strat. VII, 2, 2), ut credibile esset nobilem in ea urbe gentem ad unum ex illis originem suam revocasse. 7 Qui ante Gygem Mermnadarum gentis auctorem apud Lydos regnaverant, ei apud Graecos (Herodot. I, 7: ἡ δὲ ἡγεμονίη οὕτω περιῆλθε, ἐοῦσα Ἡρακλειδέων, ἐς τὸ γένος τὸ Κροίσου, καλεομένους δὲ Μερμνάδας. 13. 14. 91. Nic. Damascenus fr. 49 in Fr. Hist. Gr. III p. 382, 4. 383, 10. 385, 26). Quare etsi etiam Mermnadarum origo ad Herculem referebatur, tamen haec sollennis appellatio dubitari non sinit, quin de Ardye I hic dicatur. 8 ΠΑΤΡΟϹΕΝΙΔΟΥ lapis. Quod cum Ch. et L. non intellexissent, editor ephemeridis in nota subiecta paginae 218 Πατρο(ξ)ενίδου emendavit rectissime. Sed quod ille haec τῶν ἀπ' Ἄρδυος Ἡρακλειδῶν Πατροξενίδου ab Asclepidis nomine separata alium hominem honore eximio florentem significare sumit, id etsi Haussoullieri assensum tulit, tamen mihi non probatur. Commodissimum sane videatur, Πατροξενίδου hic nomen proprium, non gentis vocabulum, interpretari. At sic τῶν ἀπ' Ἄρδυος Ἡρακλειδῶν illis ἱερατεύοντος, θεσπιῳδοῦντος, προφητευόντος respondentem temporis significationem continere statuendum esset, id quod nec sententia nec structura grammatica patitur. Nam ut optime et usitatissime dicitur 'quo anno Hermias propheta erat', ita illud 'quo anno Patroxenides ex gente Heraclidarum erat' omnium ineptissimum esse quis non videt? Neque τῶν ἀπ' Ἄρδυος Ἡρακλειδῶν simul genetivus partitivus idemque absolutus esse potest. Quare redeundum est ad primorum editorum interpretationem, qui haec ad Asclepidem referunt, quod nullam habet difficultatem, dummodo totam Heraclidarum gentem in plures stirpes divisam sumamus, ex quibus uni Πατροξενίδαι nomen esset. Similis necessitudo Heraclidarum genti apud Corinthios cum Bacchiadis, apud Lacedaemonios cum Agiadarum et Eurypontidarum stirpibus intercedere ferebatur. Sane fictione recentioris aetatis demum hae omnes gentis Heraclidarum partes habebantur (de Bacchiadis v. I. Toepffer ap. Pauly-Wissowa II, 2 p. 2785), sed id in Patroxenidis Colophoniis vix aliter se habuisse existimaverim. Quod in reliquis titulis qui eundem hominem commemorant haec nobilissimae originis mentio non invenitur, facile explicatur, si statuimus hunc primum esse annum officii Asclepidis, postea vero additamentum non necessarium omitti coeptum esse. Atque in illa altera interpretatione Patroxenidis Heraclidae mentio certe non

λου, γραμμα|τέων Ἀττάλου β', Ἑρμογένους | Δαδέου, θεοπρόποι[10] ἦλθον | Κρίσπος Τρύφωνος καὶ | Π(όπλιος) Πούπιος Καλλικλῆς, || οἵτινες μυηθέντες ἐνεβάτευσαν[11]. | ἔτους ρξγ' τῆς ἐλευθερίας[12].

---

minus singularis est quam illud quod Chamonardi et Legrandi sententiae reiciendae ansam praebuit. 9 Idem officium in aliis titulis Clariis occurrit. Cf. Revue de philol. XX p. 260 n. 3, 3 [πρυτάν]εως δὲ καὶ προφήτου Κλ(αυδίου) Ῥούφου. p. 262 n. 5, 12 προφητεύοντο[ς τοῦ δεῖνος] itemque apud Iamblichum de mysteriis III, 11 εἶναι γὰρ πηγὴν ἐν οἴκῳ καταγείῳ καὶ ἀπ' αὐτῆς πίνειν τὸν προφήτην. A sacerdote (v. 5) et hic et in reliquis inscriptionibus distinguitur, ut appareat minus accurate loqui Tacitum, qui manifesto de propheta haec dicat Ann. II, 54: *adpellitque* (Germanicus) *Colophona, ut Clarii Apollinis oraculo uteretur. non femina illic, ut aput Delphos, sed certis e familiis et ferme Mileto accitus sacerdos numerum modo consultantium et nomina audit; tum in specum degressus, hausta fontis arcani aqua, ignarus plerumque litterarum et carminum edit responsa versibus compositis super rebus, quas quis mente concepit.* Qua in descriptione inesse non modo errores, sed aliquot res plane fabulosas neminem fugiet; ex quibus illud quod est de ignorantia litterarum fortasse inde natum est, quod propheta non ipse versus pangebat, sed thespiodi (not. 5) opera utebatur. 10 Idem est Rev. de phil. XXII p. 258 n. 1, 1. p. 262 n. 5, 15, cum Iamblichus de myst. III, 11 dicat πιόντα δὲ χρησμῳδεῖν τοῖς παροῦσι θεωροῖς. Utrumque nomen recte se habet, nam hoc quidem genus significat, illud vero speciem. 11 Sc. in cavernam subterraneam, quam Tacitus (not. 9) *specum*, Iamblichus (ibid.) κατάγειον οἶκον appellat. Recte Haussoullier ex hoc additamento, quod in reliquis titulis desideratur, rem Clari ita institutam esse collegit, ut in universum quidem qui deum consulerent extra specum responsa exspectarent, sed certis quibusdam caerimoniis absolutis (μυηθέντες) etiam intro penetrare liceret. Similem fuisse morem Lebadeae in oraculo Trophonii, siquidem ibi quoque ritus quidam sacri peragendi essent, priusquam in speluncam intraretur; cf. Pausan. perieg. IX, 39, 12: τοῦτον δὲ (satellitem Demetrii Poliorcetae) οὔτε ποιῆσαι περὶ τὸ ἱερόν φασιν οὐδὲν τῶν νενομισμένων οὔτε χρησόμενον τῷ θεῷ καταβῆναι. Sed illic quidem nemini nisi qui intrasset consulere licuisse oraculum. 12 Amiseni libertatis annos ab Augusti victoria Actiaca numerabant, ut appareat annum centesimum sexagesimum tertium non 130, ut primi editores computaverant, sed 132 p. Chr. n. esse. Haussoullier.

---

531 In aliqua ex quinque vel sex casis, ex quibus constat pagus *Meireh* situs inter oppida *Iflanen* et *Tatag*. Edd. G. Hirschfeld Sitzungsber. der Ak. zu Berlin 1888 p. 888 n. 61. Accuratius G. Doublet Bull. de corr. Hell. XIII (1889) p. 312 n. 20. (R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 32 n. 90).

Ἀγ[αθῆι τύχ]ηι. Θεῷ [π]ατρῴῳ Διὶ Βονιτηνῷ[1] | Μᾶ[ρκος Αὐ]ρήλιος Ἀλέξανδρος, Γαΐου τοῦ | καὶ Λ..ιμίου τοῦ προστάτου[2] καὶ γενεάρχου[3] | ἐκ προγόνων καὶ κτίστου[4] τῶν ἱερῶν τόπων || καὶ τροφέως[5] (ἀ)συνκρίτου[6] καὶ πρώτου ἄρχοντος[7], | καταρξαμένου τῶν θεμελίων τοῦ ναοῦ, | ὁ γενεάρχης[8] καὶ προστάτης καὶ κτίστης καὶ τρο|φεὺς καὶ ἀρχιερεὺς τοῦ Πόντου[9], ἄρξας

Litterae ΠΣ; ξï v. 2 Ξ est, v. 6. 8 Ξ̶. 1 Cognomen Iovis ceteroqui ignotum, quod probabiliter Doublet repetit a nomine loci, cuius item nulla exstet memoria. 2 Sc. τοῦ ἱεροῦ. Verbum προΐστασθαι et nomina inde derivata προστάτης et προστασία iam antiquitus de eis, penes quos delubri alicuius tutela et cura est, usurpantur. Cf. Pseudoplutarch. Vit. X or. p. 850 A: συστάντος δὲ πρὸς Δηλίους ἀμφισβητήματος (sc. Ἀθηναίοις), ποτέρους δεῖ προΐστασθαι τοῦ ἱεροῦ (τοῦ ἐν Δήλῳ). Recentiores Latinum *patronus*, ubi non ipsum paullulum inflexum retinent (πάτρων, cf. n. 588[1]), illo nomine Graeco exprimere solent. Cf. C. I. Att. III, 531: Μᾶρκον Αὐρήλιον Καίσαρα, Αὐτοκράτορος Ἀντωνίνου υἱόν, τὸν προστάτην Ἀθηναῖοι. Bull. de corr. Hell. VII 1883 p. 265 n. 7, 2 sqq. ἡ — Περγαίων πόλις τὸν ἴδιον προστάτην. 3 Quam γενάρχης vel γενεάρχης plerumque habet notionem eius a quo gens vel familia aliqua originem suam repetat (Callimachus ap. Hephaestionem Ench. p. 57 Gaisf. 31, 19 Westph. δαίμονες εὐυμνότατοι Φοῖβέ τε καὶ Ζεῦ, Διδύμων γενάρχαι), eam huc non quadrare sponte patet, siquidem et pater et filius hoc nomine appellantur eamque dignitatem a maioribus hereditate accepisse praedicantur. Sed etiam eum, qui genti ad tempus aut per omnem vitam praesit, principem gentis, hac appellatione uti monstrat C. I. Att. III, 1278, 3, ubi Cerycum ἀρχιερεὺς καὶ γενε[άρχης] recensetur, manifesto idem officium, quod in Amynandridarum laterculo C. I. Att. III, 1276, 6 ἄρχων τοῦ γένους est. Quod in Novella XXI, 2 p. 146, 12. 14 γενεαρχικά (substantive) et γενεαρχικὰ χωρία appellantur quae a maioribus hereditate accepta sunt, id manifesto ab illa priore vocabuli significatione repetendum est. 4 Cum non τοῦ ἱεροῦ, sed τῶν ἱερῶν χωρίων dicatur, conieceris Gaium illum fundis deo donatis aream sacram auxisse. Sed haud raro qui quolibet beneficio urbem vel fanum aliquod affecit, per exaggerationem laudis κτίστης appellatur. Cf. n. 492[5]. 5 Eum qui frumentum civibus suis sua pecunia emendum curaverit interpretatur Cagnat non incommode. Sane propter proxime superiora de delubro Iovis Boniteni potius cogitaveris quam de Amastrianorum civitate, comparaverisque Syll.[2] 424, 5 τροφὸς τοῦ Διδυμείου Ἀπόλλωνος (ἡ Μιλησίων πόλις). 656, 43 τῇ ἡμετέρᾳ πόλει τῇ τροφῷ τῆς ἰδίας θεοῦ τῆς Ἐφεσίας. Neque enim minus apte, quam civitas nutrix, civis nobilitate et munificentia eminens nutritor numinis fanique appellari potest. Sed cum πρώτου ἄρχοντος utique ad populum Amastrianorum spectet, hic quoque fieri potest ut verum viderit Cagnat. 6 ΣΥΝΚΡΙΤΟΥ lapis. Emendavit Doublet. 7 Cf. n. 492[8]. 8 Cf. not. 3. 9 Etsi insolitum est, quod idem homo in eodem titulo et ἀρχιερεὺς τοῦ Πόντου et ποντάρχης appellatur, tamen inde non recte colligi existimo, his nominibus non eundem significari

τὴν μεγί|στην ἀρχὴν τῆς λαμπροτάτης Ἀμαστριανῶν ‖ πόλεως[10], βειθυνιάρχης[11] καὶ ποντάρχης[12], τειμη|θεὶς ὑπὸ θεοῦ Ἀντωνείνου[13], πάσαις ταῖς [τῆς] | πολειτείας τειμαῖς διαπρέψας[14], κατασκευάσας | τὸν ναὸν μετὰ παντὸς τοῦ κόσμου | ἀφιέρωσεν ἐν τῷ θοσ' ἔτει[15].

---

honorem. Nam ipsa quidem officia, quae his vocibus indicantur, distinguenda sunt, quia altera appellatio ad summam sacrorum provincialium curam, altera ad conventuum concilii provinciae regimen refertur; quare, quae est illius aetatis in eo genere verbositas, non mirandum est ea singillatim enumerari, etsi semper ab eodem homine coniunctim gerebantur. Ceterum Ponti nomine hic indicari partem occidentalem eius terrae, quae tum cum Bithynia unam provinciam efficiebat, apparet. De aliis Ponti partibus cf. n. 529[3.9]. 10 Cf. G. Hirschfeld ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie I, 2 p. 1749 n. 1. Oppidum in ora Paphlagoniae situm, orientem versus ab ore Parthenii fluminis, conditum fere a. 300 a. Chr. ab Amastri regina. Cum certe inde a Traiani aetate (cf. Marquardt Röm. Staatsverwaltung I p. 355 not. 9, qui provocat ad Eckhel D. N. II p. 386. Mionnet II p. 391 n. 24. C. I. G. 4149, 4. 5, ubi tamen ex foeda corruptela μητροπόλεως vix certo restitutum videtur) hoc oppidum orae Ponticae metropolis fuerit, sane mireris, hanc honorificam appellationem hic non legi. Ceterum fere diei itinere delubrum Iovis Boniteni ab urbe Amastri distare monuit Doublet. 11 Cf. n. 528[10]. 12 Cf. not. 9 et n. 529[2]. Eundem hominem bithyniarchia et pontarchia fungi etiam apud Lebas-Waddington III, 1178, 15 videmus, quae res non mira est, siquidem duo quidem concilia et sacerdotia provincialia fuerunt, sed una provincia. 13 M. Antoninum, qui volgo Caracalla appellatur (a. 211—217 p. Chr. n.) intellegi ex anno (not. 15) apparet. Neque vero recte Hirschfeldium de decreto quo omnibus liberis hominibus qui in orbe Romano essent civitas Romana data esset cogitare observavit Doublet; nam hoc quidem beneficium tam late patuisse ut id in uno homine singillatim efferri ineptum esset. Immo alios honores ab imperatore ipsi Alexandro tributos innui. 14 Post τειμαῖς commate distinguit Cagnat, post Ἀντωνείνου non item, ut manifestum sit eum hunc dativum a τειμηθείς, non a διαπρέψας suspendere. At si de Romanorum civitate cogitamus, aut id inesse potest, Alexandrum illo Caracallae decreto civem factum esse; quod neque erat cur hic indicaretur (not. 13) nec simplex ius civitatis circumlocutione πάσαις ταῖς [τῆς] πολειτείας τιμαῖς enuntiari poterat. Aut de honoribus, i. e. magistratibus publicis intellegendum, quibus omnibus ornatum praedicare hominem provincialem omnino ineptissimum erat; ac profecto, si ille vel quaestor fuisset, hoc eum distincte enuntiaturum fuisse manifestum est. Quod si neutra ratione haec ad res Romanas referri possunt, restat ut πολειτείας de Amastrianorum civitate interpretemur, praesertim cum omnibus patriae honoribus functum esse perfrequens sit in hoc titulorum genere laus. Cf. n. 543, 5: μετὰ πάσας τὰς ἐν τῷ ἔθνει φιλοτιμίας. Verum hos honores non imperator ei dedit, sed civitas. Quare ad Doubleti interpunctionem redeundum existimavi.

15 Annus aerae Pompei, qua Amastriani utebantur, ducentesimus undeoctogesimus 215 p. Chr. n. est. Hirschfeld.

3. Galatia.

532 Stela lapidis subrubri, inventa in oppidulo *Vezir-Köprü* sito prope dextram Halyis ripam meridiem et occidentem versus ab Amiso (*Samsûn*); per multos annos deposita fuit ad puteum in peribolo ecclesiae, nunc est Constantinopoli in museo. Exscripsit Antherius episcopus Amasiae, cuius ex apographo ed. F. Cumont Comptes rendus de l'acad. des inscr. 1900 p. 688 sqq. (inde repetitus est titulus Revue archéologique Troisième sér. XXXIX 1901 p. 142 n. 64). Revue des études Grecques XIV 1901 p. 26 sqq. (R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 58 n. 137).

Ἀπὸ [1] Αὐτοκράτορος Καίσ[αρος] | θεοῦ υἱοῦ Σεβαστοῦ ὑπατεύ-[οντος τὸ] | δωδέκατον [2] ἔτους τρίτου [3], π[ροτέραι [4]] | νωνῶν

Litteras bene et accurate incisas refert Cumont, de earum formis singillatim nihil adnotans. 1 Praepositione Cumont indicari sibi persuasit, formulam iurisiurandi Roma ab imperatore in provinciam missam esse. Cui opinioni id quidem obmoveri vix licet, sic παρὰ potius dicendum fuisse. Nam hoc facile recentioris sermonis neglegentia excuses. At si ἀπὸ Αὐτοκράτορος Καίσαρος penderet a substantivo ὅρκος v. 4. 5, quo tandem pacto his mediis interponi licebat ἐν Γάγγροις ἐν [τ]ά[γορᾶι]? Quare mihi quidem nulla ex parte dubium videtur, quin illa ἀπὸ — τὸ δωδέκατον pendeant ab ἔτους τρίτου. De hac temporis indicandi ratione cf. not. 3. 2 Augustus consul duodecimum fuit anno 5 a. Chr. n. cum L. Cornelio P. f. P. n. Sulla. 3 Annum tertium provinciae Paphlagoniae (not. 8) interpretatur Cumont. Quam cum anni 6 a. Chr. n. auctumno institutam esse constet (cf. Journal of Hellenic studies XX 1900 p. 152), hoc monumentum m. Martio a. 3 a. Ch. n. incisum esse. At quomodo cum hoc tempore, si Cumonti interpretationem grammaticam sequimur, conciliari potest illud ὑπατεύοντος τὸ δωδέκατον? Sane ubi principum honores enumerantur, *consul* XII scribitur etiam proximis annis usque ad consulatum tertium decimum, at ὑπατεύοντος dici non licuit nisi per ipsum consulatus annum. Qui cum 5 n. Ch. n. sit, initia provinciae contra reliquorum testium consensum usque ad annum 8/7 a. Chr. n. reicerentur. Accedit quod etiam aliis nominibus (not. 1) Cumontii sententia gravissimas difficultates habet. Quare coniunge ἀπὸ — Καίσαρος — ὑπατεύοντος τὸ δωδέκατον ἔτει τρίτῳ, i. e. 'anno tertio post duodecimum Caesaris consulatum'. Sic quoque ad annum 3 a. Chr. deferimur. Notatio temporis sane singularis, sed ea ni fallor de causa usurpata, ut unius principis ad quem totius tituli argumentum spectat nomine annus insigniretur, privatorum consulatibus neglectis. Itaque anni ab illius proxime

5 Μαρτίων ἐν Γάγγροις[5] ἐν [τ]ἀ[γορᾶι[6]] ὅρ||κος[7] ὁ τελεσθ[εὶς ὑ]πὸ τῶ[ν] κατοικ[ούντων Πα]||φλαγονία[ν[8] καὶ τῶν πραγ]ματευομ[ένων πα]||ρ' αὐτοῖς Ῥ[ωμαίων][9].

superiore consulatu numerantur, quem anno 2 a. Chr. demum secutus est tertius decimus. Quod institutum similitudinem quandam habet cum illa consuetudine annos post consulatum cuiuspiam numerandi, quae aliquot saeculis post obtinuit; sed haec quidem necessitate expressa erat quia respublica consulibus omnino carebat. 4 Aut hoc aut π[ρὸ μιᾶς] fuisse perspexit Cumont. Pridie nonas Martias in Fastis Praenestinis notantur *Feriae ex senatus consulto, quod eo die Imp(erator) Caesar pontifex maximus factus est* (anno 12 a. Chr. n.). Cf. C. I. Lat. I² p. 311. Cumont. 5 Cf. Strabo XII, 3, 41 p. 562: ὕστατος δὲ τῆς Παφλαγονίας ἦρξε Δηιόταρος, Κάστορος υἱός, ὁ προσαγορευθεὶς Φιλάδελφος, τὸ Μορζέου βασίλειον ἔχων τὰ Γάγγρα, πολισμάτιον ἅμα καὶ φρούριον. Athenaeus III, 82c τούτων δὲ (τῶν μήλων) οὐ πολὺ ἀπολείπεται τὰ ἐν Γάγγροις πόλει Παφλαγονικῇ. Steph. Byz. Γάγγρα· πόλις Παφλαγονίας, θηλυκῶς, ἣν Ἀλέξανδρος ἐν τῷ περὶ Παφλαγονίας ἀναγράφει. — Ἐρατοσθένης δὲ οὐδετέρως τὰ Γάγγρα φησί, καὶ Ἀθήναιος ἐν Δειπνοσοφιστῶν τρίτῃ οὕτως. τὸ ἐθνικὸν Γαγγρηνός, ὡς Βοστρηνός. Quod caput regni Deiotari fuerat, etiam provinciae Romanae Paphlagoniae (not. 8) metropolin mansisse, non aliter ac Pontus Polemoniacus et Pontus Galaticus, regiones item Galatiae provinciae adiunctae, tamen suas metropoles Neocaesaream (n. 529[3, 4]) et Amasiam (n. 529[9]) habebant, cum hic titulus docet, tum nummi cum inscriptione ἄρχουσα Παφλαγονίας (B. Head Historia nummorum p. 433). Sane alibi etiam Pompeiopolis μητρόπολις Παφλαγονίας nuncupatur. Cf. n. 546[8]. Ceterum inferiore aetate, cum iam Paphlagonia a Galatia divisa suum praesidem haberet, huius sedes Gangra erant (cf. Hierocles Synecd. p. 695, 4 sqq. Ἐπαρχία Παφλαγονίας, ὑπὸ κορίκτορα, πόλεις ς'· Γάγγρα κτλ.). Cumont. 6 Supplevi. Cumont cum nomini [π]α[νηγύρει] ab Haussoulliero secum communicato spatium sufficere non videret, ipse a restituendi conatu abstinuit. Supplemento meo lacunae ambitus ab eo indicatus accurate expletur. 7 Simile iusiurandum Gaio Caesari anno 37 p. Chr. cum rerum potiretur pronuntiatum sermone Latino inventum est Aritii Lusitaniae (C. I. Lat. II, 172), Graeco Assi Aeolidis (Syll.² 364). Similes sententiae formulaeque, quas infra ascribam, omnes iam a Cumonto allatae sunt. Sed multa Romanos ex antiquioribus sacramentis, qualia habes supra n. 229, 60 sqq. 70 sqq., 266, 20 sqq. 52 sqq., in suum usum vertisse observavit idem. 8 Cum anno 6 a. Chr. n. Paphlagonia Galatiae adiungeretur, neque nomen huius regionis interiit, ita ut adeo ἐπαρχεία appelletur n. 535, 4, neque communia Paphlagonum instituta, separata illa quidem a Galatarum rebus, ut peculiaris metropolis Gangra (not. 5) et concilium provinciale, ut certe non inepte neque improbabiliter Cumont vel concilii praesidem sacrorumque antistitem (παφλαγονάρχην) fuisse coniecerit, etsi casu illud nomen nusquam exstaret. Quod vero omnes qui Paphlagoniam incolerent convenisse Gangra iurandi causa hic praedicatur, id manifesto de cuiusque civitatis hominibus in concilium missis interpretandum. Nam si Gangris omnes Paphlagones viritim iurassent, non opus fuit illis

Ὀμνύω Δία, Γῆν, Ἥλιον[10], θεοὺς πάντα[ς καὶ πά]||σας καὶ αὐτὸν τὸν Σεβασ[τ]όν[11], εὐνοή[σειν Καί]||σαρι Σεβαστῶι καὶ τοῖς τ[έκ]νοις ἐγγό[νοις τε] | αὐτοῦ πάν[τ]α [τ]ὸν τοῦ [βίου] χρόνον[12] κ[αὶ λό]||γωι [κ]αὶ ἔργωι καὶ γνώμ[ηι, φί]λους ἡγού[μενος] | οὓς ἂν ἐκεῖνοι ἡγῶντα[ι] ἐχχθρούς[13] τε ν[ομίζων] | οὓς ἂν αὐτοὶ κρίνωσιν[14], ὑπέρ τε τῶν τ[ούτοις] || διαφερόντων[15] μήτε σώματος φείσεσθ[αι μή]||τε ψυχῆς μήτε βίου μήτε τέκνων[16], ἀλ[λὰ παν]||τὶ τρόπωι ὑπὲρ τῶ[ν] ἐκείνοις[17] ἀνηκό[ντων] | πάντα κίνδυνον ὑπομενεῖν· ὅτι τε ἄ[ν αἴσ]||θωμαι ἢ ἀκούσω ὑπεναντίον τούτ[οις λε]||γόμενον ἢ βουλευόμενον ἢ πρασσό[μενον,] | τοῦτο ἐγμηνύσειν[18] τε καὶ ἐχθρὸν ἔσ[εσθαι τῶι] | λέγοντι ἢ βουλευομένωι ἢ πράσσο[ντί τι τού]||των· οὕς τε ἂν ἐχχθροὺς[19] αὐτ[ο]ὶ κρίν[ωσιν, τού]||τους κατὰ γῆν καὶ θάλασσαν ὅπλο[ις τε] || καὶ σιδήρωι διώξειν καὶ ἀμυνεῖσ[θαι.[20]] | ἐὰν δέ τι ὑπεναντίον

---

quae infra v. 36 sqq. de singulis civitatibus eodem iureiurando adigendis praecipiuntur. 9 Cf. Syll.[2] 364, 10 ἔδοξεν τῇ βουλῇ καὶ τοῖς πραγματευομένοις παρ' ἡμῖν Ῥωμαίοις καὶ τῷ δήμῳ τῷ Ἀσσίων. Infra sane v. 18 simpliciter ὅρκος Ἀσσίων scribitur, sed cave existimaveris Romanos negotiatores decreti et legationis participes fuisse, iurisiurandi non item. 10 Cf. n. 229[32]. Syll.[2] 461[2]. 837[3]. 11 Extra Aegyptum fortasse unicum ac certe antiquissimum exemplum esse observat Cumont, quo non per fortunam aut genium principis, sed per ipsum Augustum iuretur. 12 Cf. Syll.[2] 364, 20 ὄμνυμεν εὐνοήσειν Γαΐῳ Καίσαρι Σεβαστῷ καὶ τῷ σύμπαντι οἴκῳ αὐτοῦ. Idem iam in antiquioribus formulis habes. Cf. n. 229, 62: διατηρήσω τὴν εὔνοιαν βασιλεῖ Σελεύκῳ. 73 εὐνοήσω βασιλεῖ Σελεύκῳ. n. 266, 27: εὐνοήσω αὐτῷ (Eumeni Philetaeri f.) καὶ [τοῖς ἐ]κείνου. 13 Cf. Syll.[2] 328[23]. 14 Cf. Syll.[2] 364, 21 φίλους τε κρινεῖν οὓς ἂν αὐτὸς προαιρῆται, καὶ ἐχθροὺς οὓς ἂν προβά[λ]ηται. C. I. Lat. II, 172, 5 *ut ego iis inimicus ero quos C. Caesari Germanico esse cognovero — qui in eum hostili animo fuerint, mihi hostes esse ducam.* 15 Pro eis rebus, quae illis utiles erant. 16 Praeter C. I. Lat. II, 172, 10 *neque me neque liberos meos eius salute cariores habebo,* Cumont etiam scriptorum locos affert Suet. Calig. 15: *auctor fuit* (C. Caesar) *ut omnibus sacramentis adiceretur: neque me liberosque meos cariores habebo quam Gaium habeo et sorores eius.* Cassius Dio LIX, 9, 2: καὶ ὅτι καὶ σφῶν αὐτῶν καὶ τῶν τέκνων καὶ ἐκεῖνον καὶ τὰς ἀδελφὰς αὐτοῦ προτιμήσουσιν ὤμοσαν. 17 Soloece pro usitato πρὸς ἐκείνους aut εἰς ἐκείνους. 18 Cf. n. 229, 67: ἐάν τινα αἰσθάνωμαι ἐπιβουλεύο[ντα] τῇ πόλει — μηνύσω τῷ δήμῳ τῶν Σμυρναίων. 266, 32: ἐάν τέ τινα αἰσθάνωμαι ἐπι[β]ουλεύοντα Εὐμένει τῷ Φιλεταίρο[υ] ἢ ἄλ]λο τι πράσσοντα ἐναντίον ἐκείνῳ — ἐξαγγελῶ πα[ραχρῆ]μα ἢ ὡς ἂν τάχιστα [δ]ύνωμαι τὸν τούτων τι ποιοῦντα. Syll.[2] 461, 45: καὶ εἴ τινά κ[α σ]υνωμοσίαν αἴσ[θ]ωμαι ἐοῦσαν [ἢ γιγ]νομέναν, ἐξαγγελῶ τοῖς δαμ[ιοργ]οῖς. 19 Cf. not. 13. 20 Cf. C. I. Lat. II, 172, 7: *si quis periculum ei salutique eius infert inferetque, armis bello internecivo terra marique persequi non desinam, quoad poenas*

τούτωι τ[ῶι ὅρκωι] | ποήσω ἢ μὴ στοιχούντως[21] καθὼ[ς ὤμο]|σα, ἐπαρῶμαι[22] αὐτός τε κατ' ἐμοῦ καὶ σ[ώμα]|τος τοῦ ἐμαυτοῦ καὶ ψυχῆς καὶ βίου κα[ὶ τέ]||κνων καὶ παντὸς τοῦ ἐμαυτοῦ γέν[ους] | καὶ συνφέροντος ἐξώλειαν καὶ παν[ώλει]|αν[23] μέχρι πάσης διαδοχῆς τῆς ἐ[μῆς καὶ] | τῶν ἐξ ἐμοῦ πάντων, καὶ μήτε σ[ώματα τὰ] | τῶν ἐμῶν ἢ ἐξ ἐμοῦ μήτε γῆ μ[ήτε θάλασ]||σα δέξαιτο μηδὲ καρποὺς ἐνέγ[κοι αὐτοῖς[24].] |

Κατὰ τὰ αὐτὰ ὤμοσαν καὶ οἱ ἐ[ν τῆι χώραι[25]] | πάντες ἐν τοῖς κατὰ τὰς ὑ[παρχίας[26] Σε]||βαστήοις[27] παρὰ τοῖς βωμοῖ[ς τοῦ Σεβαστοῦ·] | ὁμοίως τε Φαζιμωνεῖται[28] οἱ [τὴν νῦν

---

ei persolverit. Ante ὅπλο[ις πᾶσιν] Cumont dubitanter. Sed 'armis omnibus' insolite dicitur. 21 Adverbium novum, verbum hac vi neutiquam rarum. Cf. Syll.² 325, 5 καὶ αὐτὸς στοιχεῖν βουλόμενος καὶ τοῖς ἐκείνων ἴχνεσιν ἐπιβαίνειν. 929, 18 τῆς δὲ συγκλήτου στοιχού[σης τῇ παρ' ἑαυ]τῇ π[ρὸς ἅπαντας ἀνθρώ]πους ὑπαρχούσῃ δικαιοσύνῃ. 22 Eiusmodi sui suorumque exsecrationibus in fine formularum iurisiurandi omni aetate apud Graecos nihil est frequentius. 23 Vox rara, sed usitatiori πανωλεθρίαν reponendae non sufficit spatium. Cumont. 24 Cf. Syll.² 461, 55. 463, 85 sqq. 25 Per totam Paphlagoniam. Cf. not. 8. 26 Cum Cumontus de τὰ σ[υνέδρια] cogitasset, Th. Reinach supplementum τὰς ὑ[παρχίας] cum eo communicavit eiusque assensum tulit. De hyparchiis regni Seleucidarum cf. n. 224². 225³¹. 238, 1. At hic in provinciae Romanae rebus versamur, in qua quid sibi velit nomen ὑπαρχία neque Reinachius neque Cumontius dixit. Tamen, ut in re obscurissima, supplementum illius retinui. Nescio an conventus iuridici (n. 517⁷) hac voce indicentur. Nam singulae civitates profecto ὑπαρχίαι dici non possunt, aliam vero provinciarum divisionem novimus nullam. Cf. n. 458, 64: προνοῆσαι δὲ — ὅπως ἐν ταῖς ἀφηγουμέναις τῶν διοικήσεων πόλεσιν ἐν στήλαις λευκολίθοις ἐνχαραχθῇ κτλ. cum not. 41. 27 Perquam memorabile est tum iam in uniuscuiusque per Paphlagoniam conventus oppido principali Augusti delubrum fuisse, neque improbabile ea aut omnia aut certe partem eorum iam ante provinciam Romanam institutam a regulis dedicata fuisse. Cumont. 28 Cf. Strabo XII, 3, 38 p. 560 μετὰ μὲν οὖν τὴν Ἀμισηνῶν μέχρι τοῦ Ἅλυος ἡ Φαζημωνῖτίς ἐστιν, ἣν Πομπήιος Νεαπολῖτιν (codd. μεγαλόπολιν, em. Corais) ὠνόμασε κατὰ Φαζημῶνα κώμην ἀποδείξας τὴν κατοικίαν καὶ προσαγορεύσας Νεάπολιν. p. 561 οὕτω γὰρ διετέτακτο Πομπήιος, κατασπᾶν κελεύσας τὰ φρούρια καὶ μὴ ἐᾶν χρήσιμα τοῖς ἀναφεύγειν εἰς αὐτὰ βουλομένοις λῃστηρίων χάριν. ἐκεῖνος μὲν οὖν οὕτω διέταξε τὴν Φαζημωνῖτιν, οἱ δ' ὕστερον (M. Antonius ut quidem videtur) βασιλεῦσι (Paphlagoniae) καὶ ταύτην ἔνειμαν. Steph. Byz. Φαμιζών· κώμη τῆς Ἀμισίας καὶ νοτιωτέρα Ἀμισοῦ, ἧς οἱ κωμῆται Φαμιζωνῖται. ἡ χώρα Φαμιζωνῖτις· ἢ Νεάπολις λέγεται· οὕτως γὰρ Πομπήιος ταύτην ὠνόμασεν. Ex titulo apparet, Stephanum vocalem mediam, Strabonem consonas eam utrimque attingentes accuratius reddidisse. Praeter eam nominis mutationem, quam consentiens cum Strabone et Stephano hic titulus

Νεάπο]||λιν λεγομένην κατοικοῦν[τες ὤμοσαν σύμ]||παντες ἐν Σεβαστήωι παρὰ τ[ῶι βωμῶι τοῦ] | Σεβαστοῦ.

---

testatur, postea duas etiam expertum est oppidum. Claudio principe Νεοκλαυδιόπολις appellatum est, quod nomen in nummis et titulis usque ad Cari et Carini principatum invenitur. Deinde vero Ἄνδραπα, nomen sine dubio antiquum et barbarum, comparet apud Ptolemaeum Geogr. V, 4, 4 p. 850, 2 Ἄνδραπα ἡ καὶ Νεοκλαυδιόπολις et Hieroclem Synecd. 701, 7, ubi in provincia Helenoponti proximum ante Amisum locum tenet. Alia medii quod dicimus aevi, qua aetate sedes episcopi erat, testimonia congessit Cumont p. 32 not. 6. Situs oppidi hoc demum titulo definitus est, in loco hodierno *Vezir-Köprü*, et totam Phazimonitida regionem Cumont certa ratione circumscripsit finibus ab occidente et ex parte a septentrionibus Halye flumine, ab orientali marginis septentrionalis parte Gazelonitide et agro Amiseno, ab oriente Phanaroea, a meridie territorio Amasensium. Phazimonitida Paphlagoniae partem fuisse idem rectissime observavit. Nam sedulo cavendum est, ne illa ὁμοίως τε Φαζιμωνεῖται sic interpretemur, *praeter* omnes Paphlagoniae conventus *etiam* Phazimonitas iurasse. Nam si Phazimonitae Paphlagones non fuerunt, quo tandem pacto in hac tabula Phazimone erecta omnino eorum quae Gangris acta sunt mentio fit? Immo sic res se habet: Et Gangris omnium civitatium legati et in unoquoque conventu omnes cives viritim iurabant. Idem etiam in Phazimonitide, qui erat unus ex his conventibus, factum esse propterea definite enuntiatur, quia eius rei mommentum haec tabula Phazimone collocata est.

---

533 Titulus in Augusteo Ancyranorum per lapides antae sinistrae ita divisus, ut summus lapis itemque tertius decimus et infimi quinque a sextodecimo ad vigesimum scriptura careant; tertius a summo fuit quidem inscriptus, sed litterae evanuerunt. Edd. Montfaucon Palaeogr. Gr. p. 157 ex schedis Tourneforti. Paullo plenius P. Lucas Itin. Gr. As. min. I p. 308 (ex Montf. Muratori II p. DCXLIII). Vs. 1—3 et 12—16 emendatiores exhibet Chishull Antiq. Asiat. p. 168. Totum titulum plenissime et accuratissime Hamilton Researches in Asia minor II p. 103 (J. Franz C. I. G. 4039). Partem modo repetivit R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 64 n. 157.

I Γαλατῶν [τ]ὸ [κοινὸν | ἱε]ρασάμενον[1] | θεῶι Σεβαστῶι | καὶ θεᾶι Ῥώμηι[2]. ||

Litterae ΑΖΘΘΞΠΣ. 1 Manifesto duo tituli distinguendi sunt: I Dedicatio Augustei quod tota natio Gallorum Ancyrae constituit (v. 1—4). II Recensus munificentiarum quibus homines opulenti et liberales gentes

II [Ἐπὶ ----------[3]]

Galaticas affecerunt (v. 5—89). In illa formula dedicatoria nihil est quo offendaris, nisi participium ἱερασάμενον. Quod memoria anceps est, siquidem Montfaucon ΡΑΣΑΜΕΝΟ, Chishull ΡΑΣΑΜΕΝΟΣ, Hamilton ....ΑΣΑΜΕΝΟΝ exhibet, nullius momenti est. Nam de masculino utique cogitari nequit. At scrupulum movet verbi notio, quoniam ἱερᾶσθαι alibi est 'sacerdotem esse', hic vero insolite intellegendum est 'cum gens officium imperatores honoribus divinis afficiendi in se suscepisset'. Tamen videtur in hac interpretatione acquiescendum esse. 2 Primum Pergami templum Augusti et deae Romae constitutum erat (Tac. Ann. IV, 37: *cum divus Augustus sibi atque urbi Romae templum apud Pergamum sisti non prohibuisset*), neque vero ut Franzius opinatur a Pergamenorum civitate, sed ab Asia provincia. Quod exemplum Galatia vicina secuta est brevi post, sine dubio etiamtum superstite principe. Nam θεὸς Σεβαστός hic non de defuncto dici, ut solet, sed quia is cui divini honores tribuuntur deus appellandus est, apparet. Ceterum vix monendum est dativum non ab ἱερασάμενον pendere, sed a notione dedicandi quae mente suppleatur. 3 Laterculum II v. 5—89 non recte mihi interpretari videtur Franzius, cum provocans ad Suetonium Aug. 59: *provinciarum pleraeque super templa et aras ludos quoque quinquennales paene oppidatim constituerunt* eiusmodi ludos etiam Ancyrae habitos eorumque recensum hic haberi statuit. Nam primum quidem nulli in his lapidibus recensentur ludi publici, sed varia hominum privatorum dona ac beneficia. Deinde vero, quod mirum est Franzium fugisse, nonnulla ex eo numero definite enuntiatur per totum annum civibus praebita esse (v. 47. 54. 58. 61. 62. 64. 72. 76. 83. 87) aut per satis magnam anni partem (μῆνας τέσσαρας v. 37. 41), ut sponte pateat his quidem nihil necessitudinis intercedere cum feriis. Aliorum sane ea natura est, ut ea per sacrorum quorundam occasionem exhibita esse sponte pateat; sed ne haec quidem omnia ad illa Augusti quinquennalia pertinere possunt. Nam primum quidem quod frequenter legitur bis ab eodem homine idem genus muneris praebitum esse (v. 15. 19. 28. 57. 67), id certe multo probabilius intellexeris 'bis per annum', quam 'bis per easdem ferias', deinde vero, cum illa Galatarum sacra Ancyrae peracta sint, tribus locis definite aliquid ἐν Πεσσινοῦντι (v. 53. 55. 67) factum perscribitur. Quibus omnibus reputatis apparet, nullam huic laterculo arctiorem necessitudinem intercedere cum quinquennalibus illis feriis, sed omnia omnino magnifica beneficia quibus Galatae per illos annos ab hominibus privatis affecti essent hic inscribi. Quod in pariete Augustei potissimum haec incisa sunt, id nullam habet aliam rationem, nisi quod honorem et gratiarum actionem hic insignis locus quam maxime illustrare et augere videbatur. Quotiens in decretis honorificis legitur ut monumenta ἐν τῷ ἐπιφανεστάτῳ τόπῳ erigantur, et quis locus Ancyrae insignior erat quam Augusteum recens dedicatum? Quae si recte disputata sunt, apparet magistratuum eponymorum nominibus praescriptis non quinquennia indicari, ut Franzio visum erat, sed annos, neque minus manifestum est, cum perspexerimus titulos I et II nulla argumenti necessitudine contineri, nihil iam

[------------ ‖ θέ]ας ἔδωκεν καὶ μον[ο]‖μάχων ζεύγη τριάκο[ντα] | καὶ κυ(νήγ)ιον[4] ἔδωκ[εν] | ταύρων καὶ θηρίων. | [Ῥο]ῦφος δημοθοινίαν ‖ ἔδωκεν, θέας καὶ | κυνήγιον ἔδωκεν.

Ἐπὶ Μετειλίου[5]. ‖

[Πυ]λαιμένης βασιλέως Ἀμύ[ν]‖του υἱὸς[6] δημοθοινί[αν] ‖ δὶς ἔδωκεν, θέας δὶς | ἔδωκεν, ἀγῶνα γυμνικὸ[ν] | καὶ ἁρμάτων καὶ κελ[ή](τ)ων[7] ἔ|δωκεν· ὁμοίως δὲ ταυρο[μα]‖χίαν καὶ κυνήγιον [ἔδωκε](ν δ)ίς[8]· ἔτ[ι] ‖ πολλ[οὺς] τόπους ἀν(έ)[θηκ]ε[9] ὅπο[υ][10] τὸ | Σεβαστῆόν[11] ἐστιν καὶ ἡ παν[ή]γυ|ρις[12] γείνεται καὶ ὁ ἱπποδρόμος. |

Ἀλβιόριξ Ἀτεπόρειγος[13] δημοθοι|νίαν ἔδωκεν, ἀνδριάντας ἀνέ‖θηκε Καίσαρος [Σεβαστοῦ[14]] καὶ Ἰουλίας | Σεβαστῆς[15]. |

---

offensionis habere temporum discrimen; nam ille (not. 2) Augusto superstite, hic (not. 14. 15) Tiberii principatu scriptus est. 4 ΚΥΑΠΙΠΙΟΝ Lucas, Κ.....ΙΟΝ Hamilton. 5 ΕΠΙΜΕΤΕΙΛΙΟΥ Lucas, ΕΠΙΜΕΤΕΛ... Hamilton, ΕΠΙΜΛΟΛΛΙΟΥΠΥ Chishull. Franzius Ἐπὶ Μετέλλου scripsit. Sed mihi Lucae scriptura servanda visa est, praesertim quia nomen Latinum quidem neque admodum rarum, sed tamen minus in volgus notum *Metilius* proclivius erat errore in illud pervolgatum *Metellus* mutare, quam vice versa. 6 Amyntae plures fuisse filios apparet ex narratione Cassii Dionis LIII, 26, 3: τοῦ δ' Ἀμύντου τελευτήσαντος οὐ τοῖς παισὶν αὐτοῦ τὴν ἀρχὴν ἐπέτρεψεν, ἀλλ' ἐς τὴν ὑπήκοον ἐσήγαγε, sed unius nomen ex hoc titulo novimus. Cum iam apud Homerum Paphlagonum duci Pylaemenes nomen esset (B, 851. E, 576. N, 643) reges Paphlagoniae qui usque ad postremam partem alterius a. Chr. n. saeculi Gangris (n. 532[5]) sedem habebant hoc venerandae antiquitatis nomen repetiverunt, certe postremus ex eis, qui testamento regnum Mithridati Eupatori reliquit, eo utebatur. Cf. Iustin. XXXVII, 4, 5. XXXVIII, 7, 10. Deinde Nicomedes Bithyniae rex, cum Paphlagonia mediterranea potiri conaretur, filium suum quem ei terrae praefecturus erat, Pylaemenem appellavit. Cf. Iustin. XXXVII, 4, 8. 9 *atque ita filium suum mutato nomine Pylaemenem Paphlagonum regum nomine appellat et quasi stirpi regiae reddidisset regnum falso nomine tenet.* Nescio an Amyntas, quem regioni finitimae inhiasse non incredibile est, simili consilio uni ex filiis suis nomen imposuerit. De Amynta Galatiae rege a. 36—25 a. Chr. n. cf. P. von Rohden ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie I, 2 p. 2007 n. 21. 7 ΚΕΛΙΕΩΝ Lucas, unde Chishull manifesta interpolatione effecit ΚΕΛΗΤΩΝ. 8 ΗΑΙΣ (pro ΝΔΙΣ) Lucas. 9 ΑΝΡΙ_Ε Lucas, quod Chishullus pro arbitrio in ΑΝΙΕΡΩΣΕ mutavit. 10 ΟΠΟΝ Hamilton, ΟΠΟ. Lucas, ΟΠΟΥ Chishull. 11 Cf. not. 2. 12 Cf. quae ex Suetonio Aug. 59 attuli not. 3. 13 Cf. Strabo XII, 3, 37 p. 560: οἱ δὲ μετὰ ταῦτα ἡγεμόνες τῶν Ῥωμαίων τῶν δυεῖν πολιτευμάτων τούτων τὰ μὲν τοῖς Κομάνων ἱερεῦσι προσένειμαν, τὰ δὲ τῷ Ζήλων ἱερεῖ, τὰ δ' Ἀτεπόριγι, δυνάστῃ τινὶ τοῦ τετραρχικοῦ γένους τῶν Γαλατῶν ἀνδρί. Huius filium hic innui existimat Franz, ac temporum certe rationes

Ἀμύντας Γαιζατοδιάστου[16] δημοθοινίας | δὶς ἔδωκε, ἑκατόνβην ἔθυσεν, θέας | ἔδωκεν, σειτομετρίαν ἔδωκεν ‖ ἀνὰ πέντε μοδίους. |

------είας Διογνήτου [δημοθοινίαν ἔδωκε.] |

Ἀλβιόριξ Ἀτεπόρειγος[17] τὸ δεύτερον | δημοθοινίαν ἔδωκεν. |

Ἐπὶ Φρόντωνος. ‖

Μητρόδωρος Μενεμάχου, φύσει δὲ | [Δο]ρυλάου[18], δημοθοινίαν ἔδωκεν, | [ἔλαιον] ἔθηκεν μῆνας τέσσαρας. |

Μουσανὸς Ἀρτίκνου[19] δημοθοινίαν ἔδωκεν. |

---

non obstant. Nam Ateporix Strabonis fere Amyntae (not. 6) aequalis fuisse videtur, siquidem quod geographus de ducibus Romanorum post Pompei aetatem dicit commodissime ad M. Antonium non minus Ateporigis principatus quam Amyntae regni auctorem refertur. 14 Mireris Franzium etsi [Σεβαστοῦ] suppleat tamen de Tiberii statua interpretari. Immo Καῖσαρ Σεβαστός non potest non Augustus esse, neque per se quicquam offensionis habet Augusti imago ab Albiorige dedicata in Augusteo Ancyrae. At titulum Tiberio demum principe incisum esse certum est (not. 15). Quare cogitaverit quispiam de supplemento [Τιβερίου]; at vero hoc praepostero nominum ordine pro legitimo *Tiberius Caesar* uti non licuit. Quare nihil restat, nisi ut peccatum esse statuamus ab homine Graeco, qui de principe defuncto non ut debebat θεοῦ Σεβαστοῦ scriberet, sed nominis forma, qua superstes imperator usus erat, retineret. Quod eo probabilius est, quo breviore temporis spatio post Augusti obitum haec incisa sumimus. Utique Augusti et uxoris, non Tiberii et matris statuas indicari constat. 15 Iulia Augusta non appellata est Caesaris Augusti uxor nisi post mariti mortem, testamento ab eo adoptata. Quod quoniam Augustus hic eo nomine utitur, quod dum inter vivos erat gerebat (not. 14), dicat quispiam hic ut n. 456, 57 ΙΟΥΛΙΑΣ levi errore pro ΛΙΟΥΙΑΣ incisum esse. Sed obstat nomen Σεβαστῆς, quod quoniam ante annum 14 p. Chr. n. nusquam terrarum exauditum est (Tac. Ann. I, 8 *Livia in familiam Iuliam nomenque Augustum adsumebatur*), non potest Augusto vivo per errorem irrepsisse. Tiberii igitur principatu haec scripta sunt, sed est cur ipsi eius initio titulum vindicemus (not. 14). 16 Nomen Gallicum, cuius cum prima parte apte Franzius comparat Γαιζατόριξ apud Strabonem XII, 3, 41 p. 562 (Γεζατ- codices). Eam non diversam a nomine *gaesum* telum missile significante, quod Gallicum esse constat, Belleius Mém. de l'Ac. des Inscr. T. XXXVII p. 397 pronuntiavit, cui recte assentitur Franzius. Idem alterum compositi partem monuit redire in nomine Ἀμωθάστου C. I. G. 2067, 5. 6, qui titulus Olbiae erutus est, ubi Celtica nomina inveniri neutiquam mirum est. Cf. Syll.[2] 226, 102 sqq. 17 Cf. not. 13. 18 Nomen inter nobilissimos illarum regionum homines non infrequens. Cf. n. 372[1]. 19 Utrumque nomen mihi suspectissimum. Ac prius quidem Μουσα(ῖ)ος potius esse paene certum existimo; sane litterarum ΜΟΥ loco Hamilton lacunae significationem habet. Alterius vero nominis emendationem certam aut probabilem video nullam.

------ίνας Σελεύκου δημοθοινίαν ἔδωκεν ‖ [καὶ ἔλαιον ἔθη]κεν μῆνας τέσσαρας. |

Πυλαιμένης βασιλέως Ἀμύντου υἱὸς[20] | δημοθοινίαν ἔδωκεν (τ)[οῖ]ς[21] (τ)ρισ[ὶν[22]] | ἔθνε[σιν. ἔτι] δὲ ἐν Ἀγκύρ(ᾳ)[23] ἑκ[α]|τόνβ[ην ἔθυ]σεν, θέας καὶ πομπὴν [ἔ]‖δω[κεν]. ὁμοίως δὲ ταυρομαχίαν | καὶ [ταυρο]καθά(πτ)ας[24] καὶ μονομάχω[ν] | ζεύ[γη ἔδωκε]ν. ἤ(λε)ι[ψ]εν[25] δι' ὅλου τοῦ ἐνιαυ|τοῦ [τὰ τ]ρία ἔθνη. θηρομαχίαν ἔ|δωκεν. ‖

[Ἐπὶ Σ]ιλουανο[ῦ]|.

------αῖος δημοθοινίαν ἔδωκεν [ἐν Π]εσσινοῦντι, μονομάχων [ζεύγη ἔδω]|κε[ν] καὶ ἐν Πεσσινοῦντι ἤλ[ειψεν] | τὰ δύ(ο)[26] ἔθνη ὅλῳ τῷ ἐνιαυτῷ. ἄγα[λμα] ‖ ἐν Πεσσινοῦντι ἀνέθηκεν. |

Σέλευκος Φιλοδάμου δημοθοινίας | δὶς ἔδωκεν δυσὶ πόλεσιν[27]. ἤλ(ε)ιψε | τὰ δύ(ο)[28] ἔθνη δι' ὅλου τοῦ ἐνιαυτοῦ· [θέ]|ας ἔδωκε. ‖

[Ἰο]ύλιος Ποντικὸς δημοθοινίαν ἔδωκεν· | ἑκατόνβην ἔθυσεν· [ἔλ]αιον ἔθηκεν ὅ[λῳ] | τῷ ἐνιαυ[τῷ]|.

Ἀριστοκλ(ῆ)ς[29] Ἀλ[βιόριγος | δημοθοινίαν ἔδω]κεν, ἔλαιον ἔθη[κ]εν δι' ὅλου τοῦ ἐνιαυ[τοῦ]‖.

Ἐπὶ (Β)ασιλᾶ[30]. |

[Κ]όϊντος Γάλλιος Ποῦλχε[ρ δημοθοινίας] | δὶς ἔδωκεν καὶ ἐν

---

20 Cf. not. 6. 21 ΔΗΜΟΘΟΙΝΙΑΝΕΔΩΚΕΝΕ.Σ Lucas. 22 ΙΡΙΣ Lucas. Ceterum Tectosagas, Tolistobogios, Trocmos intellegi manifestum est. 23 ΑΓΚΥΡΗ. 24 ΚΑΙ..ΚΑΘΑΤ.ΓΑΣ Lucas, ...ΚΥΘ...ΑΣ Hamilton. 25 ΗΑΙ.ΕΝ. Frequentissime ἀλείφειν τινα dici pro ἔλαιον παρέχειν τινί in volgus notum est. 26 Cum supra identidem de tribus gentibus Galatarum dicatur, inde ab hoc loco constanter duae modo commemorantur (v. 54. 57. 69. 80. 85), addito articulo, ut appareat praeter has duas omnino nullam fuisse quae in censum veniret. Quare unam a communione reliquarum inde ab anno Silvani se segregasse apparet. Quo pacto id factum sit latet, sed quaenam potissimum fuerit probabiliter certe definiri potest. Nempe in eorundem annorum recensibus etiam duorum oppidorum mentio fit. Quae cum manifesto necessitudine aliqua cum illis duabus gentibus contineantur, ex eis quae not. 27 exposui sequitur, Tectosages et Tolistobogios illas esse, Trocmos vero tertiam quae se ab eis separaverit. Ceterum hic et v. 58 ΔΥΩ traditur. 27 Etsi neque hic neque v. 76 articulus additur, ut in duarum gentium mentione (not. 26) constanter fit, tamen quin eadem sint duo oppida, quae et aliunde scimus longe maxima inter Galatarum civitates fuisse et in hoc ipso titulo sola ex omnibus videmus nominatim commemorari, Ancyra et Pessinus, non est dubitandum. 28 ΔΥΩ. Cf. not. 26. 29 ΚΛΠΣ. 30 ΕΑΣΙΛΑ.

Πεσσινοῦν[τι] | ἑκατόνβην ἔθυσεν· ἔ[λ](α)ιον[31] ἔθηκ[εν τοῖς] | δυ-
[σ]ὶν ἔθνεσιν [δι' ὅλου τοῦ ἐνιαυτοῦ]||.
[Φιλων]ίδης Φίλω[νος δη]μ[ο]|θοινίαν ἔδωκεν, ἑκατόμβ[ην] | ἔθυ-
σεν· ἔλ[αι]ον ἔθηκεν ὅλ[ῳ τῷ] | ἐν[ια]υτῶι. |
---------------λα [δημοθοιν](ί)α[ν[32] ἔ]δ[ωκεν, || ἑ]κατ[όμβην
ἔθ]υ(σ)[εν[33],] | ἔλα[ι]ο[ν ἔθηκε]ν (δυ)σ(ὶ)[34] π[όλε]σ[ι]|ν ὅλῳ τῷ]
ἐ[νιαυτῷ·][35] βωμό[ν] | ἀνέθηκεν [εἰς[36] τὰ] ἱερά. |
[Π]υλαιμένης Μηνᾶ⟨ι⟩ δημοθοινίαν [ἔδωκεν τοῖς]|| δυσὶν ἔθνε-
σιν· ἑ[κ]α[τόμ]βην[37] ἔθυσε[ν, | μο]νομάχων [ζεύγη ἔδ]ω[κεν,
θ](έ)α[ς[38] | ἔδωκεν, ἔλ]αιον [ἔθηκεν] | ὅλῳ τῷ (ἐ)νιαυ[τῷ[39]]|.
------ος Ἀκύλα δ[ημοθοινίαν ἔδωκε τοῖς]|| δυσὶν ἔθν[εσιν,
-------- ----------- ἔ]|λαιον [ἔ]θ[ηκε[40], --------------] | δι'
ὅλο(υ)[41] [τοῦ ἐνιαυτοῦ, θέας | ἔδ]ωκεν -------------- | -----
-----ουιους· ἔτι ----------------

31 Ε.ΔΙΟΝ. 32 Pro terminatione ΙΑΝ traditur ΤΑ. 33 ΥΔ (pro ΥΣ). 34 ΙΙΣ (pro ΔΥΣΙ). 35 ΝΤΑΟΚ.ΕΙ....Γ. 36 ΘΗΚΕΝΝ. 37 Ε ΛΑ...ΒΗΝ. 38 ΤΑ (pro ΕΑ). 39 ΤΩΝΙΑΥ. Crasin vix putaverim auctori tituli acceptam ferri. 40 ΛΑΙΟΝ.Ο. 41 ΔΙΟΛΟΛ.

---

534 Stela marmoris albi fracta a sinistra, inventa Ephesi a Woodio et in museum Britannicum illata. Ed. E. L. Hicks Greek inscr. in the British museum III, 2 p. 198 n. DLVIII.

----------------το[ρ]α[1] Νήφο|[ντος[2], τιμηθέντα γ]εροντείᾳ[3], |

Litterae ΑΣ. Vs. 1 Ν et Η ligatae. 1 ϽΤΟΙΑ lapis. Hicksius sibi persuasit duarum mulierum gentis Galaticae hoc esse monumentum; quare v. 1. 2 -----οτοίᾳ Νήφο|[ντος καὶ -----]εροντείᾳ reposuit. At ipsi scrupulum movit, quod οτοια et εροντεια neutiquam nominum muliebrium Graecorum terminationis speciem referrent; neque magis quicquam Galatici habent. Accedit, id quod ille neglexit, in eiusmodi titulo non dativo locum fuisse, sed accusativo, quem tamen hic restituere non licet. Quare mihi viri et feminae potius monumentum esse videtur, ex quibus illi quidem nomen nescio quod in -τωρ cadens fuerit. 2 Supplevit Hicks. 3 Restituere conatus sum, cum certe nomen proprium hoc non esse mihi plane constaret. γεροντία eius qui γέρων appellatur ius et condicionem significat apud Xenophontem Resp. Laced. 10, 1: ἐπὶ γὰρ τῷ τέρματι τοῦ βίου τὴν κρίσιν τῆς γεροντίας προθεὶς (Lycurgus) ἐποίησε μηδ' ἐν τῷ γήρᾳ ἀμελεῖσθαι τὴν καλοκάγαθίαν. Scriptura per diphthongum vero nihil habet offensionis cum quia huius monumenti aetate (not. 5) haec non iam accurate distinebantur, tum quia tum temporis etiam verbo γεροντεύειν utebantur, cui ex lege sermonis

[καὶ ---------- Ἀδι]ατόριγος[4] | [τὸ κοινὸν τῶν Γ]αλατῶν[5] || [εὐνοίας καὶ] καλοκἀ|[γαθίας ἕνεκα τῆ]ς εἰς | [αὐτό].

respondebat nomen in -εία. Cuiusnam generis fuerit illud collegium (γερουσία), cui hic homo honoris causa insertus fuerit, ignoramus. Sed talia aliquando in titulis honorariis commemorantur; cf. C. I. Att. III, 1062, 5 sqq. Αἴλιον Εὐφρόσυνον Παλληνέα, τὸν ἱερὸν γέροντα. Eodem redit Journal of Hell. stud. X 1889 p. 55 n. 6, 7 τὸν καὶ γενόμενον γεραιὸν διὰ βίου, nam γεραιούς in oppidis quibusdam Lyciae appellatos eos qui gerusiae interessent discimus ex titulis Bull. de corr. XIII 1889 p. 487 n. 2, 21. p. 488 n. 3, 9. Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 257 n. 707, 2. p. 311 n. 783, 2. p. 316 n. 800, 9. p. 317 n. 802, 21. 4 Priore versus parte nomen mulieris intercidisse videtur, cuius pater Adiatorix erat. Hoc nomen Gallicum notum est ex Strabone XII, 3, 6 p. 543 λαβὼν δὲ παρ' Ἀντωνίου τὸ μέρος τοῦτο τῆς πόλεως (Heracleae Ponticae) Ἀδιατόριξ ὁ Δομνεκλείου, τετράρχου Γαλατῶν, υἱός, ὃ κατεῖχον οἱ Ἡρακλειῶται (alteram partem tenebat colonia Romana) κτλ. Sed homo idem esse nequit, quandoquidem titulus (not. 5) Antonii aetate plus quam saeculo recentior est. 5 Galatia a. 25 a. Chr. n. in provinciae formam redacta est. Titulum vero propter scripturae genus extremae primi p. Chr. n. saeculi parti vindicat Hicks. Mihi propter ligaturam litterarum v. 1 (v. supra) etiam aliquanto recentior videtur.

---

535 In muro castelli (*Kale*) oppidi *Ulu Borlu*. Ed. J. R. S. Sterret Papers of the American school at Athens III p. 367 n. 532 (R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 138 n. 316). Cf. quae de titulo disputavit C. G. Brandis Hermae XXXI p. 164 sq.

[----------------, πρεσβευτὴν | λεγεῶν]ος [τρι]α[κ]ο[στῆς Οὐλ|πί]ας Νεικηφόρου[1], πρεσ|βευτὴν Σεβαστοῦ ἀντι|στράτηγον ἐπαρχείας || Γαλατίας Πισιδίας Πα|φλαγονίας[2], ἀνθύπατον | Πόντου καὶ Βειθυνίας[3].

Litterae ΑΘΠ. 1 Versus primi a Sterreto enotantur relliquiae ϽΣıııΑC. Supplevit Brandis. Legio XXX Ulpia a Traiano constituta in Germania tendebat. Cf. Cassius Dio LV, 24, 3 Τραϊανὸς (συνέταξεν) τὸ δεύτερον (στρατόπεδον) τὸ Αἰγύπτιον καὶ τὸ τριακοστὸν τὸ Γερμανικόν, ἃ καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ ἐπωνόμασεν. Cognomen *Victrix* etiam in titulis Latinis occurrit. Cf. Wilmanns Exempla 1182, 5. 1189, 15. 16. 1260 *b*, 8. 2 In singulis regionibus gentibusque, ex quibus tota provincia Galatia composita erat, enumerandis Pisidiam Paphlagoniamque commemorari, Isauriam et Lycaoniam non item plane mirum esset, nisi titulus post has a Galatia separatas et Ciliciae adiunctas incisus esset. Id vero iam Antonini Pii, non ut olim opinabantur Septimii Severi demum principatu factum esse docuit titulus n. 575, 7. 8. Brandis. 3 Cum constet, monumentum Antonini Pii prin-

cipatu non antiquius esse (not. 2), id documento est non recte homines doctos provinciam Bithyniam et Pontum iam Hadriano imperante a senatu ad principem translatam statuere. Etiam alia certissima exempla praesto sunt, quae Antoninorum temporibus proconsules praetorios eam administrasse probent. Brandis.

---

536 In coemeterio vici *Jalowadj-Sofular.* Ed. J. R. S. Sterret Papers of the American school at Athens III p. 218 n. 352. (R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 134 n. 302).

Τὴν λαμπροτάτην | Ἀντιοχέων κολω|νίαν [1] ἡ λαμπροτά|τη Λυστρέων [2] κολω‖νία [3] τὴν ἀδελφὴν [4] | τῷ τῆς Ὁμονοίας | ἀγάλματι ἐτείμη|σεν.

Litterae ΑЄΠϹѠ. 1 Cf. Strabo XII, 8, 14 p. 577: ταύτῃ (τῇ παρωρείᾳ) δ' ἑκατέρωθεν ὑποπέπτωκέ τι πεδίον μέγα καὶ πόλεις πλησίον αὐτῆς, πρὸς ἄρκτον μὲν Φιλομήλιον, ἐκ θατέρου δὲ μέρους Ἀντιόχεια ἡ πρὸς Πισιδίᾳ καλουμένη, ἡ μὲν ἐν πεδίῳ κειμένη πᾶσα, ἡ δ' ἐπὶ λόφου, ἔχουσα ἀποικίαν Ῥωμαίων. Paulus libro II de censibus, Digest. L, 15, 8, 10: *in Pisidia eiusdem* (i. e. Italici) *iuris est colonia Antiochensium.* Plin. Nat. hist. V, 94: *insident verticem Pisidae quondam appellati Solymi, quorum colonia Caesarea eadem Antiochia.* Droysen Gesch. des Hellenismus III, 2 p. 271. G. Hirschfeld ap. Pauly-Wissowa Realencyklopaedie I, 2 p. 2446 n. 15. E. Kornemann ibid. IV, 1 p. 531 n. 114. 2 Oppidum Pauli apostoli rebus nobile (Cf. Act. apost. 14, 8. 21), cuius praeterea in litteris antiquis satis rara est memoria (Plinius N. h. V, 147. Ptolemaeus V, 4, 9 p. 858, 4. Hierocles Synecd. 675, 2). Plinius urbem Galatiae attribuit, quod de ambitu provinciae qualis illa aetate fuit recte se habet, neque vero arctiore vi de Galatarum gente ac regione intellegendum est, apud Ptolemaeum inter Isauriae, in Actis apostolorum et apud Hieroclem inter Lycaoniae civitates recensetur. Apud Plinium cives *Lystreni* dicuntur, sed eandem atque hic ethnici formam habes in titulo Papers of the Am. school at Athens III p. 23 n. 21: Τ(ίτος) καὶ Γάϊος ἀδελφοὶ Λυστρεῖς ἐποίησαν. 3 Colonia etiam ex titulo Papers of the Am. school at Athens III p. 142 n. 242 (C. I. Lat. VI, 6786) nota est, ex quo de originis tempore et cognominibus accuratiora discimus: *Divum Aug(ustum) col(onia) Iul(ia) Felix Gemin(a) Lustra consecravit.* Item nummi testantur coloniam. Cf. E. Kornemann ap. Pauly-Wissowa Realencyklopaedie IV, 1 p. 551 n. 260. 4 Utraque colonia Augusti fuit. Non sane eodem tempore deductae videntur, sed Lystra aliquanto post Antiochiam. Cf. Pauly-Wissowa IV, 1 p. 550.

---

537 Sarcophagus, in oppido *Sevrihissar*, quo allatus erat ex vicinis Pessinuntis ruderibus, quae vocantur *Balahissar.* Edd.

Macdonald Kinneir Itin. p. 542 n. 9 (J. Franz Fünf Inschriften und fünf Städte p. 21). G. J. Hamilton Researches in Asia minor II n. 147 (J. Franz C. I. G. 4085). J. Mordtmann Sitzungsber. der Kgl. Ak. zu München 1860 p. 194 n. 7 (R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 115 n. 226).

[Ἡ βο]υλὴ καὶ ὁ δῆμο[ς | Σεβα]στηνῶν Τολιστοβω|[γίω]ν Πεσσινουντίων[1] ἐ[τεί|μ]ησεν Θεόδοτον Θε[ο]||δότου τοῦ Τυράννου, ἄρ|[ξ]αντα[2] καὶ εἰρηναρχήσ|[αν]τα[3] ἐνδόξως καὶ ἀγορ[ανο]|μήσαντα πλειστά(κ)ις[4] [ἐν κατε|π]είγουσι καιροῖς καὶ πά||σας λειτουρ[γ]ίας ἀπὸ τ[ῶ]ν | ἑαυτοῦ[5] π[ρ]ο[θύμ]ως τε[λέ]|σαντα ἀνενδεῶς, πάσαις τ[ει]|μαῖς τειμηθέντα ἐν ἐκκλ[η]|σίαις[6] ὑπό τε βουλῆς καὶ || δήμου, ἀνδριάντων ἀν[ασ]|τάσ[ε]σι καὶ εἰκόνων[7] [ἀνα]|θέσεσι, ἀρετῆς ἕνεκ[εν] | (καὶ)[8] εὐνοίας τῆς εἰς | [ἑαυτούς].

Litterae ΘƩΠΕω. 1 Cf. Strabo XII, 5, 2 p. 567: Τολιστοβώγιοι δὲ ὅμοροι Βιθυνοῖς εἰσι καὶ τῇ Ἐπικτήτῳ καλουμένῃ Φρυγίᾳ. § 3 Πεσσινοῦς δ' ἐστὶν ἐμπόριον τῶν ταύτῃ μέγιστον, titulum Mitth. des arch. Inst. in Athen XXII 1897 p. 43 n. 24, 12. 13: ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆ[μος] Σεβαστηνῶν Τολ[ισ]το[βωγίω]ν Πεσσινουντίων et quae de Pessinunte Matrisque Deorum sacris attuli n. 540[4]. 2 Versus quintus apud Hamiltonum litteris ΑΣ finitur, cum Kinneir et Mordtmann in ΑΡ consentiant; v. 6 init. . ΑΝΤΑ Mordtmann ΞΛΝΤΑΚΑΙ Kinneir, . ΖΑΝΤΙΚΑΙ Hamilton. His lectionibus collatis apparet, rectius Mordtmannum ἄρ[ξ]αντα quam Franzium ἀσ[τυνομή](σ)αντα restituisse. 3 Cf. n. 550[2]. 4 ΠΛΕΙΣΤΑΙΣ Mordtmann. ΠΑΕΙΕΠΙΕ Kinneir ΠΛΕΙΤΑ ΗΙΣ Hamilton. Consona κ lapicidae potius quam transcribentium neglegentia omissa videtur. 5 Cf. n. 529, 10. 29. 30. 6 De pronuntiandis publice per comitiorum tempora honoribus, cui rei quantum tribuerint veteres nemo fere ignorat, hic dici videtur potius, quam de decernendis. Nam illud ὑπό τε βουλῆς καὶ δήμου non de probuleumate et populiscito, quae ad unum eundemque honorem spectent, dicitur, sed separatim populum, separatim senatum Theodoto privilegia et ornamenta decrevisse enuntiat. Ex his vero ea, quae a senatu profecta sunt, non in comitiis facta sunt. 7 Cf. n. 332[22]. Hic sane non est cur non εἰκόνα picturam (εἰκόνα γραπτὴν ἐν ὅπλῳ, cf. n. 571[4]) interpretemur. 8 Ε Ham. ΝΕ Kinn. ΤΕ Mordtmann. Videtur quadratarius ΚΕ incidere voluisse sed nescio quo pacto in priore littera peccasse. Nam soloecismum ἀρετῆς — τε εὐνοίας (pro ἀρ. καὶ εὐν.). vel huius aetatis homini imputare nolim, praesertim in formula qua nihil est usitatius.

---

538 Lapis calcarius non laevigatus; litterae neglegenter incisae. Anno 1884 in coemeterio vici *Deuer* siti in ora meridionali lacus

Buldurensis invenit W. M. Ramsay et edidit Amer. journ. of archaeology II (1886) p. 128 n. X. Lapide iterum examinato versus 15 et 16 pleniores exhibuit idem ibid. IV (1888) p. 267 (R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 145 n. 335).

Ἐξ ἐπιστολῆ[ς] θε|οῦ[1] Σεβασ[τ]οῦ | Γερμανι[κοῦ Κα]ίσαρος[2] | Κόϊντος Πετρώνιο||ς Οὖμβ(ερ)[3] πρεσβευτὴς | καὶ ἀντιστράτηγος Νέρω||[ν]ος Κλαυδίου Καίσαρος | Σεβαστοῦ Γερμανικοῦ, | [καὶ] Λο[ύκι]ος Πούπιος Πραί||ση[ς[4] ἐπί]τροπος Ν[έρ]ωνος | Κλα[υδ]ίου [Κ]αίσ[αρ]ος Σε||[βαστ]οῦ Γε[ρ]μανικοῦ ὡ|ροθέτησαν τὰ μὲν ἐν | δεξιᾷ εἶναι Σαγαλασσέων[5], || τὰ δὲ ἐν ἀριστερᾷ κώ|μης Τυμ-

Litterae ЄΘΠСѠ. 1 Fuit NЄΡѠNOC, sed memoria imperatoris damnata hae litterae erasae ac ΘЄOY in earum locum substitutum est. 2 Neronis igitur principatu (54—68 p. Chr. n.) hoc monumentum dedicatum est. Prima huius imperii initia (a. 54/55 p. Chr.) monstrat L. Pupii Praesentis procuratoris nomen (cf. not. 4). 3 OYMBOB. Emendavit Ramsay. Quod in Prosopographia imp. Rom. III p. 31 n. 238 praefertur emendatio Οὔμβ[ρῖνος], id probare nequeo; nam a scriptura quidem nullam habet commendationem, cum OB ex ЄP errore proclivi nasci potuerit. Sane duo noti sunt Petronii Umbrini, ex quibus alter consul anni 25 p. Chr. fuisse videtur (Prosopographia III p. 31 n. 236), alter 81 p. Chr. consulatu functus est (ibid. n. 237). His medius interiectus est quem hic habemus, ut summa cum probabilitate editores prosopographiae eum illius filium, huius patrem existiment. At inde neutiquam sequitur, hunc quoque Umbrinum appellatum esse. Nam eiusmodi cognomina, qualia sunt *Umber* et *Umbrinus*, haud raro in eadem stirpe alternare constat; cf. G. I. L. VI 1407 (all. Prosopogr. II p. 44 n. 13), ubi Q. Fabius Allobrogicinus Maximus est, homo sine dubio a Q. Fabio Maximo Allobrogico originem repetens. Sic decem gentes recensentur in Prosopographia III p. 139. 143, in quibus cognomina *Rufus* et *Rufinus* ambo usitata fuerint. 4 Cf. C. I. G. 3991 (cum Addendis p. 1108), 4 sqq.: [Λε]ύκιον Πούπιον Λευ|[κ]ίου υἱὸν Σαβατείνα | [Π]ραίσεντα, χειλίαρχον, | [ἔπ]παρχον ἱππέων ἄλη[ς | Π]ειкεντείνης, ἐπίτρο|[π]ον Καίσαρος πρὸς ὄ|χθαις Τιβέρεως, ἐπίτρο|[π]ον Τιβερίου Κλαυδίου | [Κ]αίσαρος Σεβαστοῦ Γερ|[μ]ανικοῦ καὶ Νέρωνος | [Κ]λαυδίου Καίσαρος [Σ]ε[β]α[σ|τ]οῦ Γερμανικοῦ [Γ]αλα|[τ]ικῆς ἐ[π]αρχείας. Versabatur igitur L. Pupius Praesens in procuratura Galatica tum ipsum, cum principatus a Claudio in Neronem transiret, i. e. anno 54 p. Chr. n. Cave ad eundem hominem rettuleris titulum Iconiensem Journal of Hell. stud. XXII 1902 p. 119 n. 44: [Κ]αῖσαρ Σεβαστὸς [Αὐτοκρ|ά]τωρ ἐποίησεν τ[ὸ προ|σ]κήνιον τῇ πόλ(ει) | [Πο]υπίου πρεσβε[υτοῦ]. Nam legatus senatorii ordinis est, procurator equestris, et appellatio principis quae illic est, in Augustum quadrat, non in Claudium, ut monuit Mommsen. 5 Sagalassum oppidum Pisidiae sub imperio legati p. p. Galatiae fuisse testatur Strabo XII, 6, 5 p. 569 Cas.: τὴν μὲν οὖν Κρῆμναν ἄποικοι Ῥωμαίων ἔχουσιν, ἡ Σαγαλασσὸς δ' ἐστὶν ὑπὸ τῷ αὐτῷ ἡγεμόνι τῶν Ῥωμαίων, ὑφ' ᾧ καὶ ἡ Ἀμύντου βασιλεία πᾶσα. Quod

βριανασσο[ῦ. --[6]] | Νέρωνος Κλαυδίου Καίσαρος | [Σεβαστοῦ Γ]ερμ[ανικοῦ ----------]

---

hoc titulo confirmatur. Nec alia fuit condicio Selgensium reliquaeque Pisidiae. Cf. Marquardt Röm. Staatsverwaltung I p. 359, not. 2; nam eam Amyntae fuisse testatur Appianus Civ. V, 75. 6 Ramsay hic nihil amplius scriptum fuisse sibi persuasit, ideoque Νέρωνος genetivum a κώμης pendere statuit, ut vicum principis fuisse indicetur. Mihi multo probabilius videtur, nomen principis ad temporis significationem spectare, sive principatus annus numero ordinali indicatus fuit, qui mos sane non fere reperitur extra Aegyptum et Cyprum (n. 582[2]), sive, id quod magis placet, [ἐπὶ] Νέρωνος Κλαυδίου Καίσαρος [Σεβαστοῦ Γ]ερμ[ανικοῦ καὶ Λουκίου Ἀντιστίου Οὐέτερος ὑπάτων] (55 p. Chr. n.) quondam lapide integro legebatur.

---

539 Lapis insertus maceriae in via inter vicos *Bagtsché-bunar* et *Tschaily*, quae transit per mediam arcem Hadrianopolis antiquae. Ed. G. Mendel Bull. de corr. Hell. XXV 1901 p. 9 n. 144 (R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 61 n. 148).

Θεῷ | Νέρουᾳ | Καισαρέων | Προσει|(λ)ημμε|νειτῶν[1] | ἡ βουλὴ | καὶ ὁ δῆ|μος χάριν[2].

Litterae ΑΠΣ. 1 ΑΗΜΜΕ. Emendavit Mendel. Cf. Ptolemaeus Geogr. V, 4, 8 p. 855, 6 ὑπὸ δὲ τὰ εἰρημένα ἔθνη (Tolistobogios, Tectosagas, Trocmos) διήκουσι Προσειλημμενῖται μὲν συνημμένοι αὐτοῖς, ὑπὸ δὲ τούτους Ὀβιζηνοὶ καὶ μέρος τῆς Λυκαονίας, ἐν οἷς πόλεις αἵδε. Nomen idem est ac manifesto quidem significat incolas terrae, quae antiquae Galatiae postea adiecta est. At homines ipsi utrobique nequaquam eidem sunt. Nam Ptolemaei Proseilemmenitas inter Galatas et fines Lycaoniae sedes habuisse, ut a meridie veteris Galatiae fines attingerent, geographi descriptio docet. Quod contra Hadrianopolis priusquam Galatiae adiungeretur, Bithyniae erat, quae illis a septentrionibus et occidente finitima erat. Adde quod apud geographum nomen gentem regionemque significare videtur, cum tituli verbis ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος una civitas indicetur, cuius nomen proprium Καίσαρεια fuisse videtur, Προσειλημμένη vero epitheton, quo ab aliis cognominibus distinguebatur. Ab Hadriano deinde nomen Ἁδριανόπολις accepit. Sane quae a Dione Chrysostomo aliisque scriptoribus commemoratur Caesarea Bithyniae (v. Ruge ap. Pauly-Wissowa III, 1 p. 1288 n. 4), eadem atque Hadrianopolis fuisse non potest; nam utut ceteroqui de illius Caesareae loco dissentitur, utique non longe a Prusa, i. e. in ea Bithyniae parte sita erat, quae maxime ad occidentem vergit. Cum ethnico Προσειλημμενίτης a participio perfecti derivato iam editor Ptolemaei aptissime contulit Κατακεκαυμενίτης. Cf. etiam n. 445[4]. 2 Hoc nudum χάριν 'gratiae referendae

causa' insolitum quidem est, sed non inauditum. Cf. Papers of the American school III p. 10 n. 151: [Ἡ]ρακλείδης ἀπελεύ|θερος ἀνέστησεν Μάμ|μειν Κοζαπέου χάριν. Sane editor illic (μνήμης) addit, sed priorum versuum ambitu comparato apparet spatium non sufficere neque omnino quicquam intercidisse, et hic verborum ordo χάριν μνήμης non minus singularis est quam illud χάριν sine genetivo usurpatum. Cf. etiam n. 585, 8 cum not. 4.

---

540 Tabula marmorea, quae olim partem basis effecisse videtur. Versus primi et postremi consulto deleti, reliqua perbene conservata. In litteris multifariam exstant vestigia coloris rubri. Pessinunte (*Sivrihissar*) in coemeterio Armeniorum. Ed. A. Koerte Mitth. des arch. Inst. in Athen XXII (1897) p. 38 n. 23 (R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 116 n. 230).

---------- | ---------ιρου υἱ[[όν Κ]υρείνα Ἡρᾶν[1], δέκατον μετὰ | [τ]ὸν ἀρχιερέα[2], πέμπτον δὲ Γα||λατῶν[3] διὰ βίου ἱερέα Μητρὸς | θεῶν μεγάλης ἐν Πεσ|σιννοῦντι[4] καὶ (Μ)ειδαείῳ[5],

---

Litterae ΑΕΗΞΠΣΩ. Extremae hastae apicibus ornatae. Multis locis vocabula virgulis distinentur, id quod singillatim indicare supervacaneum videtur. Tota litteratura titulum saeculo p. Chr. n. primo ad finem vergenti vindicare videtur editori. 1 Sine dubio idem qui n. 541, 2 pater sacerdotis recensetur. 2 Hic titulus et n. 541 docuerunt, Galatas ad sacerdotium Magnae Matris Pessinuntiae ita admissos esse, ut quinque prima loca in collegio Phrygibus reservarentur, quinque postrema Galatis relinquerentur, ita ut hic eundem hominem omnium post antistitem sacrorum decimum, Galatarum vero quintum, n. 541 eius filium illorum nonum, horum quartum esse videamus. K. 3 Filius quidem (n. 541, 2) etiamtum nomine originem Gallicam prodit, sed pater iam Graeco nomine utitur, quae res sine dubio illa aetate inter Gallograecos neutiquam rara fuit. 4 Duplex ν sine dubio recte ad meram lapicidae neglegentiam refert K. De Magnae Matris sacris Pessinuntiis cf. Polyb. XXI, 37, 5. Liv. XXIX, 10, 5. 11, 7. XXXVIII, 18, 9. Strabo X, 3, 12 p. 469. XII, 5, 3 p. 567: Πεσσινοῦς δ' ἐστὶν ἐμπόριον τῶν ταύτῃ μέγιστον, ἱερὸν ἔχον τῆς Μητρὸς τῶν θεῶν σεβασμοῦ μεγάλου τυγχάνον· καλοῦσι δ' αὐτὴν Ἄγδιστιν. οἱ δ' ἱερεῖς τὸ παλαιὸν μὲν (cf. n. 315, 10. 27. 39) δυνάσται τινὲς ἦσαν, ἱερωσύνην καρπούμενοι μεγάλην, νυνὶ δὲ τούτων μὲν αἱ τιμαὶ πολὺ μεμείωνται, τὸ δὲ ἐμπόριον συμμένει. Ad hanc honorum imminutionem id quoque pertinere videtur quod pro uno sacerdote eodemque principe iam collegium decemvirorum, cui sane praeest unus antistes, hoc munere fungi videmus. Praeterea v. Appian. Hann. 56. Pausan. I, 4, 5. Herodian. I, 11, 1 sqq. Ammian Marc. XXII, 9, 5. 5 ΣΕΙΔΑΕΙΩ lapis, quem manifestum errorem emendavit Koerte, qui aduotat scripturam Μιδάειον occurrere apud Strabonem XII, 8, 12 p. 576, Cassium Dionem XLIX, 18, 4, Stephanum Byzantium s. v. In inscriptionibus nondum

τῶν | τε Σεβαστῶν ἑξάκις ἀρχιερέ|α τοῦ κοινοῦ Σεβαστηνῶν Γα||λατῶν καὶ ἀγωνοθέτην[6], σεβασ|τοφάντην τοῦ ναοῦ τοῦ ἐν Πεσ|σινοῦντι[7] ἱερασάμενον πρῶτο[ν,] | γυμνασιαρχήσαντα καὶ ἐπιδ[ό]|σεις δόντα, ἔπαρχον σπείρης || Ἰτουραίων[8], δὶς χειλίαρχον λεγ[ε]|ώνων δύο, δωδεκάτης Κεραυν[ο]|φόρου[9] καὶ τρίτης Κυρηναϊκῆς[10], ὑ[πὸ] | τῶν Σεβαστῶν τετειμηνέν[ον] | δόρατι καθαρῷ καὶ στεφάνῳ τε[ι]||χικῷ[11], Ἀτταβοκαοὶ[12] οἱ τῶν τῆς | θεοῦ μυ-

comparuisse praeter C. I. Lat. III, 7000 col. II, 31, ubi Mommsenus manifesto recte *Midaitanorum* supplevisset. Sed quod idem propterea, quia Galatarum sacerdotes Midaii fuerint, oppidum tum temporis provinciae Galatiae fuisse conicit, id quidem mihi non persuasit. Etenim primaria quidem horum sacrorum sedes Pessinus erat, oppidum sine controversia Galaticum; cum vero haec sacra nulla ex parte cum administratione provinciae Romanae coniuncta fuerint, non video cur non idem quod illic constitutum erat collegium etiam extra Galatiae fines eandem deam venerari potuerit. Certe Midaium Phrygiae esse scriptores testantur, et conventum Synnadensem, in quo illud oppidum situm erat, praeter Ciceronis aetatem, qua aliquantisper Ciliciae adiunctus erat (n. 495[1]), Asiae provinciae partem fuisse constat. Ceterum sacra Matris Deorum Midaii fuisse etiam ex nonnullis eius civitatis nummis apparere observat Koerte. 6 Apparet omnium Galatarum, non alicuius ex tribus gentibus, sacerdotem communem eundemque ludorum praesidem indicari, quem non magis distinguendum esse consentaneum est a galatarcha quam summos sacerdotes provinciales Asiae ab asiarchis aut Lyciae a lyciarchis (cf. n. 498[3]. 556[2]). 7 Provinciali sacerdotio adiungitur municipale Pessinuntiorum flamonium. K. 8 Satis multae fuerunt in exercitu Romano cohortes Ituraeorum, de quibus singillatim exponit C. Cichorius ap. Pauly-Wissowa Realencyklopaedie IV 1 p. 305 sqq. Quae potissimum hic intellegatur, in medio relinquendum est. 9 Cf. n. 489[6]. 10 Cf. n. 205[1]. Cum perraro tribuni ab altera legione in alteram transeant admodum arridet Koertii coniectura, id factum esse quo tempore hae duae legiones eodem loco agerent, id quod de bello Iudaico anni 70 p. Chr. testaretur Tacitus hist. V, 1: *tres eum* (Titum) *in Iudaea legiones, quinta et decuma et quinta decuma, vetus Vespasiani miles, excepere; addidit e Suria duodecumam et adductos Alexandria duoetvicensimanos tertianosque; comitabantur viginti sociae cohortes.* Cum igitur bello finito legio duodecima, quae neutiquam laudabiliter se gesserat, in remotum Asiae angulum Melitenen quasi relegaretur (Ioseph. Bell. VII, 18: μεμνημένος δὲ τοῦ δωδεκάτου τάγματος, ὅτι Κεστίου στρατηγοῦντος ἐνέδωκαν τοῖς Ἰουδαίοις, τῆς μὲν Συρίας αὐτὸ παντάπασιν ἐξήλασεν (ἦν γὰρ τὸ παλαιὸν ἐν Ῥαφανέαις), εἰς δὲ τὴν Μελιτηνὴν καλουμένην ἀπέστειλε· παρὰ τὸν Εὐφράτην ἐν μεθορίοις τῆς Ἀρμενίας ἐστὶ καὶ Καππαδοκίας), Heram, quippe qui laudem et praemia haud exigua invenisset, Alexandriam ad legionem tertiam translatum esse. 11 Cf. n. 560, 11 sqq. 12 Nominis prior pars a Koertio summa cum probabilitate refertur ad nomen Ἄττης. Nam huius sacra a Matris deorum cultu Pessi-

στηρίων μύστ[αι ἐτεί]|μησαν τὸν [ἑαυτῶν φίλον καὶ εὐεργέτην][13].

---

nuntio non afuisse cum per se consentaneum est, tum ea re confirmatur, quod Pausanias eo loco quem attuli not. 4 Attin Pessinunte sepultum testatur. 13 Supplevi ex n. 541, 9. 10. Ante illum titulum inventum Koerte [μυστάρχην] supplere conatus erat.

---

541 Tabula marmorea, in oppido *Sivrihissar* in coemeterio Armeniorum. Ed. A. Koerte Mitth. des arch. Inst. in Athen XXV 1900 p. 437 n. 63 (Revue arch. Troisième série XXXIX 1901 p. 463 n. 160. R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 115 n. 225).

Τιβέριον Κλαύδιον Ἄττειν[1] ἱερέα | Ἡρᾶ[2] υἱὸν Κυρείνα Δηϊόταρον[3], ἔνα|τον μετὰ τὸν ἀρχιερέα[4], τέταρ|τον δὲ Γαλατῶν[5], καὶ δὶς ἀρχιε||ρέα τῶν Σεβαστῶν τοῦ κοι|νοῦ τῶν Γαλατῶν[6] καὶ σεβασ|τοφάντην[7] Ἀτταβοκαοὶ[8] οἱ | τῶν τῆς θεοῦ μυστηρίων | συνμύσται, τὸν ἑαυτῶν φί||λον καὶ εὐεργέτην, ἀρετῆς ἕ|νεκεν καὶ εὐνοίας τῆς εἰς ἑ|αυτούς, ἐπιμεληθέντος Μάρ|κου Μαγίου Νεικηφόρου.

Litteras accurate incisas testatur Koerte. ε et η formas E et H habere refert idem. 1 Nomen Ἄττις, quod antiquorum illorum sacerdotum principum fuerat (n. 315, 10. 27. 39), post institutum decemvirorum collegium unicuique ex his (et sine dubio antistiti quoque) ita impositum est, ut vocabula Ἄττις ἱερεύς mediis interponerentur praenomini nominique gentili Romano et proprio nomini Graeco. K. 2 Cf. n. 540[1]. 3 Ex hoc nomine Koertius collegit familiam, cuius Heras et Deiotarus fuissent, originem suam ab illo nobilissimo rege Deiotaro repetivisse. Quae sententia eo probabilior est, quia etiam aliis testimoniis constat eius progeniem vel ultra huius tituli aetatem in Gallograecia mansisse. Cf. n. 543, 2. 3. 544, 2. 3. Mordtmann Marm. Ancyran. p. 17 n. 5, 20 Γαΐου Δηϊοτάρου Σαβινιανοῦ. Etiam nomen Δηϊοτηριανός (n. 495[8]) eandem originem significare videtur. 4 Cf. n. 540[2]. 5 Cf. n. 540[3]. 6 Cf. n. 540[6]. 7 Cf. n. 540[7]. 8 Cf. n. 540[12].

---

542 Marmor grande, Ancyrae in cella domus iuxta castellum sitae, ipsi castelli muro immissum. Ex ectypo chartaceo, quod miserat S. J. Walenta, ed. P. Wolters Mitth. des arch. Inst. in Athen XXI (1896) p. 468 n. 2 (R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 106 n. 194).

Τι(βέριον) Κλ(αύδιον) Προκιλλια|νὸν[1] γαλατάρχην[2], | Τι(βερίου) Κλ(αυδίου) Βόκχου[3] γαλα|τάρχου υἱόν, χειλι||αρχήσαντος ζ′[4], ἀρχι|ερέως β′, σεβαστοφάν|του, ἀγωνοθέτου, | πάσας ἀρχὰς κ(αὶ) λειτου[ρ]||γίας καὶ ἐπιδόσεις ἐκ[τ]ελέ||σαντος τῇ πατρίδι, ὥστε τοὺς | ἀπ᾽ αἰῶνος ὑπερβαλέσθαι, | νέαν ἐλπίδα τῆς πατρίδος, ἐτεί|μησ[ε] φυλὴ α′ Μαρουραγηνή[5], | τὸν ἑαυτῆς εὐεργέτην.

Litterae ΑΖΗΘΠCΩ. Perfrequentes litterarum ligaturae. Vs. 8 particula καὶ per compendium Ƙ indicata. 1 Hadriani principatu in titulo Pergameno inter ὑμνῳδοὺς θεοῦ Σεβαστοῦ καὶ θεᾶς Ῥώμης recensetur Τι(βέριος) Κλαύδιος Προκιλλιανός Alterth. von Pergamon VIII, 2 p. 261 n. 374 A, 28. Quem Haussoullier eundem esse qui hic habeatur existimat. At ille quidem manifesto Pergamenus est, hic vero Ancyranus. Sane Fränkelius p. 263 etiam peregrinis aditum ad collegium hymnodorum patuisse sumit certis condicionibus; sed quibus haec opinio nititur verbis n. 374 C, 12. 13 δώσουσιν δὲ οἱ καθιστάμενοι ἐξωτικοὶ ὑμνῳδοὶ εἰς εἰκόνας τῶν Σεβαστῶν ✱ ν′, ea longe alio spectant. Etenim non peregrini a Pergamenis voce ἐξωτικοί distinguuntur, sed ei quibus nullum est ius hereditarium a filiis priorum hymnodorum. Cf. Syll.[2] 737, 55 ubi distinguuntur ἰοβάκχου ἀδελφός et ἱερὸς παῖς ἐξωτικός. 740, 47, ubi cum de filiorum et agnatorum successione dictum sit pergitur [ἂν] δέ τις ἔξωθεν δοκιμα[σθ]ῇ ὑπὸ τῆς γερουσίας. Sed ut largiar, quod non concedo, non omnes hymnodos necessario Pergamenos fuisse, tamen utique provinciae Asiae esse debebant, quippe ad cuius sacra provincialia totum eorum ministerium spectaret. At Ancyra Galatiae fuit. Quare fieri non potest, quin hunc Procillianum ab illo distinguamus. 2 Redit haec appellatio n. 547, 15. 549, 3. Eiusmodi honores in plerisque provinciis orientalibus fuerunt (n. 498[3]. 578[8]) videnturque ubique eiusdem generis fuisse, ita ut qui eos gereret et concilio provinciali praesideret et summus per provinciam sacrorum imperatoris antistes esset. Cf. 540[6]. 3 Editores conferunt C. I. G. 4027, 3 (Τ)ι(βερίου) Βόκχου et Arch.-epigr. Mitth. aus Oesterreich IX 1885 p. 119 n. 81, 10, ubi Ti. Claudius Bocchus recensetur inter nonaginta duos homines qui monumentum Ancyrae posuerunt Antonino Pio, ut quidem videtur, principe. 4 Eundem hominem septiens tribunatu functum esse Cagnat merito insolitum dicit; immo tres fuisse militias equestres, sed aliquoties quaternas vel adeo quinas repperiri. 5 In tribubus Ancyranorum significandis numerus ordinalis ante nomen proprium aut post illud (n. 544, 34. 35. 547, 13), nonnumquam adeo sine eo (n. 549, 9) poni solet. Tribus primae nomen praeterea in duobus titulis inventum est, ap. Mordtmann Marmor. Ancyr. p. 9 n. 20, 6. 7 (Bull. de corr. Hell. VII 1883 p. 19 n. 6) φ[υλὴ] | πρώτη Μ[αρουρ]αγηνή et C. I. G. III, 4025 a, 13. 14 φυλὴ Μαρουραγηνὴ ἐτείμησεν. Solo numero eadem significatur infra n. 549, 9. De reliquarum tribuum nominibus cf. Mordtmann p. 24 sqq.

543 Ancyrae in castelli muro exteriore. Ed. Hamilton Researches in Asia minor II n. 123 (J. Franz C. I. G. 4033). A. von Domaszewski Arch.-epigr. Mitth. aus Oesterreich IX (1885) p. 118 n. 75 (R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 100 n. 174).

Γ(άϊον) Ἰ[ού(λιον)][1] Σεουῆρον[2], | βασιλέων καὶ | τετραρχῶν | ἀπόγονον[3], ‖ μετὰ πάσας τὰς ἐν | τῶι ἔθνει φιλοτιμίας[4] | καταταγέντα εἰς τοὺ[ς] | δημάρχους[5] ὑπὸ θεο[ῦ] | Ἁδριανοῦ, πρεσβεύσα[ν]‖τα ἐν Ἀσίαι ἐξ ἐπιστολῆς κ[αὶ] | κωδικίλλων θεοῦ Ἁδρια[νοῦ][6], | ἡγεμόνα λεγεῶνος δ′ Σκ[υ]|θικῆς[7], διοικήσαντα[8] τὰ

Litterae ΘΞΠΣ. Perfrequentes litterarum vicinarum ligaturae. 1 TI Hamilton, Π Domazewski. Sed ex n. 544, 1. 545, 7. 8 apparet, nomen gentile *Iulius* fuisse. Praenomen *Gaius* ex titulo C. I. G. 4029, 1 cognoscitur. Nam quin ille Γ(άϊος) Ἰούλιος Γ(αΐου) υἱὸς Φαβίᾳ Σεουῆρος (cos. 155 p. Chr.) huius filius sit, non est dubium. Itaque ΓΙ in lapide fuisse statuendum est, praesertim cum nomen gentile Ἰούλιος una littera ἰῶτα indicari in universum quidem non usitatum sit, sed idem in aliis titulis Ancyranis inveniatur. Cf. C. I. G. 4018, 1 φυλὴ δ′ Ἰ(ούλιον) Ἑρμῆν. Nam errare Franzium, qui φυλὴ δι′ Ἑρμῆν legeret, Mordtmann Marm. Ancyr. p. 23 demonstravit monens non plus quam duodecim tribus Ancyrae fuisse (cf. n. 547[12]). Item Ἰ(ούλιος) Ἑρμῆς est Annali dell' inst. arch. 1861 p. 185 n. 28, 28. Etiam extra Ancyram huius compendiosae scripturae exempla hic illic inveniri observat Mordtmann allatis C. I. G. 1950, 2. 3545, 3. 4189*b*, 1. 5708, 2. 2 Cf. Prosopographia imp. Rom. II p. 215 n. 375. Distinguendum hunc esse ab illo Severo proconsule Asiae, quem commemoret Aristides or. XXVI, 12 (II p. 428, 19 Keil). § 71 (p. 443, 10 K.), post titulum n. 544 repertum iam constat. Nam is hunc Iulium Severum origine Ancyranum esse demonstrat, cum Aristides de suo Severo verbis τῶν ἀπὸ τῆς ἄνωθεν Φρυγίας utatur. 3 Cf. n. 544[2–5]. 4 Hae singillatim enumerantur n. 544, 14 sqq. De hoc vocis φιλοτιμία usu cf. Syll.[2] 416[5], de consuetudine in titulis honorariis hominum nobilium provincialium praedicandi, eos omnes in patria sua honores gessisse, n. 531[14]. 5 Rectius δημαρχικούς, ut scriptum est in titulo item Ancyrano Severi C. I. G. 4034, qui ceteroqui cum hoc ad verbum concinit, nisi quod alii dedicationis auctores subscribuntur Τάνταλος Ταντάλου καὶ Σῶκος υἱὸ[ς] αὐτοῦ Σαουατρεῖς. Similia de allectione inter tribunicios habes Bull. de corr. Hell. XVI p. 438 n. 77 (Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 157 n. 392), 5. 6 ταχθέντι ἐν δημαρχικοῖς. 6 Legatus proconsulis provinciae Asiae intellegendus est; nam eiusmodi legati eligebantur quidem a proconsulibus, sed imperatoris auctoritate creabantur. Cf. Th. Mommsen Röm. Staatsrecht II p. 254 not. 3, qui praeter hunc Severi titulum affert C. I. Lat. V, 4348, 7. 8, ubi eiusmodi legatus *ex s. c. et ex auctorit(ate) Ti. Caesaris* commemoratur, et testimonium Cassii Dionis LIII, 14, 7: τοὺς δὲ δὴ παρέδρους αὐτὸς ἑαυτῷ ἕκαστος (proconsul) αἱρεῖται, ἕνα μὲν οἱ ἐστρατηγηκότες ἐκ τῶν ὁμοίων σφίσιν ἢ καὶ τῶν ὑποδεεστέρων, τρεῖς δὲ οἱ ὑπατευκότες καὶ ἐκ τῶν ὁμοτίμων, οὓς ἂν καὶ

ἐν | Συρίαι πράγματα ἡνίκα Πουβλί||κιος Μάρκελλος[9] διὰ τὴν κίνη|σιν τὴν Ἰουδαϊκὴν μεταβεβήκε[ι] | ἀπὸ Συρίας[10], ἀνθύπατον Ἀχα|ΐας, πρὸς ε' ῥάβδους πεμφθέν|τα εἰς Βειθυνίαν διορθωτὴν καὶ λογιστὴν[11] ὑπὸ θεοῦ Ἁδρι[α]||νοῦ, ἔπαρχον αἰραρίου τοῦ | Κρόνου[12], ὕπατον[13], ποντίφικ[α,] | ἐπιμελητὴν ἔργων δημ[ο]||σίων τῶν ἐν Ῥώμηι[14], ἡγεμό||να[15] πρεσβευτὴν Αὐτοκράτο|ρος Καίσα-

---

ὁ αὐτοκράτωρ δοκιμάσῃ. 7 Legio quarta Scythica Tiberii principatu in Moesia tendebat, anno 54 p. Chr. n. in Syriam translata est, ubi medio saeculo secundo post Chr. natum itemque Cassii Dionis (LV, 23, 3 τέταρτον Σκυθικὸν ἐν Συρίᾳ) aetate etiamtum fuit. Cf. I. Marquardt Röm. Staatsverwaltung II p. 447 not. 7. 8 Hoc in lapide esse testatur Domaszewski, cum Hamilton ΚΑΙΟΙΚΗΣΑΝΤΑ legerit. 9 Pleno nomine C. Publicius Marcellus. Cf. Prosopographia imp. Rom. III p. 107 n. 779. Praeter ea quae hic titulus et geminus C. I. G. 4034 de eo docuerunt, scimus eum consulem suffectum fuisse mense Maio anni 120 p. Chr. n. cum T. Rutilio Propinquo (Acta fratrum arvalium p. CLIX, 29 Henzen). Cf. etiam Digest. I, 5, 18: *idem* (i. e. Ulpianus) *libro vicensimo septimo ad Sabinum. Imperator Hadrianus Publicio Marcello rescripsit* etc. 10 Iampriden homines docti perspexerunt, Publicium Marcellum sub seditionis Iudaicae tempora (132—135 p. Chr. n.) legatum Augusti provinciae Syriae fuisse, iusto post consulatum (not. 9) tempore, sed cum belli causa in Iudaeam cum exercitu transiret, Severum pro legato in Syria remansisse vicibusque illius in provincia administranda functum esse. 11 De curatoribus rei publicae (λογισταῖς) ab imperatore datis cf. n. 492[2]. 509[7]. Hi cum plerumque singuli in singulas urbes mitterentur, fasces non habebant. At hic Severus simul legatus imperatoris ad corrigendum statum totius provinciae (διορθωτής, ἐπανορθωτής) et omnium civitatium curator est, ideoque eundem lictorum numerum habet, ac legati pro pr. praesides provinciarum imperatoriarum, qui familiari sermone *quinquefascales* appellantur. Cf. Mommsen Röm. Staatsrecht I[3] p. 386, et quos ille affert locos Cassii Dionis LIII, 13, 8: ῥαβδούχοις δὲ δὴ πέντε πάντες ὁμοίως οἱ ἀντιστράτηγοι χρῶνται, καὶ ὅσοι γε οὐκ ἐκ τῶν ὑπατευκότων εἰσί, καὶ ὀνομάζονται ἐπ' αὐτοῦ τοῦ ἀριθμοῦ τούτου. LVII, 17, 7 ταῖς τε ἐν τῇ Ἀσίᾳ πόλεσι ταῖς ὑπὸ τοῦ σεισμοῦ κακωθείσαις (n. 471[2]) ἀνὴρ ἐστρατηγηκὼς σὺν πέντε ῥαβδούχοις προσετάχθη. 12 Praefecti aerarii inde ab Augusti principatu a senatu ex praetoriorum numero creabantur. Cf. Tac. Ann. XIII, 29. Cassius Dio LIII, 2, 1. Sueton. Aug. 36. Th. Mommsen Röm. Staatsrecht II[3] p. 557. Quod cum Claudius mutasset anno 44 p. Chr., Nero a. 56 illum magistratum praefectorum aerarii praetoriorum restituit, ita tamen ut non amplius a senatu eligerentur, sed ab ipso principe nominarentur. Inde ab ea aetate, quia etiam aerarium militare praefectis praetoriis commissum erat, illi accuratius *praefecti aerari Saturni* appellantur, ut hic. Mommsen II[3] p. 1012. 13 Suffectus fere anno 140 p. Chr. Cf. Prosopogr. l. l. 14 De curatoribus operum publicorum cf. Mommsen Röm. Staatsrecht II[3] p. 1051 sqq. 15 De huius vocis vi atque usu cf. quae adnotavi n. 561[4]. Plerumque quidem praeses pro-

ρος Τίτου Αἰλίου | Ἁδριανοῦ Ἀντωνείνου Σε|βαστοῦ Εὐσεβοῦς Γερμανί|ας τῆς κάτω, Μ(ᾶρκος) Ἰούλιος || Εὐσχήμων τὸν ἑαυτοῦ | εὐεργέτην.

vinciae imperatoriae aut definite πρεσβευτὴς Σεβαστοῦ καὶ ἀντιστράτηγος aut appellatione latius patente ἡγεμών vocatur. Hic utrumque coniungitur, fortasse ut haec legatio distinguatur ab ea quae supra v. 9 sqq. commemorata erat.

---

544 Lapis inaedificatus Ancyrae in moenibus castelli, inventus cum aedificium mensae argentariae Ottomanicae amplificaretur, sed nunc rursus structura recenti opertus. Ex apographo totius tituli et ectypis chartaceis sinistrae partis, quae omnia Pons vice consulis Francogallici fungens J. G. C. Andersono miserat, ab hoc sibi concessis ed. Th. Mommsen Sitzungsber. der Ak. der Wissensch. zu Berlin 1991 I, 24 sqq. (inde Revue archéologique Troisième série XXXIX 1901 p. 149 n. 92). Th. Homolle Comptes rendus de l'acad. des inscriptions et belles lettres 1900 p. 704 sqq. (R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 98 n. 173). Cf. quae de titulo commentatus est Th. Reinach Revue celtique XXII 1901 p. 1 sqq.

[Γ(άϊον) Ἰού]λ(ιον) Σεουῆρον[1], | [ἀπόγο]νον βασιλέως | [Δ]ηϊοτάρου[2] καὶ Ἀμύντου | τοῦ Βριγάτου[3] καὶ Ἀμύντου || τοῦ Δυ[τ]ι(λά)ου[4] τετραρχῶν | καὶ βασιλέως Ἀσίας Ἀττάλου[5], | ἀνεψιὸν[6]

Litterae ΘΞΠΣ. Satis frequentes litterarum ligaturae. 1 Cf. n. 543[2]. 2 Eum intellegi, qui cum bello civili a Pompei partibus stetisset, deinde a Caesare clementer habitus et in regno conservatus sit, rectissime statuit Reinach. Fuerunt sane etiam ex posteris eius complures, qui et nomine eodem et regia dignitate uterentur; sed quis credet horum aliquem in eximia maiorum nobilitate praedicanda commemorari, illum vero totius stirpis longe clarissimum silentio premi? Quod si recte observatum est, etiam illud apparet, non per aliquem ex his natu minoribus Deiotaris Severum ab illo descendisse, sed per filiam; quod quoniam neutra ex duabus filiabus quarum memoria aetatem tulisset hic in censum veniret, acutissime Reinachius coniecit, a tertia filia ceteroqui ignota Deiotari Severum generis originem repetivisse. 3 Neque pater neque filius aliunde notus, sed nomen vere Celticum, siquidem *briga* frequens est in nominum Gallicorum formatione neque minus usitata terminatio *-atus* (*Ambigatus* Liv. V, 34, 2). 4 Nomen perquam dubium. ΔΥΠΑΛΟΥ apographum Ponsii, ΔΥΡΙΑΛΟΥ in ectypo dispicere sibi visus est Mommsenus, qui tamen plane certum nihil esse pronuntiat nisi duas hastas directas. Admodum acute Reinachius priorem nominis partem

ὑπατικῶν Ἰουλίου | τε Κοδράτου[7] καὶ βασιλέως | Ἀλεξάνδρου[8]

---

confert cum Δύτευτος apud Strabonem XII, 3, 35 p. 558, alteram vero ΛΑΟΥ potius quam ΑΛΟΥ fuisse conicit comparato nomine *Domnilaus* apud Caesarem B. C. III, 4, 5. Quod vero fortasse ipsum nomen Δυ(μν)ιλάου restituendum esse dicit, id mihi minus probatur, quia sic pro illis duabus hastis, quas certum est in lapide esse, quinque incisas aut certe incidendas fuisse sumendum esset. 5 Cum Mommsenus negasset definiri posse quis potissimum ex tribus Attalis regibus designaretur, Reinachius confidenter Attalum II Philadelphum (159—138 a. Chr. n.) agnovit. Nam primi quidem regis non tantas fuisse opes, ut recte Asiae regnum ei tribui posset, tertium vero omnino prolem habuisse nullam. At quominus statueremus Attalo II ex Stratonice regina, quam post Eumenis fratris obitum in matrimonium duxisset (n. 303[2]) filiam natam esse, cuius rursus filia aviae nomen gerens Deiotaro nupsisset (Plutarch. mulierum virt. p. 258 C D: παρέσχε δ' ἡ Γαλατία καὶ Στρατονίκην τὴν Δηϊοτάρου καὶ Χιομάραν τὴν Ὀρτιάγοντος, ἀξίας μνήμης γυναῖκας), nihil obstare. Contra quem monuerim, Stratonicen cum Eumenes decederet non multo minus quam quinquaginta annos natam fuisse, qua aetate mulieres etiamtum parere non inauditum quidem, sed certe perrarum est. Ceteroqui sane perquam accommodata ad persuadendum est Reinachii sententia, sed neutiquam negare licet, etiam aliter rem se habere posse. Nam quod ille de Attalo I cogitare vetat propter verba βασιλέως Ἀσίας, manifesto nimium tribuit magnificis tituli honorarii verbis. Ab illo vero stirpem Severi derivari potuisse varia ratione in propatulo est. Nam, ut hoc utar, Philetaerum et Athenaeum natu minimos ex Attali I et Apollonidis filiis (n. 295[9]. 296[10]) masculi quidem sexus prolem non reliquisse constat. At neutrum ex his uxorem duxisse probari nequit, ita ut facile fieri possit ut filia alterius utrius hic in censum veniat. Porro neutiquam incredibile est, non liberos ex legitimo matrimonio procreatos respici, sed spurios. Denique ne illud quidem ulla ex parte improbabile est, non veram, sed vanitate posterorum fictam originem hic tangi, qua de re provocasse sufficiet ad exemplum Mithridatis Pergameni, quem necessarii adulterinum Mithridatis Eupatoris regis filium esse simulabant (Strabo XIII, 4, 3 p. 625). Quare recte rem in medio reliquisse videtur Mommsenus. 6 Minus accurate hic de consanguineis in universum usurpari nomen statuit Mommsen, cui recte obloquitur Reinach, quia ab his definite distinguantur συγγενεῖς v. 11. Propria igitur vi usurpatur, sed tenendum est Graecos non distinguere fratres patrueles et consobrinos, sed utrosque aeque ἀνεψιούς appellare. Si nominibus gentiliciis aliquid tribuendum est, Iulium Quadratum et Iulium Aquilam fratres patrueles Severi, Claudium Severum consobrinum existimaverim. 7 C. Antius Aulus Iulius A. f. Quadratus cos. 93. 105 p. Chr., de quo cf. n. 486[1]. 8 Cf. n. 428, 3 sqq. Qui illic comemoratur βασιλεὺς Ἀλέξανδρος, aut idem est qui hic, aut illius nepos. Cum illius filius, huius pater Γάϊος Ἰούλιος Ἀγρίππας appelletur, etiam Alexandrum Iuliae gentis fuisse consentaneum est neque est cur eum distinguamus a C. Iulio Alexandro Bereniciano proconsule Asiae fere 135 p. Chr. n. (Bull. de corr. Hell. I 1877 p. 292 n. 80, 8).

καὶ Ἰουλίου Ἀ‖κύλου[9] καὶ Κλ(αυδίου) Σεουήρου[10] καὶ | συγγενῆ συγκλητικῶν | πλείστων, ἀδελφὸν Ἰου|λίου Ἀμυντιανοῦ, πρῶτον | Ἑλλήνων[11], ἀρχιερασάμενο[ν[12]] ‖ καὶ ὑπερβαλόντα ἐπιδόσεσιν | καὶ ταῖς λοιπαῖς φιλοτιμίαις το[ὺς] | πώποτε πεφιλοτ[ιμ]ημένους καὶ | τῶι αὐτῶι ἔτει καὶ ἐλαιοθετήσαν|τα διηνεκῶς ἐν τῆι τῶν ὄχλων παρό‖δωι[13] καὶ σεβαστοφαντήσαντα κ(αὶ) μόνο[ν] | καὶ

At etsi Alexander quoque Iuliae gentis fuit, tamen is frater patruelis Severi fuisse non potest, quia hic quidem origine Ancyranus fuit, ille vero ex gente Herodis regis oriundus; quare hunc quidem consobrinum esse sumendum est. 9 Etsi genetivum Ἀκύλα potius esse exspectaveris, tamen non recte Reinachium Ἀκυλ(ί)ου emendare demonstravi n. 545[3]. Homo ceteroqui ignotus. 10 Ne hunc quidem aliunde notum esse iudicat Mommsenus. Sed nescio an agnoscendus sit Cn. Claudius Severus Arabianus cos. 146 p. Chr. n. (Prosopogr. imp. Rom. I p. 399 n. 813), quem E. Klebs summa cum veri similitudine eundem esse statuit ac Marci Aurelii praeceptorem Claudium Severum (Prosopogr. I p. 398 n. 808), patrem Cn. Claudii Severi cos. 162 aut 163 et 173 a. Chr., quem habes infra n. 546, 2sqq. Ceterum ex particula τε v. 8 init. iniuria collegit Mommsen, ὑπατικῶν ad proximum modo nominum par, Ἰουλίου Κοδράτου et βασιλέως Ἀλεξάνδρου, spectare, ita ut Iulius Aquila et Claudius Severus magnae quidem nobilitalis homines fuisse, neque vero ad consulatum pervenisse existimandi essent. Immo plane ex aequo coniunctionibus τε — καὶ — καὶ — καὶ — quattuor nomina inter se colligantur. 11 Cf. n. 528[7]. 12 Summus provinciae Galatiae sacerdos, non diversus ut quidem videtur a galatarcha. 13 Mommsenus confert titulos Ancyranum C. I. G. 4025, 9sqq. μόνον τῶν πρὸ αὐτοῦ δι' ὅλης ἐλαιοθετήσαντα τῆς ἡμέρας et Argivum C. I. G. 1122, 13sqq. τό τε ἔλαιον θέντ[α] ἐν παντὶ γυμνασίῳ καὶ βαλανείῳ ἀδεῶς ἀπὸ πρωΐας ἄχρις ἡλίου δύσεως παντὶ ἐλευθέρῳ καὶ δούλῳ ἐκ τῶν ἰδίων. Vocem πάροδος de pompa intellegendam esse recte negat idem. Sed quod id potius enuntiari statuit, unicuique cum intraret gymnasium oleum datum esse, ne ipsum quidem plane accommodatum videtur verbis; immo maxime ex articulo τῇ παρόδῳ non rationem dividendi olei, sed aliam rem, per cuius occasionem illud dividatur, innui colligo. Nec dubium erit quaenam ea fuerit, si contuleris titulum apud Mordtmann Marm. Ancyr. p. 6 n. 5, 8sqq. [δι'] ὅλ[ο]υ ἔτους ἐ[πὶ] μεγίστου Αὐτοκράτορος Καίσαρος Τραϊανοῦ Ἁδριανοῦ Σεβαστοῦ [παρ]όδῳ καὶ τῶν αὐτοῦ στρατευμάτων. Nam ὄχλους appellari milites a Polybio et recentioribus notum est. Cf. Polyb. I, 15, 4: διὸ καὶ συνθεωρήσαντας τοὺς ἡγουμένους αὐτῶν ἀποδεδειλιακότας τοὺς ὄχλους βουλεύσασθαι μὴ κρίνειν διὰ μάχης τὰ πράγματα. 32, 8: οἱ στρατηγοὶ συνιδόντες τοὺς ὄχλους ἀνατεθαρρηκότας παραδόξως ταῖς ψυχαῖς. Etiam tempore tituli suppares sunt, nam hic quidem ad proficiscentem in bellum Parthicum Traiani auspiciis exercitum (a. 115 p. Chr. cf. not. 17) spectat, Mordtmannianus ad eundem inde redeuntem sub ipsa Hadriani initia (a. 117 p. Chr. n.). Per simillimam occasionem oleum praebitum esse videmus Palmyrae ap. Lebas Inscr. III, 2585, 5 ἐπιδημίᾳ θεοῦ Ἁδριανοῦ ἄλ(ε)ιμμα παρασχόντος ξένοις τε καὶ πολίταις,

πρῶ[το]ν τὰ[14] ἀπ' αἰῶνος σεβαστοφα[ν]||τικὰ χρήματα εἰς ἔργον τῆι πόλει | χαρισάμενον καὶ μὴ συνχρησάμε|νον εἰς τὸ ἔλαιον τούτῳ τῶι πόρ[ωι[15], ὡς || οἱ] πρὸ αὐτοῦ πάντ[ες,] καὶ ἄρξαντα | [καὶ ἀ]γωνοθετήσαντ[α] καὶ ἀγορανο||[μήσ]αντα καὶ τὴν γυναῖκα[16] καταστή|σαντα ἀρχιέρειαν καὶ αὐτὴν ὑπερβ[α]||λοῦσαν ἐπιδόσεσιν, ἀποδεξάμεν[όν] || τε στρατεύματα τὰ παραχειμάσα[ν]||τα ἐν τῇ πόλει καὶ προπέμψαντα [τὰ] | παροδεύοντα ἐπὶ τὸν πρὸς Πά[ρ]||θους πόλεμον[17], ζῶντά τε δικα[ί]||ως καὶ ἰσοτείμως[18], φυλὴ Παρακα.||λίνη ἑβ(δόμη)[19] τὸν ἴδιον εὐεργέτην, φυ|λαρχοῦντος Οὐάρου Λογίου, ἐ|τίμησεν.

ἐν πᾶσιν ὑπηρετήσαντα τῇ τ[ε τῶν] στρατευμάτων ὑποδοχῇ κτλ., quod testimonium affert Mordtmann. 14 Manifesto errore hoc pro τῶν incisum est. Neque enim Severus eas pecunias, quae post hominum memoriam redierunt, civitati largitus est, sed quae per ipsius magistratum numeratae erant, et id quidem fecit primus omnium qui post hominum memoriam flamines Augustorum fuerunt. 15 Flamini Augusti (σεβαστοφάντῃ) numerabantur pecuniae, ut Mommsenus quidem coniecit ex aerario civitatis, quibus sumptum olei dividendi toleraret, id quod omnes ante Severum fecerant. Is vero hanc impensam totam de sua re familiari fecit, illas vero pecunias ad opera publica populo largitus est. 16 Cf. n. 545. 17 Traiani bellum Parthicum (115—117 p. Chr. n.) M. Verbum παραχειμάσαντα ad hiemem 114/115 referendum esse apparet, quoniam imperatorem sub finem anni 114 ab urbe profectum vere anni 115 p. Chr. n., cum iam aliquantisper pugnatum esset, ad exercitum pervenisse constat; cf. Mommsen Hist. Rom. V p. 398 sq. Cum προπέμψαντα cf. Lebas-Wadd. Inscr. III, 1177: παραπέμψαντα τοὺς κυρίους αὐτοκράτορας καὶ τὰ ἱερὰ αὐτῶν στρατεύματα. 18 Eadem vox redit in titulis Ancyranis C. I. G. 4031, 9. 4032, 5. Manifesto significat merita hominis virtutesque non minores esse honoribus quibus afficiatur. 19 Supplevit Mommsen, sine dubio recte, etsi alibi tribuum Ancyranarum numeri praemitti solent nominibus, non subiungi, neque primis vocabuli litteris indicari, sed usitatis notis numeralibus. Cf. n. 547, 13. 549, 9.

---

545 Ancyrae in muro turris rotundae. Edd. Montfaucon Palaeogr. Gr. p. 160 ex schedis Tourneforti aeri incisum. Tournefort Itin. III ep. 21 p. 320 (Muratori T. I p. CLXIII, 1. J. Franz C. I. G. 4030. R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 105 n. 190). Cf. quae disputavit Th. Reinach Revue celtique XXII 1901 p. 7 sq.

Litterae ΘΠΣ; ῥῶ plerumque quidem volgarem formam habet, sed v. 2 priore loco R est. Vs. 3 N et B, vs. 8 Π et P, vs. 9 N et E ligatae.

Κ(λαυδίαν) Ἀκυλ(λ)ίαν[1] | ἀρχιέρειαν[2], | ἀπόγονον βα|σιλέων[3], θυγα||τέρα τῆς μητρο|πόλεως[4], γυναῖ|κα Ἰουλίου Σε|ουήρου[5] τοῦ πρώ|του τῶν Ἑλλή||νων[6], ὑπερ(β)α|[λοῦσαν ἐπιδόσεσι[7] ---------]

---

1 ΚΑΡΑΚΥΛΛΙΑΝ Tourneforti apographum. Quod nomen cum manifesto Graecum non sit, sed ne Celticum quidem esse videatur, iam pridem addubitatum, sed ingeniosa I. Mordtmanni (Marm. Ancyra p. 19 not.) emendatione demum sanatum est. Nomen Ἀκυλλία etiam in alio lapide Ancyrano (ap. Perrot, Exploration de la Galatie et la Bithynie n. 133, 1) agnovit Mordtmann p. 12. Compendiosa scriptura ΚΛΑ facile in ΚΑΡ abire potuit, alterum vero nomen lenissimo errore (Α pro Λ) obscuratum est. Mulierem nobilissimam neque civitate Romana caruisse neque, si eam habebat, nomen gentile in titulo honorario ipsius omissum esse credibile est. Cf. etiam not. 3. 2 Cf. n. 544, 27 καὶ τὴν γυναῖκα καταστήσαντα ἀρχιέρειαν, καὶ αὐτὴν ὑπερβ[α]λοῦσαν ἐπιδόσεσιν. 3 Haec regiae stirpis mentio collatis n. 543, 2sqq. et 544, 2—6 suspicionem movet, Claudiam Aquilliam ex eadem nobilissima familia ortam fuisse ac maritum eius Severum. Accuratius definiri parentelae ratio vix poterit. Si sequimur Mordtmanni (not. 1) correcturam in restituendo nomine gentili Κλα(υδίαν), non improbabile est, ut Reinachius observat, eam Claudio Severo, qui mariti frater patruelis aut consobrinus fuit (n. 544, 10) patre usam esse. Sed ipsi Reinachio magis placuit alia opinio, initio [Ἰουλ](ί)α(ν) restituendum eamque eius qui n. 544, 9. 10 commemoraretur filiam fuisse. Illum enim a Mommseno quidem Iulium Aquilam vocari, at quia sic genetivus Ἀκύλα, non Ἀκύλου esse deberet, praestare Ἀκυλ(ί)ου emendare atque ita commodissime Iuliam Aquilliam Iulii Aquil(l)ii filiam haberi. Quae ut sunt ingeniose excogitata, ita scrupulum movet emendatio in verbis tituli 544, cuius fide dignissimum tenemus exemplum. Accedit quod cognomen, non nomen gentile illo loco desideramus; in mulieribus, quippe quae plerumque cognominibus caruerint, longe aliter res se habet. Denique volgarem genetivi formam, quae Reinachio offensioni fuit, in eodem nomine habent tituli item Ancyrani Bull. de corr. Hell. VII 1883 p. 20 n. 7 (Arch.-epigr. Mitth. aus Oesterreich IX 1885 p. 123 n. 83), 3. 4 Σεμπρωνία Ῥωμανά, θυγάτηρ Σεμπρωνίου Ἀκύλου. p. 127 n. 91, 3. 4 [Φ]ιλόξενο[ς] Ἀκύλου. Mordtmann Marmor. Ancyran. p. 16 n. 5, 16: φυλαρχούντων Κ(λαυδίου) Ἀκύλου κτλ. 4 Cf. n. 470[6]. Papers of the American school at Athens III p. 416 n. 612, 7. 8 θυγατέρα πόλεως. 5 Cf. n. 543. 544. 6 Cf. n. 544, 13. 14. 7 Supplevi et emendavi ex n. 544, 28. 29. Lapis ex Tourneforti apographo habet ΥΓΕΡΡΑ, quod non attigerunt editores.

---

546 Pompeiopoli (*Tasch-Köprü*). Edd. Eugène Boré, Corr. et mém. d'un voyageur en Orient I p. 415 n. 2 (J. Franz C. I. G. 4154). Accuratius G. Doublet Bull. de corr. Hell. XIII 1889 p. 305 n. 13 (R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 57 n. 135).

Ἀγαθῆι τύχηι. | Γν(αῖον) Κλαύδιον | Σεβῆρον[1], [δ]ὶς[2] | ὕπατον, πον||τίφικα⟨ι⟩[3], γαμβρὸν[4] | Αὐτοκράτορος | Καίσαρος Μ(άρκου) Αὐρη|λίου Ἀντωνείνου Σεβ(αστοῦ)[5], | [τὸν][6] πάτρ(ω)να[7] καὶ κτί||στην, ἡ μητρόπολις | τῆς Παφλαγονίας | Πομπηϊόπολις[8] διὰ | Π(οπλίου) Δομιτίου Αὐγορείνου | Κλωδίου Καλβείνου || πρώτου ἄρχοντος[9], τῷ ροη' ἔτει[10].

Litterae ΘΠCωΩ. Perfrequentes litterarum ligaturae. Vs. 16 et ante ΤΩ et post hanc voculam foliolo, post notam numeralem puncto distinguitur. 1 Cn. Claudius Severus, filius Cn. Claudii Severi Arabiani cos. 146 p. Chr. n., ipse consul I suffectus 162 aut 163 p. Chr., cos. II a. 173 p. Chr. n. ordinarius cum Ti. Claudio Pompeiano II (C. I. Lat. IX, 4970, 14). Cf. E. Klebs Prosopogr. imp. Rom. I p. 398 n. 811. 2 ΔΙΣ Boré, sed Doublet in lapide ΚΑΙΣ esse asseverat. Id recte se habere non posse iudicat Klebs, quod utique M. Aurelium genero cognomen quod est *Caesar* imposuisse incredibile sit. Sane id ipse Doubletus sensit, sed quod conicit fortasse alterum Severi cognomen hic fuisse, id ne ipsum quidem ullam veri speciem habet, siquidem neque quicquam hic deest, neque cognomen quod inter omnia Severi nomina postremum locum tenebat per compendium exaratum fuisse potest. Quod quoniam Severum bis consulem fuisse constat (not. 1), quadratarium δίς aut incidisse aut certe incidere debuisse certum existimo. 3 ΤΙΦΙΚΑΙ lapis. Quod Doubletus emendat πον|τίφι[κα] καί, id etsi facilem erroris explicationem habet, tamen mihi non probatur, nam cum consulis et pontificis honores ἀσυνδέτως componantur, quomodo res diversissimae, sacerdotium et affinitas cum imperatore, particula copulativa coniungi potuerunt? 4 M. Aurelius Severo filiam Fadillam nomine uxorem dedit. Cf. Cassius Dio LXXIX, 5, 4 τῷ δὲ δὴ Βάσσῳ (sc. αἰτίαμα ἦν) ὅτι γυναῖκα καὶ εὐπρεπῆ καὶ εὐγενῆ εἶχεν· τοῦ τε γὰρ Σεουήρου (τοῦ) Κλαυδίου καὶ τοῦ Ἀντωνίνου τοῦ Μάρκου ἀπόγονος ἦν. Ex hoc matrimonio natus est Ti. Claudius Severus Proculus cos. 200 p. Chr. n. Cf. E. Klebs Prosopogr. imp. Rom. I p. 399 n. 814. 5 M. Aurelius (161—180 p. Chr. n.). 6 Σεβ[α|στὸν] Doublet. Sed cum articulo careri vix possit, hunc initio v. 9 reponere et Augusti nomen per compendium scriptum statuere malui. 7 ΠΑΤΡοΝΑ. 8 Pompeiopolis etiam in nummis metropolis Paphlagoniae appellatur. Cf. Eckhel D. N. III p. 389. Mionnet II p. 399 n. 67. Suppl. IV p. 569 n. 108. Qui nummi eiusdem fere cum hoc titulo aetatis sunt, siquidem alter M. Aurelii imperatoris, alter Faustinae Augustae nomen inscriptum habet. I. Marquardt Röm. Staatsverwaltung I² p. 359 not. 13. Aut igitur duas inde a Marci aetate metropoles habuit Paphlagonia (cf. n. 532⁵), aut in Gangrorum locum successit Pompeiopolis. 9 Cf. n. 492⁸. 10 Plerumque homines docti (v. Kubitschek ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie I, 1 p. 645 et quos ille affert) Pompeiopolitanos ab a. 7 a. Chr. n. annos suos numerasse statuunt. Sed sic hic titulus anno 171 p. Chr. vindicandus esset, cum tamen alterius consulatus (not. 2) mentio eum anno 173 p. Chr. non antiquiorem arguat.

547 Ancyrae in coemeterio Christianorum. Ex schedis Cossonianis ed. Gronovius Mem. Cosson. p. 141, IV (J. Franz C. I. G. 4017). Accuratius exscripsit A. D. Mordtmann, cuius exemplum edidit filius J. Mordtmann, Marmora Ancyrana, Diss. inaug. Berol. 1874, p. 4 n. III.

Ἀγαθῆι τύχηι[1]. | Τ(ίτον) Φλ(άουιον) Γαϊανόν, ἱππέα Ῥωμαίω[ν[2]] | κ(αὶ) δὶς τὴν πρώτην ἀρχ[ὴν ἄρξαν]|τα[3] κ(αὶ) πολειτογραφή[σαντα[4] κ(αὶ) γ´[5]] ‖ πρεσβεύσαντα παρὰ [θεὸν Ἀντω]|νεῖνον[6] κ(αὶ) ἀγωνοθε[τήσαντα] | δὶς τοῦ τε κοινοῦ τῶν Γαλατ[ῶν] | κ(αὶ) δὶς τῶν ἱερῶν ἀγώνων τῶν με|γάλων Ἀσκληπιείων ἰσοπυθί‖ων[7] κ(αὶ) ἀρχιερέα τοῦ κοινοῦ τῶν Γα|λατῶν[8], γαλατάρχην[9], σεβαστοφάντην, | κτίστην[10] τῆς μητροπόλεως[11] Ἀγκύρας, | φυλὴ η´[12] Κλ(αυδία)

Litterarum formas ЄΘƷ(ξ)ΠCѠ habet exemplum Cossonianum. Mordtmannus titulum minusculis modo litteris exhibet. 1 Ex basibus monumentorum, quae sine dubio omnes duodecim tribus Ancyranorum Gaiano erexerunt, quattuor aetatem tulerunt, praeter hanc C. I. G. 4016, Gruter p. CCCCX, 3 (quam Franzius, ut Mordtmannus perspexit, perperam pro alio huius tituli C. I. G. 4017 apographo habuit) et Mordtmann Marm. Ancyrana p. 5 n. IV. Sed dolendum est, nusquam praeter hunc titulum tribus nomen servatum esse. Quae v. 2—7 uncis inclusi, in antiquiore apographo sunt, sed a Mordtmanno patre non iam lecta sunt, angulo lapidis dextro superiore fracto. 2 Cf. n. 495[6]. 3 Cf. n. 492[8]. 4 Cf. n. 528[6]. 5 Apud Mordtmannum haec non sunt (not. 1), in exemplo Cossoniano T est; sed veram lectionem servavit exemplum apud Gruterum p. CCCCX, 3, unde Franzius eam hic reposuit. 6 M. Aurelius Antoninus qui volgo Caracalla appellatur (a. 211—217 p. Chr. n.). 7 Cum antiquiores usque ad Franzium in lectione exempli Cossoniani ΙϹΘΠΥΘΙΩΝ compendium scripturae agnoscere sibi visi Ἰσθ(μίων) Πυθίων supplevissent, Mordtmannus in omnibus lapidibus pro priore Θ litteram O exhibet, ita ut filius rectissime statuerit, ἰσοπυθίων legendum esse. Item in nummis Caracallae principatu Ancyrae cusis non ΙϹΘΠΥΘΙΑ esse, sed ΙϹΟΠΥΘΙΑ, ut ante Spanhemium recte lectum erat. Nonnulla alia huius epitheti exempla attulit p. 6, ad quae proximis decenniis permulta accesserunt, ex quibus unum attulisse sufficiet ex quo vis ac notio vocis clarissime appareat, Syll.[2] 205, 15 sqq. 206, 9: ὅπως ἂν ἀποδεξ[ώ]μεθα τὸν ἀγῶνα τὸμ μέν μουσικὸν ἰσ[οπύθιον, τὸν δὲ γυ]|μνικὸν ἰσονέμεον ταῖς τε ἡλικίαις καὶ ταῖς τιμαῖς. 8 Non diversum hoc officium ab eo quod statim subiungitur galatarchae, sed quia illud vocabulum proprie negotium sacra administrandi, hoc vero regimen concilii provincialis significat, tanquam duae res discretae enumerari possunt. 9 Cf. n. 542[2]. 10 Cf. n. 492[5]. 11 Cf. n. 548[7]. 12 ΙΙ Exemplum Cossonianum. ιγ´ emendavit Franz, sed duodecim modo fuerunt Ancyranorum tribus (αἱ δώδεκα φυλαί Mordtmann Marm. Ancyrana p. 16 n. 5, 15). Iam cum Mordtmannus pater numeri septenarii notam Η in lapide agnoverit, nihil dubii remanet.

Ἀθηναία[13] τὸν | ἐν πᾶσι πρῶτον κ(αὶ) αὐτῆς εὐεργέτην, φυλαρ||χοῦντος κ(αὶ) ἐπι[μελ]ουμένου Πουστουμίου[14] | [Ἰ]ουλίου Ἀντωνίνου Μαξίμου[15], | φυλαρχοῦντος κ(αὶ) ἐπιμελουμένου | Ἀντωνίου Ἀντωνείνου[16].

13 ΚΑΛΑΘΗΝΑΙΑ Cosson., cuius levis error Mordtmanni apographo sublatus est. 14 De lectione ΠΟΥϹΤΟΥΜΙΟΥ convenit inter Cossonum et Mordtmannum patrem. Sed Franzius cum hanc scripturam inauditam existimaret, Που(πλίου) (Πο)στουμίου emendare conatus est. At Mordtmannus filius etiam alias eiusmodi scripturas, a pronuntiatione volgari sine dubio profectas, ut Φουρτουνᾶτος, Κουρνοῦτος, κουρνουκλάριος, in titulis occurrere observavit, quibus addere licet Κουρβούλων (*Corbulo*) infra n. 629, 168, atque adeo acutissime ex alio titulo Ancyrano exemplum geminum attulit, cum C. I. G. 4027, 1. 2 in ΙΓΠΟΥΕΤΟ| . . ΙΟΝ nihil aliud ac (Τι)[βέριον] Που[σ]το[ύμ]ιον latere demonstraret. Quam recte iudicaverit, nunc aliis lapidibus, ubi hoc ipsum totidem litteris exaratum exstat, in lucem protractis cognoscitur. Cf. Mitth. des arch. Inst. in Athen XXIV 1899 p. 444 n. 40 (Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 17 n. 49) v. 2 Π(όπλιος) Πουστούμιος Φιλίσκος. v. 5. 6 Π(οπλίου) Πουστουμίου Σεουηρεανοῦ Ἀπολλοθέμι[δος]. C. I. Att. III, 1171, 29. 30 Λ(ούκιος) Πουστούμιος Πόπλιος Μαραθώνιος. 15 Hic versus in exemplo Cossoniano non est. Vix aliter intellegi potest atque ut *Postumius Iulius Antoninus Maximus* unius hominis nomina esse statuamus. Quem duo gentilia, cognomina item duo, sed nullum praenomen gerere tertio p. Chr. n. saeculo nihil habet offensionis. 16 Ex reliquis tribus titulis unus (Mordtmann p. 3 n. II) infra mutilus est, unus (Mordtmann p. 5 n. IV) unum phylarchum eundemque operis curatorem habet, tertius (Mordtmann p. 2 n. I) separatim unum phylarchum et duos curatores recenset. Nulla igitur in hac re cernitur constantia, sed cur non simpliciter plurali φυλαρχούντων καὶ ἐπιμελουμένων comprehendantur hi duo homines, latet.

---

548 Ancyrae in coemeterio Christianorum ad stylobatem. Edd. G. Cuperus ad Lactant. de mort. persec. p. 210. Montfaucon Palaeogr. Gr. p. 158 n. IV. (Ex his post alios J. Franz C. I. G. 4011. R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 102 n. 180).

Καλπούρνιον | Πρόκλον[1] ἐκ συν|κλητικῶν καὶ ὑπατι|κῶν[2], χει-

Litterae ΘΠΣ. Perfrequentes litterarum ligaturae. Particula καί v. 12 plene scripta, v. 3. 17 per compendium Ƙ. 1 Cf. E. Klebs Prosopographia imp. Rom. I p. 288 n. 251. Plenum nomen L. Calpurnius Proclus notum est ex titulo Bonnensi Korrespondenzblatt der westdeutschen Zeitschrift II 1883 p. 7. Temporis indiciis certioribus caremus, sed litteratura finem alterius aut initium tertii p. Chr. n. saeculi monstrare videtur. 2 Non unum ex numero senatorum et consularium, sed qui ab eius ordinis hominibus generis

λίαρχον ‖ ἐν Δακίᾳ λεγιῶνος | ιγ´ Γεμίνης[3], δήμαρ|χον, στρατη-γὸν Ῥώ|μ(η)ς[4], ἐπιμεληθέντα ὁ|δῶν[5], ἡγεμόνα λεγιῶ‖νος α´ Ἀθηνᾶς ἐν Γε[ρμ]α|νίᾳ[6], ἀνθύπατον Ἀχαΐ|ας, πρεσβευτὴν καὶ ἀντιστράτ|ηγον Βελγικῆς, ἡ μητρόπο|λις τῆς Γαλατίας Σε‖βαστὴ Τεκτοσάγων Ἄγ|κυρα[7], τὸν ἑαυτῆς σωτῆ|ρα καὶ εὐεργέτην.

originem repetat significari certissimum est, siquidem Proclus quo tempore titulus incisus est manifesto nondum consul fuerat. 3 Legio XIII Germanica anno 23 p. Chr. in Germania superiore tendebat (J. Marquardt Röm. Staatsverwaltung II p. 446 not. 6), sed medio saeculo p. Chr. n. altero (inter 120—170 p. Chr.) eam in Dacia stationem habuisse ex indice legionum qui lapidi incisus exstat (C. I. Lat. VI, 3492 *a b*. Borghesi Oeuvres IV p. 259 sqq. Marquardt Röm. Staatsverwaltung II p. 451 not. 2) apparet. Ibidem etiamtum Alexandri Severi principatu fuisse testatur Cassius Dio LV, 23, 5: τό τε τρίτον καὶ δέκατον (στρατόπεδον) τὸ ἐν Δακίᾳ τὸ δίδυμον. 4 ΜΝΣ. 5 De curatoribus viarum cf. Mommsen Röm. Staatsrecht II, 1[3] p. 668 sqq. 1077 sq., qui docet certe maiorum viarum curam principatus aetate non committi nisi senatorii ordinis hominibus ac plerumque quidem praetoriis, qualis hic est. 6 Legio I Minervia a Domitiano constituta in locum legionis bello Sarmatico deletae (Sueton. Domitian. 6. Tacitus Agricola 41. Eutrop. VII, 15), quae videtur V Alaudae fuisse (Marquardt Röm. Staatsverwaltung II p. 450 not. 2) successit. Cf. Cassius Dio LV, 24, 3 Δομιτιανὸς (συνέταξεν) τὸ πρῶτον τὸ Ἀθηναῖον τὸ ἐν Γερμανίᾳ τῇ κάτω. Ceterum in lapide est ΕΝΓΕΛΑ. 7 Caput Tectosagum fuisse Ancyram et scriptores produnt (Polyb. XXI, 39, 1: τῶν Ῥωμαίων — στρατοπεδευόντων περὶ τὴν Ἄγκυραν πόλιν — παραγίνονται πρέσβεις παρὰ τῶν Τεκτοσάγων. Liv. XXXVIII, 24, 1: *supererat bellum integrum cum Tectosagis . ad eos profectus consul tertiis castris Ancyram, nobilem in illis locis urbem, pervenit.* Strabo IV, 1, 13 p. 187: τριῶν γὰρ ὄντων ἐθνῶν ἓν ἐξ αὐτῶν τὸ περὶ Ἄγκυραν πόλιν Τεκτοσάγων λέγεται. XII, 5, 2 p. 567 Τεκτόσαγες δὲ (ἔχουσι) τὰ πρὸς τῇ μεγάλῃ Φρυγίᾳ τῇ κατὰ Πεσσινοῦντα καὶ Ὀρκαόρκους· τούτων δ' ἦν φρούριον Ἄγκυρα. Plin. Nat. hist. V, 146: *oppida Tectosagum Ancyra, Trogmorum Tavium, Tolistobogiorum Pisinuus.* Ptolemaeus Geogr. V, 4, 6 p. 852, 1: μεθ' οὓς ὡς πρὸς ἀνατολὰς Τεκτοσάγαι, ἐν οἷς πόλεις Ἄγκυρα μητρόπολις. Etiamtum principatus aetate Ancyra non modo ut hic cognomento Augusta Tectosagum gloriatur, sed aliquando omisso proprio oppidi nomine simpliciter civitas Tectosagum appellatur. Cf. C. I. G. 4010, 1: ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος Σεβαστηνῶν Τεκτοσάγων. Metropolis Galatarum vocatur cum in nummis, qui exstant inde a Tiberio Caesare usque ad Saloninam Augustam (B. Head Historia Numm. p. 629), tum in titulis. Cf. n. 545, 5. 547, 12. 549, 6. Inscr. Sic. et It. 1078 (Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. I p. 58 n. 138), 6 sqq. G. Hirschfeld ap. Pauly-Wissowa I, 2 p. 2221 n. 1.

549 Lapis inaedificatus Ancyrae in interiore muro castelli, admodum edito loco, ut titulus legi nequiverit nisi telescopi opi. Ed. W. M. Ramsay Bull. de corr. Hell. VII (1883) p. 16 n. 3 (R. Cagnat

Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 102 n. 179. A. von Domaszewski Arch.-epigr. Mitth. aus Oesterreich IX 1885 p. 123 not.).

Τὸν κράτ(ιστον) Καικίλ(ιον) Ἑρμιανόν, | τὸν πρῶτον τῆς ἐπαρχείου [1], βουλογραφ(ήσαντα) [2] τὸ β', | πολειτογραφ(ήσαντα) [3] τὸ ι', γαλατάρχην [4], | κ[τί]στην [5], [π]ᾶσαν [π]ολε[ιτ]είαν ἐνδόξως ‖ καὶ μεγαλοπρεπῶς πολειτ[ευ]σάμενον, | προστάτην [6] τῆς μητροπολ(εως) [7] β' νεωκόρ[ου [8]] | Ἀνκύρας, πατέρα καὶ πάππον συνκλ[ητ]ι[κῶν,] | δουκ[η]νά[ριο]ν ἐπὶ συμβουλίου τοῦ Σεβ(αστοῦ) [9], | φυλὴ α' [10] ‖ τὸν πάτρωνα.

Litterae ЄΞΠCꙌ, nonnullis locis ita evanidae, ut ex ΑΔЄΤ nihil restet nisi ΛCΙ, id quod singillatim indicandum non existimavi. 1 Cf. n. 528[2]. Femininum ἡ ἐπάρχειος (sc. χώρα) pro usitatiore ἐπαρχεία (*provincia*) etiam Inscr. Gr. Sic. et Ital. 911 (Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. I p. 132 n. 402), 2. 3 ἐπιτροπεύσαντι ἐπαρχείου Βριταννείας et Syll.[2] 421, 6. 7 ἐν πᾶσι τὴν ἐπάρχιον εὐεργετήσαντα legitur. 2 Censor (τιμητής) in Bithynia et aliquot vicinarum provinciarum civitatibus lectionem senatus habebat, quare tertio p. Chr. n. saeculo Ancyrae etiam βουλογράφος appellatus est. Cf. n. 528[6]. 3 De hoc magistratu cf. n. 528[6]. 4 Cf. n. 542[2]. 5 Cf. n. 492[5]. 6 Cf. n. 531[2]. 7 Cf. n. 548[7]. 8 In nummis Valeriani (243—250 p. Chr. n.) et Gallieni (243—258 p. Chr. n.) δὶς νεωκόρον appellari Ancyram monet Ramsay. Qua cum re convenit testimonium tituli honorarii Corneliae Saloninae Augustae, Gallieni uxoris, Journal of Hell. studies XIX 1899 p. 107 n. 95 ἡ μητρ(όπολις) τῆς Γαλατίας β' νεωκόρος Ἄγκυρα. Medio igitur saeculo p. Chr. tertio ne hic quidem Caecilii Hermiani titulus antiquior est. 9 Consiliarius Augusti ducenarius. Cf. E. Klebs Prosopographia imp. Rom. I p. 249 n. 35. 10 Cf. n. 542[5].

---

550 In vico Phrygiae *Eldesch*, in coemeterio. Ed. J. G. C. Anderson Journ. of Hell. stud. XVIII (1898) p. 123 n. 70 (Revue archéol. Troisième sér. XXXV 1899 p. 184 n. 79. R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 120 n. 240).

Κοσμίων κυρίου Καίσα‖[ρ]ος οὐέρνας [1], εἰρη|νάρχης [2], Διὶ Με|γίστῳ [εὐ]‖χήν.

Litterae ЄЄC (nisi quod v. 1 fin. ΣΑ est) Ꙍ. 1 Frequenter nomen Latinum *verna* in titulis Graecis sine mutatione conservatur. Cf. C. I. G. 3095 (Tei) Ἀλέξανδρε βέρνα χρ[η]στὲ χαῖρε. Mitth. des arch. Inst. in Athen XIII 1888 p. 242 n. 21 Κόσμος οὐέρνας ἱππεὺς καὶ Δόμνα ἡ σύμβιος. p. 242 n. 23, 1 Μᾶρκος οὐέρνας. p. 243 n. 24, 1 Σέλευκος οὐέρνας τοῦ Σεβαστοῦ κανκελλάριος. p. 243 n. 25 (Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 122 n. 251), 1 Ἀσκληπιάδης οὐέρ[ν]α τοῦ Σεβ(αστοῦ) Ἀσκληπιάδῃ πατρί. 2 Quaenam ratio intercederet inter irenarcham, cuius imperio subiuncti sint diogmitae (n. 511[3]),

et paraphylaces (485 9), quibus praesto sunt paraphylacitae, pro certo definiri posse negat Anderson; certe utrumque magistratum municipalem fuisse, qui pacem et tranquillitatem custodiret. Quod fortasse irenarcham quidem summum eius rei per totum oppidum agrumque praefectum, paraphylacas vero singulorum pagorum partiumque custodes illius imperio subditos fuisse conicit, id certe non in omnia oppida aeque cadere potest; nam ex n. 476, 8. 9 discimus, Dorylaii quidem collegium paraphylacum suum principem (ἀρχιπαραφύλακα) habuisse. Sed si quis aut eundem aut certe simillimum magistratum in aliis civitatibus ἀρχιπαραφύλακα, in aliis εἰρηνάρχην appellatum existimet, non absurde iudicare mihi videtur. Quod si probetur, vix fieri poterit quin etiam paraphylacitas et diogmitas eosdem iudicemus. Ceterum quod hic servum principis irenarchae officio fungi videmus, recte Anderson singulare existimat, sed non minus recte eo referre videtur, quod non civitatis, sed praedii imperatoris hic magistratus fuerit. De irenarchis cf. W. Liebenam Städteverwaltung im römischen Kaiserreiche p. 358.

---

4. Lycia et Pamphylia.

551 Romae 'in area palatii Capitolini' (Boiss.). Ex Manutii, Cittadini, Achillis Statii, Boissardi, Pighii, Sismondi exemplis manuscriptis post Gruterum Thes. 1009, 5 ediderunt J. Franz C. I. G. 5880. Th. Mommsen C. I. L. I, 589. W. Henzen C. I. L. VI, 372. G. Kaibel Inscr. Gr. Sic. et It. 986. (R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. I p. 31 n. 61).

[Λ]υκίων τὸ κοινόν, κομισάμενον τὴν πάτριον δημ[ο]|κρατίαν [1],

---

Litterae volgares praeter ΠΣ. Supra hunc titulum eadem sermone Latino exarata hunc in modum: [*Ab co*]*muni restitutei in maiorum leibert*[*atem* | *Lucei*] *Roma*(*m*) *Iovei Capitolino et poplo Romano v*[*irtutis*] | *benevolentiae beneficique causa erga Lucios ab comu*[*ni*]. 1 De titulis eiusdem monumenti reliquis, qui aetatem tulerunt, cf. n. 375 6. Ex quorum argumento Mommsenus acutissime collegit, illud exstructum esse a legatis civitatum regumque Asiae, qui post Mithridatem a Sulla devictum Romam ad senatum venissent. Cf. Appian. Civ. I, 102: ἔθνη τε γὰρ πάντα καὶ βασιλεῖς ὅσοι σύμμαχοι καὶ πόλεις οὐχ ὅσαι μόνον ὑποτελεῖς, ἀλλὰ καὶ ὅσαι ἑαυτὰς ἐνεκεχειρίκεσαν ἐπὶ συνθήκαις ἔνορκοι, καὶ ὅσαι διὰ συμμαχίαν ἤ τινα ἀρετὴν ἄλλην αὐτόνομοί τε καὶ φόρων ἦσαν ἀτελεῖς, τότε πᾶσαι συντελεῖν ἐκελεύοντο καὶ ὑπακούειν, χώρας τε ἔνιαι καὶ λιμένων κατὰ συνθήκας σφίσι δεδομένων ἀφῃροῦντο. Sed nonnullis civitatibus, atque inter eas Lyciis, libertatem tum redditam esse a Romanis refert idem Mithridat. 61: αὐτὴν δὲ τὴν Ἀσίαν καθιστάμενος Ἰλιέας μὲν καὶ Χίους καὶ Λυκίους καὶ Ῥοδίους καὶ Μαγνησίαν καί τινας ἄλλους (inter quos Laodicenses ad Lycum et Tabenos fuisse alii huius monumenti tituli docent) ἢ συμμαχίας ἀμειβόμενος (id quod in Lycios cadit) ἢ ὧν διὰ προθυμίαν ἐπεπόνθεσαν οὗ ἕνεκα (ut Ilienses, cf. App. Mithr. 53) ἐλευθέρους ἠφίει καὶ Ῥωμαίων ἀνέγραφε φίλους. Th. Reinach Mithridates Eupator p. 204 vers. Germ.

τὴν Ῥώμην Διὶ Καπετωλίωι καὶ τῶι δήμωι τῶ[ι] | Ῥωμαίων, ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ εὐνοίας καὶ εὐεργεσίας | τῆς εἰς τὸ κοινὸν τὸ Λυκίων.

---

552 In parietinis Xanthi Lyciae, in anta dextra portae oppidi. Ex apographo Fellowsii ed. L. Ross Kleinasien und Deutschland p. 67 (J. Franz C. I. G. III Add. p. 1123 n. 4269 b, 1. Lebas-Waddington Inscr. III, 1251). Multo accuratius exscripsit et commentario doctrinae et acuminis pleno illustravit O. Benndorf, Beitr. zur alten Gesch., Festschrift für O. Hirschfeld p. 75 A. R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 223 n. 607 B.

Αἴχμων[1] Ἀ[π]ολλοδότου[2] Σαρπηδόνιος[3], | ναυαρχήσας κατὰ πόλεμον ἐκ πάντων Λυκίων[4] | καὶ καταναυμαχήσας περὶ Χελιδο-

---

Litterae ΑΞΠΣ. 1 Nomen perrarum neque adhuc usquam nisi in Lycia inventum. Benndorf. Praeter hunc titulum occurrit C. I. G. 4199 *b*, 1 (Telmessi). Bull. de corr. Hell. XVIII 1894 p. 328 n. 15, 2 (Limyris). De flexione cf. n. 554[2]. 2 Hoc quoque nomen in illis potissimum Asiae regionibus usitatum fuisse observavit Benndorf, provocans ad titulum I. Gr. Sept. I, 1760, 24 Ἀπολλόδοτος Δημέου Λύκιος ἀπὸ Ξάνθου. 3 Idem demoticum (Ἀντιγένης Ἀπολλωνίου Σαρπηδόνιος) in titulo a se in Tloensium oppido exscripto inveniri testatur Benndorf p. 79 not. 8, qui idem monet omnino pagorum (δήμων) nomina in Lycia ab heroibus illius regionis derivari consuevisse, ut Xanthi Ἰοβάτειος (C. I. G. 4269 *d*, 1. 2. 5. Benndorf et Niemann Reisen im südw. Kleinasien I p. 93 n. 81, 4. 82, 1. p. 94 n. 85. Petersen et Luschan ibid. II p. 5 n. 13, 1. 2), Tlo Βελλεροφόντειος (C. I. G. 4235 *b*, 11. 36), in ignotis civitatibus Glauci et Telephi pagos (Steph. Byz. Γλαύκου δῆμος, ἐν Λυκίᾳ, ὡς Ἀλέξανδρός φησιν, ἀπὸ Γλαύκου τοῦ ἥρωος. ὁ δημότης Γλαυκοδήμιος. — Τηλέφιος δῆμος καὶ Τηλέφου κρήνη Λυκίας — τὸ ἐθνικὸν Τηλέφιος ἢ Τηλεφιεύς). Sarpedoniorum pagum Benndorfius conicit eam potissimum partem oppidi Xanthiorum fuisse, in quo intra moenia urbis illius herois delubrum situm esset. Cf. Appian. Civ. IV, 78 κἀνταῦθα τῶν μὲν συμπλεκομένων σφίσι κρατοῦντες (Romani qui in oppidum irruperant, sed portis clausis a reliquo exercitu interclusi erant), τοξευόμενοι δὲ χαλεπῶς καὶ οὐδὲν ἔχοντες αὐτοὶ τόξον ἢ ἀκόντιον, παρὰ τὸ Σαρπηδόνειον, ἵνα μὴ κυκλωθεῖεν, διέδραμον. 79 Ξανθίων δὲ σὺν μεγάλῃ πάνυ βοῇ τοῖς ἀμφὶ τὸ Σαρπηδόνειον οὖσι Ῥωμαίοις ἐπιθεόντων. 4 Quale bellum a communi Lyciorum gestum hic indicaretur, insigni doctrina et acumine expedivit Benndorf. Ac primum quidem quae de escensu in hostium terram post ipsum proelium navale ad Chelidonias insulas (not. 5) facto hic legerentur, ea indicio esse non contra nescio quem externum hostem bellatum esse, sed ipsius Lyciae orientalem partem, circa Corycum, Olympum, Phaselin oppida, sedem belli fuisse;

δονίας[5] τοὺς ὑπεναντίους[6] | καὶ ἀποβὰς εἰς τὴν χώραν αὐτῶν

---

id quod egregie confirmatur verbis tituli 553, 4 ἐπὶ τῶν τὰ ἐναντία πραξάντων τῷ ἔθνει, qua circumlocutione pro simplici τῶν πολεμίων scriptorem tituli usurum fuisse vix credibile est, cum de sociis infidis ac rebellibus haec apte et accurate dicantur. Quae cum ita sint, ad res initio primi a. Chr. saeculi gestas cum Benndorfio titulum referendum esse apparet. Quo tempore latrones Zeniceta duce cacumen montis Olympi prope ipsum maris litus arduo ascensu editi, unde omnes regiones propinquas circumspicere eisque insidiari liceret, occupaverunt atque illis orientalibus Lyciae oppidis, quae itinerum difficultate et a reliqua Lycia et a Pamphylia separarentur, potiti erant. Cf. Strabo XIV, 5, 7 p. 671: κατὰ δὲ τὰς ἀκρωρείας τοῦ Ταύρου τὸ Ζηνικέτου πειρατήριόν ἐστιν ὁ Ὄλυμπος, ὄρος τε καὶ φρούριον ὁμώνυμον, ἀφ' οὗ κατοπτεύεται πᾶσα Λυκία καὶ Παμφυλία καὶ Πισιδία καὶ Μιλυάς. Sallust. Hist. fr. I, 130 Maurenbrecher: *Lyciae Pisidiaeque agros despectantem.* Cicero in Verr. IV, 10, 21: *Phaselis illa, quam cepit P. Servilius, non fuerat urbs antea Cilicum atque praedonum: Lycii illam, Graeci homines, incolebant. Sed quod erat eiusmodi loco atque ita proiecta in altum, ut et exeuntes e Cilicia praedones saepe ad eam necessario devenirent et cum se ex hisce locis reciperent, eodem deferrentur, adsciverunt sibi illud oppidum piratae primo commercio, deinde etiam societate.* Anno 78 a. Chr. n. P. Servilius Vatia Isauricus Zenicetam, qui se adeo regem appellaverat (Ζηνικέτῃ βασιλεῖ Carapanos Dodone p. 107 tab. XXVI n. 8, 1) vicit, oppida Olympum et Phaselida cepit ac diruit, ipsum denique desperantem incendio arcis suae sibi mortem consciscere coëgit. Cf. Strabo l. l. ἁλόντος δὲ τοῦ ὄρους ὑπὸ τοῦ Ἰσαυρικοῦ ἐνέπρησεν ἑαυτὸν πανοίκιον. τούτου δ' ἦν καὶ ὁ Κώρυκος καὶ ἡ Φασηλὶς καὶ πολλὰ τῶν Παμφύλων χωρία· πάντα δ' εἷλεν ὁ Ἰσαυρικός. Cicero in Verr. I, 21, 56: *P. Servilius, vir clarissimus, maximis rebus gestis adest de te sententiam laturus: Olympum vi, copiis, consilio, virtute cepit, urbem antiquam et omnibus rebus auctam et ornatam. Recens exemplum fortissimi viri profero. Nam postea Servilius imperator populi Romani Olympum, urbem hostium, cepit, quam tu in isdem illis locis — oppida — diripienda ac vexanda curasti.* De lege agraria II, 19, 50: *iubet venire quae Attalensium, quae Phaselitum, quae Olympenorum fuerint, agrumque Agerensem et Oroandicum et Gedusanum. Haec P. Servilii imperio et victoria, clarissimi viri, vestra facta sunt.* Pseudoasconius in Verr. p. 173, 26 Orelli: *hic enim* (P. Servilius) *bellum in Cilicia gessit deque ea triumphavit capta Coryco, Olympo, Phaselide, tribus magnis eius terrae urbibus.* Sallustius hist. fr. I, 128. 129. 131. 132 Maurenbr. Florus I, 41, 4. Eutropius VI, 3. Orosius V, 23, 22. Drumann Gesch. Roms IV p. 396. Maurenbrecher Sallustii historiarum fragmenta I p. 67 sq. Apud scriptores nusquam de Lyciorum auxilio Romanis lato mentio fit, ut vice versa in his titulis nihil de Romanis legitur. At cum propter societatem paucis annis ante libertate Lyciis reddita redintegratam (n. 551) tum quia ipsorum vel maxime intererat socios rebelles subigere, non dubium est quin illi fortiter et strenue suis navibus suoque exercitu Romanos adiuverint. B. 5 Insulae sitae

καὶ καταφθείρας ‖ καὶ τρὶς παραταξάμενος | καὶ νικήσας πάσαις ταῖς μάχαις, | Σαρπηδόνι καὶ Γλαύκῳ [7] ἥρωσι χαριστήριον [8].

---

e regione promunturii Chelidonii, quod Pamphyliam a Lycia dividebat. Cf. Scylacis peripl. 100 (Geogr. Gr. min. I p. 74, 7 Müller) εἶτα Χελιδόνιαι, ἀκρωτήριον καὶ νῆσοι δύο. Strabo XI, 12, 2 p. 520 ἐξαίρεται δὲ πολὺ (Taurus mons) πρῶτον κατὰ τὰς Χελιδονίας· αὗται δ' εἰσὶ νῆσοι κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς Παμφύλων παραλίας. XIV, 2, 1 p. 651 λέγουσι γὰρ ἀρχὴν εἶναι τοῦ Ταύρου τὰ ὑπερκείμενα ὄρη τῶν Χελιδονίων καλουμένων νήσων, αἵπερ ἐν μεθορίῳ τῆς Παμφυλίας καὶ τῆς Λυκίας πρόκεινται. XIV, 3, 8 p. 666: εἶθ' Ἱερὰ ἄκρα καὶ αἱ Χελιδόνιαι, τρεῖς νῆσοι τραχεῖαι, πάρισοι τὸ μέγεθος, ὅσον πέντε σταδίοις ἀλλήλων διέχουσαι. τῆς δὲ γῆς ἀφεστᾶσιν ἑξαστάδιον. μία δ' αὐτῶν καὶ πρόσορμον ἔχει. Liv. XXXIII, 20, 2 *legatos ad regem* (Antiochum Magnum) *miserunt* (Romani) *ne Chelidonias — promunturium Ciliciae est, inclutum foedere antiquo Atheniensium cum regibus Persarum — superaret.* 41, 5. 6: *oram Asiae legens* (Antiochus rex) *pervenit in Lyciam, Patarisque cognito vivere Ptolemaeum, navigandi quidem in Aegyptum omissum consilium est. Cyprum nihilo minus tendens, cum Chelidoniarum promunturium superasset, paulisper seditione remigum est retentus in Pamphylia.* Etiam apud posterioris aetatis scriptores Graecos Latinosque frequens est earum memoria. A. Forbiger Handbuch der alten Geographie II p. 263. Proelium navale commemorat Florus I, 41 (III, 6), 4 *missusque in eos* (praedones) *P. Servilius quamvis leves et fugaces myoparonas gravi et Martia classe turbaret, non incruenta victoria superat,* sed locus eius et Lyciorum in ea victoria partes ex hoc demum titulo innotuerunt. 6 Cf. not. 4. 7 De sacris Sarpedonis cf. not. 3. 8 Monumenta ad quae hic titulus et n. 552 spectant, tropaea fuisse summae portae planiciei imposita existimat Benndorfius, de hac collocandi ratione provocans ad Pausaniam perieg. I, 15, 1: ἰοῦσι δὲ πρὸς τὴν στοὰν ἣν Ποικίλην ὀνομάζουσιν ἀπὸ τῶν γραφῶν ἔστιν Ἑρμῆς χαλκοῦς καλούμενος Ἀγοραῖος καὶ πύλη πλησίον· ἔπεστι δέ οἱ τρόπαιον Ἀθηναίων ἱππομαχίᾳ κρατησάντων Πλείσταρχον, ὃς τῆς ἵππου Κασσάνδρου καὶ τοῦ ξενικοῦ τὴν ἀρχὴν ἀδελφὸς ὢν ἐπετέτραπτο. Titulos vero non alto loco sub ipso tropaeo, sed longe inferiore incisos esse, ut de plano commode legi possent, quia usus permagnarum litterarum quae procul dispicerentur in aedificiis monumentisque antiquitus a Graecorum more plane alienus, etiam proximis a. Chr. n. saeculis etiamtum satis rarus, Romanorum demum aetate increbrescere coepisset, ut eo etiamtum abstinuisse Lycios Aechmonis temporibus non esset mirandum.

---

553 Xanthi Lyciae in sinistra anta portae oppidi. Litteras paene evanidas primus invenit Benndorf, isque ectypum chartaceum confecit, cuius imaginem accurate delineatam deinde cum ipso lapide contulit et emendavit R. Heberdey. Ed. O. Benndorf Beitr. zur alten Gesch., Festschrift für O. Hirschfeld, p. 76 B. R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 222 n. 607 A.

Αἴχμων Ἀπολλοδότου | Σαρπηδόνιος[1], αἱρεθεὶς ὑπὸ | Λυκίων ἐπὶ τοῦ συναχθέντος στρατοπέδου[2] | καὶ ἐπὶ τῶν τὰ ἐναντία πραξάντων τῷ ἔθνει[3] ‖ καὶ προσκαρτερήσας πάντα τὸν τῆ[ς] στρατείας | χρόνον φιλοπόνως καὶ φιλοκινδύνως, | καταγωνισάμενος τοὺς ὑπεναντίους, Ἄρη[4] χαριστήριον.

Litterae ΞΠΣ. 1 Cf. n. 552[1. 2. 3]. 2 Cf. n. 552[4]. 3 Cf. n. 352[4]. Praepositionem ἐπὶ cum genetivo brevissimo spatio bis plane diversa significatione usurpari, praesertim cum ἐπὶ τῶν — πραξάντων pro ἐπὶ τοὺς — πράξαντας per se gravem soloecismum haberet, recte negavit Benndorf. Sed quod idem hanc potius sententiam esse sibi persuasit, post domitas rebelles Lyciae orientalis civitates Aechmona a communi illis praefectum esse, nequeo cum eo facere. Nam sic naturalis ordo rerum gestarum plane everteretur, post haec demum illatis illis quae per belli tempora gesta erant, καὶ προσκαρτερήσας — φιλοκινδύνως, καταγωνισάμενος τοὺς ὑπεναντίους. Accedit quod tertia patet interpretationis via; nempe breviloquentia, satis dura sane, statuenda est, qua pro illo quod dici debebat ἐπὶ τοῦ πολέμου τοῦ πρὸς τοὺς — πράξαντας scriptum est ἐπὶ τῶν — πραξάντων. Admodum similem, quamvis paullo leniorem, brachylogiam habes apud Thucydidem I, 75, 2: ὑμῶν μὲν οὐκ ἐθελησάντων παραμεῖναι πρὸς τὰ ὑπόλοιπα τοῦ βαρβάρου. Nam hic quoque 'ad relliquias barbarorum' dicitur pro eo quod debuerat 'ad bellum contra relliquias barbarorum gerendum'. Nam cum παραμεῖναι verbum pugnandi vel belli gerendi non sit, profecto non licet ea vi accipere πρός, quam habet in locutionibus μάχεσθαι, πολεμεῖν πρός τινα, sed finalem notionem habere certum est, ut loco simillimo Thuc. III, 10, 2 παραμεινάντων δὲ ἐκείνων πρὸς τὰ ὑπόλοιπα τῶν ἔργων. 4 Tropaea more Graeco Iovi consecrari, neque ipsos Lycios in ea re a Graecorum consuetudine discrepare monet Benndorf allato tituli stelae nobilissimae Harpagidarum Xanthi in foro erectae (Jahreshefte des österr. arch. Inst. III p. 111, 11) versu Ζηνὶ δὲ πλεῖστα τρόπαια βροτῶν ἔστησεν ἁπάντων. Quid quod etiamtum principatus aetate Διὸς Τροπαιούχου sacra reperiuntur apud Attalenses (Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 310 n. 779, 7. 17). Etiam p. 334 n. 860, 1 sqq. Διὶ Κωρυκίῳ Ἐπινεικίῳ Τροπαιούχῳ est. At Romanos Marti eiusmodi monumenta statuisse, quorum omnium primum in Graeco solo illud esse, quod Sulla post victoriam Chaeronensem dedicasset (Plut. Sulla 19: διὸ καὶ τοῖς τροπαίοις ἐπέγραψεν Ἄρη καὶ Νίκην καὶ Ἀφροδίτην, ὡς οὐχ ἧττον εὐτυχίᾳ κατορθώσας ἢ δεινότητι καὶ δυνάμει τὸν πόλεμον). Quod quoniam paucis post annis eidem deo Aechmo victoriae monumentum obtulisset, manifesto Romanos, quibuscum una illud bellum gessisset, imitatum esse.

---

554 Lapis humi iacens iuxta portam oppidi Xanthi Lyciae. Ex Fellowsii apographo ed. L. Ross Kleinasien und Deutschland p. 68 (J. Franz C. I. G. III Add. p. 1123 n. 4269 b[2]. Lebas-Waddington Inscr. III, 1252. R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III

p. 226 n. 620). Ex R. Heberdeyi apographo et ectypo omnium accuratissime O. Benndorf Beitr. zur alten Gesch., Festschrift für O. Hirschfeld, p. 80.

Οἱ στρατευσάμενοι | κατὰ πόλεμον ἐν τῷ | ναυτικῶι[1] Αἴχμονι[2] | Ἀπολλοδότου ‖ Ξανθίωι[3] ναυάρχωι | Λυκίων ἡρῶιον[4].

Litterae volgares praeter ΘΞΣ. 1 Cf. n. 552[4]. 553[2]. 2 Cf. C. I. G. 4199 *b*, 1 Αἴχμονος τοῦ Λυ---- Propter duorum titulorum in vocali correpta consensum nolui cum editoribus plerisque Αἴχμ(ω)νι emendare, sed persuasum habeo Lycios similitudine permultorum nominum in -μων cadentium, quae legitimam brevem haberent, qualia sunt Αἴμων, Ἀνδραίμων, Ἀπήμων, Δαήμων, Εὐδαίμων, Εὐκτήμων, Εὐρήμων, Ἡγήμων, Μνήμων, Νοήμων, Παλαίμων, Πολυφράσμων, Φιλήμων, Χαιρήμων, adductos nomen sic flexisse. Plane geminam apud Aegyptios habes declinationem Φιλάμμων, Φιλάμμονος, de qua dixi n. 56[7]. 3 In monumentis quae ipse Aechmo in patria sua Xanthi erexit, ex more demotico utitur (n. 552, 1. 553, 2), hic vero milites, qui totius Lyciae sunt (n. 553, 2. 3) non minus recte et usitate ethnicum ponunt. Benndorf. 4 Defuncto igitur demum Aechmone hoc monumentum dedicatum est, qua cum re convenit scriptura aliquantum discrepans a n. 552. 553.

---

555 Oenoandis. Edd. E. Petersen et F. v. Luschan, Reisen in Lykien p. 180 n. 230 (R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 181 n. 482).

Μόλης Διογένους τοῦ Μόλη|τος[1], ὁ Ξάνθου ἐπιστατή|σας τοῦ

Litterae ΑΘΞΓΠΠΣΥ. 1 Cf. Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 190 n. 500 IV, 9. 10: Σιμωνίδης Διογένους τρὶς τοῦ Μόλητος Οἰνοανδεύς. Hunc hominem et nomina et ethnicum produnt eiusdem familiae esse atque eum quem hic habeamus. Ille Simonides vero in matrimonium duxisse dicitur Flaviam Lyciam, quam ibidem v. 1 sqq. ex Baebia Anassa, filia Baebii Italici, natam esse legimus. Baebium Italicum si eundem esse sumemus, qui Domitiani principatu summis republicae Romanae honoribus functus sit (n. 560[2]), eius ex filia nepotem paullo ante medium saeculum a. Chr. n. secundum adulta aetate fuisse probabile est. Vix licebit eum Moleta, qui hoc monumentum dedicavit, eundem habere cum eo qui illic Simonidis abavus recensetur. Immo duae fere aetates intercedere videntur, per quas item nomina Moles et Diogenes alternasse probabile est. Sin autem Baebiae Anassae patrem non ipsum illum provinciae Lyciae rectorem intellegimus, sed hominem provincialem nobilem qui ab illo civitatem Romanam impetraverit ideoque eius nomen gentile et cognomen assumpserit (cf. n. 560[2]), etiam maius fiet temporis intervallum inter hunc Moleta et illum. Alius

Καίσαρος ναοῦ[2] | [κ]αὶ τῶν ἐν τῶι περιβόλω[ι] ‖ πάντων σὺν τῷ πε[ριβ]όλ[ῳ,] | καὶ ἱερατεύσας Καίσαρος[3], [τ]|ῶι Καίσαρι καὶ δήμωι[4].

---

homo Oenoandensis Moles nomine est Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 169 n. 449, 13. 14, quem eos de quibus dixi propinquitate attingere certum non est, quandoquidem per omnem Lyciam nomen Μόλης perfrequens est; cf. C. I. G. 4319, 3, ubi pro Μολήτου procul dubio Μόλητος emendandum est. 4321 *e*, 1. 4321 *f*, 1. Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 171 n. 457, 3. 4. p. 182 n. 487, 15. p. 251 n. 704, 15. Bull. de corr. Hell. XVI 1892 p. 214 n. 2, 1. 3. p. 215 n. 11, 1. p. 218 n. 31 *bis*, 4. p. 222 n. 56, 2. p. 224 n. 73, 3. Legitima eademque multo frequentissima forma Μόλης, Μόλητος est; invenitur quidem etiam scriptura Μώλης et flexio Μολέους, Μολῆ, sed plerumque in titulis neglegentius scriptis. Idem nomen utique est, quia hae formae etiam in eisdem titulis eisdemque hominibus alternant. 2 Cum M. Brutus oppidum Xanthum a civibus acerrime defensum cepisset, illorum plerique se suosque interemerunt (Appian. Civ. IV, 80). Quo probabilius est, post victoriam Philippensem C. Caesarem superstites benigne habuisse et civitatem quocumque poterat modo adiuvisse ac refovisse, eiusque rei gratiam Xanthios delubro illius condito rettulisse. Sed iure editores mirati sunt sacerdotium eius fani homini Oenoandensi commissum esse, quippe quae civitas a Bruti partibus stetisset et contra Xanthios pugnasset; cf. Appian. Civ. IV, 78: Οἰνανδεῖς δὲ γείτονες, διὰ τὴν ἐς τοὺς Ξανθίους ἔχθραν τῷ Βρούτῳ συμμαχοῦντες, διὰ τῶν κρημνῶν ἐπετροβάτουν ἄνω. Quam difficultatem nescio an ita commodissime expediamus, fuisse Oenoandis etiam contrariam factionem; eam cum illi Bruto se applicavissent, exulasse, sed post Caesaris victoriam restitutam eique omnem reipublicae administrationem traditam esse. Huius principem fuisse Moleta. Structura Ξάνθου ἐπιστατήσας τοῦ Καίσαρος ναοῦ pro ἐπιστατήσας τοῦ Καίσαρος ναοῦ τοῦ ἐν Ξάνθῳ similibus exemplis defenditur; ita pro illo quod recte se habet et antiqua aetate unum usitatum fuit νικήσας Βαρβίλλεια τὰ ἐν Ἐφέσῳ, haud raro legitur νικήσας Ἔφεσον Βαρβίλλεια, Πέργαμον κοινὰ Ἀσίας et similia. Etiam illud οἱ Ἀμοργὸν Αἰγιάλην οἰκοῦντες (pro Αἰγιάλην τῆς Ἀμοργίας) aliquatenus simile est. 3 Post annum 42 p. Chr. haec scripta esse sponte patet (not. 2), ante 27 p. Chr. incisa certe maxime probabile est, quia C. Caesar natu minor nondum Σεβαστός appellatur. 4 Cum Καίσαρι καὶ τῷ δήμῳ scribendum esset, mera neglegentia particulam copulativam traiecisse videtur lapicida.

---

556 In oppido Lyciae Tlo. Ex schedis instituti archaeologici Vindobonensis ed. R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 209 n. 563.

------ον[1] διὰ προγόνων ὑπάρχοντα, | λυκιαρχήσαντα[2] τοῦ ἔθνους | τὰς τρ(ε)ῖς συναγωγὰς τοῦ κοι|νοῦ[3] καθαρῶς καὶ ἐνδόξως καὶ || ἐπὶ συμφέροντι τοῦ ἔθνους | καὶ πρεσβεύσαντα ἐπιτυχῶς | ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας καὶ | τῶν νόμων[4] καὶ ἱερατεύσαν|τα Ῥω-

---

1 Nomen hominis, cuius hoc fuit monumentum, intercidit, sed ex loco ubi inventum est conieceris eum civem Tloënsem fuisse. 2 Cf. Strabo XIV, 3, 3 p. 664: εἰσὶ δὲ τρεῖς καὶ εἴκοσι πόλεις αἱ τῆς ψήφου μετέχουσαι· συνέρχονται δὲ ἐξ ἑκάστης πόλεως εἰς κοινὸν συνέδριον, ἣν ἂν δοκιμάσωσι πόλιν ἑλόμενοι· τῶν δὲ πόλεων αἱ μέγισται μὲν τριῶν ψήφων ἐστὶν ἑκάστη κυρία, αἱ δὲ μέσαι δυεῖν, αἱ δ' ἄλλαι μιᾶς· ἀνὰ λόγον δὲ καὶ τὰς εἰσφορὰς εἰσφέρουσι καὶ τὰς ἄλλας λειτουργίας. ἓξ δὲ τὰς μεγίστας ἔφη ὁ Ἀρτεμίδωρος Ξάνθον, Πάταρα, Πίναρα, Ὄλυμπον, Μύρα, Τλῶν, κατὰ τὴν ὑπέρθεσιν τὴν εἰς Κιβύραν κειμένην. ἐν δὲ τῷ συνεδρίῳ πρῶτον μὲν λυκιάρχης αἱρεῖται, εἶτ' ἄλλαι ἀρχαὶ αἱ τοῦ συστήματος, δικαστήριά τε ἀποδείκνυται κοινῇ. Hinc patet, lyciarcham esse summum ex communibus Lyciae magistratibus, qui quotannis a concilio gentis electus ei praefuerit. Sed de ea re magna est inter homines doctos dissensio, utrum idem sit cum sacerdote Augusti provinciali an alius. At Th. Mommsen ex decretis honorificis Opramoae Rhodiapolitae (cf. Heberdey, Opramoas. Vindobonae 1897. R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 265 n. 739) demonstravit, unum idemque officium significari titulis λυκιάρχης et ἀρχιερεὺς Λυκίων τοῦ κοινοῦ. Etenim per omnes has litteras modo hac modo illa appellatione significatur honos, qui tamen ubique manifesto idem est. Semel adeo XIII, 35 legimus [ἀναλαβ]ὼ[ν] τὴν λυκιαρχίαν καὶ τὴν τῶν Σε[βασ]τῶν ἀρχιερωσύνην, cum tamen ex eis quae proxime sequuntur appareat, de uno officio dici, non de duobus. Cf. n. 498[3]. 3 Quotannis auctumno conveniebat concilium Lyciorum (cf. G. Fougères, de Lyciorum communi, Parisiis 1898, p. 58). Sed hic de tribus deinceps annuis conventibus cogitari nequit propter articulum τάς. Immo cum Cagnato statuendum est per illa tempora periculosa et turbida ter per eundem annum Lycios convenisse ut de summis rebus suis ac maxime quidem de libertate conservanda (not. 4) consultarent. 4 Legatum ad Romanorum imperatorem iisse non est quod fusius demonstretur. Sed de tempore difficillimum est iudicium. Cagnatus enim proximo ante a. 43 p. Chr. n. tempore haec incisa iudicat, quo anno Claudius Lyciis libertatem ademit. Cf. Cassius Dio LX, 17, 3: τούς τε Λυκίους στασιάσαντας, ὥστε καὶ Ῥωμαίους τινὰς ἀποκτεῖναι, ἐδουλώσατό τε καὶ ἐς τὸν τῆς Παμφυλίας νομὸν ἐσέγραψεν. At quicunque haec nulla opinione praeoccupatus legerit, is profecto tum nullum fuisse tempus persuasum habebit, quo legatos Lyciorum Romam de libertate felici eventu iisse (v. 6 πρεσβεύσαντα ἐπιτυχῶς ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας καὶ τῶν νόμων) in monumento honorario praedicaretur. Quare aut ad libertatem, quam tum Claudius sustulerat, postea Lyciis restitutam referenda sunt tituli verba, qua de re sane nihil quod sciam memoriae proditum est, aut longe antiquiora haec habenda sunt et intellegenda de eis, quae M. Antonius post victoriam Philippensem (42 a. Chr. n.) in Asia gessit. Tum enim Lyciis libertatem et immunitatem

μης Λυκίων τοῦ κοι‖νοῦ[5] κατὰ πενταετηρίδα φιλο|δόξως καὶ μεγαλομερῶς | καὶ ταμιεύσαντα τοῦ κοινοῦ | καθαρῶς καὶ ἐπιστατήσαν|τα μεταπέμπτων δικασ‖τηρίων[6] καὶ προστάντα τῆς δω|σιδικίας[7] ἴσως καὶ δικαίως | [κ]αὶ ἐν τῇ λοιπῇ τοῦ βίου πολει‖[τε]ίᾳ πολλὰ καὶ μεγάλα ἀν[α|λ]ώσαντα εἴς τε τὸν τῆς π[όλεως ------]

---

concessum esse narrat. Appianus Civ. V, 7: παρηγόρει δὲ καὶ τῶν πόλεων τὰς μάλιστα δεινὰ παθούσας, Λυκίους μὲν ἀτελεῖς φόρων ἀφιεὶς καὶ Ξάνθον οἰκίζειν παραινῶν. Qua de re, priusquam perficeretur, per legatos agendum fuisse probabile est, nam etsi initio pertinaciter Bruto Cassioque restiterant Lycii et ab eis atrociter impugnati erant, tamen Xantho capta foedus cum eis fecerant eosque navibus et pecunia iuverant (Appian. Civ. IV, 82), ita ut triumviris victoribus in hostium numero habendi essent, ac precibus modo assiduis gentis et miseratione malorum quae perpessi erant donum libertatis illis extorqueretur. 5 Ex tituto 551, 1 discimus, Lycios iam anno 81 a. Chr. n. deae Romae imaginem in Capitolio dedicasse. Quando domi eiusdem deae sacerdotium instituerint, latet. Augusti Tiberiique aetate nonnumquam hoc sacerdotium nondum cum principis sacris coniunctum in titulis Lyciis commemoratur (ἱερασαμένου Λυκίων θεᾶς Ῥώμης, ἄρξαντα καὶ Λυκίων τοῦ κοινοῦ ἱερωσύνην θεᾶς Ῥώμης). Cf. G. Fougères de communi Lyciorum p. 104. 6 Cf. Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 244 n. 680, 7 (Tiberii principatu) καὶ ἐπισστατήσαντα τῶν μεταπέμπτων δικαστηρίων. p. 264 n. 736, 6 ἐπιστατήσαντα τῶν μεταπέ[μπτων δικαστηρίων]. Cagnatus communia Lyciorum iudicia apud Strabonem (not. 2) commemorari monuit, deque eorum natura provocavit ad G. Fougères de communi Lyciae p. 31. Is lites inter civitates itemque inter privatos qui non eiusdem civitatis essent, ab his diiudicatas, fortasse etiam in contentionibus eiusdem populi civium appellationem a domesticis iudiciis ad illa communia legibus concessam fuisse. At neutrum genus voce μετάπεμπτα significari potuisse manifestum est. Immo cum haud raro ad lites dirimendas iudices arbitrosve peregre arcessi consuessent (n. 487[1]), Lycii statum et ordinarium iudicum collegium habuisse, quod in unamquamque civitatem vocari ut ibi lites diiudicaret licebat, ex his tribus inscriptionibus apparet. 7 Cf. n. 335[30].

---

557 In loco veteris Tloënsium oppidi. Ex Loewii apographo ed. J. Franz C. I. G. 4240 *d*. Barth Mus. Rhen. VII (1850) p. 256 (C. I. G. III add. p. 1122. Lebas-Waddington Inscr. III, 1245. R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 205 n. 547).

--------|. σίνῳ[1] [Τι]βερίῳ Καίσαρι[2], συν|εσταμένῃ[3] δὲ καὶ

Litterae ΕΘΞΠΣ (paucis locis C). 1 ΙΣΙΝΩΙΙΒΕΡΙΩ. 2 Ut hic, etiam alibi simpliciter Τιβέριος Καῖσαρ scribi, omisso Augusti nomine,

Σεβαστῶν | γένος κατὰ διαδοχὴν ἱερωτά|την θεῶν ἐπιφανῶν οἶκον ‖ ἄφθαρτον καὶ ἀθάνατον εἰς | τὸν ἀεὶ χρόνον. Λύκιοι δὲ [εὐ]‖σεβοῦντες εἰς τὴν θεὸ[ν κε]‖κρίκασιν ἐπιτελεῖσθα[ι ἐν Τλῷ] | πομπὰς καὶ θυσίας καὶ [ἀγῶνας] ‖ εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον, [ἡγη|σ]άμενοι πόλιν ἱε[ρὰν εἶναι] | τὴν Τλωέων, ἀγ[αθῶν ἀν-δρῶν] | γένος ἔχουσαν [καὶ ἐν παντὶ] | καιρῷ ἠριστευ[κότων[4], γε-νομ]‖ένην ἐγ μὲν--- ------------ | καὶ πίστει [καὶ φιλίαι τῆι[5]] | πρὸς τὴ[ν Ῥωμαίων πόλιν διενεγκοῦσαν---[6]]

observavit Waddington allatis Lebas Inscr. III, 1194, 2. 1224, 16. 17. 3 Subiectum aut Τύχη aut Πρόνοια esse existimat Franzius, cui assentiuntur Waddington et Cagnat. Manifestum est eandem esse, quae v. 7 voce τὴν θεό[ν] indicetur. Sed pompam, sacrificia, certamina sacra (v. 9. 10) Providentiae deae habita esse sine exemplo est; de Fortuna, cuius sacra latissime patebant Romana aetate, id non praefracte negaverim. Utique etiam de alia dea apud Lycios summo honore habita cogitare licet. Atque in compluribus illius regionis urbibus panegyrin ludosque fuisse deae quae Ἐλευθέρα vel Ἐλευθερία appellaretur tituli docent; cf. Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 170 n. 454, 1. p. 250 n. 700, 1. p. 252 n. 704 II A, 9. p. 258 n. 714, 14. p. 284 n. 739 XIII, 40 ἀγωνο[θ]ετήσας τῇ μὲν Μυρέων πόλει πανή[γυριν θεᾶς Ἐ]λευ[θέ]ρας καὶ τοῦ κυρίου αὐτοκράτορος. Sed de Tlo nullumdum horum sacrorum testimonium comparuit. 4 Supplevi. ἠριστευ[κυῖαν] editores priores, sed etsi sic dici potuisse non est negandum, tamen aptius ad ἀνδρῶν referri videtur participium. 5 Supplevi. 6 Supplevi. Haec incerta esse me non fugit.

---

558 Oenoandis. Edd. M. Holleaux et P. Paris Bull. de corr. Hell. X (1886) p. 217 n. 2 (R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 181 n. 486).

[Γάϊ]ον Λικίνιον Μουκι‖[αν]όν[1], πρεσβευτὴν [Νέρωνος[2]] | Κλαυδίου Καίσαρος Σεβαστο[ῦ] | Γερμανικοῦ ἀντιστρά‖τηγον[3], |

Litterae ΑΠΣ. 1 C. Licinius Mucianus cos. I suffectus anno incerto Neronis principatu, II item suffectus 70 p. Chr., III cum T. Flavio Sabino II a. 72 p. Chr., homo nobilissimus, inprimis Vespasiani, quem adiuvit cum rerum potiretur, amicitia celebratus. De eo v. H. Dessau Prosopogr. imp. Rom. II p. 280 n. 147. 2 Neronis imperatoris (54—68 p. Chr. n.) nomen consulto deletum. 3 Cf. Plinius Nat. hist. XII, 9: *Licinius Mucianus ter consul et nuper provinciae eius* (Lyciae) *legatus.* XIII, 88: *praeterea Mucianus ter cos. prodidit nuper se legisse, cum praesideret Lyciae, Sarpedonis ab Troia scriptam in quodam templo epistulae chartam.* Cum homines docti inde a Iusto Lipsio Taciti verba Hist. I, 10: *suspecta etiam Claudii*

Ἕρμαιος Σιλλέου, φύσει | δὲ Διογένους, τὸν ἑαυτο[ῦ] | εὐεργέτην.

iracundia in secretum Asiae sepositus tam prope ab exule fuit quam postea a principe, ad hanc Lyciae legationem rettulissent eamque Claudii principatui vindicassent, Borghesius Oeuvres IV p. 349 sqq. refutata hac opinione Mucianum potius Nerone imperatore, fere a. 57 p. Chr. n. Eprio Marcello (n. 476[3]) in illa provincia successisse demonstravit. Quae sententia hoc titulo invento in summa rei comprobata est. H. et P.

---

559 Xanthi Lyciae, in basi muro inserta. Ed. Fellows Itin. As. min. append. p. 410 n. 162 (J. Franz C. I. G. 4272). Lebas-Waddington Inscr. II, 1256 (R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 225 n. 616).

Γάϊον Ἰούλιον Σατουρ|νῖνον, ὑπατικόν[1], ἡγεμό|να[2] καὶ τῆς ἡμετέρας | ἐπαρχείας γενόμενον, || ἄριστον κατὰ πᾶσαν ἀρε|τήν, Ξανθίων τῆς | μητροπόλεως[3] τοῦ Λυ|κίων ἔθνους ἡ βουλὴ καὶ | ὁ δῆμος.

Litterae ΘΞΠΣW. 1 Cave hunc post consulatum demum ad administrationem provinciae pervenisse existimaveris. Immo ut Mettius Modestus (n. 561) etiam Saturninus praetorius legationem gessisse videtur. Nam illud καὶ τῆς ἡμετέρας ἐπαρχείας indicio est non per ipsum tempus quo provinciam administrabat hoc monumentum dedicatum esse. 2 Cf. n. 561[4], unde apparet hunc quoque titulum annorum 74 et 135 p. Chr. n. terminis contineri. 3 Antiquissima et nobilissima Lyciorum metropolis fuit Xanthus, ita ut permulta exstent eius tituli testimonia, quae singillatim enumerare longum est. Sed praeter eam principatus aetate eodem honore usae sunt civitates Patarensium (C.I.G. 4281. Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 239 n. 664, 6. p. 252 n. 704 II B, 25. 46), Myrensium (ibid. p. 184 n. 492, 6. p. 251 n. 704 II A, 2. 19. p. 258 n. 714, 2. 3), Tloënsium (ibid. p. 184 n. 492, 7. Λύκιοι Τλωεῖς μητροπολεῖται Bull. de corr. Hell. XIV 1890 p. 621 n. 19, 1 sqq.). Quae omnes sunt inter sex potentissimos populos, quos Strabo terna suffragia in concilio habuisse refert (Ξάνθον, Πάταρα, Πίναρα, Ὄλυμπον, Μύρα, Τλῶν, cf. n. 556[2]); quare nescio an mero casu factum sit, ut de Pinaris et Olympo metropolis dignitate ornatis nullum exstet testimonium. Cf. G. Fougères de communi Lyciorum p. 26.

---

560 Tlo in oppido Lyciae. Ed. E. Ritterling Korrespondenzblatt der westdeutschen Zeitschrift XVI 1897 p. 60 (R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 206 n. 551).

Ποπλίῳ Βαιβίῳ Ποπλίου | υἱῷ Ὠφεντείνᾳ[1] Ἰταλικῷ[2], | ταμίᾳ Κύπρου, δημάρχῳ, | πρεσβευτῇ Γαλλίας Νάρ‖βων[ος[3], σ]τρατηγῷ, πρεσ[β|ευτῇ λε]γεῶνος ιδʹ Διδύ‖[μης Ἀρέ]ας Νεικητικῆς[4], | [τετειμ]ημένῳ ἐν τῷ | [κατὰ Γερ]μανίον πολέμῳ[5] ‖ [ὑπὸ τοῦ Σ]εβαστοῦ[6]

Litterae ΣΠ. 1 Cf. n. 480². 2 Duos alios titulos eiusdem hominis in Lycia repertos tenemus, Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 205 n. 548 (Tlo): [Αὐτοκράτορι Καίσαρι Δομετιανῷ Σεβαστῷ Γερμανικῷ, δη]μαρ[χικῆς | ἐξου]σίας τὸ δʹ, | [αὐτοκράτο]ρι τὸ θʹ, | [πατρὶ πατρί]δος, ὑπά|[τῳ τὸ ια', | διὰ Π(οπλίου) Βαιβίου Ἰ]ταλικοῦ | πρεσβευτοῦ καὶ ἀν[τιστρατήγου] | Λυκίων τὸ κοινόν, unde apparet anno 85 p. Chr. Italicum provinciam Lyciam et Pamphyliam administrasse (not. 11), et ibid. p. 206 n. 552 (Tlo) [----- πρεσβευτῇ λεγεῶνος ιδʹ Διδύμης] Ἀρηΐου Νε|[ικητικῆς, τε]τειμημένῳ | [ὑπὸ Αὐτ]οκράτορος | Καίσαρος | [Δομετιανοῦ Σεβαστοῦ Γερμανικοῦ | ἐν τῷ τῆς] Γερμανίας | [πολέμῳ -----]. Hominem, cuius nusquam alibi mentio fiat, in illo magno numero senatorum a Vespasiano lectorum (Sueton. Vespas. 9) fuisse probabiliter statuit Ritterling. Lycium origine fuisse conieceris propter titulum Oenoandensem Inscr. Gr. ad res Rom. pert. p. 190 n. 500 III, 80. IV, 1 sqq. ἀπὸ τοῦ Φλαουίου Τιτιανοῦ Καπίτωνος καὶ Βαιβίας Ἀνάσσης Παταρίδος, θυγατρὸς Βαιβίου Ἰταλικοῦ. Sed fieri etiam potest, ut ibi homo Patarensis, qui impetrata beneficio praesidis civitate Romana illius nomen gentile et cognomen assumpserit, designetur. Cuius rei exempla in Lycia haud pauca exstant. A Sex. Marcio Prisco legato pr. pr. (Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 244 n. 678, 5) nomina Μάρκιος et Μαρκία, frequentia illa quidem in nobilibus eius gentis familiis, a C. Licinio Muciano (n. 558, 1) Λικίννιος et Λικιννία persaepe, sed etiam cognomen Μουκιανός nonnumquam ad homines indigenas transiit (Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 188 n. 500 II, 39. p. 227 n. 623, 1); item ad Mettii Modesti (n. 562, 2) legationem manifesto redeunt nomina Μέττιος (ibid. p. 190 n. 500 V, 7. 8. p. 196 n. 517, 4. p. 281 n. 739 XII, 17), Μεττία (ibid. p. 190 n. 500 V, 5. 6. 10. 14) et Μόδεστος (ibid. p. 312 n. 786, 1. 2. 10. Journal of Hell. stud. X 1889 p. 71 n. 23, 2. 3). 3 Sic, non ut solet Ναρβων[ησίας] scriptum fuisse et ex spatii rationibus et ex certis litterae O vestigiis post N servatis collegit Ritterling. 4 Legio quarta decima Gemina Martia Victrix cum anno 83 p. Chr. (not. 5) bello Chattorum interfuisset atque, ut ex hoc titulo cognoscitur, bene rem gessisset, in eis regionibus quae ab utraque parte Moeni fluminis proximae Rhenum sunt stationem habuit, ubi plures eius tegulae inventae sunt quam ullius praeter vigesimam alteram Primigeniam. Latinum cognomen *Martia* eodem modo atque hic Graece redditur et in altero Baebii Italici titulo Tloensi (not. 1) et apud Appianum Civ. III, 45. 66. R. 5 Cum ante legationem Lyciae, qua a. 85 p. Chr. functus est, bello Germanico interfuerit Baebius Italicus, apparet de altero Domitiani adversus Germanos bello, quod a. 90 p. Chr. erupit, hic non esse cogitandum, sed de expeditione contra Chattos anno 83 p. Chr. suscepta dici (Sueton. Domit. 6. Cassius Dio LXVII, 3, 5. 4, 1). Ritterling. 6 Domitianus (81—96 p. Chr.). Cf. not. 11.

στεφά||[νῳ χρυσ]ῷ καὶ πυργωτῷ[7] | [καὶ οὐαλ]λαρίῳ[8] καὶ δόρα||[σι καθα]ροῖς γ' καὶ σημε||[ίαις[9] γ'[10], πρ]εσβευτῇ Αὐτοκρά||[τορος Κ]αίσαρος [Δομετι|ανοῦ Σε]βαστοῦ [Γερμανι|κοῦ[11] καὶ] ἀντιστρατήγῳ Λυ|[κίας κα]ὶ Παμφυλίας, τῷ | [εὐεργέ]τῃ καὶ κτίστῃ καὶ || [δικαιο]δότῃ ἁγνῷ, | [Τλω]έων ὁ δῆμος.

---

7 Corona murali. Cf. Polyb. VI, 39, 5: τοῖς δὲ πόλεως καταλαμβανομένης πρώτοις ἐπὶ τὸ τεῖχος ἀναβᾶσιν χρυσοῦν δίδωσι στέφανον. Gellius N. A. V, 6, 16: *muralis est corona, qua donatur ab imperatore, qui primus murum subiit inque oppidum hostium per vim ascendit*; *idcirco quasi muri pinnis decorata est* et quae alia testimonia attulit Marquardt Röm. Staatsverwaltung II p. 577 not. 4. 8 Cf. Gell. N. A. V, 6, 17: *castrensis est corona, qua donat imperator eum qui primus hostium castra pugnans introivit*; *ea corona insigne valli habet.* Inde *vallaris* corona dicitur, ut in hoc titulo, apud Valerium Maximum I, 8, 6 et constanter in inscriptionibus Latinis (Wilmanns Exempla 635, 5. 636, 8. 636 *a*, 7. 638, 8. 1146, 6. 1147, 11. 1148, 10. 1149, 8. 1150, 13. 1160 *a*, 8. 1161, 12. 1172, 7. 1248, 3. 1589, 8. 1607, 5). Cf. Marquardt Röm. Staatsverwaltung II p. 577 not. 5. 9 Vexillis. Editores σημε[ίοις], quod item ferri potest. Sed de signis militaribus inferiore aetate usitatissimum est nomen femininum, quod sane in omnibus exemplaribus typis expressis σημαία scribitur, sed perperam. Nam et antiquissimi ac fide dignissimi codices, ut Polybii Vaticanus, constanter σημεία exhibent, et inscriptiones nullam noverunt scripturam nisi σημεία, σημήα, σημέα. Atque has duas ex σημεία prodiisse eadem ratione ac πολιτήα ex πολιτεία et τέλεος ex τέλειος (Syll.[2] III p. 225. 226) manifestum est. Quod contra ex σημέα forma σημαία non nata est nisi eadem infimae aetatis barbarie, qua identidem in libris manuscriptis ἐπικαίρως pro ἐπὶ κέρως vel ἀναίδην pro ἀνέδην legitur. 10 Aut sic aut β' supplendum, sed ternarium numerum praeferendum, quia ipsis Flaviorum principum temporibus etiam alibi ternae hastae purae una cum ternis vexillis legatis legionis aut eiusdem dignitatis hominibus donatae occurrerent (C. I. Lat. III, 6818, 11. 12. XI, 1834, 6. 7. 5210, 11. 12. 5211, 8) observavit Ritterling. 11 Cum scriptura titulum primo p. Chr. n. saeculo vindicari testetur Benndorf apud Ritterlingium, nomen vero principis consulto deletum sit, neminem praeter Domitianum in censum venire observavit R. Etenim ex illius saeculi imperatoribus, quorum memoria damnata esset, in hunc unum quadrare appellationes *Imperator Caesar* (v. 14. 15) reliquis nominibus praemissas. Accedit quod in altero Italici titulo (not. 2) quarta tribunicia potestas cum nona salutatione imperatoria coniungitur, quod item in unum Domitianum (a. 85 p. Chr. n.) cadit.

---

561 Pataris in porta. Ed. Fellows Itin. Lyc. append. p. 417 n. 170. Ex hoc exemplo et schedis Loewii et Muelleri J. Franz C. I. G. 4279 (R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 241 n. 668).

[Μέτ](τι)ον[1] Ῥοῦφον[2], | [τὸν] πατέρα Μεττίο[υ] | Μοδέστου[3] ἡγε|μόνος[4], Λυκίων ‖ τὸ κοινόν.

Litterae volgares praeter ΠΣ, si modo apographis fides habenda est. 1 ΠΟΝ apographa. 2 Eiusdem hominis monumenti a Patarensium civitate dedicati titulum, foede sane a Beaufortio in exscribendo corruptum, habes C. I. G. 4280. Neque ab eo distinguendus videtur Mettius Rufus praefectus Aegypti, cuius frequens est in papyris mentio. Cf. Oxyrhynchos pap. I p. 135 n. LXXII, 8 sqq. (a. 90 p. Chr. n.) κατὰ τὰ ὑπὸ τοῦ κυρίου ἡγεμόνος Μεττίου Ῥούφου προστεταγμένα. Eadem (nisi quod κρατίστου pro κυρίου est) redeunt Oxyr. pap. II p. 198 n. CCXLVII, 14 sqq. Praeterea cf. Oxyr. pap. II p. 154 n. CCXXXVII col. IV, 37 κατακολουθήσαντος Μεττίου Ῥούφου διατάγματι. col. VIII, 25 Μέττιον Ῥοῦφον τὸν γενόμενον — ἔπαρχον. v. 27. 28 Μᾶρκος Μέττιος Ῥοῦφος ἔπαρχος Αἰγύπτου λέγει. Amherst papyri II p. 81 n. LXVIII, 69. Cf. etiam Bull. de corr. Hell. XX 1896 p. 247 n. 7, 3. Noli offendi exiguo temporis intervallo inter patris filiique honores. Nam in familia, quae ex equestri demum ordine in senatorium ascendit, probabile est multo provectiorem aetate patrem ad praefecturam Aegypti pervenisse quam filium ad legationem Lyciae et Pamphyliae. 3 ΜΕΤΤΙΟ. ΜΟΔΕΣΤΟ. Loewe. ΜΕΜΤ Fellows, Müller. De Mettio Modesto cf. Prosopogr. imp. Rom. II p. 373 n. 404. Legatus Augusti pro praetore Lyciae et Pamphyliae (not. 4) fuit aut Domitiani imperio, aut, ut Waddingtonus opinatur, sub Traiani initia, anno 100 vel 101 p. Chr. n., consul suffectus anno incerto Traiano principe, proconsul Asiae aut sub finem eiusdem principatus aut per proximi initia (W. H. Waddington Fastes des prov. Asiat. de l'emp. Rom. n. 124). Parentes praesidum a provincialibus statuae honore affici solitos esse videmus etiam n. 468. 4 I. e. legati Augusti pro praetore. Per se nomen quod est ἡγεμών unumquemque provinciae sive senatoriae sive imperatoriae praesidem significat. Sed ut fere fit, ut qui in genere aliquo minoris dignitatis locum obtinent, vocabulo totum genus indicante uti malint, ei vero qui superiorem gradum occupaverunt, proprium eius honoris vocabulum praeferant, sic ἡγεμών in titulis honorariis haud infrequenter pro πρεσβευτὴς καὶ ἀντιστράτηγος, raro pro ἀνθύπατος legitur. Lycia et Pamphylia vero provincia imperatoria erat inde a Vespasiano usque ad Hadrianum (a. 74—135 p. Chr.), in quod spatium Mettii Modesti administratio utique incidit.

---

562 Lydis in oppido Lyciae, cuius parietinae exstant in clivo montis *Souvelah* in paeneinsula quae Glaucum sinum terminat ab occidente et meridie et excurrit in promunturium Artemisium (hodie *Cap Souvelah*). Lapis inventus prope forum oppidi antiqui. Ex ectypo chartaceo ed. E. L. Hicks Journal of Hellenic studies X 1889 p. 74 n. 27.

[Γ]ά[ιον[1] Τρ]εβώνι[ον Πρό]|κλον Μέττιον [Μό]|δεστον[2], τὸν σω-[τῆ]|ρα καὶ εὐεργέτην ‖ καὶ[3] τῆς ἡμετέρας | πόλε[ω]ς καὶ κοινῇ | καὶ κα[τ]' ἰδίαν π⟨ι⟩άν|των Λυδατῶν[4] | ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος ‖ εὐχαριστίας | ἕνεκεν.

Litterae ΑΠΣΩ. 1 .Λ..Ι Hicks. Qui si spatia recte indicavit, vix aliud suppleri licebit. 2 Praenomen Mettii Modesti nusquam traditum est; patri sane *Marcus* Mettius Rufus nomen fuit. Cf. n. 561 [2]. Sed fieri potest ut filius praenomen eidem homini acceptum tulerit, cui etiam nomina *Trebonius Proculus*, quae ex hoc demum titulo innotuerunt, debebat. Ni fallor aut M. Mettii Rufi filius germanus erat, C. Trebonii Proculi adoptivus, aut vice versa. Etsi, qui erat illius aetatis mos, potest etiam materna origo hic in censum venire. Ceterum de Mettii Modesti rebus cf. n. 561 [3]. 3 Hoc καὶ 'etiam' significat; cum Mettius Modestus totius provinciae civitatium saluti prospexerit, Lydatae se quoque eius beneficiorum participes fuisse praedicant. Si καὶ — καὶ — καὶ inter se respondere statueremus, tria haberemus membra, ex quibus primum et alterum re vera unum idemque essent. 4 In titulis, qui inter rudera veteris Lydatarum oppidi inventi sunt, ethnica Λυδάτης et Λυδᾶτις identidem recurrunt. Agri significationem habes Journal of Hell. stud. X 1889 p. 63 n. 16, 7. 8 ἐν τῷ Ἀρυμαξέων δήμῳ τῆς Λυδάτιδος, ipsius urbis nomen proximo versu διὰ τῶν ἐν Λύδαις ἀρχείων. Quibus omnibus testimoniis Hicks monet dirimi litem de lectione nominis apud Ptolemaeum geographum, qui V, 3, 2 p. 839, 5 oppidum recte et accurate inter Calindam et Crya enumerat. Memoria librorum fluctuat inter Λύδαι, Χύδαι, Χλύδαι. Sed nunc apparet, Λ lineis forte fortuna ultra anguli verticem prolongatis in Χ abiisse, deinde vero ex correctura aut varia lectione supra scripta ΧΛ natum esse. In stadiasmo maris magni § 260 (Geogr. Gr. min. I p. 495, 2. 3 Müller) ἐκ Κλυδῶν ἐπὶ τὸ Πηδάλιον ἀκρωτήριον στάδιοι λ' prava nominis forma ex scriptura praepositionis ΕΚΚ, quae etiam alibi occurrit, nata videtur. Cf. Syll.[2] 197, 40. 536, 7. 935, 24. Nam cave eam proxime superiore paragrapho (259) confirmari putaveris. Illic enim εἰς τὰς Κλύδας mera C. Mülleri coniectura repositum est pro tradito εἰς τὸν Κοχλίαν.

---

563 Lapides duo, qui quondam unius basis partes erant, Cadyandis Lyciae. Edd. G. Cousin et Ch. Diehl Bull. de corr. Hell. X (1886) p. 48 n. 8 (R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 195 n. 513). Cf. quae adnotavit H. Dessau Prosopographia imp. Rom. III p. 146 n. 151.

-----------ευς Κ[όϊντον | Οὐείλι]ον, Κοΐντου Οὐειλ[ίου] | υἱόν, Οὐελλείνα Τιτιανὸν | Παταρέα[1], πολιτευόμενο[ν ἐν] ‖ ταῖς κατὰ

Litterae ΑΘΞΠΣΩ. Haud infrequentes litterarum binarum (maxime Η cum ΜΝΤ) ligaturae. 1 De aetate tituli certiores nos facit alter ab huius

Λυκίαν πόλεσι π[ά|σαις[2],] μεγαλόφρονα, πρωτε[ύ|οντα τοῦ] ἔθνους[3], ξένον [Δ(έκμου) | Ῥου]πιλίου[4] Σευήρου καὶ φίλον | [κ]αὶ

---

hominis filia positus Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 239 n. 664: Αὐτοκράτορι Καίσαρι, θεοῦ Ἁδριανοῦ υἱῷ, θεοῦ Τραϊανοῦ | Παρθικοῦ υἱωνῷ, θεοῦ Νέρουα ἐγγόνῳ, Τίτῳ Αἰλίῳ Ἁδριανῷ | Ἀντωνείνῳ Σεβαστῷ Εὐσεβεῖ, ἀρχιερεῖ μεγίστῳ, δημαρχικῆς | ἐξουσίας τὸ δ', ὑπάτῳ τὸ δ' (a. 147 p. Chr. n.), πατρὶ πατρίδος, καὶ θεοῖς | Σεβαστοῖς καὶ τοῖς πατρῴοις θεοῖς καὶ τῇ γλυκυτάτῃ | πατρίδι, τῇ Παταρέων πόλει, τῇ μητροπόλει τοῦ | Λυκίων ἔθνους, Οὐειλία Κο(ίντου) Οὐειλίου Τιτιανοῦ θυγάτηρ | Πρόκλα Παταρὶς ἀνέθηκεν | καὶ καθιέρωσεν τό τε προσκήνιον, ὃ κατεσκεύασεν | ἐκ θεμελίων ὁ πατὴρ αὐτῆς Κό(ϊντος) Οὐείλιος Τιτιανός, | καὶ τὸν ἐν αὐτῷ κόσμον καὶ τὰ περὶ αὐτὸ καὶ τὴν τῶν | ἀνδριάντων καὶ ἀγαλμάτων ἀνάστασιν | καὶ τὴν τοῦ λογείου κατασκευὴν καὶ | πλάκωσι[ν], ἃ ἐποίησεν αὐτή· τὸ δὲ [ἑν]δέκατον | [τοῦ δευτέρ]ου διαζώματος βάθρον καὶ τὰ βῆλα | τοῦ θεάτρου κατασκευασθέντα ὑπό τε τοῦ | πατρὸς αὐτῆς καὶ ὑπ' αὐτῆς | προανετέθη καὶ παρεδόθη κατὰ τὰ ὑπὸ τῆς κρατίστης | βουλῆς ἐψηφισμένα. Cur Vilia Procla non modo quae ipsa facienda curaverat, sed etiam nonnulla quae pater aedificaverat, dedicaverit, non liquet. Nam cave existimaveris hic de mortuo patre dici. Etenim titulus in quo interpretando versamur, illo anni 147 p. Chr. aliquot annis recentior est (cf. not. 4). Ceterum hunc Q. Vilium Titianum inter nobilissimos quidem domi Lycios fuisse, sed ad maiores reipublicae Romanae magistratus non pervenisse et ipsius et filiae titulus docet, ut appareat ab eis distinguendos esse Ti. Claudium Flavianum Titianum Quintum Vilium Proculum Lucium Marcium Celerem Marcum Calpurnium Longum eiusque filiam Claudiam Viliam Proculam (Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 240 n. 567, 5. p. 240 n. 665, 5. 11. 12. 17. 18. 667, 1 sqq. Prosopographia imp. Rom. I p. 372 n. 696. III p. 434 n. 436). Utique hi illos proxima necessitudine attingunt, neque reliqui Titiani, qui variis nominibus gentilibus praediti in titulis Lyciis occurrunt (Ἰούλιος Τιτιανός Inscr. ad res Rom. pert. III p. 251 n. 704 I, 9. Κλαύδιος Τιτιανός p. 189 n. 500 III, 17. 18. Κλαυδία Τιτιανή p. 228 n. 627, 3. Μάρκιος Τιτιανός p. 189 n. 500 III, 28. p. 212 n. 576, 4. 5. Τίτος Φλάουιος Τιτιανὸς Καπίτων p. 190 n. 500 III, 75. 80. IV, 1. V, 3. 4. Φλαούιος Τιτιανὸς ὁ καὶ Ἀλκιμέδων p. 190 n. 500 IV, 4. 5) ab hac parentela alieni esse videntur. 2 Perfrequenter hoc legitur in titulis hominum Lyciorum nobilium honorariis. Cf. Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 198 n. 524, 3. p. 199 n. 527, 4 (Lydis). p. 203 n. 539, 4. 17 (Telmessi). p. 221 n. 603, 7 (Xanthi). p. 228 n. 628, 5. 6. p. 230 n. 635, 4. p. 241 n. 670, 4. 5 (Pataris). p. 244 n. 679, 6. p. 249 n. 695, 2. p. 252 n. 704 III A, 1. p. 261 n. 726, 3. 3 Cf. n. 528[7]. In Lycia frequentius patriae urbis principatus hominibus nobilibus tribuitur (Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 216 n. 584, 1 πρῶτον τῆς πόλεως γεγονότα), id quod etiam ibi intellegendum videtur, ubi verbum πρωτεύειν genetivo caret (πρωτεύοντα p. 215 n. 583, 18. ἐκ τῶν πρωτευσάντων p. 248 n. 693, 5), rarius totius gentis provinciaeque. Ac de maioribus quidem p. 186 n. 495, 13 legitur πρωτευσάντων τοῦ ἔθνους, in cive superstite vero veriti esse videntur, ne illum unum supra omnes reliquos extollere iudicarentur. Cf. p. 186 n. 495, 5 τῆς μὲν [π]ατ[ρί]δος γενόμενο[ν π]ρ[ῶ]τον, οὐδενὸς δὲ τῶν ἐν τῇ ἐ[π]αρχείᾳ δεύτερον.

ξένον ἡγεμόνων καὶ ἐπι‖τρόπων, ἄνδρα σεμνὸν καὶ | μεγαλόφρονα καὶ πάσῃ ἀρε|τῇ λόγων καὶ ἠθῶν διαφέρον|τα, τετειμημένον καὶ ὑπὸ | [Λ]υκίων τοῦ κοινοῦ καὶ τῶν ‖ [π]λείστων πόλεων[5], προγό|νων καὶ γονέων ἐνδόξων | καὶ ἀρχιερέων[6] καὶ πολλὰ | καὶ μεγάλα τῷ ἔθνει καὶ τῇ πό‖[λ]ει καὶ τοῖς καθ' ἕνα παρεσ‖[χ]ημένον, Ἀπελλᾶς Ἕλ[λη]νος Καδυανδεὺς καὶ | [Ἕλλ]ην καὶ Ἀπελλᾶς οἱ Ἀ|[πελλᾶ].

---

p. 235 n. 649, 3 sqq. ἀνὴρ γένει καὶ ἀξίᾳ πρῶτο[ς] τῆς πόλε[ω]ς, ἐπίσημος δὲ καὶ ἐν τῷ ἔθνει. p. 178 n. 474, 11 διαπρέπων ἐν τῇ ἐ[π]α[ρ]χείᾳ. p. 232 n. 640, 1. 2 [ἄν]δρα ἐκ τῶ[ν | πρ]ωτευόντων ἐν τῷ ἔθνει. Quae ut sunt laudes non exiguae, ita tamen nulla ex eis enuntiatur neminem per totam provinciam parem habere eum de quo haec praedicentur. 4 Cousin et Diehl cum hunc unum nominatim efferri, omnes vero praesides et procuratores provinciae Lyciae una comprehendi (v. 9. 10) observarent, inde collegerunt hominem illos dignitate longe superantem indicari ideoque [Λ(ουκίου) Κα]τιλίου suppleverunt. Etenim L. Catilium Severum cos. II 120 p. Chr. n. (Prosopographia imp. Rom. I p. 319 n. 463) cum annis 117—120 p. Chr. legatus Augusti pro praetore Syriae fuisset, in itinere quod inde Romam faciebat, Cadyanda venisse et cum propter nobilitatem et rerum gestarum laudem tum propter egregium favorem principis honorificentissime exceptum esse. At id propter temporum rationes (not. 1) neutiquam probabile est; immo multo aptius Dessau D. Rupilii Severi nomen reposuit, quem annis 149—151 p. Chr. n. legatum Augusti pro praetore provinciae Lyciae fuisse ex titulis mausolei Opramoae (Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 280 sq. n. 739 XII, 1. 14. 18. 31. 44. 56. 65. 76. XIX, 50. 51) cognitum est. Quod a praesidibus provinciae discerni videtur, id ad consuetudinem sermonis Graeci referendum est, in quo si uni aut pluribus generis cuiuspiam hominibus vel rebus nominatim commemoratis subiunguntur reliqui, vox ἄλλοι frequenter non additur; quod vero huius unius nomen proprium ponitur, non ad maiorem dignitatem referendum est, sed simpliciter inde repetendum, quod Rupilius Severus tum ipsum cum hi honores decernebantur provinciae praeerat. 5 Simillima leguntur Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 199 n. 526, 15. p. 200 n. 527, 25. Alibi patria modo urbs una cum gente Lyciorum commemoratur (ibid. p. 217 n. 586, 14. p. 218 n. 592, 6. p. 245 n. 680, 5), nonnumquam gens una (τετειμημένον ὑπὸ τοῦ ἔθνους p. 185 n. 494, 5. 6). 6 Ambigua vox, siquidem et de flamonio municipali Patarensium et de summo totius provinciae sacerdotio accipi potest. Sed ea ipsa de causa, quia consentaneum est maiorem honorem provincialem distinctiore voce, veluti λυκιαρχῶν, indicaturum fuisse qui titulum composuit, de sacerdotio civitatis interpretari praestat.

---

564 Basis inventa una cum aliis multis eiusdem generis, quae per duos ordines dispositae viam latam utrimque cingebant, in

superiore parte oppidi Termessi Pisidiae. Ed. G. Cousin Bull. de corr. Hell. XXIII (1899) p. 292 n. 6 (Revue archéologique Troisième série XXXVII, 1900 p. 488 n. 128. R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 166 n. 434).

Τὸν διασημότα|τον ἡγεμόνα[1] | Λυκίας Παμφυλί|ας[2] Τερέντιον || Μαρκιανὸν[3] | ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆ|μος, τὸν πάτρω|να καὶ εὐεργέτην | τῆς πόλεως.

Litterae ΑΠΣΩ. 1 Cf. n. 561[4]. 2 Cf. n. 561[4]. 3 Alius eiusdem hominis titulus Sagalassensis editus est Bull. de corr. Hell. VII p. 268 n. 12. XI p. 222 n. 17. Sane illic cum prior editor Τερέντιον Μαρκιανόν dedisset, alter Τερέντιον Ἀφρικανόν potius in lapide esse asseveravit, cui haud inepte fidem habendam existimavit editor Prosopographiae imp. Rom. III p. 300 n. 49. At lapide Termessio invento tamen antiquius exemplum rectius se habere intellegitur.

---

565 Oenoandis. Edd. M. Holleaux et P. Paris Bull. de corr. Hell. X (1886) p. 224 n. 7 (R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 182 n. 488).

Ἀπολλωνίου δίς[1]. | Λυκίων τὸ κοινὸν ἐτείμη|σεν χρυσῷ στεφάνῳ καὶ εἰ|κόνι γραπτῇ[2] καὶ εἰκόνι χαλκῇ || Μᾶρκον Αὐρήλιον Ἀπολλώ|νιον Ἀπολλωνίου τοῦ καὶ | Φιλώτου Ἀπολλωνίου Ὀρθα|γόρου Οἰνοανδέα[3], γενόμε|νον πρότερον μὲν ἱερέα || θεοῦ Πατρῴου Ἀπόλλωνος | Λυκίων τοῦ κοινοῦ[4], μετὰ ταῦ|τα δὲ ἀρ-

Litterae ΑΘΞΠϹΩ. 1 Hic versus in margine prominente superiore incisus brevem argumenti indicem habet, ut Bull. de corr. Hell. X p. 224 n. 6, 1 [Μάρ(κου) Αὐρ(ηλίου) Διον]υσίου. Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 197 n. 519, 1 Κλεοβούλ[ου Σαρπη]δό[νος]. Hic mos antiquus est. Cf. Syll.[2] 33, 1 Μεθωναίων ἐκ Πιερ[ίας]. 151, 1 [Εὐδήμ]ου Πλαται[έως]. 2 Cf. n. 571[4]. 3 Cum hic Oenoandensis appelletur, M. Aurelius Artemo vero n. 566, 6 a civitate Termessensium prope Oenoanda sine ethnico commemoretur, ita ut eum ipsorum civem esse appareat, dubitaveris num hi homines re vera eiusdem familiae sint. At originis descriptio tam accurate concinit, ut tamen cognomines modo homines utrobique recenseri vix credibile sit, praesertim si reputaveris quam frequenter in Lycia eosdem homines complurium aut adeo omnium eius regionis urbium cives (n. 563[2]) inveniamus. 4 Cf. Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 176 n. 473, 3. 4 [ἱερ]έα Πατρῴου [θεοῦ Ἀπόλλων]ος. v. 16 ἱερασάμενός τε ἐν τῶι ἐξιόντι ἔτει Λυκίων [τ]οῦ κοινοῦ θεοῦ Πατρῴου Ἀπόλλωνος, unde apparet annuum fuisse sacerdotium. Quod haec antiqua sacra principatus aetate ita conservata statuit Beurlier Culte des

χιφυλακήσαντα[5] ἐν | τῇ πρὸς τῷ Κράγῳ[6] συντελ[είᾳ[7]] | καὶ μετὰ πάσης εἰρήνης[8] κ[αὶ] || εὐσεβείας τὴν ἀρχὴν ἐκτε|λέσαντα,

---

empereurs p. 130, ut unus idemque homo imperatoris et Apollinis Patroi sacerdotium gereret, id titulorum testimoniis refelli observavit Fougères de comm. Lyc. p. 104. Immo utrumque honorem perfrequenter quidem commemorari, sed nunquam coniunctum. Sacerdotem Apollinis inter ἐθνικοὺς ἄρχοντας recenseri, sed ita ut tamen dignitate cederet flamini Augusti. 5 Cf. Fougères de communi Lyciae p. 114 sqq. Archiphylacis officium flamonio provinciae inferius, sed sacerdotio Apollinis honorificentius fuisse tituli docent; ipsum quoque annuum fuit. Ab archiphylace totius societatis Lyciorum, cuius munus Inscr. Gr. III p. 219 n. 593, 1. 2 ἀρχι[φ]υλακείας τῆς μεγάλης nomine indicatur, hic distinguitur cuius negotia ad partem modo regionis circa Cragum montem sitam spectant. Sed hunc quoque ἐθνικὸν ἄρχοντα esse, i. e. a totius gentis concilio electum, apparet. Nam aliter ei honori in hoc omnium Lyciorum decreto honorario locus non esset. 6 Montem (Κράγος· ὄρος Λυκίας Steph. Byz.), non oppidum (Strabo XIV, 3, 5 p. 665 ὁ Κράγος, ἔχων ἄκρας ὀκτὼ καὶ πόλιν ὁμώνυμον) designari certum est, cum quia id oppidum huius tituli aetate iam antiquo nomine abiecto Sidyma appellabatur, tum propter articulum τῷ praemissum. Cf. Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 216 n. 585, 9. 10: καταλιπόντα τῇ πόλει (Sidymorum) πάντα τὰ περὶ τὸν Κράγον γεγονότα αὐτοῦ χωρία δι' ὧν ἔθετο διαθηκῶν. 7 Quod primis editoribus in mentem venit, fortasse de conventu communi Lyciorum in oppido Crago habito, per quem Apollonius archiphylax creatus esset, hic dici, id et propterea probari nequit, quia Cragus hic montis nomen est (not. 6) neque cuiquam in mentem venire potuit locum conventus verbis 'prope montem Cragum' indicare, neque συντέλεια unquam idem sibi vult ac σύνοδος. Probabilius de parte quadam Lyciae arctioris foederis vinculo conexa cogitaverunt eidem; quam sententiam Fougères p. 42. 118 haud mediocriter confirmavit, cum moneret pridem ex nummis notam esse urbium Crago vicinarum coniunctionem, cui interfuissent Aperlitae, Myrenses, Patarenses, Telmessii, Tloënses, Xanthii, neque dubitandum, quin haec ipsa esset ἡ πρὸς τῷ Κράγῳ συντέλεια. Quod ita probo, ut tamen nullum hic arctioris agnoscam foederis vestigium, quod sua concilia suosque magistratus horum suffragio electos habuerit separatim a Lyciorum communi. Certe archiphylaca huius synteliae a totius gentis concilio electum vidimus not. 5. At in complures regiones (*Distrikte*, *Bezirke*), per quas magistratuum eiusdem generis iura et officia dividerentur, totam Lyciam descriptam fuisse probabile est, praesertim quia etiam in aliis foederibus eiusmodi institutum vocabulis τέλος et συντέλεια significatur. Cf. Polyb. V, 94, 1 διὰ τὸ τοῦτον ὑποστράτηγον εἶναι τότε τῆς συντελείας τῆς Πατρικῆς. Wescher-Foucart Inscr. rec. à Delphes 405 (Sammlung Gr. Dialektinschriften 2070) βουλαρχεόντος τοῦ Λοκρικοῦ τέλεος Δαμοτέλεος Φυσκεός. 8 In archiphylacum laudibus haec vox etiam alibi occurrit. Cf. Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 266 n. 739 II, 55 [ἀ]ρχιφύλαξ Λυκίων (Opramoas Rhodiapolita) τὴν μὲν ἀρχὴν ἐπεικῶς [καὶ σε]μνῶς

πληρώσαντα καὶ [εἰς] | τὸ ἱερώτατον ταμεῖον[9] τοὺς | ἱεροὺς φόρους[10] καὶ τὴν πρᾶξιν | ποιησάμενον ἐπεικῶς[11] καὶ || τειμητικῶς[12].

τελεῖ τῆς τε εἰρήνης καὶ τῆς εὐθη[νία]ς μετὰ πάσης φροντίδος προνοούμενο[ς]. IV, 65 τῷ τε κοινῷ τῶν Λυκίων ἀρ[χιφυλα]κίαν [τετέλ]εκεν — τῇ περὶ τὴν εἰρήνην ἐπιμελείᾳ δ[ια]φερό[ντως]. Similiter ibid. V, 27. Apparet igitur, id quod cum origine appellationis optime convenit, hunc magistratum paci et securitati publicae tutandae operam dedisse. Quod simul pietas (εὐσέβεια) eius praedicatur, id sine dubio eo spectat, quod illo suo officio potissimum per festos deorum communium dies, quibus magna hominum multitudo undique ex tota Lycia confluere solebat, fungebatur. Sed cum hoc quidem nomine eius munus non admodum diversum esset a paraphylacibus (n. 485[9]), longe alia eaque gravissima negotia ad rem pecuniariam spectantia cum eo coniuncta fuisse ex titulis discimus. Cf. not. 9. 10. G. Fougères de communi Lyciorum p. 117 sqq. 9 In fiscum Caesaris. Neque enim usquam per illa tempora aliud quicquam significat τὸ ἱερώτατον ταμεῖον, et ipso Latino vocabulo in eadem re utitur titulus Opramoae Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 266 n. 739 II, 58: [τ]ὰ δὲ ἀναλώματ[α] μεγαλοψύχως ὑφίστα[ται] τὴν πρὸς τὸν φί[σ]κον ὑπὲρ τοῦ ἔθνους ε[ὐ]σέβειαν ἐκπληρ[ῶ]ν ἐν οἷς ποιεῖται προ⟨σ⟩[ε]ισοδ[ι]ασμοῖς ἐκ τῶν [ἰ]δίων, unde apparet, non modo laborem et molestias hoc officium archiphylaci attulisse, sed etiam haud exiguum sumptum, quia in antecessum ex sua re familiari dare debebat vectigalia, quorum partem recuperare aut propter debitorum egestatem non poterat aut munificentia et indulgentia erga cives nolebat. 10 I. e. vectigalia quae fisco Caesaris debentur. Non superlativum ἱερώτατος modo, sed etiam positivum ἱερός de eis usurpari, quae Caesaris sint, apparet ex Syll.[2] 415, 1 ἱερὰ γράμματα. 11 Eadem scriptura recurrit Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 226 n. 621, 6. p. 235 n. 649, 12. p. 266 n. 739 II, 56. III, 75. XVII, 8. 9. XIX, 60. 61. 73. XX, 33. Bull. de corr. Hell. XX 1896 p. 124 n. 2, 11. Sine dubio redit ad pronuntiationem, qua vocales ῐῑ in unam productam coaluerant, ut et hic v. 17 et alibi sescenties ταμεῖον scribitur pro ταμιεῖον. Neque aliter iudicandum est de ταμίαις pro ταμιείαις, quod legitur Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 235 n. 649, 7. 12 I. e. ita ut eos, a quibus vectigalia exigebat, debito honore non fraudaret nullaque ignominia afficeret. Etiam alibi indulgentia et liberalitas archiphylacis in cogendis eis quae de suo dederat praedicantur. Cf. Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 266 n. 739 II, 62 τῇ δὲ ἀναπράξει με[τ]ὰ πάσης φιλανθρωπί[ας σ]υ[ν]αρχόμενος [π]ροσέρχεσθαι. III, 86 ἀναδεξάμενος δὲ καὶ ἐν τῷ ἔθνει τὴν ἀρχιφυλακίαν πάντα σεμνῶς καὶ φιλαγάθως καὶ φιλοτείμως δι' ὅλης τῆς ἀρχῆς ἐτέλεσεν τούς τε φόρους ὑπερεισοδιάσας (i. e. ὑπὲρ τῶν ὀφειλόντων εἰσοδιάσας) κομίζεται μέχρι τοῦ πε[ριόντος], ubi postremi vocabuli supplementum perquam dubium est, sed hic quoque nescio cuius in exactionibus restrictionis et moderationis mentionem fuisse apparet.

566 Basis statuae, Oenoandis. Edd. M. Holleaux et P. Paris Bull. de corr. Hell. X (1886) p. 219 n. 3 (R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 183 n. 489).

Τερμησσέων τῶν π[ρὸς Οἰ]‖νοάνδοις[1] ἡ βουλὴ [καὶ ὁ] | δῆμος καὶ ἡ γερουσί[α ἐτεί]‖μησεν ταῖς πρεπούσα[ις τει]‖μαῖς καὶ ἀνδριάντος ἀνασ[τάσει] | τὸν ἀξιολογώτατον Μᾶρκο[ν | Α]ὐρήλιον Ἀρτέμωνα δὶς Ἀπ[ο|λ]λωνίου τοῦ Ἀρτέμωνος [Ἀπ|ο]λλωνίου δὶς Ὀρθαγόρου[2], γέν[ει] ‖ διαπρέποντα, ἄρξαντα πᾶσ[αν] | ἀρχὴν καὶ λειτουργίαν ἐπιφα[νῶς] | καὶ μεγαλοφρόνως, παρασχόμ[ε|ν]όν τε καὶ ἐν τῇ σειτοδείᾳ ἑξῆς τ[ὰ | π]άντα τῶν ἐπιτηδ(ε)ίων τοῖς πολ[ί]‖ταις εἰς εὐετηρίαν καὶ ἐν τῷ ἔθν[ει] | ἡμῶν τελέσαντα ὑποφυλακία[ν[3]] | καὶ ἀρχιφυλακίαν[4] καὶ τὸν καθ' [ἅπα]‖ντα εὖ ποιοῦντα[5], ἄνδρα φιλόπατριν, | χαρισάμενον σὺν τῇ γυναικὶ αὐ‖τοῦ καὶ συστησάμενον εἰς πάντα | τὸν αἰῶνα πανήγυριν ἀγώνων | θυμελικοῦ καὶ γυμνικοῦ ἐκ πάν|των Λυκίων, καλέσαντα καὶ τὰς | λαμπρὰς πόλεις Τερμησσὸν ‖ τῆς Παμφυλίας[6] τὴν ἀνέκαθεν | συν-

---

Litterae ΘΞΠΣΩ. 1 Cf. Stephanus Byz. Τερμησσός· πόλις Πισιδίας (cf. not. 6). ἔστι καὶ ἄλλη ταύτης ἄποικος, καὶ αὐτὴ Πισιδίας, λεγομένη μικρά, ὡς ἡ προτέρα μείζων. Hanc minorem Termessum a Strabone cum illa maiore et multo notiore confusam esse coniecit Waddington ad Lebas Inscr. III, 1232. Etenim quae ille haberet XIII, 4, 16 p. 631 ἡ δὲ Τερμησσός ἐστι Πισιδικὴ πόλις ἡ μάλιστα καὶ ἔγγιστα ὑπερκειμένη τῆς Κιβύρας, ex ipsius quidem mente ad Termessum maiorem referenda esse, sed re vera non quadrare nisi in minorem. Cuius situs et hic et in aliquot aliis titulis (Lebas-Waddington Inscr. III 1232, 1. 2. Bull. de corr. X 1886 p. 222 n. 4, 2. n. 5, 1. 2. p. 224 n. 6, 2. 3. p. 227 n. 8, 7. 8) Oenoandorum vicinia definitur. Eam Lyciorum foederi interfuisse ex his titulis discimus. 2 Nisi nominum similitudines plane fallunt, hic est pronepos fratris illius M. Aurelii Apollonii quem habes n. 565, 5 sqq. 3 Hypophylax magistratus erat simili iure et officio atque archiphylax, sed illo inferior dignitate eiusque potestati subditus; quare primum illo, deinde hoc honore functus est M. Aurelius Artemo, et plerumque idem temporum ordo observabatur. Cf. Fougères de communi Lyciorum p. 119 not. 2. 4 Cf. n. 565[5. 9]. 5 Soloecismus utique hic irrepsit. Nam si intellegas 'et omnibus in rebus bene facientem', ita ut hoc ad Artemona referatur, articulus τὸν praeter leges sermonis additur, sin vero τὸν καθ' ἅπαντα obiectum participii esse statuas, permire et barbare ὁ καθ' ἅπαντα dicitur pro ἕκαστος aut πᾶς. 6 Oppidum Pisidiae cognomento μείζων ab illo altero minore distingui testatur Stephanus Byzantius (v. not. 1), comprobant tituli Lebas-Waddington III, 358, 2. 3 Τερμησσέων τῶν μειζόνων αὐτονόμων καὶ συνγενῶν Μυλασέων. 1202, 5 ἡ λαμπρὰ Τερμησσέων τῶν μειζόνων πόλις, et nummi alterius tertiique p. Chr. saeculorum, quos Waddington affert, cum inscrip-

γενίδα[7] καὶ τὴν Καισαρέων | Κιβυρατῶν τῆς Ἀσίας πόλιν[8], | ἐπὶ ἀνδριᾶσιν καὶ θέμασιν καταλελοιπότα καὶ νομὰς τοῖς πο||λείταις ἐν τῷ χρόνῳ τῆς πανηγ|ύρεως, ἀ[γωνοθ]έτην διὰ βίου, | [εὐν]οίας ἕνεκεν.

---

tione ΤΕΡΜΗϹϹΕΩΝ ΜΕΙΖΟΝΩΝ. Latine iam in lege Antonia anni 71 a. Chr., qua illi civitati autonomia conceditur (C. I. Lat. I, 204. Bruns Fontes[6] p. 94 u. 14), identidem *Termeses maiores Pisidae* appellantur. In Pisidia situm fuisse oppidum cum hac lege Romana consentientes scriptores testantur Strabo XII, 7, 3 p. 570 φησὶ δ' Ἀρτεμίδωρος τῶν Πισιδῶν πόλεις εἶναι Σέλγην, Σαγαλασσόν, — Ταρβασσόν, Τερμησσόν. XIV, 3, 9 p. 666 Τερμησσός, Πισιδικὴ πόλις ἐπικειμένη τοῖς στενοῖς, δι' ὧν ὑπέρβασίς ἐστιν εἰς τὴν Μιλυάδα. Arrianus Anabasis I, 27, 5 ἦν δὲ αὐτῷ πορεία παρὰ Τερμησσὸν πόλιν. οἱ δὲ ἄνθρωποι οὗτοι τὸ μὲν γένος Πισίδαι εἰσὶ βάρβαροι. Stephanus Byz. s. v. (cf. not. 1). Inter Cabaliae oppida recenset Ptolemaeus Geogr. V, 5, 5 p. 862, 10. At ut in hoc titulo, Pamphyliae esse dicitur a Polybio XXI, 35, 3 sqq.: ὧν διακούσας ὁ Γναῖος — ἐποιεῖτο τὴν πορείαν ὡς ἐπὶ τῆς Παμφυλίας. ὁ δὲ Γναῖος συνεγγίσας τῇ Τερμησσῷ, πρὸς μὲν τούτους συνέθετο φιλίαν λαβὼν πεντήκοντα τάλαντα, παραπλησίως δὲ καὶ πρὸς Ἀσπενδίους· ἀποδεξάμενος δὲ καὶ τοὺς παρὰ τῶν ἄλλων πόλεων πρεσβευτὰς κατὰ τὴν Παμφυλίαν κτλ. Quae fluctuatio simplicissimam habet explicationem, siquidem principatus aetate Pisidia Pamphyliae pars existimabatur, dum a Constantino Magno provincia separata constitueretur. Cf. A. Forbiger Handbuch der alten Geogr. II p. 323. H. Kiepert Lehrbuch der alten Geogr. p. 127, quos afferunt primi editores. 7 Termessum prope Oenoanda coloniam Termessi maioris fuisse refert Stephanus Byz. Τερμησσός (cf. not. 1). Feminina συγγενίς et εὐγενίς, damnata illa quidem iure meritoque ab Atticistis (cf. Phrynichus p. 451 Lobeck), tamen in titulis principatus aetate incisis perfrequentia sunt. 8 Antiquae civitatium necessitudinis memor homo Termessius praeter Lycios et Termessios Pamphyliae etiam unum provinciae Asiae populum, Cibyratas, ludorum a se institutorum participem esse volebat. Cf. Strabo XIII, 4, 17 p. 631 ηὐξήθη δὲ (Cibyratarum civitas) διὰ τὴν εὐνομίαν, καὶ αἱ κῶμαι παρεξέτειναν ἀπὸ Πισιδίας καὶ τῆς ὁμόρου Μιλυάδος ἕως Λυκίας καὶ τῆς Ῥοδίων περαίας· προσγενομένων δὲ τριῶν πόλεων ὁμόρων, Βουβῶνος, Βαλβούρων, Οἰνοάνδων, τετράπολις τὸ σύστημα ἐκλήθη, μίαν ἑκάστης ψῆφον ἐχούσης, δύο δὲ τῆς Κιβύρας· ἔστελλε γὰρ αὕτη πεζῶν μὲν τρεῖς μυριάδας, ἱππέας δὲ δισχιλίους· ἐτυραννεῖτο δ' ἀεί, σωφρόνως δ' ὅμως· ἐπὶ Μοαγέτου δ' ἡ τυραννὶς τέλος ἔσχε, καταλύσαντος αὐτὴν Μουρηνᾶ καὶ Λυκίοις προσορίσαντος τὰ Βάλβουρα καὶ τὴν Βουβῶνα (a. 82 a. Chr. n.). Quid tum Oenoandis factum sit, Strabo dicere oblitus est. Sed ea quoque Lyciae attributa esse tituli docent. Cibyra vero, nisi quod Ciceronis tempore per aliquot annos ad Ciliciam translata est (cf. n. 495[1]), inde ab illo Murenae instituto semper provinciae Asiae fuit. De Termesso prope Oenoanda in hoc toto negotio nusquam mentio fuit, propterea ni fallor quia antiquiore tempore non sui iuris fuit, sed partem reipublicae Oenoandensis efficiebat. Utique hic antiquae coniunctionis Termessiorum cum Cibyratis in illa Strabonis tetrapoli memoriam posterorum pietate recoli apparet.

567 Attaliae (*Adalia*) basis inaedificata in muro. Edd. G. Radet et P. Paris Bull. de corr. Hell. X (1886) p. 148 n. 1 (R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 309 n. 778).

Μ(ᾶρκον) Γάουιον, Λ(ουκίου) υ(ἱόν,) Γαλλικό[ν [1],] | ἱερέα διὰ βίου Σεβασ|τῆς Νείκης[2], ἀρχιερέα | τῶν τριῶν πενταετηρ[ι]||-κῶν ἀγώνων[3] καὶ ἀγωνο|θέτην τῶν πενταετηρι|κῶν ἐκ τῶν ἰδίων, τετει|μημένον ὑπὸ τοῦ Σεβασ|τοῦ ἵππῳ δημοσίῳ ἐν Ῥώ||μῃ[4], ἐπί-λεκτον κριτὴν ἐκ | τῶν ἐν Ῥώμῃ δεκουριῶν[5], | συνήγορον καὶ προήγορον | τῆς πατρίδος διηνεκῆ[6], | τετειμημένον πολειτ[ε]ί||αις καὶ ἀνδριᾶσιν καὶ προ|εδρίαις ὑπό τε τῶν ἐν | Παμφυλίᾳ[7] πόλεων καὶ τῶν | ἐν Λυκίᾳ καὶ τῶν ἐν Ἀσίᾳ | ἐπί τε συνηγορίαις καὶ σε||μνότητι, ὑπό τε κολωνε[ι]||ῶν καὶ δήμων ἐλευθέρων[8], | πολλοὺς ὑπὲρ τῆς πατρί|δος καὶ πόλεων πλείστων | ἀγῶνας εἰρηκότα ἐπὶ

Litterae ΑΠΣΩ. Frequentes litterarum ligaturae. Vs. 1 post Μ et Λ et Γ singulis punctis distinguitur, v. 27 post primas litteras ΤΩΝ unius litterae spatium vacuum relictum est. 1 Hunc necessitudine sanguinis attingere duos M. Gavios Squillas Gallicanos coss. 127 et 150 p. Chr. n. (cf. n. 512[3]. Prosopographia imp. Rom II p. 113 n. 66. 67) probabilis est Cagnati coniectura. 2 Cf. C. I. G. 3886, 6 sqq. [ἱερέα Ἀγαθοῦ] δαίμονος καὶ ε[ὐ]σεβ[εστάτης Σε]βαστῆς Εἰρήνης. Vol. III Add. p. 1062 n. 3831 *a*[15], 10 Σεβαστῆς Προνοίας. Radet et Paris. Etiam infra n. 621, 2 Σεβαστῆς εἰρήνης legitur, sed illic quidem εἰρήνης nomen appellativum esse apparet. Simillimum vero eius quod hic habemus est Bull. de corr. Hell. XVII 1893 p. 97 n. XIV, 1: ἱερέως Τύχης Σεβαστῆς. 3 Gavius Gallicus flamen municipalis Augusti et simul agonotheta ludorum qui ei celebrabantur fuisse videtur. Cf. Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 310 n. 780, 11 ἀγωνοθετήσαντα τοὺς μεγάλους πενταετηρικοὺς ἀγῶνας καὶ τοὺς λο[ι]ποὺς πάντας ἐν τῇ τετραετίᾳ. p. 311 n. 781, 5 ἀρχιερέα τῶν Σεβαστῶν καὶ ἀγωνοθέτην τῶν -------- Lebas-Waddington III, 1367, 5 δώσει [πρ]ό[στειμ]ον εἰς τοὺς πενταετηρικοὺς ἀ[γ]ῶν[α]ς ✳ αφ'. Quae sacra qui tribus deinceps quinquenniis a Gavio peracta statuit Cagnat, verum vidisse existimandus est maxime propter titulum civitatis item Pamphylicae Pergae Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 314 n. 796, 11 ἀρ[χι]ερασάμενον τρὶς καὶ ἀγωνοθετ[ή]σαντα τ[ρι]ῶν ἀγ[ών]ων Σεβαστῶν, etsi illic multo distinctius et rectius id enuntiatur quam hic, ubi articulum τῶν τριῶν — ἀγώνων gravi soloecismo laborare non est negandum. 4 Hinc discimus, ab imperatore, qui censoriam potestatem habebat, equo publico dato homines provinciales in ordinem equestrem receptos esse. R. et P. 5 Cf. n. 499[4]. 6 Cf. n. 528[4]. 7 Quia Attalenses Pamphyliae sunt, haec provincia primo loco commemoratur. 8 Populi liberi provinciis non continentur, quare hic separatim eorum mentio fit; idem in colonias cadere videtur.

τε ‖ τῶν Σεβαστῶν καὶ τῶν ἡγε|[μ]όνων, ἔπαρχον τεχνει|τῶν[9], Μ(ᾶρκος) Γάουιος Εἰρη|ναῖος τὸν ἑαυτοῦ πάτρω|να καὶ εὐεργέτην.

9 Cf. n. 494[5]. Plerumque ἔπαρχος τεχνιτῶν sermone Graeco appellatur praefectus fabrorum; Bull. de corr. Hell. XIX 1895 p. 113 n. 1 β, 2 ἔπαρχον ἀρχιτεκτόνων τοῦ δήμου Ῥωμαίων est.

---

568 Ara quadrata lapidis calcarii, inventa in urbe antiqua Tloënsium ab E. Hula. Ed. A. Stein Arch.-epigr. Mitth. aus Oesterreich XIX (1896) p. 149 n. 2 (Revue archéol. Troisième sér. XXXI 1897 p. 437 n. 79. R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 207 n. 556).

[Τ]ὸν λαμπρότατο[ν] | Τιβ(έριον) Πωλλήνιον Ἀ[ρμέ]|νιον Περεγρεῖνο[ν[1],] | τὸν εὐγενέστατον ‖ ὠρδινάριον ὕπατον[2] | καὶ ὑγιέστατον ἀνθ(ύπατον)[3], | τῷ κοινῷ δόγματι τοῦ | λαμπροτάτου τῶν Λυ|κίων ἔθνους Μ(ᾶρκος) Αὐρ(ήλιος) ‖ Διονύσιος ὁ λυκιάρ|χης[4], καθὰ ἐν τῷ κοι|νοβουλίῳ ὑπέσχ[ε]|το[5].

Litterae ΘΠΡΣΩ. 1 Eiusdem hominis nomen tam sagaciter quam probabiliter Steinius supplevit in titulo Xanthio filiae Arch.-epigr. Mitth. aus Oesterreich XIX p. 147 n. 1 (Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 225 n. 618) [Πολληνία]ν Ὀνοράταν, ἐκγόνη[ν] | Φλ(αουίου) Λατρωνιανοῦ ὑπατικοῦ, | ποντίφικος, ἐπάρχου Ῥώμης, | [κα]ὶ Αὔσπικος ὑπατικοῦ Βρι|ταννίας, Μυσίας, Δακίας, Σπα|νίας, ἐν χώρᾳ Σεβασ[τ]οῦ δικά|σαντος, προεκγόνην Αὔσπι|κος ὑπατικοῦ, ἀνθυπάτου | Ἀφρικῆς, ἐπάρχου ἀλειμέν|των Ἀππίας καὶ Φλαμιν[ί]ας | τρίς, κυινδεκεμουίρου, ἐν | χώρᾳ Σεβαστῶν διαγνόντος, ὑπατικοῦ Δαλματίας, | θυγατέρα Τιβ(ερίου) Πο[λληνίου] | Ἀρμ[ενίου Περεγρείνου ----]. Duplex nomen gentile idem ad adoptionem refert neque improbabile existimat, hunc esse filium germanum Armenii Peregrini, qui anno 213 p. Chr. n. praetor et frater arvalis (C. I. Lat. VI, 2086, 2. 3. 2104, 16. 2106, 6. Prosopogr. imp. Rom. I p. 135 n. 868) fuit, adoptatum a Pollenio Auspice, qui Commodo et Severo imperatoribus floruit. Cf. Prosopographia imp. Rom. III p. 60 n. 410. 2 Anno 244 p. Chr. cum Fulvio Aemiliano. Ceterum raro appellatio consulis ordinarii in titulis occurrit. Habes eam tamen in eiusdem hominis inscriptione Latina C. I. Lat. VI, 1351, 3 et in Graeco Pomponii Bassi monumento ap. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. I p. 58 n. 137, 3, quod hoc etiam aliquot decenniis recentius est. 3 Proconsulatu Lyciae praetorius functus erat Peregrinus, sed in consulatu demum statuae honorem nactus est, quod vix credibile esset, nisi consulatus proconsulatum e vestigio excepisset. 4 Cf. n. 556[2]. 5 Cf. n. 490[7]. Vocabulum κοινοβούλιον videtur magis familiaris sermonis quam sollennis actorum et legum linguae fuisse, certe apud Lycios. Nam in permagno litterarum de Opramoae laudibus numero

plerumque βουλή aut ἐκκλησία totius gentis commemoratur, duobus modo locis (Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 272 n. 739 VI, 61 [κατ' ἔτ]ος ἐν τῷ κοινοβουλίῳ. p. 291 XX, 10 [ἐν τῷ] νῦν κοινοβου[λί]ῳ) illa vox comparet.

---

569 Arycandae Lyciae invenit E. Hula, cuius ex ectypo chartaceo ed. Th. Mommsen Arch.-epigr. Mitth. aus Oesterreich XVI (1893) p. 93. Cf. quae editores illius ephemeridis O. Benndorf et E. Bormann exposuerunt ibidem p. 108.

[------ quamcunque munific]entiam[1] *vol[ueritis pro hoc vestro | religioso proposito pet]ere. Iam nunc ho[c facere atque acci|pere constituite, scili]cet impetraturi ea[m sine mora. Quae | data vobis in aeternum t]am nostram iuxta deos i[mmortales religi||osam pietatem testabi]tur quam vero condigna pra[emia vitae | rationis vos a nostra cl]ementia consecutos liberis ac p[osteris | vestris declarabit.]*

[Τοῖς σωτῆρσιν τοῦ σύμ]παντος ἀνθρώπων ἔθνους καὶ γένους | [θεοῖς Σεβαστοῖς[1] Καί]σαρσιν Γαλερ(ίῳ) Οὐαλερ(ίῳ) Μαξιμείνῳ[2]

Litterae ⲗⲃⲉⲑⲙⲝⲡⲥⲫⲱ. Versus lineis horizontalibus distinentur, inter Latina et Graeca duorum versuum spatium vacuum relictum est. Supplevit Mommsen adiutus hic illic a Gebhardto, Harnackio, Wilamowitzio. Sed cum viderentur aliorum versuum relliquiae maiorem, aliorum minorem deletae partis latitudinem indicare, Mommsenus quidem in restituendo eorum versuum exemplum, qui breviore supplemento redintegrari poterant, ubique secutus est. Vice versa Benndorfius et Bormannus lapidem paullo latiorem fuisse sumpserunt, quam ille existimaverat, ideoque eius supplementa aliquantum amplificaverunt; quos verum vidisse existimo. Quae vero ad illustrandum tituli argumentum hic afferuntur, ea ad unum omnia viro immortalis memoriae accepta fero, ita ut singulis eius inclutum nomen ascribere supervacaneum sit. 1 Cum Maximinus Daia (not. 2), Constantinus, Licinius imperatores adeantur, apparet has preces post mortem Galerii, qui obiit non multo post diem 30. mensis Aprilis a. 311 p. Chr. n., scriptas esse, sed ante discordiam inter hos principes exortam, id quod nuptiis Licinii cum Constantini sorore hieme 312/3 p. Chr. conciliatis factum esse constat. Itaque anno 311 aut 312 haec exarata sunt, sed probabilius ad hunc quam ad illum referuntur. Quod Maximinus primum, non ut Galerius iusserat (De mortibus persecutorum 32. 43) et ordo temporum quo Augusti appellati erant ferebat, tertium locum inter eos tenet, id ad pactum ad Hellespontum cum Licinio factum referendum est, in quo illius arrogantia pervicit, ut primus locus ipsi concederetur. Cf. De mort. persec. 44: *primi nominis titulum — sibi Maximinus vindicabat.* Euseb. hist. eccl. IX, 10: τολμᾶν ὥρμητο — πρῶτον ἑαυτὸν ταῖς τιμαῖς ἀναγορεύειν, quae testimonia

καὶ[3] ‖ [Φλ(αβίῳ) Οὐαλερ(ίῳ) Κωσταντείνῳ] καὶ Οὐαλερ(ίῳ) Λικιννιανῷ Λικιννίῳ[4] παρὰ τοῦ | [πιστοῦ Λυκίων καὶ Π]ανφύλων[5] ἔθνους[6] δέησις καὶ ἱκεσία[7]. ἔργοις ἀπο|[δεδειγμένων ἀεὶ τ]ῶν

---

monumentis epigraphicis orientis et occidentis a Mommseno allatis confirmantur. 2 In ectypo primum ΜΑΞΙΜΙΑΝѠ agnoscere sibi videbantur homines docti. Sed accuratius examinatis litteris magnopere detritis Mommsenus tamen arcum elementi Ͼ distincte dispexit. Utique Maximinus Daia, non Maximianus i. e. Galerius, hic commemoratus fuit. 3 Post hanc particulam spatium aliquot litterarum vacuum est. Mommsenus de rasura cogitaverat, sed Benndorfius et Bormannus ectypis diligenter perlustratis testantur nihil unquam illic scriptum fuisse. Iam Mommsenus cum lapidem angustiorem fuisse quam ut totum Constantini nomen initio proximi versus locum haberet sibi persuasisset, hominem orientalem qui praenomina Constantini ignoraret, eis supplendis hic spatium reliquisse sumpsit. Quod contra illi pro sua de lapidis latitudine sententia (v. supra) integrum nomen v. 10 initio restituerunt. 4 Hic puncto distinguunt Mommsen, Benndorf, Bormann. Sed ni fallor dativi nominum a δέησις καὶ ἱκεσία v. 11 pendent. Cf. not. 7. 5 Non solos Pamphylos, sed etiam Lycios hic commemoratos fuisse Mommsenus inde collegit, quod lapis non in Pamphylia, sed in media Lycia erutus esset; atque unam provinciam tum temporis, ut antea per aliquot saecula fuerat, mansisse probavit allato rescripto anni 313 p. Chr. n. dato *ad Eusebium v. p. praesidem Lyciae et Pamphyliae* Cod. Theod. XIII, 10, 10. Cod. Iust. XI, 49, 1. Quod Mommseni supplemento Benndorfius et Bormannus initio adiecerunt adiectivum πιστοῦ, id ad dissensionem de lapidis latitudine (v. supra) spectat. 6 Necessario Lycios et Pamphylos, ut Ponticos et Bithynos, coniunctos unum ἔθνος unamque ἐπαρχίαν appellari a Romanis, quia uni praesidi pareant, adnotat Mommsen. De nomine ἐπαρχία (*provincia*) id in universum manifesto verum est (cf. n. 535, 4), etsi nonnunquam ab hoc more deflectitur (cf. τῶν τριῶν ἐπαρχειῶν Κιλικίας, Ἰσαυρίας, Λυκαονίας n. 578, 9. πρεσβευτὴν ἀντιστράτηγον ἐπαρχειῶν Κιλικίας, Ἰσαυρίας, Λυκαονίας n. 576, 5), at ἔθνος perfrequenter appellantur Lycii vel Bithyni separatim, quia suum concilium (κοινόν) habebant. Sed tam conexae inter se sunt provinciae et nationis appellationes, ut nihil molesti habeat etiam Lycios et Pamphylos coniunctos aliquando singulari numero ἔθνος dici. 7 Cf. Syll. 418, 1 sqq. Αὐτοκράτορι Καίσαρι Μάρκῳ Ἀντωνίῳ Γορδιανῷ — δέησις παρὰ κωμητῶν Σκαπτοπαρηνῶν et huius collectionis n. 519, 5 Αὐτοκράτορι Καίσαρι Μάρκῳ Ἰουλίῳ Φιλίππῳ — δέησις παρὰ Αὐρηλίου Ἐγλέκτου. Ad hanc petitionem responderunt principes litteris Latinis, quarum relliquiae exstant v. 1—7. Sed neutiquam sua sponte Lycii et Pamphyli cum his precibus imperatores adierant. Immo cum Maximinus defuncto Galerio Asia minore usque ad Hellespontum potitus esset et illic cum Licinio convenisset, Christianos, quos Galerii edicto obsecutus ipse quoque paullo ante a magistratibus vexari vetuerat, denuo persequi constituit, sed quo honestiore specie id faceret, civitatibus ut id a se peterent persuasit. Cf. De mort. persec. 36 *indulgentiam Christianis communi titulo datam tollit sub-*

θεῶν τῶν ὁμογενῶν ὑμῶν φιλανθρωπίας | [πᾶσιν, ὦ ἐπιφανέσ]τατοι βασιλεῖς, οἷς ἡ θρησκεία μεμέληται | [σπουδαίως ὑπὲρ τῆ]ς ὑμῶν τῶν πάντα νεικώντων δεσποτῶν ‖ [ἡμῶν αἰωνίου σω]τηρίας[8], καλῶς ἔχειν ἐδοκιμάσαμεν καταφυγεῖν | [πρὸς τὴν ὑμῶν ἀθάν]ατον[9] βασιλείαν[10] καὶ δεηθῆναι τοὺς πάλαι | [στασιάζοντας[11] Χρι]στιανοὺς καὶ εἰς δεῦρο[12] τὴν αὐτὴν νόσον | [διαφυλάττοντά]ς ποτε πεπαῦσθαι καὶ μηδεμιᾷ σκαιᾷ τινι και|[νουργίᾳ τὴν τιμὴν] τὴν τοῖς θεοῖς ὀφειλομένην[13] παραβαί-

---

ornatis legationibus civitatum, quae peterent, ne intra civitates suas Christianis conventicula exstruere liceret, ut quasi coactus et impulsus facere videretur quod erat sponte facturus. Euseb. Hist. eccl. IX, 4 πάντες τῶν ἐν τέλει τὰς ὑπὸ τὴν αὐτὴν ἀρχὴν πόλεις οἰκοῦντες τὴν ὁμοίαν ὡρμῶντο ψῆφον ποιήσασθαι, προσφιλὲς δ' εἶναι τοῦτο βασιλεῖ τῶν κατ' ἐπαρχίαν ἡγεμόνων συνεωρακότων καὶ τοῦτ' αὐτὸ διαπράξασθαι τοῖς ὑπηκόοις ὑποβεβληκότων, ὧν δὴ καὶ αὐτῶν τοῖς ψηφίσμασι δι' ἀντιγραφῆς ἀσμενέστατα ἐπινεύσαντος τοῦ τυράννου αὖθις ἐξ ὑπαρχῆς ὁ καθ' ἡμῶν ἀνεφλέγετο διωγμός. IX, 9: ἀνὰ μέσας γέ τοι τὰς πόλεις, ὃ μηδὲ ἄλλοτέ ποτε, ψηφίσματα πόλεων καθ' ἡμῶν καὶ βασιλικῶν πρὸς ταῦτα διατάξεων ἀντιγραφαὶ στήλαις ἐντετυπωμένα χαλκαῖς ἀνωρθοῦντο. Deinde exemplum huius rei imperatoris ad Tyrios rescriptum exhibet, et addit ταῦτα δὴ καθ' ἡμῶν κατὰ πᾶσαν ἐπαρχίαν ἀνεστηλίτευτο. 8 Vs. 11—15 supplevit Wilamowitz ap. Mommsenum, pauca mutaverunt Benndorf et Bormann. Ut hae litterae proficiscuntur ab emolumentis et commodis, quibus piam antiquorum deorum venerationem remuneratum esset eorum numen, sic ex responso Tyriis dato (not. 7) idem de argumento epistulae petitoriae illorum colligi observavit Harnack ap. M. Omnino hae petitiones inter se simillimae fuisse videntur. 9 Suppleverunt A. Harnack et S. Reinach ap. Mommsenum, collatis v. 24 τῆς αἰωνίου καὶ ἀφθάρτου βασιλείας. Concil. Chalcedon. p. 1537 C Colet: ἡ θεία καὶ ἀθάνατος κορυφή (de imperatore). ibid. p. 828 A ὀφείλομεν γὰρ τῇ ἀθανάτῳ πόλει νέμειν ἐν πᾶσι τὰ πρωτεῖα. 10 Cum huius enuntiati verbis et sententia Mommsenus comparat Maximini ad Tyrios edictum ap. Euseb. Hist. eccl. IX, 7, 5 ἡ ὑμετέρα πόλις — ὅτε πάλιν ᾔσθετο τοὺς τῆς ἐπαράτου ματαιότητος γεγονότας ἕρπειν ἄρχεσθαι — εὐθέως πρὸς τὴν ἡμετέραν εὐσέβειαν — κατέφυγεν. 11 μανικοὺς Gebhardt ap. Mommsen. στασιάζοντας Benndorf et Bormann. 12 Adverbium δεῦρο iam apud Atticos de tempore usurpatur in formula δεῦρ' ἀεί et alibi, sed εἰς δεῦρο principatus demum temporibus usurpari coeptum est. Hanc distinctionem temporum (πάλαι — εἰς δεῦρο) omnino in illius aetatis edictis de Christiana religione aut toleranda aut opprimenda magni momenti esse monet Harnack ap. M. 13 Etiam in versibus 18—20 restituendis Harnackii et Gebhardti auxilio se usum profitetur Mommsen. Ceterum et verbum et sententiam redire in edicto ad Tyrios Euseb. IX, 9, 7: μετὰ τοῦ ὀφειλομένου σεβάσματος τῇ θρησκείᾳ καὶ ταῖς ἱεροθρησκείαις τῶν ἀθανάτων θεῶν προσιέναι. § 12 μετὰ τοῦ ὀφειλομένου σεβάσματος itemque in rescripto praefecti praetorio ad praesides provinciarum apud Eusebium Hist. eccl. IX, 1, 3, ubi praedicatur imperatorem

νειν· ‖ [ὃ δὴ ἂν μάλιστα εἰς] ἔργον ἀφίκοιτο, εἰ ὑμετέρῳ θείῳ καὶ αἰωνίῳ | [νεύματι παντάπ]ασιν κατασταίη ἀπειρῆσθαι μὲν καὶ κεκωλῦσθαι | [τὴν κακουργία]ν τῆς τῶν ἀθέων[14] ἀπεχθοῦς ἐπιτηδεύσεως[15], | [διατετάχθαι δὲ τ]ῇ[16] τῶν ὁμογενῶν[17] ὑμῶν θεῶν θρησκείᾳ σχολά‖[ζειν ἐμμενῶς ὑπὲρ][18] τῆς αἰωνίου καὶ ἀφθάρτου βασιλείας ὑμῶν, ὅπερ ‖ [πλεῖστον ὅσον συμ]φέρειν[19] πᾶσιν τοῖς ὑμετέροις[20] ἀνθρώποις πρόδηλόν | ἐστιν.

---

curasse ἵνα καὶ οἱ ἀλλοτρίᾳ Ῥωμαίων συνηθείᾳ ἀκολουθεῖν δοκοῦντες τὰς ὀφειλομένας θρησκείας τοῖς ἀθανάτοις θεοῖς ἐπιτελοῖεν. 14 Opprobrium quod Christianis identidem obiciebatur. Cf. Mommsen ap. Sybel Hist. Ztschr. LXIV 1890 p. 407. Euseb. Hist. eccl. IX, 10, 12 παρ' ᾧ γε (Maximino) μικρῷ πρόσθεν δυσσεβεῖς ἐδοκοῦμέν καὶ ἄθεοι καὶ παντὸς ὄλεθροι τοῦ βίου. 15 Dicitur hoc enuntiato de tollenda licentia caerimonias religionis Christianae peragendi; de hac licentia edictum Galerii bis (Euseb. hist. VIII, 17, 9. 10) nomine συγχώρησις, illud Constantini vero compluribus locis (X, 5, 2. 3. 7. 8) voce ἐξουσία uti observavit Harnack apud M., cuius coniecturam secutus Mommsen [ἐξουσία]ν scripsit v. 22 init. At non modo articulus addendus fuit, sed omnino κωλύειν ἐξουσίαν num Graecum sit dubium, ἀπαγορεύειν ἐξουσίαν vero profecto non est; in illo obiecto potius ἦρθαι vel πεπαῦσθαι dicendum fuit. Quare non dubitavi Benndorfii et Bormanni supplementum [τὴν κακουργία]ν recipere. Cogitaveris etiam de ἀκολασίαν aliave similis notionis voce. 16 Supplevit Wilamowitz apud M. 17 Dei imperatorum ὁμογενεῖς vocantur, quia Diocletianus et Maximianus cognominibus Iovius et Herculius assumptis originem suam ad deos rettulerant, aetate minores vero Augusti adoptione in illorum stirpem recepti erant; Syll.[2] 420, 24 de Maximino Daia scribitur τοῦ ἀηττήτου Σεβαστοῦ Ἰοβίου Μαξιμίνου. 18 Supplevit Wilamowitz ap. M. 19 Supplevit Harnack ap. M. 20 Conf. Maximini edictum ap. Euseb. Hist. eccl. IX, 10, 9: διστάζειν τοὺς ἡμετέρους ἀνθρώπους περὶ τὰ προστάγματα τὰ ἡμέτερα.

---

570 Basis fracta, inventa in delta fluvii Xanthi Lyciae, ubi putatur fuisse castellum Xanthiorum. Ed. Fellows Itin. Lyc. p. 161 (J. Franz C. I. G. 4267. R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 223 n. 608).

[Π]οσε[ι]‖δῶνι[1] | εὐχὴ | Μαυσώ‖λου[2] ἀλα|βάρχου[3].

Litterae ЄCѠ. 1 Versu primo OCC exhibet Fellows. 2 Nomen ex Cariae vicinae rebus notissimum principatus temporibus in Lycia usitatum fuisse docent tituli Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 251 n. 704 I, 20. 21 Μαυσώλῳ Ἰάσονος. p. 256 n. 706, 1 [ἐπὶ ἀρχιερέος τῶν Σεβαστῶ]ν Μαυσ[ώλου] τοῦ [Ἰ]άσονος. v. 6. 7 Μαυσώλου τοῦ Ἰάσονος. Vides constanter

nomen illo tempore in Lycia consonas σ et λ simplices habere, cum antiqui illius Cariae dynastae nomen in monumentis aequalibus Μαύσσωλλος scribatur (Syll.[2] 95, 2 sqq. 96, 3. 107, 2. 15. 160, 6). 3 De alabarchis per tria proxima saecula permulta scripta sunt, sed pleraque nunc neglegi possunt quia proficiscuntur ab errore manifesto. Etenim persuaserant sibi homines docti, ab Iosepho hoc nomine significari principem (ἐθνάρχην) Iudaeorum in Aegypto habitantium. At hoc refutavit E. Schürer Zeitschrift für wissenschaftliche Theologie XVIII 1875 p. 13 sqq., cum demonstraret de officii natura quidem nihil omnino enuntiare scriptorem; quod vero nonnullos Iudaeos eo functos esse testaretur (Alexandrum Ant. XVIII, 159. 259. XIX, 276. XX, 100, Demetrium Ant. XX, 147), nullius momenti esse, siquidem Iudaeos etiam aliunde constaret interfuisse administrationi publicarum rerum in Aegypto ac maxime quidem pecuniariarum. Eiusmodi vero magistratum fuisse alabarchiam, quippe quae ad vectigalia mercium quae importarentur vel exportarentur cogenda spectaret, apparere ex Iustiniani edicto XI, 2: ἀλλὰ καὶ ἀνάγκην ἕξουσι πᾶσαν χορηγεῖν χρυσίον τοῦτο μὲν τῷ τε παρὰ Ἀλεξανδρεῦσιν αὐγουσταλίῳ καὶ τοῖς κατὰ καιρὸν ἔχουσι τὴν ἀρχὴν ἐπὶ ταῖς συνειθισμέναις ἐκπομπαῖς, τοῦτο δὲ τῷ τε νῦν κατὰ καιρὸν ἀλαβάρχῃ τῷ τε πραιποσίτῳ τῶν θείων ἡμῶν θησαυρῶν οὐδὲν διάφορον ὑπὲρ ὀβρύζης παντελῶς κομιζόμενοι. c. 3 ὅτι περ εἴ τι φανεῖεν ὑπὲρ ὀβρύζης ἀπαιτηθέντες ἢ οἱ τῶν θείων ἡμῶν προεστῶτες ἀλαβαρχιῶν ἢ ὁ τῶν θείων ἡμῶν λαργιτιώνων πραιπόσιτος, οἴκοθεν καταθήσουσι. Idem probat rescriptum Gratiani et Valentiniani et Theodosii Augustorum anni 381 p. Chr. Cod. Theodos. IV, 12, 9. Cod. Iust. IV, 61, 9: *usurpationem totius licentiae submovemus circa vectigal alabarchiae per Aegyptum atque Augustamnicam constitutum, nihilque super transductione animalium, quae sine praebitione solita minime permittenda est, temeritate per licentiam vindicari concedimus.* Quibuscum perbene convenit, quod alabarcharum aliquando per contemptum mentio fit, ut solebant qui vectigalia exigebant invisi et simul despecti esse (Iuvenal Sat. I, 130) et ingentes eorum divitiae plus semel tanguntur (Ioseph. XVIII, 159: ἔνθα Ἀλεξάνδρου δεῖται τοῦ ἀλαβάρχου μυριάδας εἴκοσι δάνειον αὐτῷ δοῦναι. XX, 100 Ἀλέξανδρος Ἀλεξάνδρου παῖς τοῦ καὶ ἀλαβαρχήσαντος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ γένει τε καὶ πλούτῳ πρωτεύσαντος τῶν ἐκεῖ καθ' αὐτόν. 147 Μαριάμμη — συνῴκησε Δημητρίῳ τῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ἰουδαίων πρωτεύοντι γένει τε καὶ πλούτῳ. Palladas Anthol. Pal. XI, 383, 3. 4 ἐξότε γὰρ καὶ τοῦτον ὄνον χαλεπὸς χρόνος ἔσχεν, ἐξ ἀλαβαρχείης γραμματικοῦ γεγόνεν, i. e. ditissimum dominum pauperrimo mutavit). Iniuria sane mancipem vel redemptorem (*Zoll-Pächter*) alabarcham dicit Schürer p. 36; nam magistratum potius ab imperatore institutum fuisse edictum Iustiniani demonstrat atque ipse Sch. agnoscit p. 32. Sed ne fiscus periclitaretur, principes locupletissimum quemque hominem alabarcham nominasse consentaneum est. Iam quaenam ratio inter hunc et arabarcham intercedat, quos alii (Lumbroso Recherches p. 214 sqq. O. Seeck ap. Pauly-Wissowa Realenc. I, 1 p. 1271) distinxerunt, cum alii (Mahaffy the emp. of the Ptol. p. 357 not. 2. Wilcken Gr. Ostraka I p. 350) idem utraque voce officium indicari censerent, titulo n. 674 invento non amplius dubium est. Etenim verissime Wilckenus observavit, eius argumentum cum rescripto Gratiani et Valentiniani et Theodosii, quod supra commemoravi,

ita concinere ac potissimum quidem *praebitionem solitam* in *transductione animalium* tam bene quadrare in ἀποστόλιον (v. 4) καμήλων (v. 21) ὄνου (v. 27), ut idem esse negotium arabarchae et alabarchae iam pateret. Quod etiam nomine comprobatur. Nam de origine vocis ἀλαβάρχης multae quidem propositae sunt opiniones; sed pleraeque, quas composuit Lumbroso l. l., itemque quam ipse novam excogitavit, iam propterea reici debent, quia hybridam vocem ex Hebraeo et Graeco sermone conflatam esse volunt. Quod neque ullius alius magistratus appellatione defenditur et plane corruit cum illa de officii natura ad Iudaeorum gentem spectante sententia, quae refutata est. Restat Cuiacii coniectura vocem ad nomen ἀλάβη, quod atramentum significat (Hesych. sub v.) referentis, quae nuper etiam probabilis visa est Seeckio. At cum in Aegypto permagnus fuerit numerus magistratuum quorum officii pars praecipua sita esset in tabulis conficiendis aliisque litteris conscribendis, quo tandem pacto eum potissimum qui portoria cogeret ab illo negotio nomen accepisse credibile est? Quod contra ρ in λ mutatum dissimilationis causa, quia eadem consona in proxima syllaba redibat, frequentissimis et Graeci et Coptici quem dicunt sermonis exemplis defenditur: cf. Schürer p. 34 et praeter eos quos ille affert libros (Lobeck Paralipomena gramm. Graec. p. 15. A. F. Pott Etymol. Forschungen II[1] p. 91. L. Meyer vergl. Gramm. I p. 279. Angermann, Die Erscheinungen der Dissimilation im Griechischen, Meissen 1873 p. 40. Schwartze, Koptische Grammatik ed. Steinthal p. 84 sq.) G. Meyer Gr. Grammatik 3 p. 391 § 301. Denique quod in universum quidem ἀραβάρχης antiquiorem, ἀλαβάρχης recentiorem formam esse, sed tamen aliquantisper fluctuatum esse ex titulorum scriptorumque memoria apparet, id cum hac originis explicatione egregie convenit. At uno nomine tamen errare apparet Schürerum, quod omnibus aetatibus plane eandem mansisse sibi persuasit vim officii, cum tamen certe locorum regionumque ambitum quae ei subicerentur magis magisque prolatum esse appareat. Nam initio ad portoria earum regionum quae inter Thebaida et mare rubrum interiecta sunt arabarchae officium spectabat, id quod demonstratur titulo n. 674 et confirmatur monumento Claudii Gemini n. 685, 2, ubi hic magistratus cum epistrategia Thebaidis coniungitur; neque multo aliter iudicandum est de n. 202, 9, ubi nescio an difficultas, quam not. 7 indicavi, simplicissime ita tollatur ut ἀραβάρχης nihil nisi breviorem appellationem eius, qui sollenni titulo παραλήμπτης τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης audit, esse statuamus. At apud Iosephum XX, 100 τοῦ καὶ ἀλαβαρχήσαντος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ legitur, et in illo Gratiani Valeriani Theodosiique rescripto ad *Aegyptum atque Augustamnicam* eorum curam spectare indicatur. Hanc difficultatem Schürerus satis artificiosa coniectura expedire conatus est, cum statueret Arabiae nomen in huius appellationis origine explicanda referendum esse ad illam opinionem, ex qua tota Aegyptus Nili cursu in Arabiam et Libyam divideretur (Strabo XVII, 1, 30 p. 806). Qui igitur illius partis vectigalia colligeret, arabarcham, qui huius, libyarcham vocatum esse. At primum quidem illa opinio geographorum est, in rebus publicis vero, in terrae partibus, quibus singulis singuli magistratus praesint, nunquam ne tenuissimum quidem eius vestigium comparet. Deinde vero illa qua ipse nititur nominum ἀραβάρχης et λιβυάρχης analogia, tota eius sen-

tentia evertitur. Etenim quo uno loco apud scriptorem Graecum libyarchae mentio fit, Polyb. XV, 25, 12 ποιήσας αὐτὸν λιβυάρχην τῶν κατὰ Κυρήνην τόπων, is non ad Aegypti partem dimidiam occidentalem eum magistratum spectare probat, ut etiam ἀραβάρχην a deserto potius tractu, qui ab oriente vallem Nili attingit ab Arabibus vagis occupatus, denominatum esse probabile sit. Sed postea regionis certae designatio in oblivionem venit, ut omnino de portoriorum exactore usurparetur, qua in mutatione nescio an multum valuerit origo obscurata propter consonam ρ in λ conversam. Accedit quod vel extra Aegyptum eadem vi nomen usurpari coeptum est. Nam quod Schürerus p. 39 sq. praefracte negat, hoc titulo demonstrari etiam in Lycia illud officium fuisse, ideoque sumit Mausolum quendam, qui in Aegypto alabarchia fungeretur, casu nescio quo in littus Lyciae delatum hanc dedicationem fecisse, id luculentissime redarguitur eis quae not. 2 de nomine ipso eiusque orthographia adnotavi. Et accessit nuper testimonium de Euboea insula Bull. de corr. Hell. XVI 1892 p. 119 n. 44: [Μνή-ματα] δ[ύ]ο δ|[ια]φέροντα Ἀνασ|τασίου τοῦ εὐλα|βεστάτου ἀν(α)γν(ώ)|στου καὶ ἀλαβάρ|χου καὶ τῆς τού|του γαμετῆς Πε|τρωνίας τῆς κοσ|μιωτάτης. Ceterum moneo me ab hac quaestione plane segregasse locum Ciceronis Ep. ad. Att. II, 17, 3, quo Cn. Pompeius per irrisionem arabarches appellatur. Nam cum Th. Mommseno aliisque persuasum habeo, nullum illic innui magistratum, sed phylarchum vel regulum Arabum nomadum, quales complures in Syriae finibus vicerat Pompeius. Cuius generis erant Iamblichus (Cic. ad fam. XV, 1, 2) et Sampsiceramus Emesenus, cuius nomine proprio eodem modo Cicero ad cavillandum Pompeium abutitur ad Att. II, 14, 1. 16, 2. 17, 2. 23, 3. Cf. n. 604[1].

---

571 Basis inventa Cadyandis Lyciae. Edd. G. Cousin et Ch. Diehl Bull. de corr. Hell. X (1886) p. 51 n. 9 (R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 196 n. 515).

Λυκίων τὸ κοινὸν[1] ἐτεί|μησεν χρυσῷ στεφά|νῳ[2] καὶ εἰκόνι χαλκῇ[3] καὶ | εἰκόνι γραπτῇ ἐπιχρύ||σῳ[4] Μελέαγρον[5] δ΄ Κα|δυανδέα[6], τὸν ἐξιόν|τα[7] ὑπογραμματέα | Λυκίων τοῦ κοινοῦ[8].

Litterae ΑΞΠΣΩ. Post versum ultimum itemque, quod mireris, post v. 5, ubi ne verbi quidem finis est, signum ⁎. 1 Ubi foederis Lycii civitates enumerantur, nusquam Cadyandenses (not. 6) ei interfuisse legimus, etsi et ex hoc titulo id apparet et confirmatur alia inscriptione item inter Cadyandorum parietinas reperta Bull. de corr. Hell. VIII p. 54 n. 10, 4 sqq. 20 sq. Ὑπερήνορα Κλεοβούλου Καδυανδέα — ὑποφυλακήσαντα τοῦ Λυκίων ἔθνους. Cousin et Diehl. 2 Cum in universum tres honorum gradus, πρῶται, δεύτεραι, τρίται τιμαί in titulis Lyciae honorariis distinguantur, in nullo ex his enumeratur corona aurea, sed hanc extra illum ordinem fuisse apparet. C. et D. 3 Cf. Lebas-Waddington Inscr. III, 1221, 27 Λυκίων

[τ]ὸ κοι[νὸν ἐτείμη]σεν [τ]αῖς πρώταις τειμαῖς, ε[ἰκόνι] ἐπιχρύσῳ καὶ ἀνδριάν[τ]ο[ς ἀναστάσει], unde apparet primos honores etiam Meleagro Cadyandensi decretos esse, nam etsi nonnumquam ἀνδριάς et εἰκών, etiam ubi haec vox manifesto non picturam sed statuam significat, distinguuntur (cf. n. 505[5]), tamen hic quin εἰκὼν χαλκῆ tituli Cadyandensis et ἀνδριάς inscriptionis Balburensis eandem rem significent, nemo facile dubitabit. C. et D. 4 Praeter titulum Balburensem (not. 3) cf. Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 269 n. 739. IV, 85. V, 46 χρυσῷ στεφάνῳ καὶ εἰκόνι χαλκῇ καὶ εἰκόνι γραπτῇ ἐπιχρύσῳ. C. I. G. 2879, 8 (Mileti) εἰκόνι γραπτῇ ἐπιχρύσ[ῳ]. Vol. II Add. p. 1110 n. 2775 *c*, 8. 9. *d*, 9. 10 (Aphrodisiade) εἰκόνας γραπτὰς ἐν ὅπλοις ἐπιχρύσοις. Bull. de corr. Hell. XVI 1892 p. 320 n. 3, 2 [εἰκό]νι γραπτῇ ἐν ὅπλῳ ἐπιχρύσῳ. Quibus locis cum eadem effigies et γραπτή et ἐπίχρυσος dicatur, apparet non de statua inaurata cogitandum esse. Idem in titulum C. I. G. 2771, 10. 11 (Aphrodisiade) cadit, ubi manifesto εἰκ(ό)νων τε ἐν ὅπλοις ἐπιχρύσοις ἀναθέσεσι legendum est; nam si cum Boeckhio ἐνόπλοις adiectivum agnosceremus, consecrationes (ἀναθέσεις) ἔνοπλοι et ἐπίχρυσοι dicerentur, quae metonymia ab eiusmodi actorum sermone plane abhorret. Quae cum ita sint, ne simplicem quidem locutionem εἰκὼν ἐπίχρυσος, etsi per se ambigua est, ubi in titulis honorariis occurrit (C. I. G. 2060, 30. 31. 4315 *n*, 7. 4315 *q*, 8, quae exempla afferunt C. et D.), de statua intellexerim. Immo clypeus rotundus inauratus intellegendus est, in quo picta erat imago viri, qua de re docte et sagaciter exposuit Boeckhius ad C. I. G. 3068. Multo accuratius igitur in aliis titulis adiectivum ἐπίχρυσος ad clypeum refertur, quam hic ad imaginem. 5 Nomen frequens in Lycia. Cf. Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 173 n. 462, 11. p. 175 n. 467, 12. p. 177 n. 474, 9. 15. Bull. de corr. Hell. XVI 1892 p. 438 n. 81, 1. 2. p. 440 n. 88. Omnino memorabile est, aetate Romanorum nobiles huius gentis homines egregie adamasse nomina ex veteribus heroum fabulis non modo suae nationis (Σαρπηδών, Ἱππόλοχος) vicinarumque regionum (Τληπόλεμος), sed totius Graeciae repetita, ut Διομήδης, Ἑλένη, Ἰάσων, Ἱππόλυτος, Καπανεύς (Bull. de corr. Hell. X 1886 p. 217 n. 1, 5), Κάστωρ, Λαέρτης, Μενέλαος, Ὀρέστης, Πολυδεύκης, Τηλέμαχος, Τήλεφος, Τρωΐλος, Ὑπερήνωρ. 6 Civitas quae apud scriptores nusquam commemoratur, sed in titulis qui ex ruderibus oppidi protracti sunt, haud raro eius nomen legitur. Praeter hanc inscriptionem et eam cuius not. 1 mentionem feci cf. Bull. de corr. Hell. X p. 59 n. 11, 1. 5. n. 12, 1. 5. 6. p. 60 n. 13, 1. 5. p. 62 n. 14, 1. 3. 4. n. 15, 2. n. 16, 3. 4. p. 63 n. 18, 1. 2. 7 De eo, qui magistratu abit, legitimum et usitatum est verbum ἐξιέναι. Quod C. et D. quidem comparant ἐν τῷ ἐξιόντι ἐνιαυτῷ apud Lebas-Waddington Inscr. III, 1221, 16, id paullo alius generis est. Sed plane geminum exemplum habes Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 267 n. 739 III, 59: [Ὀπρα]μόας — ὁ προεξιὼν ἀρχιφύλαξ Λυκίω[ν]. 103. 104 τὸν προεξιόντα ἀρχιφύλακα Λυκίων, et iam in titulo antiquissimo Milesio (Sitzungsber. der Kgl. pr. Akademie d. W. 1904 XIX p. 623, 12) legitur ὁ ἐξιὼν αἰσυμνήτης. 8 Cum γραμματεὺς τοῦ κοινοῦ τῶν Λυκίων in compluribus aliis monumentis occurrat, ὑπογραμματεύς ex hoc demum titulo innotuit. C. et D.

572 Myris Lyciae columella Dorica in platea veteris fori. Edd. Bailie Fasc. inscr. III p. 61. 64 ex schedis suis et Rossii de Bladensburg. L. Ross Kleinasien u. Deutschl. p. 29. Texier Descr. As. min. III p. 240. H. Barth Mus. Rh. VII p. 257 n. 39 (J. Franz C. I. G. III add. p. 1136 p. 4302 *a*. Lebas-Waddington Inscr. III, 1311).

Ἀγαθῇ τύχῃ. | Ἔδοξε τῇ βουλῇ | καὶ τῷ δήμῳ[1], | πρυτάνεων γνώ||μη· ἐπεὶ διὰ τὸ | μὴ ἐξευρίσ|κειν τὴν ἐπὶ Λί|μυρα πορθμι|κὴν ὠνὴν[2] τὴν ἀξί||αν συνβαίνει ἐ(λα)σ|σοῦσθαι[3] τὰς προσ|όδους, μὴ ἐξεῖναι | ἕτερον[4] παραπορ|θμεῦσαι μηδὲν || μήτε ἀπὸ τῆς Δασ[εί]|ας[5] μήτε ἀπὸ τοῦ στό|ματος τῆς λίμνης[6] | ἢ ἀπὸ Ἀνδριακῆς[7], | ἢ ὀφειλήσει[8] τῷ δή||μῳ ὑπὲρ ἑκάστου | πλοὸς[9] ✳ ατʹ[10], ἐξου|σίαν ἔχοντος σ(τ)έ|ρ(η)σιν[11] ἀπογράφεσ|θαι || τοῦ τὴν

De litterarum forma res satis incerta, siquidem pars apographorum ΑΘΞ, alia ΑΘΘΣ̄ exhibent. De ΠΣ tamen inter omnes convenit. Ligaturas haud paucas inesse constat, etsi singillatim hac quoque in re multifariam dissentiunt exempla. Vs. 12 post προσόδους signo ⋈ distinguitur. Alterius aut tertii post Chr. saeculi esse videtur titulus. 1 Myrensium Lyciae. 2 Ius nave Myris Limyra traiciendi a civitate Myrensium locatum erat. Sed quia multi homines invito conductore traiecerant, iam multo minorem pecuniae summam liceri audebant qui de integro conducturi erant. Cui aerarii publici iacturae ut mederetur populus Myrensis haec decrevit. Paulo inusitatius ἡ ἐπὶ Λίμυρα πορθμικὴ ὠνή dicitur pro ἡ ὠνὴ τῆς ἐπὶ Λίμυρα πορθμείας. 3 ΕΝ Barth. Bailie. ΕΝΣ reliqui. Apparet Ν ex ΛΑ errore proclivi natum esse. 4 Non neutrum ad μηδέν v. 14 relatum, sed masculinum est: 'quemquam alium' praeter conductorem et eos, quibus ille permiserit (v. 33 sqq.). 5 Keilius apud Rossium Δασ[λήρ]ας supplevit provocans ad Etym. M. 249, 15 Δάσληρα (ὄνομα δὲ τοῦτο λίμνης). Sed Rossius supplevit Δασ[έ]ας, quia tribus litteris spatium non sufficeret. Cui argumento Franz alterum adiunxit, cum statim commemoraretur lacus proprio nomine non addito, hic illud scriptum fuisse non esse probabile. Immo appellationem loci fuisse, quae eum arboribus consitum significaret. Utrum ε an ει scribendum sit, vix diiudices. 6 Lacus aquae salsae inter Myra et Limyra est prope ipsum littus maris, quem admodum probabiliter hic agnoscit Ross. 7 Cf. Appian. Civ. IV, 82 τῷ δ' αὐτῷ χρόνῳ καὶ Λέντλος, ἐπιπεμφθεὶς Ἀνδριακῇ Μυρέων ἐπινείῳ, τήν τε ἅλυσιν ἔρρηξε τοῦ λιμένος καὶ ἐς Μύρα ἀνῄει. Plin. Nat. hist. V, 100 *iuxta mare Limyra — et mons Masicytus, Andriaca* (E[2], *andria* codd. reliqui) *civitas, Myra.* Ptolemaeus Geogr. V, 3, 2 p. 840, 8 Ἀνδριακή in littore Lyciae inter Antiphellum et Aperlas. Hodie quoque *Andraki* appellatur; a Myris, quorum portus erat, fere triginta stadiorum intervallo ad occidentem et meridiem distabat. F. W. 8 Cf. not. 4. 9 Cf. n. 483[28]. 10 Summa perquam dubia est propter discrepantias

ὠ|νὴν ἔχον|τος τοῦ τε πλοί|ου καὶ τῶν σκευ|ῶν αὐτοῦ. ‖ πλεύσει δὲ | μόνα τὰ ἀπο|γεγραμμένα | πλοῖα καὶ οἷς | ἂν συνχωρή‖ση ὁ τὴν ὠνὴν | ἔχων, λαμβά|νοντος[12] παντὸς | ναύλου τὸ δ′ | καὶ τῶν ἐνβαλ‖λομένων. ἐὰν | δέ τις αὐτόστο|λον[13] ναυλώσῃ, | προσφωνείτω | καὶ διδότω παντὸς ‖ τοῦ ναύλου τὸ δ′, | ἢ ὑποκείσεται τῷ | προγεγραμμένῳ | προστείμῳ.

---

apographorum: ΠΛΟΟΣΙΑ ---- ΕΤΕΤΟΥ R. de Blad., ΠΛΟΟΣΤΑΤΕΞΟΥ L. Ross, ΠΛΟΟΣЖΑΤΗΕΞΟΥ Tex., ΠΑΘΘΣ ... ΝΕΣΟΥ Barth, ΠΛΩΙΣΑΝ ------ ΕΤΕΡΟΥ Bailie. 11 Supplevi et emendavi. ΣΕ|ΡΕΣΙΝ Barth, ΣΕ|ΙΕΣΑΙ L. Ross, ΣΕ|ΙΕΣΙΝ Tex., ΣΕ|ΤΕΣΙΝ R. de Blad., Η|ΜΙΣΗ Bailie. Quod Franzius reposuit [ζ]η[τή]σιν, id et longius recedit a traditis quam meum, nec sententiae convenit. Nam navem eius, qui in illicita navigatione deprehensus erat, quaerere profecto non opus erat. At eum nave eiusque instrumento privari poena erat accommodatissima, atque ipsum verbum στέρεσθαι in eo genere sollenne est. Cf. n. 483, 172 τῶν τε κτηνῶν καὶ ἱματίων καὶ τῶν σκευῶν στερείσθω. 179 ὧν μὲν ἂν ἔχῃ, στερέσθω. Syll.[2] 546, 17 στερήσεται ὁ μὲν ἀποδόμενος οὗ ἂν ἀποδῶται, ὁ δὲ πριάμενος οὗ ἂν πρίηται. 937, 34 στερέσθω τῶν ξύλων καὶ τοῦ κεράμου καὶ τῶν θυρωμάτων. Nomen στέρησις sic legitur apud Pseudoaristotelem Oeconom. II, 2 p. 1346 b, 25 ἑτέρῳ δὲ οὐκ ἦν οὐθενὶ οὔτ᾽ ἀποδόσθαι ἑτέρῳ οὔτε πρίασθαι παρ᾽ ἑτέρου· εἰ δὲ μή, στέρησις ἦν. Cum vero conductori, homini privato, non liceat ipsi illum re sua privare, sed res ad magistratum vel iudicium publicum deferenda sit, dicitur στέρησιν ἀπογράφεσθαι. Cf. Demosth. XLIII, 54 ἀπογραφέτω δὲ τὸν μὴ ποιοῦντα ταῦτα ὁ βουλόμενος πρὸς τὸν ἄρχοντα. Medium vero in hoc verbo vel apud Atticos paene promiscue usurpatur cum activo, nedum huius tituli aetate quicquam habeat offensionis. Genetivos τοῦ πλοίου καὶ τῶν σκευῶν a στέρησιν, non ab ὠνήν pendere vix est quod moneatur. Quod conductori permittitur quidem ut illi navem adimat, neque vero imperatur, eo rettulerim, quod legislator hanc quidem poenam illis potissimum infligendam existimaverit, qui multam v. 19 propter inopiam persolvere non possent. 12 Anacoluthia manifesta sed neutiquam intolerabili hoc ad ὁ τὴν ὠνὴν ἔχων referri vidit Franz. Conductor quartam partem vecturae accipit; at καὶ τῶν ἐμβαλλομένων non intellego. Nam de quarta parte rerum in navem impositarum hic, ubi non de poena, sed de mercede legitimae navigationis dicitur, cogitari non licere sponte patet. 13 Qui neque navem in laterculo conductoris inscriptam (ἀπογεγραμμένον πλοῖον v. 32) habet neque ab illo veniam petivit (n. 34. 35), sed sua sponte navem cuipiam locavit, is si tamen hoc peracto negotio statim illum adibit et profitebitur, eandem quartam partem vecturae dabit, quam reliqui. At si profiteri neglexerit, multa v. 19 proposita afficietur.

5. Cilicia.

573 Titulus incisus in rupe prope templum de quo dixi ad n. 579. Ex ectypo, quod J. Th. Bent confecerat, ed. E. L. Hicks Journal of Hell. stud. XII (1891) p. 233 n. 16.

Ἔδοξε τοῖς ἑταίροις[1] καὶ Σαββα|τισταῖς[2] θεοῦ [εὐν]οίαι Σαββα-

Litterae ΑΕΘΞΠϹ. Titulum Augusti aetate utique non multo recentiorem probabiliter iudicat editor. In aversa tabulae parte alius similis fuit, sed adeo detritus est ut pauca modo vocabula (v. not. 2) agnoscantur. 1 Decretum collegii sacrorum causa constituti hic haberi perspexit Hicks. At quidnam discriminis inter ἑταίρους et Σαββατιστάς intercedat neque ille dicit neque pro certo definire licet. Sed probabile certe est, qui sodalitati perpetuae et certis legibus astrictae interessent, ἑταίρους appellatos esse, qui praeter eos sacris interesse solerent, cum illis Σαββατιστῶν nomine comprehensos. De discrimine inter eos qui origine Iudaei sint et proselytas hic vix cogitandum est. 2 In aversa lapidis planicie (v. supra) Σαμβατισταί legitur. Quae scriptura Hicksio, qui veri simillimum existimat, collegium sacra Iudaea obiisse et a sabbato nomen accepisse, tamen scrupulum haud levem movet. Nam eam admonere dicit nominum propriorum Σανβάτιος, Σαμβάτις, Σαμβατεῖς, quae a Sabazii dei nomine deriventur. Qua in re egregie fallitur. Immo haec omnia nomina item a sabbato Iudaeorum descendunt, consonarum ββ et μβ vicissitudine neutiquam rara. Similiter prophetae nomen *Habbakuk* in Graeca versione Veteris Testamenti Ἀμβακούμ scribitur (cf. Hermae VI p. 250 sqq.). Idem fere cadit in Syriacam oppidi Hierapoleos appellationem (*Mabbug*, Βαμβύκη) et in nomen proprium viri inde derivatum Μαββογαῖος, Μαμβογαῖος (cf. n. 426[2]), Μαμμόγαϊς n. 660, 22. 23. Illius vero generis nomina inferiore aetate perfrequentia sunt cum alibi (praeter exempla Hicksii cf. Σάμβάτιος vel Σανβάτιος Bull. de corr. Hell. VII 1883 p. 238 n. 8, 1. Σάνβατος C. I. G. 4074, 1. Σαμβαθεῖον, sacellum ut videtur quale id ubi hic titulus erutus est, C. I. G. 3509, 1) tum vero in Aegypto, ubi permultos Iudaeos consedisse et nomina Semitica perfrequentia esse constat (Σαμβάτιος Berl. gr. Urk. I p. 185 n. 194, 8. Σεραπιὰς ἡ καὶ Σαμβαθοῦς ibid. p. 158 n. 141 II, 6. Σαμβαθαῖος ap. Kenyon Catal. of Greek papyri in the Brit. mus. II p. 10, 9). Alia exempla affert U. Wilcken Gr. Ostraka I p. 523. Archiv für Papyrusforschung I 1900 p. 135, qui iure haec omnia, utut inter μβ et ββ, inter θ et τ, inter ι ει αι fluctuetur, ad unum idemque nomen Hebraeum, hominem per sabbatum natum significans, refert, monetque id nomen etiam in vetere Testamento (Esdr. 10, 15. Nehem. 8, 7. 11, 16) itemque bis in indice septuaginta interpretum apud Aristeam (Σαββαταῖος § 48 p. 16, 16. § 49 p. 16, 18 Wendl.) inveniri. Nulla igitur ex parte dubium est, quin sodalitatis quae sabbata celebrabat decretum teneamus. Nomen ad exemplum Graecorum qualia sunt δεκαδισταί (cf. Pauly-Wissowa Realencyklopädie IV, 2 p. 2413), εἰκαδεῖς, Παναθηναϊσταί formatum est.

τισ|τοῦ[3] συνηγμένοις· τὴν ἐπιγρα|φὴν χαράξαντας μηδένα ἄκυ||ρον ποιῆσαι[4]. τῶι δὲ ποιήσαν|τι ἔστω⟨ι⟩ ἀγνεία[5]. ἐάν τις θέλῃ τι | ἀνάθεμα θεῖναι, τῶι θέλον|τι ἀνάθεμα θεῖναι ἐξέστω. | Πρῶτος λέγει[6]· στεφανοῦ||σθαι (Α)ἰ(θ)ιβήλιον[7] τὸν συνα|γωγέα[8]. τῶν δὲ ἀναθεμάτων | τῶν ὄντων ἔν τε τοῖς ναοῖς | καὶ τῶν ἐπιγεγραμμένων[9] ἔν | τε ταῖς στήλαις καὶ τοῖς ἀναθέμα||σιν

3 Iudaei dei sui nomen tacere debebant; sed ut eius proprium nomen hic non usurpari consentaneum est, sic miretur quispiam appellationem Σαββατιστής. At tenendum est hic quoque cultores consuetudinem sermonis, quae in eiusmodi collegiis Graecis obtinebat, sequi. Etenim Graecos haud raro ritus caerimoniasque, quibus cultores deorum eos prosequantur, quodammodo deis ipsis tribuere ab eisque ἐπικλήσεις deorum derivare constat. Sic Cyprii Iovem, quia epulis sacris (εἰλαπίναις) colebatur, Εἰλαπιναστήν appellabant (Athenaeus IV p. 174 a κἀν Κύπρῳ δέ φησι τιμᾶσθαι Ἡγήσανδρος ὁ Δελφὸς Δία Εἰλαπιναστὴν καὶ Σπλαγχνοτόμον), cui cognomento accuratissime respondet Romanorum *Iuppiter Epulo* (G. Wissowa Religion und Cultus der Römer p. 105 not. 6), similiter Athenis sodalitas, quae quia vigesimo cuiusque mensis die conveniebat εἰκαδέων nomen sibi imposuerat, heroa eponymum Εἰκαδέα vocabat (C. I. Att. II, 609, 3). 4 Hicks τὴν ἐπιγραφήν ad novum indicem sodalium lapidi incidendum refert. Sed qualis inscriptio indicetur, definiri nequit, etsi non iniuria H. certe hanc ipsam tabulam innui negavit. At quod idem μηδένα accusativum obiecti esse existimat et interdici indicat ne quis per illam occasionem novi laterculi conficiendi ex sodalitate eiciatur, probare nequeo. Nam ἄκυρον ποιεῖν pro ἐκβάλλειν nemo unquam Graecus dixit. Immo levissima est anacoluthia, cum praecipiatur, ut sodalitas titulum inscribendum curet neve cuiquam sodalium eum tollere liceat. 5 Qui id quod enuntiato proxime superiore vetitum est, tamen fecerit, caerimoniis sollennibus expiandus est. H. 6 Additamentum decreti prioris hoc esse observat H. Sane ut in edictis magistratuum Romanorum praesens λέγει, sic in rogationibus psephismatum Graecorum aoristus εἶπε legitimus est. At homines semibarbaros, quales totius inscriptionis sermo prodit, hoc discrimen non curasse nemo mirabitur. 7 ΛΙCΙΒΗΛΙΟΝ lapis, quem hoc loco ita detritum esse testatur editor, ut in medio relinquendum sit utrum αἰεὶ Βήλιον an Αἰθιβήλιον an δὶς Ἰβήλιον scribendum sit. Illud αἰεί magnopere displicet, neque admodum probabile videtur, bis corona ornari hominem; quare nomen ab H. propositum recepi, incertum esse non ignorans. 8 Princeps collegii, cuius ius et officium est sodales convocare et eorum conventui praeesse. 9 Substantive hoc dictum est, ut primum de donis deo oblatis, deinde de inscriptionibus dicatur. Nam si ὄντων et ἐπιγεγραμμένων particula copulativa inter se conexa ad τῶν ἀναθεμάτων referremus, coniunctio vocabulorum quam vel huic homini vix imputaveris, τῶν ἀναθεμάτων — τῶν ἐπιγεγραμμένων ἐν — τοῖς ἀναθέμασιν nasceretur. Vel sic hiulcus et soloecus manet sermo, cum et τε v. 12 prave addatur et desit μηδέν, a quo manifesto pendent genetivi partitivi τῶν ἀναθεμάτων — καὶ τῶν ἐπιγεγραμμένων.

μηδενὶ ἐξέστω⟨ι⟩ μήτε ἀπα|λεῖψαι μήτε ἀχρεῶσαι μήτε μετᾶ|ραι. ἐὰν δέ τις παρεγβὰς ποιήσῃ ἢ | [ἁ]μάρτηι τὸ[10] εἰς τὸν θεὸν τὸν Σαβ|βατιστήν, καὶ[11] ἀποτεισάτω εἰς ‖ τὸν θεὸν τὸν Σαββατιστὴν | καὶ τοῖς Σαββατισταῖς[12] ·<· ρ′ καὶ τῇ πόλ(ε)ι[13] | ·<· ρ′ καὶ δυνάστηι[14] ·<· ρ′. ἔστω⟨ι⟩ δ' ἡ στήλη ἀ[π]|ομοσία κατ' ἴσον μηδένα ὑποδέ|ξασθαι τὸ ἦμαρ[15]. διαιρείτω⟨ι⟩[16] δ' ὁ ἱε‖ρεὺς τὰ (ε)ἰσφερόμενα τῶι θεῶι εἰς κατα|σκευὴν τοῦ τόπου.

---

10 Exspectaveris potius τι. Etiam illud ποιήσῃ ἢ ἁμάρτῃ non ab omni parte placet, sed obiectum verbi ποιήσῃ desideres. Sed in ea re fortasse sermonis imperitia peccavit scriptor tituli. 11 Hinc manifesto incipit apodosis, ita ut καὶ cum sermonis legibus pugnet; aut igitur perperam additum est, aut quod magis placet, prior pars apodoseos de dei ira, veluti κεχολωμένον ἕξει τὸν θεὸν τὸν Σαββατιστήν, propter ὁμοιοτέλευτον lapicidae neglegentia excidit. 12 Vides non modo εἰς c. acc. recentiorum Graecorum more pro dativo usurpari, sed etiam haec sic inter se copulari tanquam si unus idemque esset casus. 13 In monte sito iuxta parietinas templi, in quibus hic lapis inventus est, Bentius repperit rudera oppidi antiqui, cuius nomen ignoratur. H. 14 Cf. Strabo XII, 1, 4 p. 535 τῷ δ' Ἀρχελάῳ (προσεγένετο) καὶ ἡ τραχεῖα περὶ Ἐλαιοῦσσαν Κιλικία καὶ πᾶσα ἡ τὰ πειρατήρια συστησαμένη. 2, 7 p. 537 ἐν τῇ τραχείᾳ Κιλικίᾳ, ἐν ᾗ τὴν Ἐλαιοῦσσαν νησίον εὔκαρπον συνέκτισεν Ἀρχέλαος ἀξιολόγως· καὶ τὸ πλέον ἐνταῦθα διέτριβεν. XIV, 5, 6 p. 671. Post Archelai regis mortem (17 p. Chr. n.) reliquo eius regno in provinciae formam redacto illa Ciliciae regio filio Archelao relicta est, sed sine regio nomine (cf. n. 362). Eum Hicks hic δυνάστην appellari statuit perquam probabiliter. De articulo contra leges sermonis Graeci omisso cf. n. 383[8]. 15 Stelam in reliquum tempus monumentum futurum esse sodalitatis cuius socii iureiurando se obstrinxissent, se per diem sollennium sacrorum nullos hospites domo recepturos esse, intellegit Hicks. Sed neque κατ' ἴσον sic commodam habet explicationem neque omnino pro certo dici posse mihi videtur, quid hoc loco sibi voluerit homo Graece balbutiens. 16 Exspectaveris potius ἀναλισκέτω. Sed verbum notionem distribuendae pecuniae in diversas expensas quibus opus sit habere videtur, ut Graeci perfrequenter in hoc negotio vocabulo μερίζειν, nos ipsi vero disponendi verbo uti solemus.

---

574 Basis cubi figura sine ornamentis, marmoris Pentelici, eruta Athenis extra peribolum Olympiei a septentrionali parte. Ed. St. A. Kumanudis Ἀρχαιολ. ἐφημ. 1889 p. 63 n. 9. Cf. quae disputaverunt J. N. Svoronos ibid. p. 67 sq. et A. Wilhelm Arch.-epigr. Mitth. aus Oesterreich XVII 1894 p. 1 sqq.

Αὐτοκράτορα Τραϊανὸν | Ἁδριανὸν Καίσαρα Σε|βαστὸν Ὀλύμπιον[1] | Κοροπισσέων[2] τῆ[ς] ‖ Κιητῶν[3] μητροπό|λεως ἡ βουλὴ καὶ ὁ | δῆμος διὰ πρεσβευ|τῶν Γαΐου Νιννίου | καὶ Ἀθηνίωνος Κλή‖μεντος[4] τοῦ καὶ Λυκί|σκου, ἐπὶ ἱερέως Κλ(αυδίου) | Ἀττικοῦ[5].

Litterae ЄCω. 1 Neque ante Olympieum dedicatum (129 p. Chr.) neque post Hadriani mortem (die 10 m. Iulii a. 138 p. Chr.) monumentum erectum esse apparet. 2 Sic nomen scribitur in nummis (Svoronos p. 67), cum media vocalis α sit apud Strabonem XII, 6, 1 p. 568: Λυκαόνων τε καὶ Καππαδοκῶν ὁριόν ἐστι τὸ μεταξὺ Κοροπασσοῦ, κώμης Λυκαόνων, καὶ Γαρεαθύρων, πολιχνίου Καππαδοκῶν. XIV, 2, 29 p. 663: εἶθ' ἡ Λυκαονία μέχρι Κοροπασσοῦ διὰ Λαοδικείας τῆς κατακεκαυμένης ὀκτακόσιοι τετταράκοντα· ἐκ δὲ Κοροπασσοῦ τῆς Λυκαονίας εἰς Γαρσάουρα, πολίχνιον τῆς Καππαδοκίας, ἐπὶ τῶν ὅρων αὐτῆς ἱδρυμένον, ἑκατὸν εἴκοσιν. Sed hac in re librarios potius quam scriptorem errasse probabiliter coniecit Kumanudis. 3 Nummos Coropissensium, quorum inscriptiones Mionnet aliique superioris aetatis homines docti minus recte legerant, Κοροπισσέων τῆς Κητῶν μητροπόλεως habent, in uno vero, qui in museo Berolinensi est, adeo plane ut hic Κιητῶν scriptum est. Cf. v. Sallet Ztschr. f. Numism. XIII 1885 p. 74. Svoronos. At Wilhelmus demum perspexit, ne a scriptoribus quidem huius gentis memoriam plane alienam esse. Cf. Tac. Ann. VI, 41: *per idem tempus Cietarum natio Cappadoci Archelao subiecta, quia nostrum in modum deferre census, pati tributa adigebatur, in iuga Tauri montis abscessit locorumque ingenio sese contra imbelles regis copias tutabatur.* XII, 55: *nec multo post agrestium Cilicum nationes, quibus Clitarum cognomentum, saepe et alias commotae, tunc Troxobore duce montes asperos castris cepere.* Editores sane ex hoc loco etiam illo superiore *Clitarum* reponunt, sed vice versa hunc ex illo emendandum esse demonstravit Wilhelm cum tituli quem hic edimus tum nummorum testimoniis usus. Quod nummi inter ΚΗΤΩΝ et ΚΙΗΤΩΝ variant fortasse iam ad recentiorem vocalis η pronuntiationem referendum est, in qua ῐῑ facillime in simplicem vocalem productam ῑ abire poterat. Cf. ὀσπρηγοί n. 521, 25 cum not. 17. Num recte huc rettulerit Svoronos Κήτιδος terrae mentionem in nummis Philadelphensium et Olbensium sane dubites. 4 Articulus τοῦ neglegentia omissus. 5 Ti. Claudius Atticus Herodes Marathonius cos. 143 p. Chr. n.

---

575 Romae. 'In aedibus posterioribus cardinalis della Valle in marmore praegrandi' Smetius. Ex apographo Smetii ed. Gruter Thes. 255, 4 (J. Franz C. I. G. 5885). Adhibitis etiam exemplis duobus Metelli quae in bibliotheca Vaticana sunt et uno Accursii quod in Ambrosiana asservatur G. Kaibel Inscr. Gr. Sic. et Ital. 1051 (R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. I p. 54 n. 121).

Αὐτοκράτορι Καίσαρι, | [θε]οῦ Ἁδριανοῦ υἱῷ, [θε]οῦ | Τραϊανοῦ Παρθικοῦ υἱωνῷ, [θε]οῦ | Νέρουα ἐκγόνῳ, Τίτῳ Αἰλίῳ Ἁδριανῷ ‖ Ἀντωνείνῳ Σεβαστῷ Εὐσεβεῖ, | ἀρχιερεῖ μεγίστῳ, δημαρχικῆς ἐξουσίας | τὸ γ'[1], ὑπάτῳ τὸ γ', π(ατρὶ) π(ατρίδος), τῷ εὐεργέτῃ καὶ | σωτῆρι Ἁδριανῆς Μοψουεστίας[2] τῆς | Κιλικίας, ἱερᾶς καὶ ἐλευθέρας[3] καὶ ἀσύλου ‖ καὶ αὐτονόμου καὶ φίλης καὶ συμμάχου | Ῥωμαίων, ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος διὰ τῆς | θείας αὐτοῦ δικαιοδοσίας βέβαια | τηρήσαντος αὐτῇ τὰ ἐξ ἀρχῆς δίκαια.

Litterae ΘΞΠΣ. 1 Anno 140 p. Chr. n. 2 Mopsuhestia oppidum nobile ad utramque ripam Pyrami fluminis situm commemoratur a Cicerone ad Fam. III, 8, 10: *cum castra haberem in agro Mopsuhestiae.* Strab. XIV, 5, 19 p. 676 Cas. Theopomp. ap. Photium Bibl. cod. 176 p. 120 b 10 Bk. Ptolemaeus Geogr. V, 7, 7 p. 900, 5. Hierocles Synecd. 705, 3. Apud Plinium (not. 3) simpliciter Μόψος vocatur, recentiore aetate nomen varias corruptelas expertum est, quas commemorat Forbiger Handbuch der alten Geographie II p. 285 not. 42. 3 Cf. Plinius Nat. hist. V, 91: *campi Alei, oppida Casyponis, Mopsos liberum Pyramo impositum, Tyros, Zephyrium, Anchiale.*

---

576 Lapis inventus in mediis parietinis oppidi Isaurorum, horae intervallo a vico hodierno *Hadschilar.* Edd. G. Radet et P. Paris Bull. de corr. Hell. IX (1885) p. 433 n. I. Ex apographo et ectypo suo J. R. Sterret Papers of the American school at Athens III p. 115 n. 190 (R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 131 n. 290).

Γ(άϊον) Ἐτρείλιον Ῥήγιλλον | Λαβέριον Πρεῖσκον, πρεσ|β(ευτὴν) Αὐτοκράτορος Καίσα|ρος Τίτου Αἰλίου Ἁδριανοῦ ‖ Ἀντωνείνου Εὐσεβοῦς, | π(ατρὸς) π(ατρίδος)[1], ἀντιστράτηγον ἐπαρ|χειῶν Κιλικίας, Ἰσαυρίας, Λυκα|ονίας[2], ὕπατον[3], Ἰσαυρέων[4] | ἡ βουλὴ

Litterae ΑΠΣΩ. Iuxta hanc basin alia inventa est cum titulo eodem, nisi quod postrema verba ibi sunt [διὰ ἐπι]|μελητοῦ Ἱέρακος τοῦ Φιλή|του τοῦ Λ[υσί]ου. Cf. Sterret p. 114 n. 89. Cagnat not. 2. 1 Antoninus Pius (138—161 p. Chr. n.). 2 Cum Cilicia aliquamdiu cum Syria coniuncta fuisset, Hadrianus provinciam, quae a legato Augusti propraetore administraretur, restituit. Cf. J. Marquardt Röm. Staatsverwaltung I p. 388 not. 1. Isauria et Lycaonia, quae Amyntae regis fuerant, eo defuncto (25 a. Chr. n.) cum reliqua eius terra in Romanorum ditionem redactae partem provinciae Galatiae efficiebant, dum ab ea separatae cum Cilicia coniungerentur. Quod cum aliquando factum esse ex n. 578 innotuisset, ad Septimii Severi aetatem relatum est a Marquardtio Röm. Staatsverw. I p. 388. Sed hic titulus docet,

καὶ ὁ δῆμος τὸν ‖ ἑαυτῶν εὐεργέτην | διὰ ἐπιμελητοῦ Πασίω|νος Καλλιμάχου.

---

iam Antonini Pii principatu hanc mutationem perfectam fuisse. Quare mihi quidem simplicissimum videtur statuere ipsum Hadrianum, cum Ciliciam provinciam imperatoriam restitueret, ei cum Cilicia Trachea etiam Isauriam et Lycaoniam adiunxisse. Ceterum praeter hos titulus etiam nummos huius coniunctionis testes cum titulo ΚΟΙΝΟϹ ΤΩΝ ΤΡΙΩΝ ΕΠΑΡΧΙΩΝ (Mionnet III p. 634 n. 478) aetatem tulisse monet Marquardt. Scrupulum movet titulus Bull. de corr. Hell. XI 1887 p. 348 n. 5, 12. 13 Καρμινίου Ἀθηναγόρου, ἀνθυπάτου Λυκίας καὶ Πανφυλίας καὶ Ἰσαυρίας, ex quo editor M. Clerc collegit, Isauriam a Commodo cum Lycia et Pamphylia coniunctam sed iam a Septimio Severo Ciliciae praesidi redditam esse. 3 Suffectus anno incerto. 4 In nummis (Eckhel D. N. III p. 29. Mionnet III p. 531 n. 6. Suppl. VII p. 144 n. 2) oppidum Isaura μητρόπολις Ἰσαυρέων appellatur, de qua re monet Marquardt Röm. Staatsverwaltung I p. 364 not. 5.

---

577 Cippus parvus marmoreus repertus Romae in Esquiliis, exstat ibidem in aedibus Conservatorum. Edd. W. Henzen Bullettino municip. III (1875) p. 98. C. I. L. VI, 2823. G. Kaibel Inscr. Gr. Sic. et Ital. 991 (R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. I p. 33 n. 72).

Διὶ Ὀλυβρί(ῳ)[1] | τοῦ Κιλίκων | ἔθνους[2] τῆς | λ(αμπροτάτης) μ(ητροπόλεως) Ἀναζαρ‖βέων[3] Αὐρ(ήλιος) | Μᾶρκος στάτωρ[4] | εὐχῆς χάριν.

Litterae ΕΖΘϹѠ. Vs. 6 fin. Ѡ et Ρ ligatae. Verba Romano more singulis punctis dirimuntur. 1 Cf. Stephanus Byz. s. v. Ἄδανα· ἔστι δὲ ὁ Ἄδανος Γῆς καὶ Οὐρανοῦ παῖς, καὶ Ὄστασος καὶ Σάνδης καὶ Κρόνος καὶ Ῥέα καὶ Ἰαπετὸς καὶ Ὄλυμβρος. Quo loco quin non recte Salmasius Ὄλυμπος pro Ὄλυμβρος emendaverit, nemo iam dubitabit postquam Kaibelius hunc titulum cum Stephani testimonio contulit. 2 Structura ea esse videtur, ut a dei nomine pendeat genetivus τῆς — μητροπόλεως Ἀναζαρβέων, a μητροπολέως rursus τοῦ Κιλίκων ἔθνους. Incommodus sane verborum ordo, sed nullam video aliam interpretationem quae non multo maiores etiam molestias habeat. 3 Anazarba vel Anazarbus (v. G. Hirschfeld ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie I, 2 p. 2101) oppidum in ea campi Ciliciae parte situm, quae maxime ad septentriones vergit, ad medium Pyrami fluminis cursum, hodie *Anavarza.* Eam metropolin Ciliciae itemque liberam (αὐτόνομος, ἐλευθέρα) in nummis appellari observat Waddington ad Lebas Inscr. III, 1480. Cf. etiam miliarium Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 342 n. 898: Ἀπὸ Ἀναζάρβου τῆς μητροπόλεως — καὶ β' νεωκόρου. Primo p. Chr. n. saeculo aliquantisper Καισάρεια ἡ πρὸς Ἀναζάρβῳ nominata est (Plin. Nat. hist. V, 93 *Anazarbeni qui nunc Caesarea.* Ptolemaeus V, 7, 7 p. 900, 4) sed mox antiquum nomen

rediit, nec quod Iustinianus ei imposuit Iustinianopolis diu mansit. Cf. Hirschfeld l. l. 4 Statores sunt officiales vel apparitores, quorum negotium est sistere homines, i. e. adducere ad magistratum aut iudicium. Maxime quidem in provinciarum administratione hoc ministrorum genus occurrit. Probe ab eis distinguendi stratores. Cf. n. 614, 5.

---

578 Tarsi Ciliciae in pariete balnei novi (*Jeni-hammam*) prope templum *Olu-djami*. Edd. Langlois Inscr. 46. Ex Gilleti consulis Francogalli exemplo Ph. Lebas Journal de l'instruction publique mens. April. 1854. Lebas-Waddington Inscr. III, 1480. Omnium accuratissime ex Duchesnii apographo W. H. Waddington Bull. de corr. Hell. VII (1883) p. 282 n. 2 (R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 338 n. 880).

[Ὑπὲρ σωτηρίας καὶ αἰωνίου διαμονῆς τοῦ κυρίου Αὐτ]ο|κράτορος [Μ(άρκου) Αὐρηλίου] | Σ(ε)ου(ήρ)ο[υ[1] Ἀλεξάνδ|ρου] Εὐσεβοῦς Εὐτυ[χοῦς[2]] ‖ Ἀλεξανδριανὴ [Σεουηρια]νὴ | Ἀντωνεινιανὴ [Ἁδριανὴ] | Τάρσος[3], ἡ πρώτη κ[αὶ μεγίστη] | καὶ καλλίστη μ[ητρόπολις] | τῶν γ´ ἐπαρχειῶν[4], [Κιλικίας,] ‖ Ἰσαυρίας, Λυκαο-

---

Litterae ΞΠΣ. 1 ΣΤΟΥΟΤΟ. Duchesne, cum Gillet rectius ΣΕΟΥ legisset. Sed reliquis omnibus locis Duchesnii exemplum plenius et accuratius est, ut discrepantes antiquioris apographi lectiones enotare supervacaneum videatur. Ceterum alium titulum paene ad verbum consentientem cum hoc edidit Waddington Bull. de corr. Hell. VII 1883 p. 281 n. 1, ex quo nonnulla in hoc exemplo certius restitui licuit. 2 Alexandri Severi (222—235 p. Chr. n.) nomen certum est, cum quia in altero exemplo (not. 1) litterae initiales cognominis ΑΛΕ conservatae sunt, tum quod Tarsus hic nomen Ἀλεξανδριανή gerit. 3 Ex nummis, ut Waddington exposuit, discimus Tarsensium civitatem primo appellationem Ἁδριανή sibi imposuisse eamque usque ad Maximini Thracis principatum retinuisse. Deinde Commodi imperio accessisse Κομμοδιανή neque vero ultra eius necem mansisse. Quod contra Σεουηριανή Septimii Severi, Ἀντωνινιανή Caracallae aetate assumpta cum illo Ἁδριανή ad Maximini usque principatum mansisse. Per brevissimum Macrini principatum comparere Μακρινιανή, Elagabalo regnante omnia id genus cognomina aboleri, sed redire illa tria Alexandro imperante et novum accedere Ἀλεξανδριανή. Sed post huius mortem omnia in perpetuum abici. 4 Medium ex tribus adiectivis μεγίστη esse cum Waddington iam in commentario collectionis Lebasianae definite pronuntiasset, postea gemino titulo Tarsensi invento (cf. not. 1) luculentissime comprobatum est; nam ibi v. 4. 5 integra exstant ἡ πρ(ώ)τη καὶ μεγίστη καὶ καλλίστη. Litteras Α . Μ . Κ, quae inde a Caracallae principatu legerentur in nummis Tarsensium et Anazarbensium (n. 577[3]), haec ipsa adiectiva significare perspexit

νίας [προκα]||θεζομένη[5] καὶ β' νεωκόρ[ος[6],] | μόνη τετειμημένη δημ[ι]|ουργίαις[7] τε καὶ κιλικαρχί[αις[8]] | ἐπαρχικῶν[9] καὶ ἐλευθέρῳ κ[οι]||νοβουλίῳ[10] καὶ ἑτέραις πλε[ί]|σταις καὶ μεγίσταις καὶ ἐξαι|ρέτοις δωρεαῖς.

W. Ceterum de coniunctione trium provinciarum cf. n. 576[2]. Et illic et in titulo Tarsensi Bull. VII p. 281 n. 1, 7 tria nomina integra exstant, qua re hic comprobatur Waddingtoni supplementum [Κιλικίας]. 5 Hoc participio oppidum caput provinciae esse enuntiatur, cuius rei Waddington testimonium attulit ex Vita S. Theclae a Basilio, Seleuciae ad Calycadnum episcopo, conscripta hoc: πόλις δέ ἐστι Σελεύκεια τῶν τῆς ἑῴας ὁρίων ἐν προοιμίῳ κειμένη, προεδρεύουσα δὲ καὶ προκαθεζομένη πάσης Ἰσαυρίδος πόλεως. Primo de singulis hominibus pro προεδρεύειν usurpari coeptum est verbum, ut Papers of the American school of Athens III p. 408 n. 600, 9 sqq. ἀγωνο[θε]τοῦντος [κα]ὶ προκαθε[ζ]ομένου διὰ βίου καὶ γέ[ν]ους Κλ(αυδίου) Τρε[βωνιανοῦ]. De oppido, ut hic, legitur Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 342 n. 898: ἀπὸ Ἀναζάρβου | [τ]ῆ[ς] μητροπόλεως | τῶν γ' ἐπαρχειῶν προ|καθεζομένης καὶ | β' νεωκόρου. Enuntiati structuram commodissime sic expedias, ut genetivum τῶν γ' ἐπαρχειῶν a μητρόπολις, nomina propria Κιλικίας, Ἰσαυρίας, Λυκαονίας vero a προκαθεζομένη pendere statuas. 6 Prima neocoria Tarsensium notatur in nummis Hadriani cum effigie Antinoi, altera in nummis Commodi principatu cusis. W. 7 Magistratus publicos Tarsensium δημιουργούς fuisse etiam Dio Chrysostomus tradit XXXIV, 31 (I p. 324, 21 v. Arnim) κἂν ᾖ τις γυμνασίαρχος, ἢ δημιουργός τις. 8 Praesides concilii provincialis Ciliciae eosdemque sacerdotes Augustorum eligi homines nobilissimos (not. 9) etiam ad honorem Tarsensium pertinebat, quia ibi concilium provinciale (not. 10) sedem habebat. Voce κιλικαρχία enim officium asiarchiae (n. 498[3]), bithyniarchiae (n. 528, 10), pontarchiae (n. 529, 6), galatarchiae (n. 542, 2), lyciarchiae (n. 556, 2), phoenicarchiae (n. 596, 2), armeniarchiae (n. 652, 5. 6) simile significari et a Waddingtono observatur et omnino omnium certissimum est. 9 Cum antiquitus ΕΣΤΑΡΧΙΚΩΝ lectum esset idque Waddingtonus in (ὑπ)α(τ)ικῶν mutandum censuisset et hoc titulo a Duchesnio accuratius exscripto et illo gemino (not. 1) eruto de ἐπαρχικῶν nihil dubii relinquitur, idque recte interpretatur Waddington. Etenim homines sunt functi officio praefecti (ἐπάρχου). Qui cum inter nobilissimos ordinis equestris homines essent, incolae provinciae eiusmodi homines non aspernari honores provinciales et municipales magnopere laetabantur. 10 Cf. n. 490, 12. 528, 3. 568, 11, unde apparet κοινοβούλιον esse concilium provinciae. Id ἐλεύθερον appellari, quia sua sponte convenire et deliberare ei liceret neque venia a praeside provinciae data opus esset, adnotavit Waddington. Quod hoc quoque quasi donum quoddam quo civitas Tarsensium affecta sit praedicatur, nihil miri habet, siquidem re vera permultum Tarsensium interfuisse consentaneum est, apud se potissimum hos conventus haberi. Similiter de conventu iuridico a Caracalla Thyatiris constituto dicitur n. 517, 6 ὁπότε ἐδω[ρ]ήσατο τῇ πατρίδι ἡμῶν [τ]ὴν ἀγορὰν τῶν δικῶν.

579 Tribus fere miliariis Anglicis a Canygelide oppido Ciliciae occidentalis sito inter *Kizil-Oren* et *Kizil-Bagh*, repertae sunt reliquiae templi antiqui, cuius in muro, iuxta ipsum cellae introitum a dextra, titulus exstat, quem ex Th. Bentii ectypo ed. E. L. Hicks Journal of Hell. stud. XII (1891) p. 332 n. 12 (R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 335 n. 864).

Ἔδοξεν[1]· ἐάν τις | εὑρεθῇ Κιλικίῳ μέ|τρῳ μετρῶν, ἀπ|οδώσει (ε)ἰς τὸν φίσκ||ον δηνάρια εἴκοσι | πέντε. μετρεῖν δὲ | μέτροις οἷς ἡ πόλ|ις[2] νομιτεύετ(αι)[3].

Litterae ΑΕΘΣ(ξῖ)ΠϹѠ. 1 Decretum civitatis hoc esse perspexit Hicks, etsi mireris dativum omitti; neque ea de re dubitari licet quia v. 4. 5 praecipitur ut multa in fiscum Caesaris redigatur. 2 Editor hic praecipi sibi persuasit ut mensuris Romanis utantur cives. Quae opinio etsi primo aspectu arridet, tamen si accuratius perpendas ferri vix poterit. Nam quo pacto in decreto municipali, quale hoc esse etiam Hicksius persuasum habet, in illa regione et illa aetate Roma simpliciter ἡ πόλις appellari potuerit, non video. Neque Romanos a populis subditis exegisse ut pondera mensurasque Romanas adoptarent, H. concedit provocans ad Th. Mommseni Röm. Staatsrecht III, 1 p. 758 not. 2. Quare facere non possum quin ἡ πόλις ad civitatem referam, cuius hoc decretum est. Nam etiam in eadem provincia singulos populos diversis mensuris uti consuevisse locus Epiphanii de medimnis Salaminiorum et Paphiorum (p. 261 Hultsch) a Mommseno allatus docet. 3 ЄΤЄ lapis. De verbo cf. n. 339[22]. Ceterum et in illo titulo et in papyris Aegyptiis quos attuli passivum de ipsis nummis usurpatur, ita ut de urbe potius νομιτεύει exspectes. Sed hoc sermonis discrimen ad temporis potissimum intervallum, fortasse etiam ad regionum differentiam, redire videtur.

---

580 In loco qui vocatur *Chok-Oren*, in littore Ciliciae occidentalis, fere quinque miliariis Anglicis a *Ghorghos* meridiem versus. Ed. Beaufort Karaman. p. 230 (ed. sec. p. 239). Inde et ex schedis Muelleri Beaufortianis J. Franz C. I. G. 4430. Plenius et accuratius ex ectypo ab J. Th. Bentio confecto E. L. Hicks Journal of Hell. stud. XII (1891) p. 258 n. 31. Cf. quae disputavit Letronne Journal des savants Jul. 1819 n. 390 sq.

Ἐπὶ τῆς βασιλ(ε)ίας τῶν δεσποτῶν ἡμῶν | Οὐαλεντινιανοῦ καὶ Οὐάλεντος καὶ Γρατιανο(ῦ) | τῶν αἰωνίων Αὐγούστων[1] | Φλ(ά-

Litterae ΑΘΞΠϹΨΥΨ. 1 A. 367—375 p. Chr. n.

βιος) Οὐράνιος, ὁ λαμπρότατος ἄρχων || τῆς Ἰσαύρων ἐπαρχίας[2], τὸν τόπον | τοῦ Κορασίου[3], πρότερον ἀγνοούμενον | καὶ ἔρημον ὄντα, ἐξ οἰκ(ε)ίων[4] ἐπινοιῶν | εἰς τοῦτο τὸ σχῆμα ἤγαγεν ἐκ θεμελίων | ἅπαν τὸ ἔργον κατασκευάσας.

---

2 Isauria cum prioribus principatus temporibus Galatiae, inde ab Hadriani aetate Ciliciae adiuncta fuisset (n. 576 2), nova imperii divisione a Diocletiano instituta provincia facta est. Sed praeter mediterraneam et montuosam regionem quam Isauri incolebant etiam partem orae Ciliciae occidentalis in ea provincia fuisse apparet ex Hierocle, qui cum Synecd. p. 708, 1 indicem ἐπαρχία Ἰσαυρίας ὑπὸ ἡγεμόνα, πόλεις κγ′ habeat, inter has urbes v. 4 Ἀνεμούριον oppidum ad promunturium eiusdem nominis in Ciliciae littore situm recenset, itemque v. 2 Σελεύκεια μητρόπολις. Prope quam urbem (v. not. 3) situs erat locus de quo hic dicitur. 3 Cf. Steph. Byz. Ψευδοκοράσιον, αἰγιαλὸς μέγας μεταξὺ Κωρύκου [καὶ] τῆς Σελευκείας τῆς παρ' Ἰσαύροις (not. 2). Ἀρτεμίδωρος ἐνάτῳ τῶν Γεωγραφουμένων 'παραλλάξαντι δὲ ταύτην αἰγιαλὸς ἄλλος ἐκδέχεται σταδίων τριῶν, μηνοειδὴς καὶ ὕφορμος, καλούμενος Ψευδοκοράσιον. Quo nomen cum ψεῦδος compositum spectet, obscurum est. Sed id ex titulo apparet, fuisse quondam in illo littore delubrum Proserpinae, sed id non modo deletum esse, sed adeo locum quo situm esset plane in oblivionem venisse. Quem aedificio de integro exstructo exornavit Flavius Uranius, id quod in praeside qui provinciam administravit auspiciis imperatorum Christianorum, sane memorabile est. Κοράσιον pro antiquiore Κόρειον natum videtur ex similitudine aliorum eiusmodi nominum, ut Ἀφροδίσιον, Ἀρτεμίσιον, in quibus sibila ex finali stirpis consona nata est. 4 OIKIWN. Emendavit Hicks. Franzius, qui οἰκίων retinuit, quomodo verba tituli interpretatus sit, non intellego. Manifesto significant 'sua ipsius consilia secutus', 'sua sponte'.

---

6. Cyprus.

581 In loco *Kuklia* insulae Cypri, ubi fuit delubrum Veneris Paphiae, in ecclesia semiruta S. Epiphanii ad aram. Post alios ed. Boeckh C. I. G. 2629 (R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 356 n. 939). Cf. quae adnotavit E. Oberhummer Sitzungsber. der Kgl. Akademie zu München 1888 p. 325.

Μαρκίαι[1] Φιλίππου[2] θυγατρί, ἀνεψιᾶι | Καίσαρος θεοῦ Σε-

Litterae ΑΘΞΣ. 1 Praedicatur ab Ovidio Fast. VI, 803 sq., commemoratur in titulis servorum C. I. Lat. VI, 7884, 1. 9298 *a*, 2. 9534, 2. 23822, 1. 4, quae testimonia attulit H. Dessau Prosopogr. imp. Rom. II p. 340 n. 184. 2 L. Marcius Philippus cos. 38 a. Chr. n. suffectus cum P. Cornelio Scipione

βαστοῦ[3], γυναικὶ | Παύλου Φαβίου Μαξίμου[4], Σεβαστῆς | Πάφου[5] ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος.

(C. I. Lat. I² p. 65), qui ex Hispania triumphavit anno 33 a. Chr. n. (Fasti triumphales C. I. Lat. I² p. 77), aede Herculis Musarum (Sueton. Aug. 29. Ovid. Fast. VI, 801. Tac. Ann. III, 72) et porticu, quae ipsius nomine appellari solebat (Plin. Nat. hist. XXXV, 66. 114. 144. Martial. V, 49, 12) exstructis nobilis; cf. Prosopogr. imp. Rom. II p. 338 n. 173. 3 Cf. Ovid. Fast. VI, 809: *nupta fuit quondam matertera Caesaris illi* (Philippo). Fuit igitur Philippi cos. 38 a. Chr. n. uxor, Marciae mater, soror germana Atiae illius, quae primum C. Octavio nupta Augustum pepererat, deinde altero matrimonio cum L. Marcio Philippo coniuncta erat. Hunc Augusti vitricum sane probabile est patrem illius minoris L. Marcii Philippi fuisse, sed apparet hunc non materteram suam in matrimonium duxisse; immo ipsum ex alio priore Philippi maioris matrimonio procreatum fuisse consentaneum est. 4 Cf. Tac. Ann. I, 5: *quippe rumor incesserat paucos ante menses Augustum electis consciis et comite uno Fabio Maximo Planasiam vectum ad visendum Agrippam; multas illic utrimque lacrimas et signa caritatis spemque ex eo fore ut iuvenis penatibus avi redderetur. Quod Maximum uxori Marciae aperuisse, illam Liviae; gnarum id Caesari, neque multo post exstincto Maximo, dubium, an quaesita morte, auditos in funere eius Marciae gemitus semet incusantis, quod causa exitii marito fuisset.* De ipso Paullo Fabio Maximo cos. 11 a. Chr. n. cf. n. 458[31]. 5 Cognomen urbi impositum anno 15 a. Chr. n. Waddington et Oberhummer observaverunt allato Cass. Dion. LIV, 23, 7: τότε δὲ (Augustus) πόλεις ἔν τε τῇ Γαλατίᾳ καὶ ἐν τῇ Ἰβηρίᾳ συχνὰς ἀπῴκισε, καὶ Κυζικηνοῖς τὴν ἐλευθερίαν ἀπέδωκε, Παφίοις τε σεισμῷ πονήσασι καὶ χρήματα ἐχαρίσατο καὶ τὴν πόλιν Αὔγουσταν καλεῖν κατὰ δόγμα ἐπέτρεψε. Praeter hunc titulum Σεβαστὴ Πάφος etiam ap. Oberh. p. 324 n. 13 et Lebas-Waddington Inscr. III, 2792, 4 est; postea Σεβαστὴ Κλαυδία Φλαουΐα appellatur Lebas-Waddington Inscr. III, 2785, 5. 2806, 26.

---

582 In aversa parte basis, quae in fronte habet alium titulum antiquiorem. Litterae paene evanidae. Ed. H. A. Tubbs Journal of Hell. stud. XII (1891) p. 195 n. 53 (R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 368 n. 994). Cf. Journ. of Hell. stud. XII p. 118.

Ἡ πόλις | Ὕλλον Ὕλλου, γυμνασιαρ|χήσαντα προῖκα[1] L λγ′[2]

Litterarum formae, quantum quidem in scriptura quae paene tota evanuit cognoscere licet, volgares praeter ΠΣ et semel (v. 6 sub finem) P pro P. 1 Cf. n. 479[9]. 2 Aeram provinciae Cypri agnoscunt primi editores. Atque ad hunc quidem titulum adnotant, numerari annos a provincia ab Augusto restituta et senatui tradita, ita ut hic titulus anno 11 p. Chr. vindicandus sit, qua in re Cagnatus eis assensus est. Quod contra ad titulum

καὶ | ἀρχιερευσάμενον τῆς || Κύπρου τοῦ Σεβαστοῦ | θεοῦ Καίσαρος[3].

Journ. of Hell. stud. XII p. 191 n. 44, 4 ambigere se fatentur, utrum nonus qui illic habetur annus a prima provinciae Romanae origine (55 a. Chr.) an ab illo Augusti instituto numerandus sit, ita ut aut 47 aut 14 a. Chr. n. incisus sit titulus. Item de hoc inter annos 23 a. Chr. et 11 p. Chr. dubius haerere debebat, si omnino illud de aera Cypriorum (aut Paphiorum, ut vult Cagnat ad Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 358 n. 950, 12 not. 2) recte se haberet. At non ita est; immo Romanorum principatu in Cypro nusquam comparet aerae provincialis vel tenuissimum vestigium, sed ut Aegyptii, quorum sub regibus per aliquot saecula fuerant, annos imperatorum numeraverunt. Habemus Tiberii annum sextumdecimum infra n. 583, 15, Claudii vel Neronis vel Vespasiani octavum Lebas-Waddington Inscr. III, 2801, 12 (Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 358 n. 950), Claudii decimum Lebas-Waddington 2823, 1 (Inscr. Gr. ad r. Rom. p. III p. 364 n. 974), Traiani tertium Lebas-Waddington 2755, 3 (Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 366 n. 987), Septimii Severi septimum Lebas-Waddington 2806, 26 (Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 361 n. 967). Sed etiam illos titulos, qui non definite anni numero adiungunt imperatoris nomen (τὸ πρῶτον ἔτος Journal of Hell. stud. XII 1891 p. 176 n. 4, 3. Lδʹ ibid. p. 171 n. (4), 1. τὸ ἕκτον [ἔτος] Lebas-Waddington 2785, 7 (Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 355 n. 937) τὸ θʹL Journ. of Hell. stud. XII 1891 p. 191 n. 44, 4 (Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 367 n. 993). ἔτους ιβʹ C. I. G. 2632 (Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 363 n. 971), 7. Lιδʹ Journ. of Hell. st. XII p. 178 n. 8, 3 (Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 367 n. 992), eadem ratione interpretandos esse facile est demonstratu. Nam primum quidem plerique ex eis, ut ex illis prioribus, etiam alio nomine contra reliquarum provinciarum consuetudinem cum Aegyptio more consentiunt, signo L pro nomine ἔτους usurpato. Deinde vero, si aeram hic haberemus, quo tandem pacto factum esse credibile est, ut nullus annus quartodecimo recentior hic reperiretur, praesertim cum nonnulli ex his titulis manifesto semisaeculo aut adeo maiore temporis intervallo a provincia et instituta et ab Augusto instaurata distent? Quod quoniam certum est, hunc titulum trigesimo tertio imperatoris cuiuspiam anno incisum esse, simul apparet neminem praeter Augustum in censum venire, quia nemo eum annorum imperii numerum attigit. Anno igitur 4 p. Chr. n. Hyllus gymnasiarcha fuit eoque officio peracto huius monumenti honore affectus est. 3 Titulum Augusto superstite scriptum, de qua re editores primi etiamtum dubitanter locuti sunt, iam certissima ratione demonstratum est (not. 3). Quo tempore θεόν appellari principem sane severae legi titulorum Latinorum non est accommodatum. Sed Graecos hac in re minus diligentes fuisse constat, ac ne sic quidem plane idem est appellationis genus, atque in mortuo. Nam is quidem simpliciter θεὸς Σεβαστός (*Divus Augustus*) vocatur, cum hic et ordo duorum vocabulorum inversus sit et tertium accedat Καῖσαρ. Eandem appellationem habes apud Lebas-Waddington Inscr. III 2772 (Lapethi): Σεβαστοῦ θεοῦ Καίσαρος.

583. Basis lapidis asbesti inventa anno 1861 in insula Cypro inter rudera Lapethi veteris. Ed. Demetrius Pieridis Ἐφ. ἀρχ. περίοδος β' n. 227, tab. XXXVII. Ex suo apographo W. H. Waddington ap. Lebas Inscr. III, 2773 (Palma di Cesnola Cyprus p. 419 n. 15. R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 354 n. 933).

Τιβερίωι Καίσαρι Σεβαστῶι θεῶι, θεοῦ Σεβαστοῦ υἱῶι, | αὐτοκράτορι, ἀρχιερεῖ μεγίστωι, δημαρχικῆς ἐξουσίας | τὸ λα'[1], ἐπὶ Λευκίου Ἀξίου Νάσωνος ἀνθυπάτου[2] καὶ Μάρκου | Ἐτρειλίου Λουπέρκου πρεσβευτοῦ καὶ Γαΐου Φλαβίου Φίγλου ταμία⟨ι⟩ ‖ Ἄδραστος Ἀδράστου φιλοκαῖσαρ, ὁ ἐνγενικὸς[3] ἱερεὺς τοῦ | ἐν τῷ γυμνασίωι κατεσκευασμένου ὑπὸ αὐτοῦ ἐκ τοῦ ἰδίου[4] | Τιβερίου Καίσαρος Σεβαστοῦ ναοῦ καὶ ἀγάλματος, ὁ φιλόπατρις | καὶ πανάρετος καὶ δωρεὰν καὶ αὐθαίρετος[5] γυμνασίαρχος καὶ | ἱερεὺς τῶν ἐν γυμνασίωι θεῶν[6], κατεσκεύασεν τὸν ναὸν καὶ ‖ τὸ ἄγαλμα ἰδίοις ἀναλώμασιν τῶι ἀτοῦ θεῶι[7], ἐφηβαρχοῦντος | Διονυσίου τοῦ Διονυσίου τοῦ καὶ Ἀπολλοδότου φιλοκαίσαρος. | Ἄδραστος Ἀδράστου φιλοκαῖσαρ καθιέρωσεν, συνκαθιεροῦντος | καὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἀδράστου φιλοκαίσαρος, τοῦ καὶ αὐτοῦ δωρεὰν | καὶ αὐθαιρέτου γυμνασιάρχου τῶν παίδων, τῆι γενεσίῳ ‖ Τιβερίου L ις', Ἀπογονικοῦ κδ'[8].

Litterae ΑΘΞΠΣΩ. Hastae extremae apicibus ornatae. Expressi Waddingtoni exemplum, a quo Pieridis non discrepat nisi in paucissimis iisdemque levissimis rebus quas singillatim enotare non attinet. 1 Anno 29/30 p. Chr. n., qui idem est sextus decimus principatus Tiberii (v. 15). De die cf. not. 8. 2 Neque hic proconsul neque qui deinceps commemorantur legatus et quaestor aliunde noti. 3 Significari videtur sacerdotium ab Adrasto constitutum ea condicione, ut primum quidem ipse id gereret, deinde vero in illius progenie hereditarium esset. 4 Cf. n. 476[5]. 5 Gratis (δωρεάν) gymnasiarchiam gessisse, i. e. praecipue oleum eis qui in gymnasio exercerentur suis impensis praebuisse magna laus est neque infrequens in titulis. Cf. n. 479[9. 10]. Hic altera accedit quod non exspectaverit, dum a civitate rogaretur, sed ultro munificentiam populo obtulerit (αὐθαίρετος). 6 Mercurii et Herculis. 7 Tiberio Caesari. Cf. n. 195, 3. 4 τὸν ἑαυτοῦ θεὸν καὶ εὐεργέτην. De scriptura ἀτοῦ cf. Meisterhans-Schwyzer Grammatik der att. Inschr.[3] p. 61 not. 516. p. 154 not. 1318. E. Schweizer Grammatik der pergamen. Inschr. p. 91 not. 1. 8 Apogonicus secundus est mensis fastorum provincialium Cypri, quorum annus a die natali Augusti incipit, pertinens ille quidem a vigesimo quarto mensis Octobris die ad vigesimum alterum mensis Novembris (Ideler Handbuch der Chronologie I p. 427). Itaque deducimur in sextumdecimum diem mensis Novembris, quem re vera Tiberii Caesaris natalem esse aliunde constat. Cf. Sueton.

Tib. 5. Cassius Dio LVII, 18, 2. Waddington. Idem observat Epiphanium, Salaminis Cypri episcopum saeculo p. Chr. n. quarto, adv. haer. LI, 24, ubi Apogonici diem sextumdecimum eundem cum octavo m. Novembris indicet, eandem plane quae in hemerologio apud Idelerum sit fastorum Cypriorum rationem sequi.

---

584 Fragmentum tabulae marmoreae inventum Citii (*Larnaka*), unde Vogüéi dono Parisios in museum publicum (*Louvre*) pervenit. Ed. W. H. Waddington ad Lebas Inscr. III, 2726 (R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 365 n. 979).

Τι(βέριος) Κλαύδιος Ἰοῦνκος[1] | ἀνθύπατος λέγει·[2] | Φιλοδώρου τὴν εἰς τὴν πα|τρίδα φιλοτειμίαν καὶ δι' || ὧν ἔκπαλαι αὐτὴν εὐεργέ||[τησεν ------------]

Litterae λΔЄΘΠϹω. Vs. 1 post TI puncto distinguitur. 1 Recte E. Klebs Prosopographia imp. Rom. I p. 383 n. 729 hunc a reliquis hominibus notis, quibus *Iuncus* cognomen fuerit, distinguit. Nam consul suffectus anni 127 p. Chr. n., ad quem Waddingtonus hoc edictum rettulerat, Aemilius Iuncus fuit. Cf. n. 587, 6. 2 Sollennis formula in edictis cum imperatorum tum magistratuum. Cf. Th. Mommsen Röm. Staatsrecht I^3 p. 205 not. 1.

---

585 Basis marmoris caerulei; angulus sinister superior fractus. In delubro Veneris Paphiae. Edd. E. A. Gardner, D. G. Hogarth, M. R. James Journal of Hell. stud. IV (1888) p. 137 n. 40 (R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 361 n. 962).

Ἀφ[ροδ]ί[τ]ῃ Παφίᾳ | [τὸ] κοινὸν Κυπρίων | Ἀπολλωνίαν Κρατεροῦ καὶ τὸν ταύτης ἄνδρα | Πατροκλέα Πακροκλέους, τοὺς κτίστας τοῦ || Τυχαίου[1] καὶ ἀρχιερεῖς διὰ βίου τῆς Τύχης[2] |

Litterae ΠΕW. 1 Hoc τεμενικόν, legitime formatum illud quidem ut Ἀθήναιον, Ἕρμαιον, Νύμφαιον, cum unum Μουσεῖον diversam rationem sequatur, redit in titulo Cilicio Journal of Hell. stud. XII 1891 p. 264 n. 51 et apud scriptores Nicolaum rhetora (Rhet. Gr. I p. 408, 11) et Cassium Dionem, qui eo XLIII, 21, 1. L, 10, 2 de aede Fortunae Romana utitur. Etiam Τύχαιον ὄρος apud Stephanum Byz. s. v. Τύχη ab eiusmodi delubro nomen habuisse videtur ex more in promunturiis potissimum usitato. 2 Cum iam Pindarus ap. Pausaniam IV, 30, 6 et Plutarchum de fort. Rom. 10 p. 322 C (τὴν δὲ Τύχην καὶ οἱ μετ' ἐκεῖνον ἐθαύμασαν βασιλεῖς ὡς πρωτόπολιν καὶ τιθηνὸν καὶ 'φερέπολιν' τῆς Ῥώμης ἀληθῶς κατὰ Πίνδαρον) urbes Fortunae deae cordi esse

τῆς μητροπόλεως Πάφου[3], ὑπὲρ τῆς (ε)ἱς τὴν | ἐπαρχείαν φιλοτειμίας καὶ τῆς πρὸς τὴν | πατρίδα εὐνοίας χάριν[4].

---

praedicasset, Macedonum magisque etiam Romanorum aetate per omnes hominum Graecorum civitates propagata sunt sacra, quibus suam quisque populus Fortunam venerabatur. Qua in re indicanda perfrequenter nomen proprium oppidi adiungitur, ut [Τ]ύχῃ Θάσου Syll.[2] 788, 2. 3. Μεγάλη Τύχη Μυτιλήνης Inscr. Gr. ins. II p. 70 n. 270. Τύχῃ Ῥώμης. Διὶ Κ[απε]|τωλίῳ. Τύχῃ Στρατον[ι]κίας. Τύχῃ Ἀντιοχεί[ας] Bull. de corr. Hell. XII 1888 p. 272 n. 58, 2. Alibi appellativo utuntur, ut ἱερέα Τύχης τῆς πόλεως διὰ βίου (Selgae) Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 155 n. 382, 8. 9. Memorabile est, in Opramoae titulo Inscr. III p. 290 n. 739, XIX, 18 legi ἀνέστησεν δὲ καὶ ἄγαλμα Τυχοπόλεος κεχρυσωμένων, ubi manifesto Τυχόπολις pro Τύχη τῆς πόλεως dicitur, in quo nomine ordo stirpium ex quibus compositum est non minus cum antiqua et legitima sermonis ratione pugnat quam in ὄναγρος ex ὄνος ἄγριος et ἱπποπόταμος ex ἵππος ποτάμιος nato. Sed manifesto eadem dea, quae in titulis quos attuli Stratonicensi et Selgensi harum civitatum esse praedicatur, Bull. XII p. 272 n. 59, 3 (Stratoniceae). Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 156 n. 383, 8. 9 (Selgae) simpliciter Τύχη audit, itemque Philostratus quidem Vit. soph. II, 1, 5 dicit τὸ δὲ ἐπὶ θάτερα τοῦ σταδίου νεὼς ἐπέχει Τύχης καὶ ἄγαλμα ἐλεφάντινον ὡς κυβερνώσης πάντα, at Syll.[2] 397, 4 sqq. legitur ἱερασαμένην πρώτην τῆς Τύχης τῆς πόλεως, cum tamen manifesto utrobique de eisdem sacris ab Herode Attico institutis dicatur (cf. illic not. 3). Quae cum ita sint, pleraque delubra quae in titulis vel apud scriptores simpliciter Τύχης esse dicuntur, non tam ad illam omnium rerum humanarum dominam quam ad huius potissimum urbis populique Fortunam referenda existimo, ut Bull. XIII 1889 p. 488 n. 3, 17. 18 (Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 316 n. 800, Syllii Pamphyliae) ἥτις κατεσκεύασε — καὶ τὸ τῆς Τύχης ἱερὸν ἀκρελεφάντινον ἐπίχρυσον. Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 290 n. 739, XIX, 3 [Ῥο]διαπολειτῶν δὲ τῇ πόλει (δωρησάμενον) με[τ]ὰ [πᾶσ]αν ἀρχὴν καὶ φιλοτειμίαν δύο να[οὺς Τ]ύχης καὶ Νεμέσεως, et quae apud Preller-Robert Gr. Myth. I p. 540 not. 3 afferuntur de Fortunae sacris Argivis, Eleis, Sicyoniis, Smyrnaeis, Thebanis. De antiquioribus quibusdam sane dubitaveris, an latius patuerit numinis vis, ut de illo Syracusano apud Cic. in Verr. IV, 53, 119, si modo unquam fuit (cf. Lupus Die Stadt Syrakus im Alterthum p. 110). 3 Cf. Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 355 n. 937, 5 [Σε]β(αστὴ) Κλ(αυδία) Φλ(αουία) Πάφος [ἡ ἱερὰ μητρόπο]λις τῶν κατὰ Κύ[προν πόλεων]. Eadem fuerunt p. 357 n. 947, 3. p. 362 n. 967, 24. 4 Si φιλοτειμίας ab ὑπέρ, εὐνοίας vero a χάριν pendere statuas, perquam inepta fuerit haec particularum idem significantium vicissitudo. Quare nescio an praestet utrumque genetivum ad praepositionem ὑπέρ referre, χάριν vero absolute 'gratiae referendae causa' interpretari, ut n. 539, 9. Cf. ibi not. 2.

7. Syria.

a. Syria Phoenice et Palaestina.

586 In insula Arado. Ex schedis Iulii de Bertow ed. Secchi Iscrizioni Greche trovate in Arado p. 30 n. V (J. Franz C. I. G. III Add. p. 1178 n. 4536 *f*.). W. M. Thompson Tour from Beirût to Aleppo 1845 in Bibliotheca sacra and theological Review V 1848 p. 253. Cf. quae de titulo disputaverunt Th. Mommsen Hermae XIX p. 644 sqq. O. Hirschfeld Mitth. des arch. Instituts Röm. Abt. II 1887 p. 152. P. von Rohden Prosopographia imp. Rom. III p. 51 p. 373.

[Ἀραδίων] ἡ βουλ[ὴ καὶ ὁ δῆμος | Γάϊον Πλ]ίνιον[1] Σεκοῦν-[δον, | ἔπαρ]χον σπείρης [Θ]ρᾳ[κῶν | πρ]ώτης[2], ἔπαρχον⟨ν⟩ (ε)[ἴλης ‖ Βατάου]ων[3], ἀντεπίτρο[πον[4] Τιβε|ρίο]υ Ἰουλίου Ἀλ[ε]-

Litterae volgares praeter ΠΣ, si modo apographo fides habenda est. Thompsoni exemplum, cuius discrepantes lectiones cum Mommseno communicavit S. Brandt, non ex ipso lapide exceptum est, sed ex Bertowiano ita transscriptum ut duobus locis neglegentia aliquid mutaretur: vs. 1 ΒΟΥΛΙΙΙ B., ΒΟΥΛΙΙ Th. v. 5 ΩΝΑΝΤΕΠ·ΙΤΡΟ B., ΙΝΑΝΤΓΠΙΤΡΟ Th. 1 Supplevit Mommsen, cum C. Plinium natu maiorem (23—79 p. Chr. n.) agnosceret. Dubiam esse hanc coniecturam pronuntiaverunt Hirschfeld et Rohden, argumentis non allatis, sed utique perquam probabilis est. 2 De cohorte I Thracum cf. C. Cichorius ap. Pauly-Wissowa IV, 1 p. 335 sqq., qui monet in titulis et diplomatis militaribus eam tam frequenter tamque diversis locis occurrere, ut plures uno eodemque tempore eundem numerum idemque nomen gessisse in propatulo esset. Cum Plinium in Germania militasse constet (not. 3), maxime probabile est aut cohortem I Thracum c. R. Germanicam, quae tum ad Rhenum tendebat (cf. Cichorius l. l.), aut eam quae in Germania inferiore stationem habebat (Cichorius p. 338) hic innui. De praefectura cohortis nihil definite traditum est, sed *equestribus militiis industrie functum* Plinium narrat vita Suetoniana. 3 ΕΠΑΡΧΟΝΝΘ apographo. Emendavit et supplevit Mommsen. Θ lenissimo errore pro Є lectum, N vero ab ipso lapicida nisi fallor geminatum, ut n. 201, 24 et eis locis, quos ibi attuli not. 34. Batavorum potissimum nomen reponendum esse minime certum videtur Mommseno. Praefectum alae fuisse avunculum refert Plinius minor Ep. III, 5, 3, in Germania militasse § 4. Ipse se Chaucorum terram adiisse testatur Nat. hist. XVI, 2, unde homines docti probabiliter collegerunt eum Domitii Corbulonis adversus illam gentem expeditioni (Tac. Ann. XI, 18) anno 47 p. Chr. interfuisse. Sed haec omnia de Germanica Plinii militia utrum ad cohortis an ad alae praefecturam an ad utramque spectent, in medio relinquendum est. 4 Voci ἀντεπίτροπος Latine non tam *subprocurator* quam *vice procuratoris* respondisse conicit Mommsen. At in titulo Ephesio bilingui n. 480, 5 Graecum exemplum ἀντεπίτροπος

ξ[άνδρου[5] | ἐπ]άρχου [τ]οῦ Ἰουδαϊ[κοῦ στρατοῦ[6], | ἐπίτ]ροπον Συρ[ίας[7], ἔπαρχον ἐν | Αἰγύπτ]ωι[8] λεγεῶνος ε[ἰκοστῆς || δευτέρας][9].

---

habet, Latinum *subprocurator*. Adiutor et vicarius Ti. Iulii Alexandri (not. 5. 6) fuit Plinius bello Iudaico, quo manifesto spectat Nat. hist. praef. § 3, ubi Titum alloquens exclamat *et nobis quidem qualis in castrensi contubernio!* M.
5 Cf. n. 669, 2. 3 cum notis. Prosopographia imp. Rom. II p. 164 n. 92.
6 Supplevit Mommsen, cum Franzius de procuratoris officio, quo Alexander anno 46 p. Chr. n. functus erat (Iosephus Ant. XX, 100. Bell. II, 220. 309), cogitans τοῦ Ἰουδαϊ[κοῦ ἔθνους] restituisset. Si quando bellum gerendum erat maiore exercitu, cui non ipse princeps, sed homo senatorii ordinis praeerat, imperatores ei adiunxisse equitem Romanum rei militaris peritum, qui eum simul adiuvaret et observaret, et ex hoc titulo apparet et ex narratione Iosephi, ubi is de ratione inter Titum Caesarem et Tiberium Alexandrum verba facit. Cf. Bell. V, 46 Τιβέριος Ἀλέξανδρος — τότε — τῶν στρατευμάτων ἄρχων. VI, 237 Τιβερίου τε Ἀλεξάνδρου τοῦ πάντων τῶν στρατευμάτων ἐπάρχοντος, ubi in usu verbi compositi fortasse memoria appellationis ἔπαρχος (*praefectus*), quam hic habemus, valuit. Nec aliter accipiendum, quod eundem Ti. Alexandrum Tacitus Ann. XV, 28, cum Corbulo contra Parthos mitteretur anno 63 p. Chr. n., *ministrum bello datum* a Nerone refert. Mommsen Eph. epigr. V p. 578.
7 Procurationes splendidissimas gessisse Plinium in vita Suetoniana legitur, unam ex eis Hispaniensem fuisse Plinius minor testatur (Ep. III, 5, 17 *cum procuraret in Hispania*). Sed nec haec nec ulla alia praeter Syriacam hic commemoratur. Qua observatione cave abutaris ad Mommseni titulum ad Plinium referentis sententiam refutandam. Nam sive Plinius fuit sive alius qui huius tituli honore afficitur, utique incredibile est eum nulla functum esse procuratione provinciali praeter illam quae omnium nobilissima erat, ita ut C. I. Lat. III, 6034, 1 quasi fastigium columenque sit longae seriei officiorum equestrium. Omissum igitur hic esse maiorem minoremve eius generis magistratuum numerum apparet.
8 Supplevit Mommsen; nam hoc loco alium ac praefecti legionis gradum scriptum non fuisse certum est. Atqui legiones tum temporis in universum quidem senatorii ordinis legatis parebant, sed eas quae in Aegypto collocatae erant, quippe quam ne intrare quidem liceret senatori (Tac. Ann. II, 59), praefecti equestris ordinis ducebant.
9 Supplevit Mommsen. Praeter duoetvicesimam Deiotarianam in censum venit tertia Cyrenaica. Nam hae duae tum in Aegypto stationem habebant. Cf. n. 205[1]. Sed littera initialis servata suadet ut illam potius intellegamus.

---

587 Basis marmoris Pentelici inventa in arce Athenarum orientem versus a Parthenone. Edd. Pittakis Ἐφ. ἀρχ. 363. C. Bursian Ber. der sächs. Ges. der Wissensch. 1860 p. 218. Ex Koehleri collatione W. Dittenberger C. I. A. III, 622. Cf. Ephemeris epigr. I p. 245.

Τριπολιτῶν τῆς | Φοινείκης[1], τῆς ἱερᾶς καὶ ἀ|σύλου καὶ αὐτονόμου | καὶ ναυαρχίδος[2] οἱ ἄρχον||τες καὶ ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος | Αἰμίλιον Ἰοῦγκον[3], πρεσβευ|τὴν Σεβαστοῦ καὶ ἀντιστρά|τηγον[4], τὸν ἑαυτῶν πολεί|την καὶ εὐεργέτην, εὐχαρισ||-

Litterae volgares praeter ΘΠΣ. 1 Cf. Diodor. XVI, 41, 1: κατὰ τὴν Φοινίκην ἐστὶ πόλις ἀξιόλογος ὄνομα Τρίπολις, οἰκείαν ἔχουσα τῇ φύσει τὴν προσηγορίαν· τρεῖς γάρ εἰσιν ἐν αὐτῇ πόλεις σταδιαῖον ἀπ' ἀλλήλων ἔχουσαι διάστημα· ἐπικαλεῖται δὲ τούτων ἡ μὲν Ἀραδίων, ἡ δὲ Σιδωνίων, ἡ δὲ Τυρίων. ἀξίωμα δ' ἔχει μέγιστον αὕτη τῶν κατὰ τὴν Φοινίκην πόλεων, ἐν ᾗ συνέβαινε τοὺς Φοίνικας συνέδριον ἔχειν καὶ βουλεύεσθαι περὶ τῶν μεγίστων. Primum commemoratur in periplo Scylacis qui fertur c. 104 (Geogr. Gr. I p. 78, 10 Müller), deinde apud geographos Strabonem XVI, 2, 15 p. 754. 16 p. 755 et Melam I, 12, 67 et apud Plinium N. hist. V, 78. VI, 213, denique apud Hieroclem Synecd. 716, 2. Ex oppidi casibus et vicissitudinibus maxime memorabile est quod Iosephus narrat, Pompeium Dionysio tyranno necato civitati libertatem reddidisse. Cf. Ant. XIV, 39: καὶ τὴν Πτολεμαίου τοῦ Μενναίου χώραν κατενόησεν (Pompeius), ἀνδρὸς πονηροῦ καὶ οὐδὲν ἐλάσσονος Διονυσίου τοῦ Τριπολίτου τοῦ πελεκισθέντος. Quare ab anno 64 a. Chr. n. Tripolitani annos numerabant. Cf. Eckhel D. N. III p. 373. 377. J. Marquardt Röm. Staatsverwaltung I p. 394 not. 7. 2 Haec quattuor vocabula n. 603, 4. 5 redeunt de Laodicea ad mare. De autonomia cf. not. 1. Appellatio ναυαρχίς in nummis quidem Tripolitanorum non invenitur ante Elagabali principatum (Eckhel D. N. III p. 375); quod hic videmus iam saeculo ante civitatem ea usam esse, nihil habet miri, praesertim cum idem de Laodicea quoque usu veniat, quae n. 603, 5 id nomen gerit, cum nummi, qui exstant totius aetatis quae est inter Augusti et Caracallae imperium, nullum eius exemplum praebeant. Primi omnium Sidonii eum honorem nacti videntur, quorum in nummis iam commemoratur imperatore Domitiano a. 85 p. Chr. (Eckhel D. N. III p. 368), tum Hadriani imperio (117—138 p. Chr.) aliae accesserunt, inter quas Tripolitanos et Laodicenses fuisse hi tituli docent. Cf. Eckhel IV p. 309. 3 Cf. E. Klebs Prosopogr. imp. Rom. I p. 28 n. 235. L. Aemilium Iuncum consulem suffectum fuisse a. 127 p. Chr. cum Sex. Iulio Severo constat (Digest. XL, 5, 28, 4: *factum est senatusconsultum Aemilio Iunco et Iulio Severo consulibus.* XL, 5, 51, 8 *senatusconsulto Iunciano.* Diplom. militare Ephem. epigr. IV p. 181). Etiam Iuvenal. XV, 27 *nuper consule Iunco* ad eum spectare videtur. Proconsulatum Asiae testatur titulus Thyatirenus Bull. de corr. Hell. XI 1887 p. 99 n. 22, 6 ἀνθυπάτῳ Αἰμιλίῳ Ἰούνκῳ, μη(νὸς) Ξανδικοῦ ὀκτωκαιδεκάτῃ. 4 De hac legatione tres prolatae sunt sententiae: Cum Borghesius Oeuvres V p. 70 legatum proconsulis Achaiae intellexisset, id quod propter additum Σεβαστοῦ mihi non probatum est, ipse Ephem. epigr. I p. 245 demonstrare conatus sum, Iuncum legatum a principe ad corrigendum statum liberarum civitatium in Achaiam missum esse. Hoc rursus Th. Mommsen Röm. Staatsrecht II³ p. 858 not. 2 luculenter refutavit usus titulo Laconico manifesto ad eundem hominem spectante C. I. G. 1346, 8 sqq. καθὰ καὶ ὁ θειότατος Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Τραϊανὸς

τίας ἕνεκεν διὰ πρεσβευτοῦ | Γαΐου Ἰουλίου Προκληϊανοῦ | ἀνέθηκαν, ἐπιψηφισαμένης | τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς | καὶ τῆς βουλῆς τῶν φ´ καὶ τοῦ ‖ δήμου τῶν Ἀθηναίων. | ἐπὶ ἱερείας Φλ(αουίας) Φαιναρέτης.

Ἀδριανὸς Σεβαστὸς καὶ Αἰμίλιος Ἰοῦγκος ὁ δικαιοδότης περὶ αὐτοῦ ἐπέστειλαν. Etenim illud genus magistratuum extraordinariorum a iurisdictione alienum, uni administrationi rerum civitatis praefectum fuisse. Quod Mommsenus ipse statuit, Achaiam provinciam tum temporis aliquantisper a senatu ad principem translatam esse, ut medio saeculo p. Chr. primo sub diuturna P. Memmii Reguli legatione fuerat, in eo, ut in re obscurissima, acquiescendum videtur, etsi sic quoque mirum est, in titulo Laconico non πρεσβευτήν aut ἡγεμόνα, sed multo minus definita et usitata appellatione δικαιοδότην dici.

---

588 Cippus cum duobus titulis, Graeco et Palmyreno, Parisiis in museo (*Louvre*). Inscriptionem Graecam ed. L. Heuzey Comptes rendus de l'académie des inscr. 1886 p. 447, Palmyrenam Ledrain Revue d'Assyriologie et d'archéologie orientale 1888 II p. 26 sq. Utramque repetivit et interpretatus est Ch. Clermont-Ganneau Recueil d'archéol. orientale I 1888 p. 300.

Μᾶρκος | Ἰούλιος | Μάξιμος | Ἀριστείδης, ‖ κόλων[1] | Βηρύτιος, | πατὴρ Λου|κίλλης γυ|ναικὸς Περτίνακος.

---

[1] Berytus nobilis Phoenices urbs cum a Tryphone qui regnum Syriae occupaverat deleta esset, a Romanis restituta est. Cf. Strabo XVI, 2, 19 p. 755. 56 εἶθ' ὁ Λύκος ποταμὸς καὶ Βηρυτός· αὕτη δὲ κατεσπάσθη μὲν ὑπὸ Τρύφωνος, ἀνελήφθη δὲ νῦν ὑπὸ Ῥωμαίων, δεξαμένη δύο τάγματα, ἃ ἵδρυσεν Ἀγρίππας ἐνταῦθα. Id factum videtur anno 15 a. Chr. n. (Eusebius II p. 142 *m* ed. Schoene *colonia est deducta Berytum et Patras* vers. Armen. Ἀποικίας εἰς Πάτρας καὶ Βηρυτὸν Ῥωμαῖοι ἐξέπεμψαν Syncellus p. 593, 17); inde ab eo tempore *Colonia Iulia Augusta Felix Berytus* appellabatur. Cf. Benzinger ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie III, 1 p. 321 sq. Graecos ut Latinum *patronus* in nomen tertiae quam dicimus declinationis πάτρων converterint, sic etiam pro *colonus* scripsisse et pronuntiasse κόλων hic titulus docet. Aliud exemplum in laterculo victorum Thespiensi I. G. Sept. I, 1776, 23. 33 agnoscendum est. Nam illic quin Μᾶρκος Αὐρήλιος Σεπτίμιος Νεμεσιανὸς Ἀντιγενίδης κόλων Ἀντιοχεύς (Antiochia Pisidiae oriundus, cf. n. 536[1]) legendum sit, post titulum Berytium inventum dubium non est, etsi Boeckhii opinio, quam ipse cum reliquis editoribus secutus eram, ethnicum compositum Κολωναντιοχεύς, a κολωνία Ἀντιόχεια repetitum ut Μεγαλοπολίτης a Μεγάλη πόλις, illic haberi, per se non absurda est. Simili vicissitudine vel pro Graeco nomine διάκονος in titulis Christianis invenitur διάκων (Bull. de corr.

Hell. XVII 1893 p. 289 n. 96, 2. p. 290 n. 98, 3. accusativus διάκονα Mordtmann Monum. Ancyran. p. 22 n. 11, 5. ὑποδιάκων Journal of Hell. stud. XII 1891 p. 260 n. 37, 1).

---

589 Cippus fere metri Gallici altitudine cum titulo satis neglegenter inciso, in monasterio Maronitico *Deir el-Kal'a* duarum horarum spatio orientem et meridiem versus a Beryto (*Beirût*). Ex ectypis et apographis a Löytvedo transmissis ed. Ch. Clermont-Ganneau Recueil d'archéologie orientale I 1888 p. 94.

[Κυ]ρίωι[1] [γ]ε[ν]||ναίῳ[2] Βαλ|μαρκῶδι[3] | τῷ καὶ Μη||γρίν[4], κα[τ]ὰ | κέλευσι[ν] | θεοῦ Ἀ|ρεμθη|νοῦ[5] Μά||ξιμος | εὐχαριστ|ῶν ἀνέ|θηκα.

Litterae ΑλΕΘΜΞCΩ. 1 ˎΙΡΙΩ. Hoc dedicationis exordium respondere Semitico *l^{e} 'adôn*, quod nominibus deorum in eiusmodi titulis praemitti soleat, adnotat C.-G. 2 Hic merum epitheton ornans recte agnoscit Clermont-Ganneau, etsi sane fuisse etiam deum qui proprio nomine Γενναῖος appellaretur constet (cf. Damascii Vita Isidori p. 203 et titulum n. 637, 1). 3 Ubi hic lapis repertus esset, quondam dei *Bal-markod* delubrum fuisse iam ex aliis titulis pridem erutis innotuerat. Cf. Lebas-Waddington Inscr. III 1855, 7. 1856, 3. 1857, 1. Eum praecipue choris et saltationibus praeesse visum esse cum cognominis *marqôd* (a radice *râqad*, saltare) significatio tum titulus Lebas III 1855, 8. 9 demonstrat, ubi allocutionem κοίρανε κώμων legimus. 4 Nomen, cuius originem et vim plane obscuram esse fatetur Clermont-Ganneau, proprium et antiquissimum dei fuisse haud improbabiliter statuit idem, cui postea ut eius vis ac natura planius exponeretur, adiunctam appellationem 'dominus saltationis'. 5 Nomen vere Semiticum, sed aliunde non notum, loci alicuius Ἀρέμθα subesse observavit C.-G. Simillima esse Ἀριμαθαία et Ἀραμαθά, quod de oppido aliquo Galaaditidis legeretur apud Iosephum Ant. VIII, 399. 411. 417. IX, 105. 106. 112 (var. lect. Ἀραμώθα). Cf. etiam n. 594[7].

---

590 Eodem loco ac n. 588. Ed. Ronzevalle Revue arch. Quatrième série II 1903 p. 29 sq. Cf. quae disputavit Ch. Clermont-Ganneau ibid. p. 225 sqq.

Litterae ЄΘΠCΩ. Vs. 3 post CIMA et v. 4 post K singulis punctis distinguitur. Supra hunc titulum Latinus mirum in modum per compendia scriptus hic I·O·M·B·E·I·R·E·I·S·E·C·S·Q·Λ·Ë | V·L·A·S· Cuius priorem quidem versum manifesto recte sic suppleverunt Ronzevalle et Clermont-Ganneau: *I(ovi) O(ptimo) M(aximo) B(almarcodi) e(t) I(unoni) R(eginae) e(t)*

Θεῷ ἁγίῳ Βὰλ[1] | καὶ θεᾷ Ἥρᾳ κ(α)ὶ[2] θε[ᾷ] | Σίμᾳ[3] καὶ νεωτέρᾳ | Ἥρᾳ[4] Κ(όϊντος) Ἀνχαρη‖νὸς[5] Εὐτύχης χα(λ)|κουρ(γ)ὸς[6] καὶ ὁ μ[α|θητ]ὴς[7] Παῦ[λος][8].

I(*unoni*) *S*(*imae*) *e*(*t*) *C*(*aelesti*) *S*(*ohaemiae*) *Q*(*uintus*) *A*(*ncharenus*) *E*(*utyches*). Sed alterius versus litterae quid sibi velint latet. Certe extremis Graecae inscriptionis versibus (7. 8), utut eos suppleveris, respondere non videntur. 1 Clermont-Ganneau, qui non sine ratione miratur appellationem dei barbaram nulla adiuncta Graeca terminatione, Βαλ[μαρκῶδι] supplevit, cum sumeret scripturam ultra angulum in planicie laterali dextra continuatam fuisse. Id aliquando accidisse constat, sed hic improbabile est id factum esse in uno versu, cum reliqui ad unum omnes integri in fronte exarati sint. Quare malui simplex nomen retinere. Eundem sane intellegi deum ac n. 589, 2 ([Κυρ]ίῳ [γ]ε[ν]ναίῳ Βαλμαρκῶδι) sponte patet. 2 ΚΛΙ. Iuno in titulo Graeco cognomine caret, in Latino *I*(*unoni*) *R*(*eginae*) recte supplent editores. 3 De hac dea fusius disputavit Ronzevalle, qui eam in titulo Latino C. I. Lat. III, 159, 2 et in Graeco terrae Emesenae Revue arch. Troisième série XXXII 1898 p. 39, ubi nomen Σημέα scriberetur, commemorari observavit. Ad idem nomen haud pauca nomina hominum Syriaca, veluti Ἀβεδσίμιος C. I. G. 9892, 2. 3, Ἀμασσημία Mitth. des d. Palästina-Vereins V 1899 p. 59 n. 21, 1. 2, Συμαῖος Lebas-Waddington Inscr. III, 2070 c, revocat Ronzevalle; quo iure, peritioribus diiudicandum relinquo. 4 Quin haec sit mulier domus Augustae honoribus divinis affecta, permulta eiusdem generis exempla dubitari non sinunt. Iuliam Soaemiada potissimum (cf. Prosopogr. imp. Rom. II p. 230 n. 457) intellegendam probabilis est Ronzevallii coniectura, quae Latini tituli litteris nititur. Qui si verum vidit, Elagabali principatu (a. 218—222 p. Chr.) haec incisa sunt. 5 Nomen ex titulo Latino C. I. L. III, 2709, 1 *T. Ancharenus* notum esse, femininum [*A*]*ncharena* ibid. III, 6789, 1. 2 legi monet Clermont-Ganneau. Quam saepe cognomina in *-anus* et *-enus* terminata nominum gentilium vicibus fungantur, in volgus notum est. 6 ΧΑΝ|ΚΟΥΡΙΟϹ lapis, quod cum Χανκούριος legeret Ronzevalle, pro ethnico ceteroqui ignoto habuit. At felicissime χα(λ)κουρ(γ)ός emendavit Clermont-Ganneau. 7 Supplevi. Ronzevalle haec non attigit, Clermont-Ganneau fortasse καὶ ο(ἱ υἱοὶ ἀνέσ)τησα(ν) scriptum fuisse coniecit admodum violenta mutatione. In meo supplemento omnes litterarum ductus religiose conservati sunt, nisi quod Μ.|Ι//////////ΗϹ enotavit Ronzevalle, in qua lectione hasta directa initio versus septimi neglegenda est. Neque quisquam mirabitur fabrum aerarium opus artis suae dedicare una cum discipulo. 8 Supplevi.

---

591 Basis statuae eruta Deli. In superficie excavatio immittendae statuae destinata; litterae non profunde incisae. Ed. S. Reinach Bull. de corr. Hell. VII (1883) p. 465 n. 1. Totum titulum repetivit

et versuum 6. 7 imaginem accurate delineatam proposuit E. Loewy Inschriften gr. Bildhauer p. 185 n. 256.

Ῥώμην θεὰν[1] εὐεργέτιν | τὸ κοινὸν Βηρυτίων Ποσειδωνιαστῶν[2] | ἐμπόρων καὶ ναυκλήρων καὶ ἐγδοχέων[3] | εὐνοίας ἕνεκεν τῆς εἰς τὸ κοινὸν καὶ τὴν πατρίδα, ‖ ἀρχιθιασιτεύοντος[4] τὸ δεύτε-

---

Litterae volgares praeter ΘΠΣ. Extremae hastae lineolis transversis ornatae. O et Θ reliquis minores. 1 Primum deae Romae templum se dedicasse gloriabantur Smyrnaei; cf. Tac. Ann. IV, 56: *se primum templum urbis Romae statuisse M. Porcio consule* (195 a. Chr. n.). Aliquanto post (a. 170 a. Chr. n.) idem factum esse ab Alabandensibus docet Livii narratio XLIII, 6, 5: *Alabandenses templum urbis Romae se fecisse commemoravere ludosque anniversarios ei divae instituisse.* Deinde haec sacra sensim per regiones Graecas orientis propagata sunt. Hunc titulum scriptura arguit saeculi a. Chr. n. primi ineuntis esse. Certe temporibus Mithridaticis utique non est recentior. Statua deae servata ėst, capite et superiore pectoris parte deleta. Quod Reinachius totum templum, in quo hic titulus cum aliis synodi eiusdem repertus est, ita ut ab ipsa sodalitate conditum esse constet, Deae Romae esse conicit, id nititur titulo Bull. de corr. Hell. VII p. 471 n. 5: Τὸ κοινὸν Βηρυτίων | Ποσειδωνιαστῶν | ἐμπόρων καὶ ναυ|κλήρων καὶ ἐγδοχέων | Ῥώμης, | ἀρχιθιασιτεύοντος | Διονυσίου τοῦ Σωσιπάτρου. At ille nudus genetivus Ῥώμης, cuius sane nullam video probabilem explicationem, etiam in illa Reinachii sententia manet permirus, neque quod sodalitas Berytiorum mercatorum, qui se ipsi Posidoniastas nominabant, Deli aedificabant templum mihi videtur alius dei fuisse atque eius a quo nomen habebant, Neptuni. In alterius dei delubro alterius simulacrum dedicari nihil habet insoliti. 2 Venerabantur Berytii, qui Deli mercaturam faciebant, principalem patriae suae deum, cuius nomen Phoenicium ignoramus, sed eundem cum Neptuno Graeco habitum esse docent nummi Berytii (Eckhel D. N. III p. 356), qui dei caput cum tridente, aut ipsum vectum hippocampis aut stantem cum patera exhibent. Similiter Tyrii deum, qui ipsorum lingua *Melqarth* appellabatur, Graece Herculem vocabant, eique a mercatoribus eius civitatis Deli synodus Heracleistarum constituta est. Cf. Bull. de corr. Hell. IV p. 223. 3 Hi erant, quorum opera inter mercatores et navium dominos de vectura mercium conveniebat. Cf. n. 140[7]. In synodi titulis, qui haud pauci in illo templo eruti sunt, semper haec tria nomina coniunguntur modo addita Ποσειδωνιαστῶν appellatione, ut hic et n. 5 (v. not. 1). p. 470 n. 3, 1. p. 472 n. 7, 1. 8, 2, p. 475 n. 3, 1, modo omissa ut p. 472 n. 6, 1. 2. p. 474 n. 2, 1. 2. p. 475 n. 4, 1. 2. 4 Cf. titulum eiusdem delubri Bull. VII p. 471 n. 5, 6. 7 ἀρχιθιασιτεύοντος Διονυσίου τοῦ Σωσιπάτρου. p. 472 n. 6, 2. 3 ἀρχιθιασίτης γενόμενος — τὸν βω[μ]ὸν [ἀνέθηκεν]. Praeterea sacerdotem habebat sodalitas, qui una cum archithiasita commemoratur p. 470 n. 4 ἀρχιθιασιτεύοντος | Δημοκλέους τοῦ Δημοφῶν|τος εὐεργέτου, | ἐπὶ ἱερέως δὲ Ἀπολλοδώρου | τοῦ Ἀπολλοφάνου εὐεργέτου, sine illo p. 469 n. 2, 9.

ρον | Μνασέου τοῦ Διονυσίου εὐεργέτου[5]. | Μέλανος Ἀθηναῖος ἐποίει[6].

5 Cf. Bull. VII p. 473 n. 1: Μν[ασέας Δι]ονυσίου εὐ[εργέτης θ]εοῖς πατρί[οις]. p. 474 n. 2: [Μνασέας Διονυ]σίου εὐεργέτης κοινῶι Βηρυτίων ἐ[μπ]όρων καὶ ναυκ[λ]ήρων καὶ ἐγδοχέων τὴν στοὰν ἀνέθηκεν. Etiam aliis hominibus de sodalitate bene meritis appellatio εὐεργέτης tribuitur non modo in titulis honorariis (p. 469 n. 2, 3. 4. p. 470 n. 3, 4 τὸν εὐεργέτην), in quibus ubique terrarum frequentissima est, sed etiam alibi (p. 469 n. 2, 9. p. 470 n. 4, 3. 5) ac quod maxime mireris, in operum ab ipsis dedicatorum inscriptionibus (p. 472 n. 6, 1. p. 475 n. 4, 1). Propter hunc plane singularem morem rectissime Reinachius titulum Oxoniensem, cuius de origine nihil traditum est, C. I. G. 4533: Διονύσιος Ζήνωνος τοῦ Θεοδώρου Βηρύτιος εὐεργέτης θεοῖς πατρίοις, Delo vindicavit. 6 Statuarius aliunde non notus.

592 Stela picta, inventa Sidone Phoenices, exstat ibidem in domo privata. Ed. H. Lammens Revue archéol. Troisième série XXXIII 1898 p. 109. Cf. quae de titulo disputavit P. Perdrizet ibid. XXXV 1899 p. 42 sqq.

Καυνί(ω)ν[1] τὸ πολίτευμα[2] Ἱπ[π-------] | καὶ Ἀπολλ(ω)νίδην[3] Ἑρμαγ[όρα,] | Ζήνωνα Ζήνωνος, . ε--------- | Ζήνωνος, Ἰσίδωρον Ἀθ[ηνοδώρου,] ‖ Ἑρμώνακτα Ἀρτεμιδ|[ώρου,] | τοὺς αὑτῶν [πο]λίτ[ας][4].

Litterae ΖΘΠΣΥ. 1 ΚΑΥΝΙΟΝ. 2 Caunios qui Sidone consedissent corpus quoddam quod suis legibus uteretur effecisse observavit Perdr. Simili vi appellationem πολίτευμα usurpari supra n. 192, 5 (cf. Addenda vol. I p. 653) de nescio quibus peregrinis qui in insula Co habitarent, n. 658, 3 de Phrygibus in aliquo Aegypti oppido commorantibus, C. I. G. 5362 de Iudaeis qui Berenicae Cyrenaicae essent; monuit idem, et ad huiusmodi institutum rettulit quae leguntur apud Iosephum Ant. XIV, 115 τέτταρες (φυλαὶ) δ' ἦσαν ἐν τῇ πόλει τῶν Κυρηναίων, ἥ τε τῶν πολιτῶν καὶ ἡ τῶν γεωργῶν, τρίτη δ' ἡ τῶν μετοίκων καὶ τετάρτη ἡ τῶν Ἰουδαίων. Alia, sed item non propria vi nomen πολίτευμα usurpatur in titulis Stratonicensibus Bull. de corr. Hell. X 1891 p. 182 n. 123, 4 sqq. ἱέρηα Παπίαινα Μενεσθέως· ἐκάλεσεν δὲ καὶ τὸ πολ[ί]τευμα τῶν γυνα[ι]κῶν. p. 205 n. 145, 3. 4 [δεξ]άμενος δὲ καὶ τὸ πολείτευμα τῶν γυναικῶν ἐν τοῖς Ἡραίοις. 3 ΑΠΟΛΛΟΝΙΔΗΝ. 4 ΑΥΤΩΝ Γ////ΛΙΤ////.

593 Titulus incisus in sepulcro subterraneo, quod excavatum est in rupe inter parietinas quae appellantur *Tell-Sandahannah* exiguo intervallo meridiem versus ab Eleutheropoli (*Beit-Djebrîn*)

Palaestinae. Exscripserunt Bliss et Macalister, quorum exemplum editum est Comptes rendus de l'académie des inscriptions 1902 p. 500.

Ἀπολλοφάνης Σεσμαίου[1], ἄρξας τῶν ἐν Μαρίσηι[2] Σιδωνίων[3] ἔτη τριάκοντα καὶ τρία καὶ νομισθεὶς | πάντων τῶν καθ' αὑτὸν χρηστότατος καὶ φιλοικειότατος, ἀπέθανεν δὲ βιώσας ἔτη | ἑβδομήκοντα καὶ τέσσαρα ἐν ------

1 Nomen Phoenicium, quod redit in titulo Cyprio n. 17, 5. Illic sane iota non est et genetivus in -αος cadit; tamen non est cum dubitetur, quin unum idemque nomen sit. 2 Antiquum nomen oppidi eo loco siti, qui nunc *Tell Sandahanna* appellatur. 3 Colonia Sidoniorum in mediterraneum oppidum Marisam missa. Similis, etsi non plane eadem ratio, aliorum titulorum esse videtur, ubi cum ethnicis civitatum Phoeniciarum coniungitur loci alicuius, unde civis oriundus sit, appellatio. Cf. Bull. de corr. Hell. XI 1887 p. 273 ad n. 35, 1. 2 Κλεοπάτραν Φιλοστράτου Ἀραδίαν τῶν ἀπὸ Μαράθου. XXII 1898 p. 409, 1. 2 Ἡλιο[δώρωι Δ]ιονυσίου Σιδωνίωι ἐγ Βαρυτέου.

---

594 Puteolis prope portam Herculeam eruta tabula marmoris albi fracta in partes duas. Non ab omni parte accurate ed. F. Halbherr Notizie degli scavi 1891 n. 167. Deinde cum in Americam in museum civitatis Michigan delatus esset lapis, W. Dennison ectypum chartaceum confecit, ex quo titulum edidit R. Cagnat Comptes rendus de l'acad. des inscr. 1901 p. 192. Cf. quae adnotaverunt Ph. Berger ibid. p. 196 et Ch. Clermont-Ganneau p. 200 (repetitus est titulus Revue archéologique Troisième série XXXIX 1901 p. 461 n. 151 et ap. R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. I p. 137 n. 420). V. etiam Ch. Clermont-Ganneau Recueil d'archéologie orientale IV 1901 p. 226 § 45. Fr. Cumont ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie Suppl. I p. 125.

Ἐπὶ ὑπάτων Λουκίου Καισε[ννίου καὶ Π(οπλίου) Καλουισίου[1]] |

Litterae ΘΠϹΩ. Praeter primum versum ubique in Graecis et Latinis vocabula singulis punctis distinguuntur; in numerorum notis adeo v. 2 ·L·Ϲ·Δ·, v 3 ·I·A· est. 1 Cum Halbherr Λουκίου καὶ Σε---- legisset, Cagnat rectissime monet neque nudo praenomine Λουκίου consulem significari posse neque spatii rationibus convenire illud supplementum; immo sine dubio ΚΑΙΣΕ nominis gentilis initium esse. Iam cum de tituli aetate plane constet (not. 2), sponte se offerre L. Iunium Caesennium Paetum, quem consulem suffectum fuisse cum P. Calvisio Rusone ex triptycho Pompeiano ap. Th. Mommsen Hermae XXIII p. 159 notum sit. Annum adhuc ignorabamus, sed unum

καὶ Τυρίοις L σδ′[2], [μ](η)νὸς[3] Ἀρτ[εμ]‖ισίου[3] ια′, κατέπλευσεν ἀ[πὸ] | Τύρου εἰς Ποτι[ό]λοις[5] Θεὸς [Ἥλ]‖ιος[6] Ἀρεπτηνό[ς[7], ἤ]γαγεν [δὲ] | Ἠλεὶμ[8] κατ᾽ ἐπιτο[λὴν τοῦ θεοῦ.] |

Pro sal(ute) Imp(eratoris) Domitiani [Aug(usti)] | l(ocus) c(oncessus) d(ecreto)------.

---

ex postremis principatus Vespasiani fuisse inde collegerant homines docti, quod P. Calvisium Rusonem Domitiani imperio proconsulem Asiae fuisse constat. Cf. Waddington Fastes des prov. Asiatiques n. 106. Iure meritoque Caesennii Paeti quoque proconsulatum Asianum ad eiusdem principis aetatem retulerunt Waddington Fastes n. 107 et E. Klebs Prosopographia imp. Rom. I p. 265 n. 138. 2 Annos numerandi initium Tyrii faciebant a mense Octobre anni 126 a. Chr. n. (Kubitschek ap. Pauly-Wissowa I, 1 p. 647); itaque annus ducentesimus quartus est 78/9 p. Chr. Hinc apparet, titulum Latinum biennio aut adeo maiore intervallo post Graecum incisum esse; nam Domitianus anno 81 p. Chr. demum rerum potitus est. Scilicet anno 79 deus Puteolos advectus, a. 81 hoc eius rei monumentum constitutum est. 3 IINOΣ. 4 Septimus mensis anni Macedonici. Apud Tyrios eum triginta dierum fuisse et pertinuisse a die undevigesimo m. Maii ad d. duodevigesimum m. Iunii discimus ex hemerologiis. Cf. Ideler Handbuch der Chronologie I p. 435. Kubitschek ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie II, 2 p. 1443. Hic igitur d. 29 m. Maii a. 79 p. Chr. n. indicatur. 5 Pro Ποτιόλους solita illa aetate casuum confusione. 6 Cum iam Cagnatus ambigi posse dixisset, utrum hic dei et v. 6 hominis nomen fuisset, an vice versa, tamen illud praetulit et Θεὸς [Ἥλ]ιος restituit. Cui oblocutus Clermont-Ganneau Θεοσ[έβ]‖ιος scripsit, quod supplementum assensum tulit Cumonti. Sed fugit homines doctos, anno 79 p. Chr. n. neminem Θεοσέβιον appellatum esse posse, quoniam eiusmodi cognomina vel ut proprie dicuntur *signa*, qualia sunt Εὐλόγιος, Εὐσέβιος, Γρηγόριος, Ἀνατόλιος multo recentiore demum tempore usurpari coepta sunt. Quod argumentum cum non modo in Clermont-Ganneauii inventum cadat, sed in omnia nomina humana quae quispiam ex relliquiis ectypi ope certissime repraesentatis elicere conetur, ad Cagnati sententiam redeundum est. Puteolis statio Tyriorum erat (n. 595); quare nihil miri habet, deum ex Phoenice illuc migrasse, i. e. sacra eius ex patria in coloniam translata esse ope eius hominis, cuius nomen v. 6 agnoscendum est. Berger sane non tam de translatis sacris cogitat quam de itinere vel visitatione dei, qui brevi Puteolis in antiquam patriam redierit, et provocat ad titulorum in parietinis *Tell-el-Amarna* repertorum de deae Astartes in Aegyptum itinere et reditu testimonium. Sed nescio an verbum compositum κατέπλευσεν illi interpretationi magis faveat. 7 Proclivem esse coniecturam, hoc littera initiali propter finalem proximae vocis errore omissa pro Σαρεπτηνός scriptum esse, ut ad Sareptam oppidum in litore inter Tyrum et Sidona referretur, adnotavit Cagnat. Cf. Clermont-Ganneau Recueil d'arch. orient. II 1898 p. 250: Θεόδωρος | ὁ καὶ Ἰάκωβ|ος Σαρεφ|θηνός. Sed cum inter IOΣ et APE punctum in lapide distinguatur, hanc mutationem tamen

satis audacem esse. Praeterea vero *Arefa* nomen oppidi per illas regiones in Notitia dignitatum Or. XXXII, 39 legi, eiusdem fortasse quod apud Iosephum Bell. III, 57 Ἀρφᾶ appellaretur. Quam derivationem ethnici traditi Berger eo magis etiam stabilivit, quod observavit hoc ethnicum apud indigenas legitime *Arefati* sonuisse, unde consona τ in Graecam formam permanasset. Quare vix recte fecerunt Clermont-Ganneau et Cumont, quod tamen Σαρεπτηνός emendare maluerunt. Num Ἀρεμθηνός n. 589, 7 idem nomen sit, iure dubitaveris. Cf. ibi not. 5. 8 Nomen hominis sane non usitatum, sed ab eo quod est Ἐλύμας (Diodor. XX, 17, 1. 18, 3) nulla fere re discrepans nisi quod barbarae voci scriptor Graecus Graecam terminationem adiunxit, tituli auctor barbarus non item. Sane si v. 4. 5 hominem agnoscere liceret, admodum probabile esset hoc loco pluralem Hebraeo *Elôhîm* respondentem, qui etiam singularis vices gerere et deum significare posset, occurrere.

---

595 Tabula marmorea inventa Puteolis, translata Romam, ubi nunc est in museo Capitolino. Post Gruterum Thes. 1105, 3 aliosque ex suo apographo ed. J. Franz C. I. G. 5853. Ex Mommseni exemplo, quod Henzenus et Kaibelius denuo cum lapide contulerant, G. Kaibel Inscr. Gr. Sic. et Ital. 830 (R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. I p. 138 n. 421). Cf. quae de titulo disputaverunt Ignarra de palaestra p. 278. Th. Mommsen Berichte der Kgl. Gesellschaft der Wissensch. zu Leipzig II 1850 p. 57 sqq.

I Ἐπιστολὴ γραφεῖσα τῇ πόλει.

Τυρίων τῆς ἱερᾶς καὶ ἀσύλου καὶ αὐτονόμου μητροπόλεως Φοινείκης καὶ ἄλλων πόλε|ων[1] καὶ ναυαρχίδος[2] ἄρχουσι βουλῇ

Litterae ϵΘΠϹ Ѡ; ξῑ v. 36 ⳅ ist, reliquis locis Ξ̄. Continet lapis I (v. 1—19) epistulam mercatorum Tyriorum qui Puteolis consederunt ad patriae urbis magistratus senatum populumque. II (v. 20—41) relationem de eis quae Tyri in senatu de hac causa decreta erant, ex actis senatus exscripta ut illis Puteolos transmitteretur ibique ab eis lapidi incisa. 1 Tyriorum civitas ἱερὰ καὶ ἄσυλος dicitur in nummis (cf. Mionnet Suppl. VIII p. 299 n. 294. 5); de autonomia Strabo XVI, 2, 23 p. 757 haec habet: οὐχ ὑπὸ τῶν βασιλέων δ' ἐκρίθησαν αὐτόνομοι μόνον (Τύριοι), ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων. Quae de Caesare Augusto refert Cassius Dio LIV, 7, 6 τούς τε Κυζικηνοὺς — ἐδουλώσατο. καὶ τοῦτο καὶ τοὺς Τυρίους τούς τε Σιδωνίους διὰ τὰς στάσεις ἐποίησεν, ἐν τῇ Συρίᾳ γενόμενος, iis non est cur fides non habeatur, sed brevi post eis libertas reddita videtur. 2 Cf. n. 587[2]. Metropolis Phoenices dignitatem Tyrii iam Strabonis aetate affectabant. Cf. XVI, 2, 22 p. 756: ἀμφοτέραι δ' οὖν (Sidon et Tyrus) ἔνδοξοι καὶ λαμπραὶ καὶ πάλαι καὶ νῦν· ὁποτέραν δ' ἂν τις εἴποι μητρόπολιν Φοινίκων, ἔρις ἐν ἀμφοτέραις ἐστίν. Sed ab

δήμῳ καὶ τῆς κυρίας πατρίδος[3] οἱ ἐν Ποτιόλοις | κατοικοῦντες χαίρειν· ‖ διὰ τοὺς θεοὺς καὶ τὴν τοῦ κυρίου ἡμῶν αὐτοκράτορος τύχην εἰ καί τις ἄλλη στατί|ων[4] ἐστὶν ἐν Ποτιόλοις

Hadriano demum principe eum honorem impetraverunt. Cf. Suidas s. v. Παῦλος Τύριος· ῥήτωρ, γεγονὼς κατὰ Φίλωνα τὸν Βύβλιον, ὃς ἐπὶ Ἁδριανοῦ τοῦ βασιλέως πρεσβεύσας μητρόπολιν τὴν Τύρον ἐποίησεν. Ceterum recte Franz monet, addito καὶ ἄλλων πόλεων ad antiquiorem illam nominis μητρόπολις vim respici; nam Tyrii ingenti coloniarum numero gloriabantur. Cf. Strabo l. l. αἱ δ' εἰς τὴν Λιβύην καὶ τὴν Ἰβηρίαν ἀποικίαι μέχρι καὶ ἔξω Στηλῶν τὴν Τύρον πλέον ἐξυμνοῦσι ⟨μᾶλλον⟩. 3 Importunissime haec hic interponi apparet, ut non inepte Franzius iudicaverit ea post ναυαρχίδος inserenda fuisse, sed lapicidae incuria illic omissa animadversoque errore hic adiuncta esse addita insuper prave particula καὶ. Sed fieri etiam potest, ut simpliciter genetivus soloecismo tunc usitatissimo pro dativo καὶ τῇ κυρίᾳ πατρίδι positus sit. Nam praeter magistratus, senatum, populum insuper totam patriam civitatem commemorari illo tempore nullam habet offensionem, etsi per se sane minus recte se habet, quia populi nomine iam tota civitas continetur. 4 Nomen Latinum quod est *statio* inferiore aetate haud raro in titulis Graecis occurrit. Cum Graecus sermo nulla novisset nomina in -ιων cadentia feminini generis, praeter χιών quod non uno nomine a reliquorum similitudine abhorret, videmus nonnunquam eos aut alia terminatione adiuncta flexionem generi feminino accommodasse (στατιώναν Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 301 n. 748, 4) aut adeo ipsum genus mutasse (ὁ στατίων infra n. 755, 4). Sed plerumque tamen ἡ στατίων dixerunt. De notissima illa militari huius nominis vi hic non esse cogitandum sponte patet. Sed significasse id etiam loca quo homines otiosi convenirent ut confabularentur (λέσχας) apparet ex Plinii locis a Mommseno allatis Ep. I, 13, 2 *plerique in stationibus sedent.* II, 9, 5 *domos stationesque circumeo.* Eiusmodi vero loca Romae habuisse civitates municipiaque, ut qui domo in urbem venirent illic populares suos videre et cum iis colloqui possent, apparere videtur ex Suetonio Neron. 37 *Salvidieno Orfito obiectum est quod tabernas tres de domo sua circa forum civitatibus ad stationem locasset.* Plin. Nat. hist. XVI, 236 *radices eius* (arboris) *in forum usque Caesaris per stationes municipiorum penetrant.* Sagacissime ab his testimoniis profectus est Mommsenus in titulo Puteolano interpretando, sed ea una in re opinio eum fefellisse videtur, quod illarum stationum eum potissimum usum fuisse existimat, ut si quando aliquid magnifici in foro perageretur, illinc spectare possent municipales. Quod primum quidem in Romam caput orbis magis quadrat, quam in Puteolos. Tum vero hic lapis monstrare mihi videtur, multo maiorem fuisse vim stationis in omnibus rebus mercatorum Tyriorum Puteolis habitantium, quam ut illa Mommseni sententia recte se habere possit. Sane quod Ignarra sibi persuasit et Franzius probavit, stationes nihil aliud esse atque ἐμπορικὰς κατοικίας Phoenicum, quarum Strabo XVII, 3, 2 p. 825 mentionem faceret, incredibile est. An putabimus totam oppidi partem, quam Tyrii habitarent, denariorum ducentorum quinquaginta pretio (v. 11) conductam esse? Quod Tyriorum

(ώ)ς[5] οἱ πλείους ὑμῶν ἴσασι, καὶ [ἡ] ἡμετέρα ἐστὶν καὶ κόσμῳ καὶ | μεγέθει τῶν ἄλλων διαφέρουσα. ταύτης πάλαι μὲν ἐπεμελοῦντο οἱ ἐν Ποτιόλοις κα|τοικοῦντες Τύριοι ⟨οι⟩ πολλοὶ ὄντες καὶ πλούσιοι· νῦν δὲ εἰς ὀλίγους ἡμᾶς περιέστη τὸν | ἀριθμόν, καὶ ἀναλίσκοντες εἴς τε θυσίας καὶ θρησκείας τῶν πατρίων ἡμῶν θεῶν ἐνθά||δε ἀφωσιωμένων ἐν ναοῖς οὐκ εὐτονοῦμεν τὸν μισθὸν[6] τῆς στατίωνος παρέχειν κα|τ' ἔτος Ӿσν´ μάλιστα ᾗ καὶ τὰ ἀναλώματα εἰς τὸν ἀγῶνα τὸν ἐν Ποτιόλοις τῆς βουθουσίας[7] | ἡμεῖν προσετέθη. δεόμεθα οὖν προνοῆσαι ὑμᾶς τοῦ δια-

stationem satis magnam fuisse dicit, quippe apothecis, privatis publicisque aedificiis, templis insignem, sine dubio perperam ἐνθάδε v. 9. 10, ἐκεῖ v. 24 interpretatus est ἐν τῇ στατίωνι, cum manifesto potius ἐν Ποτιόλοις intellegendum sit. Non igitur urbis pars a Tyriis habitata indicatur, sed unum aedificium in quo conventus suos habere solebat collegium Tyriorum mercatorum qui Puteolis consederant. Atque hic quoque factum esse, quod in hoc genere perfrequens est, ut nomen loci ad ipsum hominum illic commeantium corpus transferretur, apparet. Nam v. 10. 14. 25. 28. 35. 41 manifestum est de aedificio dici, v. 12. 39 utraque vis inesse potest, at v. 17 utique ipsi homines intelleguntur, quoniam dativo τῇ στατίωνι infra v. 34. 35, ubi Tyrii argumentum litterarum petitoriarum a mercatoribus missarum repetunt, pronomen αὐτοῖς respondet. Item in titulo Inscr. Gr. ad res Rom. pert. I p. 41 n. 111 Ἴσμηνος Ἰωήνου υἱὸς Τιβεριεὺς τῇ στατίωνι corpus quoddam hominum, non locum quo conveniant intellegi manifestum est. Cum igitur στατίων etiam collegii nomen sit, participes eius στατιωνάριοι appellantur (v. 22. 32. 34. 39). 5 OC. 6 Idem quod hic et v. 25 μισθός, v. 13 μίσθωσις est. Hoc μετοίκιον quoddam esse sibi persuasit Franzius, at manifesto vocabulum hic idem significat quod alibi, nempe pretium quo aedificium collegio Tyriorum locatum est. Non igitur ipsi domini fuerunt; quis fuerit, latet, sed veri simillimum certe existimo, populi Puteolanorum fuisse et hoc aedificium et alia aliis peregrinis civitatibus in eundem usum locata (v. 7 τῶν ἄλλων). Sane quo argumento Mommsenus hanc sententiam fulcire conatus est, id probare nequeo (cf. not. 11). 7 Vocem a βουθυσία non differre nisi prava pronuntiatione et scriptura apparet. Ignarra de taurorum venatione in amphitheatro habita dici sibi persuasit, at certe, si omnino genetivus certaminis generi definiendo inserviret, sumendum esset boves immolando certatum esse, quod nemo facile credet. Quare equidem pro certo habeo, τὸν ἀγῶνα τῆς βουθουσίας non dici ut τὸν ἀγῶνα τοῦ δρόμου, sed ut τὸν ἀγῶνα τῶν Παναθηναίων, i. e. caerimoniam aliquam fuisse quae propter sacrificium taurorum, quae gravissima et antiquissima eius pars erat, quasi proprio nomine βουθυσία appellaretur, cum ea vero ludos sacros coniunctos fuisse. Quare nequeo cum Kaibelio facere certamina ab Antonino Pio in memoriam Hadriani instituta hic agnoscente, quae proprio nomine Εὐσέβεια ἐν Ποτιόλοις appellantur. Ex testimoniis a Franzio allatis proxime ad huius loci sententiam accedit titulus Tenius C. I. G. 2336, 9 sqq. ἵνα ἐκ

μένειν ἀεὶ τὴν στατίωνα· δ⟨ε⟩ιαμεν|εῖ δὲ, ἐὰν πρόνοιαν τῶν κατ' ἔτος διδομένων εἰς τὴν μίσθωσιν ✱ σν' ποιήσασθε[8]. τὰ γὰρ ἕτε|ρα ἀναλώματα καὶ τὰ γεινόμενα εἰς ἐπισκευὴν[9] τῆς στατίωνος εἰς τὰς ἱερὰς ἡμέρας τοῦ ‖ κυρίου αὐτοκράτορος[10] συνπεσούσ(η)ς[11] ἑαυτοῖς ἐλογισάμεθα, ἵνα μὴ τὴν πόλιν βαρῶμεν. | ὑπομιμνήσκομεν δὲ ὑμᾶς ὅτι οὐδεμία πρόσοδος γείνεται οὔτε παρὰ ναυκλήρων | οὔτε παρὰ ἐμπόρων τῇ ἐνθάδε στατίωνι[12] ὡς ἐν τῇ ⟨βασιδι⟩ βασιλίδι Ῥώμῃ[13]· παρακαλοῦμεν |

τοῦ τόκου αὐτ[ῶ]ν (quinque milium denariorum quae Satyrus Philini f. populo donaverat) ἐν τῇ τῆς βουθυσίας ἑορτῇ κατ' ἔτος διδῶται τοῖς εὐωχηθ[η]σομένοις ἐν τῷ ἱερῷ ἐλευθέροις Τηνίοις κατ' ἄνδρα δηνάριον. 8 Utrum de ποιήσησθε an de ποιήσεσθε cogitaverit qui titulum conscripsit, in medio relinquendum est; nam soloeca particulae ἐάν cum ind. futuri coniunctio illa aetate vix offensioni esse potest. 9 Non est quod aliud hic in nomine ἐπισκευή inesse sumamus, atque alibi, ubi et ipsa et verbum ἐπισκευάζειν semper de reficiendis quae laesa aut vetustate collapsa sunt operibus usurpatur. Cf. not. 11. 10 Recte diem natalem et diem imperii intellexit Franz. Cf. n. 524, 8. 9. 11 ΠЄϹΟΥϹΝϹ lapis. Apparet N errore incisum, sed statim emendatum esse. Iure a Franzio, qui et hic et v. 28. 29 συμπεσούσ(α)ς emendavit, dissentiunt Mommsenus et Kaibelius. Sed quod eidem id indicari sibi persuaserunt, obtigisse hanc stationem Tyriis, probare nequeo. Etenim συνπεσούσης ἑαυτοῖς (αὐτοῖς) coniungi non licet, quia ἐλογισάμεθα (ἐλογίσαντο) hoc dativo carens nullam aptam habet sententiam. At nudum συνπεσούσης sic accipi, ut Mommsenus voluit, non licet, praesertim cum ne dativo addito quidem συμπίπτειν hac notione usurpari videatur. Quod contra antiquus et pervulgatus est huius verbi usus de aedificiis collapsis. Cf. Thucyd. VIII, 41, 2 τήν τε πόλιν ἀτείχιστον οὖσαν καὶ ὑπὸ σεισμοῦ — ξυμπεπτωκυῖαν. Ea vero interpretatio etiam nominis ἐπισκευή usu (not. 9) confirmatur. Damnum igitur acceperat aedificium quod ante dies sacros principis sarciendum, ut statim per sollennia commode uti possent, de sua pecunia curaverant stationarii. Manifesto τὴν πόλιν ad Tyriorum, non Puteolanorum civitatem spectat. 12 I. e. collegio. Cf. not. 4. 13 De Romana Tyriorum statione testimonium exstare sibi persuasit Cagnat, cum titulum urbanum a se editum Inscr. Gr. ad res Rom. pert. I p. 57 n. 132 (Bullettino comunale 1899 p. 242. Revue archéol. Troisième série XXXVII 1900 p. 362 n. 84) sic suppleret: στατίων | [τῶν Τυ]ριέων τῶν καὶ Κλαυδιοπολειτῶν Συρίᾳ Παλ(αι)[σ]τείνῃ, atque inde collegit Tyrum aliquando Claudiopolin appellatam esset. Sed v. 2 initio articulus contra sermonis leges additur, ut longius fuisse nomen civitatis appareat; deinde Tyri unum ethnicum Τύριος novit antiquitas, Τυριεύς barbarum est atque inauditum. Denique Tyrus Syriae Phoenices est, non Palaestinae. Quare nullus dubito quin illic [Τιβε]ριέων potius restituendum sit. Haec ut hic exprimuntur scripseram cum edita est W. Kubitschekii commentatio Jahreshefte des österr. arch. Inst. VI 1903 p. 80 n. 3, in qua plane eadem de titulo exposita cum gaudio vidi; sed is

οὖν καὶ δεόμεθα ὑμῶν τῆς τύχης[14] φροντίσασ(θαι)[15] τοῦ πράγματος. ἐγράφη ἐν Ποτι|όλοις πρὸ ι´ καλανδῶν Αὐγούστων Γάλλῳ καὶ Φλάκκῳ Κορνηλιανῷ ὑπάτοιν[16]. ‖

II Ἀπὸ ἄκτων βουλῆς ἀχθείσης κα´ Δίου[17] τοῦ ἔτους τ´[18], ἐφημερ(οῦ)ντος Γ(αΐου)[19] Οὐαλερίου | Καλλικράτους, Παυσανίου προέδρου· | ἀνεγνώσθη ἐπιστολὴ Τυρίων στατιωναρίων[20], ανα-

---

allatis nummis cum inscriptionibus Τιβεριέων Κλαυδιο(πολιτῶν) et Τιβ(εριέων) Κλ(αυδιοπολιτῶν) Συρ(ίας) Παλ(αιστείνης) supplementum tituli insigniter confirmavit. Cf. etiam titulum Ismeni Tiberiensis commemoratum supra not. 4. Alius civitatis, cuius ex nomine nihil nisi -ιανῶν aetatem tulit, statio Romae est Inscr. Gr. Sic. et It. 1064, 4 (Inscr. Gr. ad res Rom. pert. I p. 56 n. 131). 14 Putaverim hunc genetivum a φροντίσασθαι (not. 15) pendere atque ipsum rursus regere alterum genetivum τοῦ πράγματος. 15 Admodum lubrica est quaestio, quid hic sibi voluerit quadratarius, cum ΦΡΟΝΤΙCΑCΤΕ incideret. Franzius et Kaibelius φροντίσα(ι) τε emendaverunt; quod ut sollerter excogitatum est, sic mihi displicet quia ita non possis non coniungere τῆς τύχης τε τοῦ πράγματος ut sit idem ac τῆς τύχης καὶ τοῦ πράγματος. Quem usum particulae τε ne huic quidem aetati ut obtrudam a me impetrare possum. Quod ipse scripsi φροντίσασ(θαι) in eo CΤΕ pro CΘΑΙ scriptum ne levissimam quidem habet offensionem. Sed etiam medium pro activo usurpatum inter frequentissima est inferioris aetatis vitia. 16 Anno 174 p. Chr. 17 Primus mensis anni antiqui lunisolaris Macedonum ab aequinoctio autumnali incipientis. Apud Tyrios aetate Romanorum, ut hemerologia testantur, a die 18 m. Novembris ad d. 17 m. Decembris pertinebat. Itaque haec in senatu Tyriorum acta sunt die 8 m. Decembris. Cum epistula I Puteolis data sit die 23 m. Iulii (v. 19), apparet 137 dierum spatium interiectum fuisse. 18 Aerae Tyriorum annum quadringentesimum alterum esse secundum Probi imperatoris, i. e. 277 p. Chr. n. testatur Eusebii chron. ab Hieronymi vers. II p. 185 *n* Schoene. Initium igitur haec numerandi ratio capit ab anno 126/5 a. Chr. n. Cf. Ideler Handbuch der Chronologie I p. 471 sqq., qui demonstravit Eusebii testimonium confirmari duabus temporum definitionibus quae essent in actis conciliorum Chalcedonii et Constantinopolitani. Itaque trecentesimus Tyriorum annus a mense Octobre 174 p. Chr. ad idem proximi anni Iuliani tempus pertinebat. 19 ΕΦΗΜΕΡΘΝΤΟC lapis, quod utrum ἐφημεροῦντος an ἐφημερεύοντος esset dubii haeserunt editores. Nam hoc commendat sermonis usus, illud facilitas mutationis et fluctuatio inter προστατεῖν, ἐπιστατεῖν et προστατεύειν, ἐπιστατεύειν sim. De utroque dubitare videtur Kaibelius, cum adnotet rem ipsam sibi quidem novam esse. Sed si reputaveris, etiam Athenis summum comitiorum et senatus praesidem, ἐπιστάτην τῶν πρυτάνεων, per unum diem in officio fuisse, et magistratum eiusmodi eodem iure ἐφήμερον appellari potuisse quo simile negotium in haud paucis civitatibus appellatione ἐπιμήνιος appellaretur, non est quod hoc nomine offendaris. 20 Cf. not. 4. Idem vocabulum in titulo Graeco, sane de militari statione usurpatum, habes Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 323 n. 812, 5.

δοθεῖσα[21] ὑπὸ Λάχητος | ἑνὸς αὐτῶν, ἐν ᾗ ἠξίοιν[22] πρόνοιαν ποιήσασθαι αὐτοῖς ✱σν´[23] εἴς τε θυσίας | καὶ θρησκείας τῶν πατρίων ἡμῶν θεῶν ἐκεῖ[24] ἀφωσιωμένων ἐν ναοῖς || καὶ μὴ εὐτονεῖν[25] τὸν μισθὸν τῆς στατίωνος παρέχειν κατ' ἔτος [✱σν´,] | καὶ τὰ ἀναλώματα εἰς τὸν ἀγῶνα τὸν ἐν Ποτιώλοις τῆς βουθουσίας[26] αὐ|τοῖς προστεθῆναι. τῶν γὰρ ἑτέρων ἀναλωμάτων (καὶ τῶν[27]) γεινομένων εἰς ἐπι|σκευὴν τῆς στατίωνος εἰς τὰς ἱερὰς ἡμέρας τοῦ κυρίου αὐτοκράτορος σ[υν]|πεσούσης[28] αὐτοῖς ἐλογίσαντο, ἵνα μὴ τὴν πόλιν βαρῶσιν, καὶ ὑπεμίμνη||σκον ὅτι οὐδεμία πρόσοδος γείνεται αὐτοῖς οὔτε παρὰ ναυκλήρων οὔτε | παρὰ ἐμπόρων ὡς ἐν τῇ βασιλίδι Ῥώμῃ. μεθ' ἣν ἀνάγνωσιν Φιλοκλῆς Διο|δώρου εἶπεν· οἱ ἐν Ῥώμῃ στατιωνάριοι ἔθος εἶχον ἀεί ποτε ἐξ ὧν αὐτοὶ λαμ|βάνουσιν παρέχειν τοῖς ἐν Ποτιόλοις ✱σν´· ἀξιοῦσι καὶ νῦν οἱ ἐν Ποτιόλοις | στατιωνάριοι αὐτὰ ταῦτα αὐτοῖς τηρεῖσθαι, ἢ εἰ μὴ βούλονται οἱ ἐν Ῥώμῃ αὐ||τοῖς παρέχειν, αὐτοὶ ἀναδέχονται τὰς δύο στατίωνας ἐπὶ τῇ αὐτῇ αἱρέσ(ε)ι[29]. ἐπ|εφώνησαν[30]· ʿκαλῶς[31] εἶπεν Φιλοκλῆς. δίκαια ἀξιῶσι[32]

21 Cf. n. 437[23]. 22 ΗΞΙΟΙΝ lapis, qui potest merus error lapicidae esse, sed fieri etiam potest, ut formarum ἀξιοῖς ἀξιοῖ similitudine nata sit illa prava flexio. 23 I. e. δηναρίων διακοσίων πεντήκοντα. Nam nisi genetivo casu legas quae his notis indicantur, non constet structura. 24 Vs. 9. 10 ἐνθάδε, i. e. Puteolis. Cf. not. 4. 25 Idem quod δύνασθαι. Cum proprie absolute ʿvalere, robustum esseʾ significet, inferiore aetate etiam cum infinitivo coniungitur. Cf. Plutarch de vitioso pudore 5 p. 531 B οὐκ εὐτονῶν εἰπεῖν· ʿὄψομαί σ' αὖθις, νῦν δ' οὐ σχολάζωʾ. 12 p. 533 E μὴ βουλόμενοι μηδ' εὐτονοῦντες εἰπεῖν ʿοὐκ οἶδεν ἡμᾶς ὁ βασιλεύς, ἀλλ' ἑτέρους ὁρᾷ μᾶλλονʾ. 26 Cf. not. 7. 27 Verba lapicidae neglegentia omissa supplevit Franz. 28 Cf. not. 11. 29 Prius Tyrii Romae consistentes suam ipsorum stationem conduxerant et illius quae Puteolis erat mercedem collegio illic constituto numeraverant. Iam eadem condicione utramque stationem in se recipere parati sunt qui Puteolis habitant. Nempe ita etiam reditus stationis Romanae (v. 30. 31) in ipsorum arcam redigentur, unde utriusque stationis pretium se numerare posse confidunt. Nomen αἱρέσει eo referri videtur, quod stationarii Puteolani hanc se praeoptare (αἱρεῖσθαι) condicionem fatentur, si illam priorem restituere nolint Romani. 30 Cf. n. 515[30]. Syll.[2] 607[7]. 737[11]. 31 Hic Kaibelii distinctio manifesto praestat ei quam Franz habet: καλῶς· εἶπεν Φιλοκλῆς· δίκαια ἀξιώσουσιν. Nam illa δίκαια κτλ. manifesto non Philocles dixit, sed senatores succlamaverunt. Illi καλῶς εἶπεν Φιλοκλῆς accuratissime respondent quae habes Syll.[2] 607, 16 ἐβ(όησαν) οἱ σύνεδροι· ʿΠαμφίλῳ καλὴ ἡ (εἰσ)ήγησιςʾ. 32 Hoc in lapide esse, pravo sermonis usu pro ἀξιοῦσι, nunc constat. Gruteri ΑΞΙΟΥϹΙ et Blanchini ΑΞΙΩϹΟΥϹΙ, quod Franzius recepit, emendationes pro arbitrio adhibitae sunt.

οἱ ἐν Ποτιόλοις. ἀεὶ | οὕτως ἐγείνετο. καὶ νῦν οὕτως γεινέσθω. τοῦτο τῇ πόλει συμφέρει. φυλαχθή|τω ἡ συνήθεια'. ἀνεγνώσθη πιττάκιον[33] δοθὲν τὸ[34] ὑπὸ Λάχητος Πρειμογε|νείας[35] καὶ Ἀγαθόποδος υἱοῦ αὐτοῦ Τυρίων στατιωναρίων στατίωνος Τυρια||κῆς τῆς ἐν κολωνίᾳ Σεβαστῇ[36] Ποτιόλοις, ἐν ᾧ ἐδήλουν παρέχειν[37] τὴν ἡμετέραν | πατρίδα στατίωνας δύο, τὴν μὲν ἐν τῇ βασιλίδι Ῥώμ[ῃ, τὴν δὲ ----------------].

33 Cf. Polyb. XXXI, 21, 9: γράψας (ipse Polybius) βραχὺ πιττάκιον καὶ σφραγισάμενος πέμπει παρ' αὑτοῦ παῖδα συσκοτάζοντας ἄρτι τοῦ θεοῦ, συντάξας ἐκκαλεσάμενον τὸν οἰνοχόον τοῦ Δημητρίου (Seleuci IV Philopatoris filii, qui tum Romae obses versabatur, postea regnavit a. 162—150 a. Chr. n.) δοῦναι τὸ πιττάκιον. 34 Articulum hoc loco scriptum esse constat, ut Franzii lectio δοθὲν [ὑ]πὸ, simplicissima illa quidem, vera non sit. Sed utrum δοθὲν τὸ pro τὸ δοθέν (Kaibel) an pro δοθὲν τότε (Mommsen) errore exaratum sit, in medio relinquendum. 35 Mulieris nomen hic nullum habere locum, ut utique aliquid turbatum videatur, observavit Kaibel. 36 Colonia civium Romanorum Dicaearchiam Campaniae, quod oppidum inde ab illo tempore Latino nomine Puteoli appellabatur, deducta est iam anno 197 a. Chr. n. Cf. Liv. XXXII, 29, 3. XXXIV, 42, 6. Velleius I, 15, 3. Strabo V, 4, 6 p. 245. Plin. Nat. hist. III, 61. Sed Augustus veteranos eo deduxisse videtur, unde colonia nomen quod est Augusta (Σεβαστή) traxit. Cf. C. I. L. VIII, 7959. E. Kornemann ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie IV, 1 p. 521 n. 14. p. 537. 37 Hoc me non intellegere ingenue profiteor. Nam quod Franzius volt, pugillares a Lachete ad stationarios missos esse Puteolos, ut illi certiores fierent senatum Tyriorum petitione suae morem gessisse et utramque stationem, Puteolanam et Romanam, ad illos transferri iussisse, multis nominibus cum verbis tituli pugnat. Immo post epistulam I etiam illos pugillares Tyri in senatu recitatos esse, ut haec etiam pars sit eorum quae ex actis senatus in hunc lapidem transscripta sint, apparet. Sed quomodo illi homines ex numero stationariorum Puteolanorum Tyriorum senatui scribere poterant, patriam mercatoribus stationes praebere, quasi vero id non omnium optime scirent senatores patriae Tyri? Quare nescio an infinitivus παρέχειν non ab ipso ἐδήλουν pendeat, sed ab alio infinitivo, veluti δεῖν, χρῆναι, ἀναγκαῖον εἶναι, βέλτιον εἶναι, qui post v. 41 interciderit. Utique παρέχειν nihil aliud est ac sumptum stationum conducendarum in se recipere.

---

596 Basis marmoris Pentelici eruta Eleusine in templo Cereris et Proserpinae. Edd. Skias Ἐφημερὶς ἀρχ. 1894 p. 210. P. Perdrizet Revue archéologique Troisième sér. XXXV (1899) p. 37.

Litterae ΛΕΖΘΛϢΠCω. Vs. 8 in voce σεμνότατοι littera initialis C supra Є scripta; apparet primo errore omissam, deinde supra versum additam esse.

Πτολεμαῖον Σε|ρήνου φοινικάρχου[1] | υἱὸν Γαζαῖον καὶ ἄλ|λων πόλεων πολίτην, || εὐνοίας ἕνεκεν τῆς εἰς τὴν | πόλιν καὶ ἀρετῆς καὶ τῆς π[ε]|ρὶ λόγους ἀσκήσεως ἀμει|βόμενοι ἀνέστησαν οἱ σεμνό|τατοι Ἀρεοπαγῖται παρὰ ταῖς || θεαῖς.

1 Cf. Cod. Iust. V, 27, 1 (a. 336 p. Chr.): *senatores seu perfectissimos, vel quos in civitatibus duumviralitas vel sacerdotii, id est phoenicarchiae vel syriarchiae, ornamenta condecorant.* Novell. LXXXIX, 15 p. 444, 18: φοινικαρχῶν γὰρ καὶ συριαρχῶν καὶ στρατηγῶν καὶ διασημοτάτων μέμνηται καὶ λαμπροτάτων (sc. Κωνσταντῖνος ἐν τῇ πρὸς Γρηγόριον διατάξει). In titulo M. Aurelii Maronis Geraseno, Revue biblique 1895 p. 386, item φοινε[ικ]αρχήσαντα legi monet Perdrizet, qui hunc titulum tertio p. Chr. n. saeculo vindicat. Nam a Septimio Severo demum Syriam Phoenicen separatam a reliqua Syria (maiore vel Coele) provinciam constitutam esse. J. Marquardt Röm. Staatsverwaltung I p. 422 sqq.

---

597 Cippus inventus inter parietinas templi magni siti in vico *Qalaʿat Fagra* in monte Libano. Ed. P. Ronzevalle Comptes rendus de l'académie des inscr. 1901 p. 481.

Διὶ Ἡ|λιοπο|λίτῃ[1] | παρὰ Ἑρ||μοῦ[2].

Litterae ЄΠ; o reliquis multo minor. 1 Cf. n. 607[3]. 2 Etsi dedicationis formula paullo inusitatior est, tamen quin Ἑρμῆς hic non dei, sed hominis nomen, neutiquam inauditum illud quidem recentiore aetate, sit, non videtur dubitandum.

---

598 Lapis calcarius durissimus, quod lapidis genus indigenae *Mizé-Jahudi* appellant, rectangulus, quem Clermont-Ganneau repperit muro immissum, ita ut versus scripturae deorsum currerent, et maxima ex parte in terra latentem in schola (*medresse*) parva deserta et paene dilapsa in oppido Hierosolymis prope viam dolorosam quam dicunt. Ed. Ch. Clermont-Ganneau Athenaeum 8. Jul. 1871. Revue archéologique Nouvelle série XXIII (1872) p. 214 sqq. 290 sqq. cum imagine accuratissime delineata tab. X (cf. etiam p. 133. 267). Postea lapis Constantinopolin in museum publicum delatus est. Cf. quae adnotaverunt Th. Mommsen Röm. Gesch. V p. 513 not. 1 et B. Haussoullier Revue de phil. XXIII 1899 p. 19 not. 3.

Μηθένα ἀλλογενῆ[1] εἰσπο|ρεύεσθαι ἐντὸς τοῦ πε|ρὶ τὸ ἱερὸν τρυφάκτου[2] καὶ | περιβόλου[3]. ὃς δ' ἂν λη||φθῇ, ἑαυτῶι αἴτιος ἔσ|ται διὰ τὸ ἐξακολου|θεῖν θάνατον.

Litterae volgares praeter ΑΘΞΠΣ, incisae accuratissime. 1 I. e. qui non sit Iudaeus. Cf. Ioseph. Bell. V, 193: διὰ τούτου (τοῦ ὑπαίθρου) προϊόντων ἐπὶ τὸ δεύτερον ἱερὸν δρύφακτος περιβέβλητο λίθινος, τρίπηχυς μὲν ὕψος, πάνυ δὲ χαριέντως διειργασμένος· ἐν αὐτῷ δὲ εἱστήκεσαν ἐξ ἴσου διαστήματος στῆλαι τὸν τῆς ἁγνείας προσημαίνουσαι νόμον, αἱ μὲν Ἑλληνικοῖς αἱ δὲ Ῥωμαϊκοῖς γράμμασιν, μηδένα ἀλλόφυλον ἐντὸς τοῦ ἁγίου παριέναι· τὸ γὰρ δεύτερον ἱερὸν ἅγιον ἐκαλεῖτο. VI, 124: Τίτος δὲ ὑπερπαθήσας πάλιν ἐξωνείδιζε τοὺς περὶ τὸν Ἰωάννην λέγων 'ἆρ' οὐχ ὑμεῖς, ὦ μιαρώτατοι, τὸν δρύφακτον τοῦτον προεβάλεσθε τῶν ἁγίων; οὐχ ὑμεῖς δὲ τὰς ἐν αὐτῷ στήλας διεστήσατε, γράμμασιν Ἑλληνικοῖς καὶ ἡμετέροις κεχαραγμένας, μηδένα τὸ γεισίον ὑπερβαίνειν παραγγέλλειν; οὐχ ἡμεῖς δὲ τοὺς ὑπερβάντας ὑμῖν ἀναιρεῖν ἐπετρέψαμεν, κἂν Ῥωμαῖός τις ᾖ; Ant. XV, 417: ἐν μέσῳ δὲ ἀπέχων οὐ πολὺ δεύτερος (περίβολος), προσβατὸς βαθμῖσιν ὀλίγαις, ὃν περιεῖχεν ἑρκίον λιθίνου δρυφάκτου γραφῇ κωλῦον εἰσιέναι τὸν ἀλλοεθνῆ θανατικῆς ἀπειλουμένης τῆς ζημίας. A Romanis, cum anno 6 p. Chr. n. Iudaeam in provinciae formam redigerent, has inscriptiones insculptas esse cum Titi verba apud Iosephum docent, tum exemplum Latinum Graeco appositum, cuius instituti hercle, si regum indigenarum hoc esset mandatum, nullam excogitaveris probabilem rationem. Mommsen. Ceterum mireris, vocabulum τὸ ἅγιον, cuius de vi Iosephus titulum interpretans verba facit, in ipsa inscriptione non legi, sed τὸ ἱερόν, cuius notio manifesto multo latius patet. 2 Apud Iosephum, ut plerumque in litteris Graecis, δρύφακτος per mediam scribitur. Sed tenuem habes etiam in titulo Mylasensi Journal of Hell. stud. XVI 1896 p. 231 n. 33, 3: ποιῆσαι δὲ καὶ θύρωμα καὶ τρύφακτον τῶι προδόμωι τοῦ ναοῦ καὶ βωμόν. Alias inscriptiones, Deliam et Oropiam, affert Kühner-Blass Gr. Gramm. I, 1 p. 640. Hanc adeo legitimam formam existimare videtur Herodianus Technicus II p. 595, 1 τρύφακτος· ἔνιοι διὰ τοῦ δ· δρῦς γὰρ τὸ ξύλον. Ex δρύφρακτος natum haud absurde indicat Etym. M. 288, 48, neque haec origo vocis vetat eam ad saepes lapideas transferri. Sed quia tenuem in mediam abiisse probabilius est quam vice versa, nescio an praeferenda sit eorum ratio qui vocem a brevissima numeri quaternarii forma derivent ut τρυφάλεια. 3 Nisi eandem notionem duobus verbis enuntiatam agnoscere velis, τρύφακτον ipsam saepem, περίβολον spatium quod ea circumdetur esse statuendum erit.

---

599 In sepulcro prope Hierosolyma. Infra hunc titulum alius brevior Hebraica lingua et scriptura exaratus. Ex apographo, quod transmiserat Miss Gladys Dickson, ed. Ch. Clermont-Ganneau Recueil d'archéologie orient. V 1903 p. 334 § 53. Imago tituli proposita est Palestine exploration fund 1903 p. 126. Cf. quae adnotantur ibidem p. 331.

Ὀστᾶ τῶν[1] τοῦ Νεικά|νορος[2] Ἀλεξανδρέως[3], | ποιήσαντος τὰς θύρας[4].

Litterae ΑλΔΕΘΛΠϹΩ. ξĭ Z est, sed nescio an lineola transversa evanuerit. 1 Eiusmodi plurales in titulis sepulcralibus, orientis potissimum, familiam vel posteros eius cuius nomen proprium genetivo casu subiungatur, significare solere observat Clermont-Ganneau, testimoniis allatis Lebas-Waddington Inscr. III, 2251, 1. 2258, 1. 2339. 2348. Sed ea omnia ab hoc titulo eo nomine differunt, quod ibi genetivus pluralis rursus a nomine proprio pendet (n. 2348 Ῥοῦφος Προκλίωνος, τῶν Μοναικειδάνου, εὐσεβῶν ἀνέθηκεν) ut manifesto partitivus sit: Rufus Proclionis f. de gente Monaecidani. Longe durior haec cum appellativo ὀστᾶ coniunctio. Accedit, id quod ipse Clermont-Ganneau sensit, quod ossuarium quale hoc vix plus unius defuncti ossibus recipiendis sufficiebat, et quod titulus Hebraeus (not. 2. 3) unius Nicanoris nomen habet. Quare quam ille non nisi timide et dubitanter proposuit interpretationem, ut genetivus partitivus indicet partem modo ossium Nicanoris hic conditam esse, ea mihi quidem longe praeferenda esse videtur. Quod C.-G. contra monet, hanc insolitam tituli sepulcralis formam esse, recte se habet; sed iniuria eam Graeci sermonis legibus accommodatam esse negat idem. Immo hoc ὀστᾶ τῶν Νικάνορος ʽossa quae sunt ex (ossibus) Nicanorisʼ bene et legitime enuntiatum est. 2 Hebraea lingua *Nîqânôr Alaksâ* subscriptum est. 3 Cum Graeca inscriptio manifesto ethnicum habeat, in Hebraea paternum nomen genetivo casu enuntiatum agnoscendum videtur. Utro loco erratum sit, latet. Sed haec ita coniungere, ut plenum nomen Νικάνωρ Ἀλεξᾶ Ἀλεξανδρεύς fuisse sumamus, lubricum mihi videtur. 4 Portam maximam et ornatissimam ex omnibus quae in templo Hierosolymitano fuissent hic designari eximio acumine perspexit Clermont-Ganneau. Quam ab Iosepho Bell. V, 201 sqq. VI, 293 describi, in libris Iudaicis vero qui nomine Talmud appellari solent *Nicanoris portam* appellari atque adeo miraculosam narrationem illic repperiri de Nicanore quodam, qui Alexandria navi advexisset pretiosas valvas illius portae, sed per tempestatis discrimen alteram in mare iactam a nautis, sed in ventre ingentis piscis, qui eam devorasset, repertam esse. Mireris stuporem hominis qui fabulam antiquissimam in rerum omnium minime idoneam transtulerit. Sed hac fictione detracta reliqua hoc titulo plane confirmantur. Simile donum, item ab homine Iudaeo qui Alexandriae habitabat ut quidem videtur templo Hierosolymitano oblatum, Cl.-G. monet commemorari ab Iosepho Bell. V, 205: τοῦτον δὲ (sc. τὸν ἄργυρόν τε καὶ χρυσόν) ταῖς ἐννέα πύλαις ἐπέχεεν ὁ Τιβερίου (n. 669[2]) πατὴρ Ἀλέξανδρος. Etiam quod ebur in valvas portae templi Apollinis Didymei Alexandrea ab rege Ptolemaeo XIV (n. 193, 10) transmissum est, comparari potest.

---

600 Miliarium collocatum paullo ante vicum *Chaʽfat* situm ad viam quae Hierosolymis ad septentriones fert, horae fere intervallo ab hoc oppido. Titulum Latinum ex E. Renani ectypo ediderunt

Th. Mommsen et D. Detlefsen C. I. Lat. III, 117. Graeca in illo quidem ectypo ita evanuerant ut nihil fere certi dispici posset. Sed a Liévin monacho accuratiora ectypa nactus Ch. Clermont-Ganneau haec edidit Recueil d'archéologie orientale I 1888 p. 213 et plenius etiam p. 281.

Ἀπὸ κολ(ωνίας) Αἰλίας Καπιτωλ(ίνης[1]).
μίλ(ια) ε′[2]

Litterae ЄПСѠ. Vocabula more Romano singulis punctis distinentur. 1 Cf. Cassius Dio LXIX, 12, 1: ἐς δὲ τὰ Ἱεροσόλυμα πόλιν αὐτοῦ (sc. Ἁδριανοῦ) ἀντὶ τῆς κατασκαφείσης οἰκίσαντος, ἣν καὶ Αἰλίαν Καπιτωλῖναν ὠνόμασε. Ptolemaeus Geogr. V, 15, 5 p. 990, 7. 8: Ἱεροσόλυμα, ἥτις νῦν καλεῖται Αἰλία Καπιτωλία (Ἱεροσόλυμα ἡ καὶ Κωπιτωλιάς aliquot codices). Tab. Peuting. *Helya Capitolina.* Cognomen omittunt Eusebius II p. 169 *e* Schoene, vers. Armen.: *Aelia ab Aelio Hadriano condita, et in fronte qua Bethleem egredimur sus sculptus in marmore significans Romanae potestati subiacere Iudaeos* et Hierocles Synecd. 718, 8 Αἰλία ἡ καὶ Ἱεροσόλυμα (sic codex H.). Benzinger ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie I, 1 p. 481. 2 Latinus titulus sic se habet: *[Imp(erator)] Caes(ar) M. Aurelius Antoninus, | trib(unicia) potest(ate) XVI, cos. III, p(ontifex) m(aximus) | [et L. Aureli]us Verus | trib(unicia) potest(ate) II, co(n)s(ul) II, | Divi Antonini fili, | Divi Hadrian(i) nepotes, | Divi Traian(i) Parthic(i) pronep(otes), | Divi Nervae abnepote(s),* | ----- | *m(ilia) p(assum)* V. Annus est 162 p. Chr. n.

---

601 Basis marmorea, Amastri. Ex duplici apographo a St. Martino misso ed. J. Franz C. I. G. 4151. Aliud apographum a Sidouxio confectum A. E. Egger communicavit cum Franzio qui expressit C. I. G. Vol. III Addenda p. 1113 (R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 30 n. 85).

Οὔλπιον Ἀραβια|νόν[1], τὸν λαμπρό|τατον ὑπατικόν[2], | πρεσβευτὴν

Litterarum formae volgares praeter ΠΣ; ὦ μέγα v. 10. 13 Ω est, v. 9 ω. ὖ ψιλὸν plerumque Y, sed v. 11 V. Nota numeralis v. 13 utrimque singulis punctis a reliqua scriptura separata, supra lineam transversam paullulum incurvatam habet. 1 Cf. Prosopogr. imp. Rom. III p. 459 n. 540. Praeter hunc lapidem notus est ex titulo Siccensi Africae C. I. Lat. VIII Suppl. 15876, qui praenomen *M(arcus)* habet, et fistula plumbea Romae inventa Bulletino comunale 1888 p. 117. Proconsulatum Africae, quem ille titulus commemorat, hic non esse commodissime inde explices, quod haec incisa sunt priusquam illum honorem nancisceretur. Ceterum eum origine Amastrianum fuisse recte H. Dessau in Prosopographia inde collegit, quod hoc

καὶ ‖ [ἀ]ντιστράτηγον τοῦ[3] | Σεβαστοῦ Συρίας | Παλαιστείνης[4], | Αἴλιος Αὐρήλιος | Μαρκιανὸς ὁ πρῶ‖τος ἄρχων[5] τὸν ἴ(δ)ι|ον[6] εὐεργέτην | ὁ φίλος | ἐν τῷ ξσ′ ἔτει[7].

---

monumentum Amastri positum est, etsi nihil continet de officio quod Arabianus in illa Asiae minoris regione gesserit, et quod in titulo Siccensi hominem Amastrianum assessorem habet. 2 Consul suffectus incerto anno, circiter 185—190 p. Chr. Cf. not. 7. 3 TI St. Martini exempla, sed in Sidouxiano recte et plene TOY est; item hoc primam nominis Σεβαστοῦ litteram habet, quae ab illo abest. 4 Syria Palaestina inde ab anno 66 p. Chr. n. a Syria separata suum legatum pr. pr. habebat. Ac de annis 66—165 p. Chr. n. quidem nulla de ea re controversia est. Tum vero, cum M. Aurelius imperator Avidio Cassio totius Asiae tutelam commisisset (Cassius Dio LXXI, 3, 1 [2] τὸν μέντοι Κάσσιον ὁ Μᾶρκος τῆς Ἀσίας ἁπάσης ἐπιτροπεύειν ἐκέλευσεν) rursus cum Syria coniunctam, et cum Syria fere a. 194 p. Chr. a Septimio Severo Phoenicae attributam esse statuit Borghesi Oeuvres IV p. 160 sqq. Sed post ea quae E. Kuhn, E. Bormann, J. Marquardt contra hanc opinionem disputaverunt (Cf. Röm. Staatsverwaltung I p. 422), iam plane certum est, Syriam Palaestinam continenter usque ad Constantini aetatem propriam provinciam mansisse. 5 Cf. n. 492[8]. 6 IAI|ON exempla St. Martini, IAINON, ita ut totum vocabulum initio v. 11 collocetur, Sidouxianum. 7 ΞΣ St. Martin, ΕΣ Sidoux. Priusquam huius exemplum publici iuris fieret, Cavedonius ΙΣ emendare conatus erat, postea Franzius lectionem ΕΣ praetulit. Etenim uterque profectus a Borghesii opinione nunc refutata (not. 4) annum aerae Amastrianorum, cuius initium erat 64 a. Chr., ducentesimum sexagesimum non in censum venire persuasum habebat, quia a. 196 p. Chr. nulla iam fuisset provincia Syria Palaestina. Itaque aut 207 (i. e. 143 p. Chr. n.), ut voluit Cavedoni, aut 205 (141 p. Chr.), quae est Franzii opinio, legendum esse. Quod contra ΞΣ verum esse propterea mihi videtur, quia hominem familiae provincialis, quae a Traiano demum civitatem Romanam accepisset, id quod indicant nomina *M. Ulpius*, iam per prima principatus Pii initia ad summos honores reipublicae Romanae pervenisse certe multo minus probabile est, quam idem Severi aetate usu venisse. Etiam nomina gentilia Αἴλιος Αὐρήλιος coniuncta huic recentiori tempori melius conveniunt. Quare 196 p. Chr. n. tituli annum esse satis confidenter statuere licet.

---

602 Lapis inventus Iope (*Jaffa*). Ex ectypo sibi transmisso ed. Ch. Clermont-Ganneau Recueil d'archéologie orientale I 1888 p. 99. Palestine expl. fund 1900 p. 110 n. 3.

Ἠγόρασα ἐγ(ὼ)[1] Σαοὺλ | ἐν τῇ Ἰόππῃ παρὰ | Βαρουχίου[2] μνῆμα· | ἀνεθ(ή)καμεν[3] πρ‖ώτως[4] Σαοὺλ καὶ | Συνκλητικήν[5].

Litterae ΑΕΘΜΠϹω. 1 ЄΓΟ. 2 Formam nominis quasi hybridam esse, commixtam ex Hebraeis *Bârûch* et *Berekjâh*, sumpsit Clermont-Ganneau, qui simul monet, in Evangelio Matthaei 23, 35 nomen Βαραχίας legi. At cum non necessario hic genetivus ad nominativum Βαρουχίας referatur, sed aeque bene a Βαρούχιος derivari possit, non video cur hanc non simpliciter formam Hebraeam *Bârûch* adiuncta terminatione Graeca esse statuamus. 3 ΑΝЄΘΙΚΑΙΙЄΝ. Minus recte sane hoc compositum de mortuorum sepultura usurpatur. 4 Exspectaveris πρώτους. Sed adverbium inferioris aetatis consuetudini, non lapicidae errori tribuendum est. 5 Nota nomen Graecum recentioris aetatis in eadem parentela cum illis antiquis et vere Hebraeis coniunctum.

---

b. Regiones Syriae septentrionales et orientales.

603 Basis rotunda marmorea inventa Athenis in Olympieo. Edd. A. Rhusopulos Ἐφ. ἀρχ. περίοδος β' n. 50. W. Henzen Bullettino dell' Inst. arch. Rom. 1862 p. 135. St. Kumanudis Φιλίστωρ II p. 432. (W. Dittenberger C. I. Att. III, 479).

Αὐτοκράτορα Καίσαρα, θεοῦ Τραϊανοῦ | υἱόν, θεοῦ Νέρουα υἱωνόν, Τραϊανὸν Ἁδριανὸν | Σεβαστὸν Ὀλύμπιον[1] ἡ πόλις Ἰουλιέων[2] τῶν καὶ Λαο|δικέων τῶν πρὸς θαλ(ά)σσῃ[3] τῆς ἱερᾶς καὶ

Litterae ΑΔΘΠΣ(paucis locis Ϲ)ωΩ. 1 Inter Olympieum dedicatum (129 p. Chr.) et Hadriani obitum (die 10. m. Iulii a. 138 p. Chr.) monumentum conditum apparet, atque utique maxime probabile est proximo post illud magnificum templum perfectum tempore id accidisse. 2 Cf. titulum Cnidium Greek inscr. in the Brit. mus. IV, 1 p. 17 n. DCCCI [Ὁ δῆμος] | ὁ Ἰουλιέων τῶν καὶ Λαοδικέ[ων] | τῶν πρὸς θαλάσσηι τῆς ἱερᾶς | καὶ ἀσύλου καὶ αὐτονόμου Γάϊον | Ἰούλιον Ἀρτεμιδώρου υἱὸν [Θ]εύπο[μ]|πον εὐνοίας ἕνεκεν. Quem titulum Theupompi nomen ad Caesaris Augustive aetatem referri cogit. Tum igitur cognomen *Iulia* accepit, quod praeter hos duos titulos etiam nummi (B. Head Historia nummorum p. 660) testantur. Quam rem acute tituli Cnidii editor componit cum narratione Cassii Dionis XLVII, 30, 2 τὴν δὲ δὴ Λαοδίκειαν (Dolabella) ἀμαχεὶ διὰ τὴν φιλίαν αὐτῶν, ἣν πρὸς τὸν Καίσαρα τὸν πρότερον εἶχον, προσεποιήσατο. Annos Laodicenses usque ad annum 83 p. Chr. inde a Caesaris victoria numerasse ex nummis apparet, sed etiam a. 114. 115 p. Chr. eandem aeram usitatam fuisse probant tituli C. I. G. 4470, 8. 4471, 5, ut observavit idem. Ceterum pondus plumbeum cum titulo Lebas-Waddington Inscr. III, 2720 Λαοδικέων τῶν | πρὸς θαλάσσηι, | [ἀγο]ρα[νομοῦντο]ς | Φιλοδάμου, | μνᾶ, quia nomine Ἰουλιέων caret, Caesaris aetate antiquius habendum videtur. 3 Oppidum Syriae magnum et nobile, cuius frequens est in litteris antiquis memoria. Cf. praecipue Strabo XVI, 2, 4 p. 749: ἡ δὲ Σελευκὶς ἀρίστη μέν ἐστι τῶν λεχθεισῶν μερίδων, καλεῖται δὲ

ἀσύλου καὶ αὐτονόμου[4], ‖ ναυαρχίδος[5], συγγενίδος[6], φίλης, συμμάχου, κοινωνοῦ δήμου | Ῥωμαίων, ἐξαιρέτως τετειμημένη δωρεαῖς, καθὼς καὶ ἐν Καπε|τωλίωι δέλτοι περιέχουσιν[7], διὰ ἐπιμελητῶν καὶ πρεσβευ|τῶν Ἀρχελάου τοῦ Τειμάρχου καὶ Μ(άρκου) Οὐισελλίου Γαΐου | υἱοῦ Κολλίνα Πρείσκου καὶ Γ(αΐου) Κορνηλίου Γαΐου υἱοῦ Κυρείνα ‖ Μαξίμου καὶ Ἀπολλωνίου Διογνήτου[8] ἐπικαλου|μένου Γαΐου.

Τετράπολις καὶ ἔστι κατὰ τὰς ἐξεχούσας ἐν αὐτῇ πόλεις, ἐπεὶ πλείους γέ εἰσιν, μέγισται δὲ τέτταρες, Ἀντιόχεια ἡ ἐπὶ Δάφνῃ καὶ Σελεύκεια ἡ ἐν Πιερίᾳ, καὶ Ἀπάμεια δὲ καὶ Λαοδίκεια, αἵπερ καὶ ἐλέγοντο ἀλλήλων ἀδελφαὶ διὰ τὴν ὁμόνοιαν, Σελεύκου τοῦ Νικάτορος κτίσματα. p. 750 ἡ δὲ Λαοδίκεια (ἐπώνυμός ἐστι) τῆς (Σελεύκου τοῦ Νικάτορος) μητρός. § 9 p. 751. 52 εἶτα Λαοδίκεια, ἐπὶ τῇ θαλάττῃ κάλλιστα ἐκτισμένη καὶ εὐλίμενος πόλις, χώραν τε ἔχουσα πολύοινον πρὸς τῇ ἄλλῃ εὐκαρπίᾳ. 4 Cf. Plinius Nat. hist. V, 79: *promunturium in quo Laodicea libera*. Cum ἱερά, ἄσυλος, αὐτόνομος in titulo Cnidio (not. 2) redeant, haec quidem privilegia Laodicenses Caesari dictatori accepta tulisse apparet. 5 Cf. n. 587[2], unde apparet, cur hoc quidem vocabulum in inscriptione Cnidia (not. 2) non recurrat. 6 Antiquitus συγγενής ut reliqua eiusdem terminationis adiectiva nullam habebat feminini formam a masculino discretam. Sed post Chr. natum haud raro occurrit ἡ συγγενίς, quod sane a Polluce Onom. III, 30 ἐσχάτως βάρβαρον vocatur. Cf. exempla allata a Lobeckio ad Phrynichum p. 451. 52. 7 Cf. Syll.[2] 349, 9. 10. 8 Pro Ἀπολλωνίου τοῦ Διογνήτου, neglegentia inferiore aetate neutiquam rara. Cf. n. 616[3].

---

604 Emesae (*Homs*) monumentum sepulcrale, pyramidis figura, nunc in domo Hadschi-Mahmud-el-Dschuhanij in via *Bab-Hud*. Inferiorem partem a versu quarto ed. Squire apud Walpole Travels p. 321, totum titulum ex C. R. Vaughani schedis J. Franz C. I. G. 4511. Accuratius exscripsit Skender Effendi, cuius exemplum ed. W. H. Waddington ad Lebas Inscr. III, 2567. Omnium accuratissime delineatam tituli imaginem exhibet E. Kalinka Jahreshefte des österr. arch. Inst. III (1900) Beiblatt p. 26 n. 13.

Γάϊος Ἰούλι|ος Φαβία Σαμ|σιγέραμος[1] ὁ | καὶ Σειλᾶς[2], Γαΐο‖υ

Litterae ΑϵΖΞΠϹѠ. 1 Hoc nomen bis occurrit in familia dynastarum Emesenorum. Natu maior commemoratur in rebus annorum 59 et 43 a. Chr. n. Cf. Strabo XVI, 2, 10 p. 753 εὐερκῆ χωρία, ὧν ἐστι καὶ ἡ Λυσιάς — καὶ Ἀρέθουσα ἡ Σαμψικεράμου καὶ Ἰαμβλίχου τοῦ ἐκείνου παιδός, φυλάρχων τοῦ Ἐμεσηνῶν ἔθνους. Cicero ad Att. II, 14, 1. 16, 2. 17, 1. 2. 23, 3 hoc nomine per

Ἰουλίου Ἀλεξί|ωνος υἱός, ζῶν | ἐποίησεν ἑαυ|τῷ καὶ τοῖς ἰδί|οις ἔτους ϥτ' [3].

irrisionem Cn. Pompeium significat, qui illum regulum vicerat; natu minor anno 44 p. Chr. etiamtum regnabat. Cf. Ioseph. Ant. XIX, 338: ἧκε γοῦν παρ' αὐτὸν Κομμαγηνῆς μὲν βασιλεὺς Ἀντίοχος, Ἐμεσῶν δὲ Σαμψιγέραμος. Hunc excepere filii Azizus (Ioseph. Ant. XX, 139. 141. 158) et Soaemus (Ioseph. Ant. XX, 158. Bell. II, 481. 483. 501. III, 68. VII, 226), ex quibus ille a. 54 p. Chr. n. decessit, hic anno 73 p. Chr., quinquennio ante hunc titulum incisum, etiamtum in regno fuit. Eiusdem familiae hominem, privatum sane, hic quoque habemus. Wadd. Scriptura per mediam (Σαμψιγέραμος, Σαμσιγέραμος), praeter Iosephum et hunc titulum etiam alius multo recentior ap. Lebas-Waddington Inscr. III, 2564 ἔτους δϥυ' (182/3 p. Chr. n.), Σαμσιγεράμ[μ]ου habet, atque est illa quidem manifesto accuratior, cum in eam quam apud Strabonem et Ciceronem legimus, tenuis κ ex nomine appellativo Graeco quod est κέραμος irrepserit. Etiam μψ pro μσ ad Graecam consuetudinem referendum, nam prior compositi pars manifesto *šamš* (*šemeš*) est, quod in indigenarum lingua solem significat. 2 Prope Emesam primo a. Chr. n. saeculo Lysias regulo cuidam Silae parebat. Cf. Iosephus Ant. XIV, 40: ἐξεῖλεν δὲ (Pompeius) καὶ Λυσιάδα χωρίον, οὗ τύραννος ἦν Σιλᾶς ὁ Ἰουδαῖος. Quod nomen hic recurrens ad affinitatem inter has duas dynastarum familias superiore tempore contractam redire videtur. Waddington. 3 Annus aerae Seleucidarum trecentesimus nonagesimus incipit a calendis Octobribus anni 78 p. Chr. n.

---

605 Heliopoli (*Baalbek*) in muro ad septentrionalem templi partem. Ed. de Saulcy Voyage II p. 623 tab. 53 (A. Kirchhoff C. I. G. 8617. Lebas-Waddington Inscr. III, 1882).

Ἔργον τοῦ ἐνδ(ο)|[ξοτά]τ[ου [1] Ἀ]νατολίο[υ] [2] | στρατο[πε](δ)άρχου [3] | καὶ ὑπάτου [4].

Litterae ΕΛΠC. 1 ΕΝΔΕ. 2 De hoc homine illustrissimo Waddington solita doctrina quae tradita sunt composuit. Anno 420, cum magister militum Orientis (τῆς ἕω στρατηγός) esset, pacem inter Persas et Romanos instauravit (Procop. Bell. Pers. I, 2), a. 442. 443 *magister militum* appellatur Cod. Iust. I, 46, 3. XII, 60, 7, accuratius *magister militum per Orientem* XII, 55, 4. Anno 451 *magister militum praesentalis* erat, in actis concilii Chalcedonii illo anno habiti primo loco inter superiores magistratus qui ei interfuerunt recensetur Ἀνατόλιος ὁ μεγαλοπρεπέστατος καὶ ἐνδοξότατος στρατηλάτης καὶ ἀπὸ ὑπάτων πατρίκιος (Mansi Concil. VI, 564). His quae Wadd. attulit nuper accessit titulus Gerasenus editus Mitth. u. Nachr. des deutschen Palästina-Vereins VII 1901 p. 63 n. 27: Ἐπὶ τοῦ κυρίου μου Φλ(αουίου) Ἀνατολίου | τοῦ μεγαλοπ(ρεπεστάτου) στρατηλάτου καὶ ὑπάτου, | καὶ ἐπὶ Φλ(αουίου)

Σιμπλικίου τοῦ λαμπρ(οτάτου) κόμ[ητος] | ἀνοικ[οδομήθη ἡ πύλη καὶ] τὸ τεῖχος. Accuratiora de eo vide ap. O. Seeck, Pauly-Wissowa Realencyklopädie I, 2 p. 2072 n. 9. Ceterum in Saulcyi apographo ΛΙΟΙ est, postrema littera manifesto non recte exscripta. Emendavit Wadd. 3 ΣΤΡΑΤΟΝΟΜΑΡΧΟΥ. Emendavit Waddington. In titulo Geraseno et actis concilii sane στρατηλάτης est, vox etiam alibi per orientem de superioribus officiis militaribus usitata (cf. n. 648, 3. 4. 5), sed eam hic reponere summae audaciae esset. Utique utrumque nomen Graecum *magistrum militum* (not. 1) significare manifestum est. 4 Consulatu Anatolius functus est anno 440 p. Chr. n. (Wadd. et Seeck l. l.). Non ipso consulatus anno titulus dedicatus, sed hic ut in monumento Geraseno ὕπατος pro ὑπατικός aut, ut acta concilii habent, ἀπὸ ὑπάτων scriptum est, id quod inferiore aetate haud raro usu venit.

---

606 In ecclesia *Nebi-Abel* inter Damascum et Heliopolin, ubi antiquitus sita erat Abila. Ed. Pococke Inscr. ant. c. 1 p. 1. 2 (J. Franz C. I. G. 4521).

Ὑπὲρ (τ)ῆ(ς)[1] τῶν κυρίων Σε[βαστῶν[2]] | σωτηρίας καὶ τοῦ σύμ[παντος] | αὐτῶν οἴκου Νύμφαιος Ἀέ[του][3], | Λυσανίου τετράρχου[4]

Litterae volgares praeter ΠΣ, si modo recte exscriptae sunt. 1 ΓΗΕ. 2 Pluralem mireris, quia huius tituli aetate (cf. not. 4) unus modo Augustus erat, neque in hac quidem sententia eos qui deinceps regnavissent hoc plurali comprehendi licebat. Quare fieri non posse videtur, quin aut Augustum cum Augusta, nempe Tiberium cum Livia aut Agrippinam cum Nerone, aut principem cum tota familia indicari statuamus. Cf. n. 623[1]. 3 Supplevi. Liberto non patroni modo nomen, sed etiam patris adiungi rarius quidem est, sed non inauditum. Cf. n. 620, 3 sqq. Nomen ipsum praestare nolo, nam potest ΑΕ lenissimo errore pro ΛΕ lectum esse, id quod permulta supplementa admitteret. 4 Franzius recte provocat ad Lucae Evangelium, ubi de quintodecimo Tiberii Caesaris anno legitur 3, 1 καὶ Λυσανίου τῆς Ἀβιληνῆς τετραρχοῦντος (a. 28 p. Chr. n.). Diversum hunc ab illo Lysania, qui Ptolemaeo Menneae f. patri successit et cum Antigono Hasmonaeo se coniunxit, manifestum est, nam is plus quam semisaeculo ante illum annum a Cleopatra interemtus erat (Ioseph. Ant. XV, 92. Bell. I, 440). Regium nomen hic natu minor non videtur gessisse, etsi terra ab eo relicta apud Iosephum modo ἡ Λυσανίου βασιλεία (Bell. II, 215. 247) modo ἡ Λυσανίου τετραρχία (Ant. XVIII, 237. XX, 138) appellatur. Ab hoc, non ab illo antiquiore et nobiliore, repetitum est cognomen oppidi Ἄβιλα ἡ Λυσανίου (cf. Ioseph. Ant. XIX, 275 et quae exposui infra n. 631[3. 4]). Decessit intra annorum 28 et 37 p. Chr. n. spatium, nam ipsis principatus initiis Gaius Caesar eius tetrarchiam alii donavit. Ceterum non est, cur Nymphaeum libertum hoc monumentum superstite patrono exstruxisse sumamus; licet igitur usque ad Neronis aetatem aut adeo amplius descendere in tempore inscriptionis definiendo.

ἀπελε[ύθερος] || τὴν ὁδὸν κτίσας ἄστε[ι]π[τ]ο[ν[5] οὖσαν καὶ] | τὸν ναὸν οἰκο[δομ]ή[σας[6] τὰς περὶ αὐτὸν] | φυτείας πάσας ἐφύ[τευσεν ἐκ | τ]ῶν ἰδίων ἀναλ[ωμάτων θεῷ] | Κρόνῳ[7] κυρίῳ κα[ὶ ---------------- || --------------] Εὐσεβία γυνή.

5 ΑΣΤΕΠΟΙ. Emendavi, nihil fere peccatum ratus nisi quod duae singularum litterarum lacunae non indicatae sint, qua in re neglegentissime confecta esse pleraque antiquioris aetatis apographa constat. Sane ἄστειπτος poëticum est (Soph. Philoct. 2); sed Romanorum aetate multa eiusmodi in pedestrem orationem irrepsisse (cf. n. 653 2) docemur exemplo vocis item tragicae et huic origine ac notione finitimae ἀστιβής, quae recurrit apud Arrianum Anab. V, 11, 1. Viam quae adeo dilapsa erat ut ea iri omnino nequiret se refecisse gloriatur Nymphaeus. ἄστ[ρωτ]ο[ν] emendavit Franz violentius. 6 ΟΙΚΟ.ΦΑΛΗ. Emendavit Franz. Manifesto Φ pro Ο et ΑΛ pro Μ errore lecta sunt. 7 Deus indigenarum; similiter Iovis nomen persaepe illarum regionum diis imponitur (cf. n. 631 1).

---

607 Lapis in mola antiqua quae est in loco *Wadi-Barada* montis Antilibani. Ed. A. S. Murray Palestine Exploration fund 1898 p. 31. Cf. quae de titulo disputavit Ch. Clermont-Ganneau Recueil d'archéol. orientale II 1898 p. 397 § 76.

Ἔτους ηξυ΄[1] Δύστρου[2] λ΄ Διὶ [με|γ]ίστῳ[3] Ἡλιοπολείτ[ῃ][4] τῷ κυρίῳ | ὑπὲρ σωτηρίας κυρίου | Καίσαρος Λυσίας καὶ Σπού||ριος καὶ Ἀνείνας, υἱοὶ Λυσί[ου,] | ἐκ τῶν ἰδίων τὸν βωμὸ[ν] | ἀνέθηκαν καὶ παρομολο|γίαν[5] ἐπο[ί]ησαν.

Litterae ΛЄΘΜΞΠCѠ. 1 Annus quadringentesimus duodeseptuagesimus aerae Seleucidarum 156/7 p. Chr. n. est. 2 Mensis, qui in lunisolari Macedonum anno ab aequinoctio auctumnali incipiente quintus fuerat, in fastis Syriacis aetatis Romanae Martio anni Iuliani respondebat. Cf. Ideler Chronologie I p. 430. 3 Cum Murray [Υ|ψ]ίστῳ supplevisset, Clermont-Ganneau monuit, in titulis Latino sermone conceptis sollennem appellationem esse *Iupiter Optimus Maximus Heliopolitanus*, cui μέγιστος accuratius responderet; accedere quod hoc epitheton in Graecis Syriae inscriptionibus Iovi perfrequenter tribueretur (Lebas-Waddington Inscr. III, 2116, 1. 2140, 2. 2289, 1. 2292, 1. 2339, 4. 2340, 3. 4 et infra n. 631, 1. 2). 4 Ἡλιοπολειτ[ῶν] Murray, Ἡλιοπολείτ[ῃ] Clermont-Ganneau. Cf. not. 3 et n. 597, 3. 5 παρ' ὁμολογίαν duas voces esse statuunt editores. Sed quamcunque existimant hanc ὁμολογίαν esse, utique mirum manebit Lysiae filios in titulo dedicatorio praedicare, se contra eam fecisse. Quare malui παρομολογίαν in unum nomen contrahere, quo significaretur pactum aliquod de usu arae ab ipsis dedicatae. Certe verbum παρομολογεῖν a scriptoribus

inferioris aetatis nonnunquam ita usurpatur, ut significatio eadem sit ac simplicis ὁμολογεῖν. Cf. Polyb. III, 89, 3 τῷ δὲ χρόνῳ πάντας ἠνάγκασε παρομολογῆσαι καὶ συγχωρεῖν ὡς οὔτε νουνεχέστερον οὔτε φρονιμώτερον οὐδένα δυνατὸν ἦν χρῆσθαι τοῖς τότε περιεστῶσι καιροῖς.

---

608 Limen superius portae in vico *Deir-Ali* (Lebaba). Ed. W. H. Waddington ap. Lebas Inscr. III, 2558. Cf. quae de titulo disputavit A. Harnack Die Mission und Ausbreitung des Christenthums p. 429.

Συναγωγὴ[1] Μαρκιωνιστῶν[2] κώμ(ης) | Λεβάβων τοῦ κ(υρίο)υ[3] καὶ σ(ωτῆ)ρ(ος)[4] Ἰη(σοῦ) Χρηστοῦ[5], | προνοίᾳ Παύλου πρεσβ(υτέρου) τοῦ λχ΄ ἔτους[6].

Litterae ЄꞶΠϹⲰ. Vs. 3 post ΠΡЄϹΒ scripturae compendiariae signum Ş, vs. 2 post ΚΥ punctum, ΙΗ linea horizontali notatum. 1 Memorabile non ἐκκλησίαν, sed συναγωγήν appellari delubrum Marcionistarum, etsi Marcion ut Iudaeorum sacris indulgeret tantum aberat ut contra acerrimus eorum adversarius esset. Wadd. 2 Marcionis sectam initio quarti p. Chr. n. saeculi (not. 6) nondum exstinctam fuisse nemo mirabitur, qui ex Epiphanio adv. Haer. p. 302 ed. Petav. (ἡ δὲ αἵρεσις ἔτι καὶ νῦν ἔν τε Ῥώμῃ καὶ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, ἐν Αἰγύπτῳ τε καὶ ἐν Παλαιστίνῃ, ἐν Ἀραβίᾳ τε καὶ ἐν τῇ Συρίᾳ, ἐν Κύπρῳ τε καὶ Θηβαΐδι, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ Περσίδι καὶ ἐν ἄλλοις τόποις εὑρίσκεται) cognoverit vel altera eiusdem saeculi parte eam in diversissimis orbis terrarum regionibus superstitem fuisse. Nec mirum, anno 318/9 p. Chr. eis prope Damascum publice sacra sua exsequi licuisse; nam illo tempore, quo Constantinus iam toto occidente potitus erat, per orientem vero etiamtum Licinius imperabat, neque Christianos persequebantur imperatores, neque vero, ut postea, iam ipsi Christianae religionis nomine eos quos haereticos existimabant opprimebant. Quare omnis generis sectae tum liberius quam unquam antea aut postea rem divinam facere poterant. W. Eiusdem fere aetatis episcopum Marcionitarum, qui in persecutione Maximini Daiae occisus esset Caesareae Palaestinae, commemorari apud Eusebium monuit Harnack. Cf. Euseb. de mart. Palaest. X, 3 (Vol. IV p. 405, 29 ed. Dindorf): τούτῳ δὲ (Petro ascetae, qui et Apselamus) τῆς κατὰ Μαρκίωνα πλάνης ἐπίσκοπός τις εἶναι δοκῶν Ἀσκληπιὸς ζήλῳ μέν, ὡς ᾤετο, εὐσεβείας, ἀλλ' οὔτι γε τῆς κατ' ἐπίγνωσιν, ὅμως δ' οὖν μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ πυρᾷ τὸν βίον συνεξελήλυθεν. 3 ΚΥ. 4 ϹΡ. Acute Waddington observat, hoc praeconium Iesu Christi neutiquam abhorrere a Marcionis doctrina, qui eum sane Dei filium esse negaret, sed ad homines servandos missum esse constantissime affirmaret. 5 Haec scriptura non modo non singularis, sed adeo admodum frequens est, sed antiquiore aetate praecipue apud paganos, quippe qui inauditi nominis Χριστός originem et vim ignorarent, quam apud ipsos Christianos usitata. At huius quidem tituli aetate, in Syria

certe, ι et η adeo in eundem sonum abierant, ut ne in Christianae quidem originis titulo haec confusio offensioni esse possit. Cf. F. Blass Hermae XXX p. 465 sqq. 6 Ex aera Seleucidarum, quae una in regione Damascena usitata fuit, hic est annus 318/9 p. Chr. n. Waddington.

---

609 Phaenae (*Misema*) in pilis portae templi, *a* in sinistra, *b* in dextra. Ed. Burckhardt Itin. Syr. p. 117 (Transl. Germ. I p. 206. Letronne Recherches pour servir à l'hist. de l'Égypte p. 490 sqq. J. Franz C. I. G. 4551). Plenius et accuratius W. H. Waddington ap. Lebas Inscr. III, 2524. (L. Lafoscade de epistulis imperatorum et magistratuum Romanorum p. 50 n. 117).

a Ἰούλιος Σα|τουρνῖνο|ς[1] Φαινησί|οις[2] μητρο||κωμίᾳ τοῦ | Τράχωνος[3] | χαίρειν· | ἐάν τις ὑμῖν[4] | ἐπιδημήσῃ || βιαίως στρα|τιώ-

---

Litterae ЄΘ⋀ΛΜΞΠCѠ. 1 Cf. Lebas-Waddington Inscr. III, 2309: ἔτους ι′ [τοῦ ἡμῶν] κυρίου αὐτοκράτορος [Μ(άρκου) Αὐρηλίου Σεουήρου Ἀλεξάνδρου Σεβαστοῦ,] ὑπατεύοντος Ἰουλίου Σατορνείνου, ἡ πόλις τὸ κτίσμα κτλ. III, 2309 *a*: [Σα]τ[ο]ρνείνου ὑπατικοῦ. Utrobique Iulium Saturninum legatum Augusti pro praetore Syriae fuisse indicatur; nam hanc legationem consularem fuisse in volgus notum est itemque constat provinciarum praesides consulares inferiore aetate saepe simpliciter ὑπατικούς appellari. Cum in priore ex his inscriptionibus principis nomen consulto deletum sit, is vero decem annos imperaverit, inter illius aetatis cuius ille titulus esse possit imperatores nemo in censum venit nisi Commodus et Alexander Severus. At Waddingtonus Domitii Dextri, Asellii Aemiliani, Pescennii Nigri legationibus postremos illius principatus annos plane occupatos observavit ideoque confidenter Alexandri nomen reposuit. Sic anno 231 p. Chr. vindicandus est titulus; at H. Dessau Prosopogr. imp. Rom. II p. 212 n. 356 inter hunc annum et 185 p. Chr. qui fuit decimus Commodi, dubius haeret. 2 Cf. I. G. Sic. et Ital. 1325 (R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. I p. 73 n. 180): Ἀγρίππας Φούσκου Φαινήσιος θεοσεβής, sine dubio ex eodem vico quem hic habemus oriundus. 3 Hinc apparere, regionem hodie *Ledja* appellatam antiquum Trachona esse observat Waddington. Cf. Strabo XVI, 2, 16 p. 755 Cas.: τελευτῶσι δ' (Libanus et Antilibanus) ἐγγύς πως τῶν Ἀραβίων ὀρῶν τῶν ὑπὲρ τῆς Δαμασκηνῆς καὶ τῶν Τραχώνων ἐκεῖ λεγομένων εἰς ἄλλα ὄρη γεώλοφα καὶ καλλίκαρπα. § 20 p. 756 ὑπέρκεινται δ' αὐτῆς (Δαμασκοῦ) δύο λεγόμενοι Τράχωνες. Ab his duobus montibus tota regio modo Τραχωνῖτις, modo ut hic singulari numero ὁ Τράχων (Iosephus Ant. XIII, 427. XV, 343 sqq. XVI, 130 al.) appellabatur. Caput regionis alicuius si civitatis ius ac formam habet μητρόπολις, sin minus, μητροκωμία appellatur. Praeter Phaenam duas Trachonitidis μητροκωμίας notas esse observat Wadd. coll. Lebas Inscr. III, 2396 b [μη]τροκωμίας Βορεχὰθ Σαβάων (hodie *Breikê*) et III, 2480, 4 [μητρο]κωμίας Ζοραουηνῶν (hodie *Zor'a* sive *Ezr'a*). 4 Cf. n. 505[3].

της[5] ἢ | καὶ ἰδιώτης, | ἐπιστείλαν|τές μοι ἐκ||δικηθήσεσ|θ[ε][6]. b οὔτε | γὰρ συνεισ|φοράν τι|να ὀφείλε||τε τοῖς ξέ|νοις[7], καὶ ξε|νῶνα ἔχον|τες οὐ δύ|νασθε ἀνα||ν⟨κ⟩κασθῆ|ναι δέξασ|θαι ταῖς οἰ|κίαις τοὺς | ξένους[8]. ταῦ||τά μου τὰ | γράμματα | ἐν προδή|λῳ τῆς μη|τροκωμί||ας ὑμῶν χ|ωρίῳ πρόθ|ετε, μή τις | ὡς ἀγνοή|σας ἀπολο||γήσηται[9].

5 De militum superbia avaritia violentia etiam alibi vehementer conquerebantur agricolae. Cf. n. 519, 18 sqq. et Syll.[2] 418, 37 sqq. 6 ΘΑΙ. 7 Cf. Syll.[2] 418, 34. 35: ἀναγκάζουσιν ἡμᾶς ξενίας αὐτοῖς παρέχειν καὶ ἕτερα πλεῖστα εἰς ἀνάλημψιν αὐτῶν ἄνευ ἀργυρίου χορηγεῖν. v. 72 ὅπως — κελεύσῃς ἕκαστον τὴν ἰδίαν πορεύεσθαι ὁδὸν — μηδὲ καταναγκάζειν ἡμᾶς χορηγεῖν αὐτοῖς προῖκα τὰ ἐπιτήδεια, ἀλλὰ μηδὲ ξενίαν αὐτοῖς παρέχειν. 8 Idem quod ξενοδοχεῖον vocem significare observavit Waddington, sed etiam Lebas III, 2327 eandem, forma leniter immutata, eadem vi repperiri: [ἐπὶ τοῦ] ὁσιωτ(άτου) Πέτρου ἐπισκ(όπου) κτίζεται ὁ ξενεὼν τοῦ ἁγίου Θεοδώρου. Item ξενών esse Lebas III, 638, 5. Cf. etiam Syll.[2] 734, 3. 71. 76. 82. 9 Cf. n. 521, 9 sqq.

610 Zoravae super portam ecclesiae S. Georgii. Edd. Burckhardt Travels in Syria p. 60. 61. Buckingham Travels among the Arab tribes p. 275. Berggren It. Europ. et Orient. II p. 102 (A. Kirchhoff C. I. G. 8627). Omnium accuratissime ex suo apographo W. H. Waddington ap. Lebas Inscr. III, 2498.

Θεοῦ γέγονεν οἶκος τὸ τῶν δαιμόνων καταγώγιον[1], | φῶς σωτήριον ἔλαμψεν ὅπου σκότος ἐκάλυπτεν, | ὅπου θυσίαι εἰδώλων νῦν χοροὶ ἀγγέλων, | ὅπου θεὸς παρωργίζετο, νῦν θεὸς ἐξευμενίζεται. || ἀνήρ τις φιλόχριστος πρωτεύων Ἰωάννης Διομηδέως υἱὸς | ἐξ ἰδίων δῶρον θεῷ προσήνεγκεν ἀξιοθέατον κτίσμα | ἱδρύσας ἐν τούτῳ τοῦ καλλινίκου ἁγίου μάρτυρος Γεωργίου[2] |

Litterae ΑΖΘΞΠϹѠ. 1 Ecclesia Christiana exstructa est quo loco antea templum religionis paganae fuerat. Cum in ipsa ecclesia S. Georgii exstet lapis cum titulo Θεανδρ[ίτῃ] ὑπὲρ σωτηρίας καὶ νείκης τῶν κυρίων οἰκοδόμησαν οἰκίαν Σααμηνοὶ οἱ ἀπὸ Ζοραουηνῶν (Lebas-Waddington Inscr. III, 2481), huius dei templum fuisse perspexit Waddington. Quem deum et ex scriptoribus (Damascius ap. Photium Bibl. cod. 242 p. 347 b, 26 ἔγνω δὲ ἐνταῦθα τὸν Θεανδρίτην, ἀρρενωπὸν ὄντα θεὸν καὶ τὸν ἄθηλυν βίον ἐμπνέοντα ταῖς ψυχαῖς. Marin. Vita Procli p. 16 Boissonade Θυανδρίτην ἄλλον Ἀραβίοις πολυτίμητον θεόν) et ex titulis (Lebas III, 2374 a, 4 ipse deus Θεάνδριος, 2046, 4 eius delubrum Θεονδρίτιον appellatur) notum esse observat Waddington. 2 Sancti Georgii cultus iam antiquitus per Syriam perfrequens erat, ac potissimum

τὸ τίμιον λ(ε)ίψανον, τοῦ φανέντος αὐτῷ Ἰωάννῃ | οὐ καθ' ὕπνον, ἀλλὰ φανερῶς, ἐν ἐ(π)ι(νεμήσει)[3] θ', ἔτους υι'[4].

quidem in Auranitide et Trachonitide multa eius monumenta epigraphica exstant (Lebas-Waddington Inscr. III, 1981. 2092. 2126. 2158). Ex hoc titulo discimus anno 515/6 p. Chr. n. (not. 4) relliquias eius Zoravam Trachonitidis translatas ibique magnificam ecclesiam ei aedificatam esse. Cf. Waddington ad Lebas Inscr. III, 1981. 3 Lapis ΕΤΙ. De indictione hoc accipiendum apparet, praesertim cum anni et indictionis numeri perbene conveniant (not. 4). At cum Waddington lapicidam errore ἔτ(ε)ι pro ἰνδικτιῶνι incidisse sumpsisset, mihi praestare visum est lenissima medela nomen Graecum reponere, quod pro Latino *indictio* haud raro usurpatur. Cf. Syll.[2] 423[3]. 4 Annum 410 aerae Bostrenorum a die 22 m. Martii 515 p. Chr., indictionem nonam ab eiusdem anni calendis Septembribus incipere adnotat Waddington.

---

611 Lapis inventus in regione *Haurân*, exstat in praedio rustico prope vicum *Qatana* situm occidentem versus a Damasco quattuor horarum intervallo, ad radices Hermonis montis. Ex ectypo a Clemente David archiepiscopo Damasceno transmisso ed. Ch. Clermont-Ganneau Recueil d'archéol. orientale II 1898 p. 64 imagine xylographa expressum. Accuratius C. Fossey Bull. de corr. Hell. XIX 1895 p. 303.

Ὑπὲρ σωτηρίας Αὐτοκράτορος | Τραϊανοῦ Νέρουα Σεβαστοῦ | υἱὸς[1] Σεβαστὸς Γερμανικοῦ | Δακικὸς[2] Μεννέας[3] Βεελιάβου || τοῦ Βεελιάβου[4] πατρὸς Νε|τείρου[5], τοῦ ἀποθεωθέντος[6] | ἐν τῷ

Litterae ΑΕΗΘΠΡϹϘ. Extremae hastae lineolis transversis ornatae. 1 Nominativi υἱός, Σεβαστός, Δακικός mediis genetivis interpositi ignorantiam sermonis Graeci produnt. Cf. n. 660[8]. 2 Quod *Dacicus* iam appellatur princeps, nondum vero *Parthicus*, annorum 103—116 a. Chr. n. terminis tituli aetas circumscribitur. F. 3 Nomen, Graecum ut quidem videatur origine, in titulis Graeciae et Asiae minoris inveniri adnotat F. Sed ne a Syriae quidem incolis alienum fuit, id quod praeter alios testatur Πτολεμαῖος ὁ Μεννέου princeps Chalcidis. Nam quod patris nomen apud Iosephum, qui frequenter Ptolemaei meminit, Μενναίου scribitur Ant. XIII, 392. 418. XIV, 39. 297. 330. Bell. I, 103. 248, id quin ad librariorum errorem redeat ut apud Polybium V, 70, 10 Κεραίας pro Καιρέας (n. 230[1]), eo minus dubito quia certe priore belli Iudaici loco versio Latina recte *Menneae* habet. 4 Nomen significatione Graeco Θεόδωρος vel Διόδοτος respondens. F. In illis regionibus haud infrequens fuisse videtur. Cf. Bull. de corr. Hell. XXI 1897 p. 64 n. 74, 2: ἐπὶ Βεελιάβ[ο]υ τοῦ [κ]αὶ Διοδότου. n. 75, 2 sqq. ἐπὶ ἀρχῆς Ἀβιδαανοῦ Βεελιάβου [Σ]αμσαίου ἱεροταμία. p. 65 n. 76, 2 Βελίαβος

λέβητι[7], δι' οὗ αἱ ὁρταὶ[8] ἄγων|ται, ἐπίσκοπος[9] πάντων τῶν ἐν|θάδε γεγονότων ἔργων κατ' εὐ||σεβείας[10] ἀνέθηκεν θεᾷ Λευκο|θέᾳ[11] Σεγείρων[12].

Ἐχχώμου εὐξάμενος ἐπο[ί]ησεν. 5 Praeter Ioseph. Bell. III, 233 ἀδελφοὶ δύο Νετείρας καὶ Φίλιππος sibi nusquam hoc nomen occurrisse fatetur F. 6 Contra Clermont-Ganneauium hic de victima humana cogitantem Fossey demonstravit, ἀποθεοῦν sepulturam significare, collatis titulis Asiae minoris C. I. G. 2831, 4 sqq. ἑτέρῳ δὲ οὐδενὶ ἐξέσται κηδευθῆναι ἐν τῇ σορῷ ἢ μόν[ῳ] Ἀχιλλεῖ καὶ Ἀχιλλεί[ᾳ] τέκνῳ αὐτοῦ· ἐὰν δέ τις μετὰ τὸ ἀποθεωθῆναι τοὺς προδηλουμένους τολμήσῃ κτλ. 2832, 3 μετὰ δὲ τὴν τούτων ἀποθέωσιν. Multo frequentius eadem vi occurrere ἀφηρωΐζειν. 7 Urna in qua cineres corporis combusti conduntur. 8 αἱ [ἑ]ορταί emendavit Cl.-G., ipsum AI pro initiali huius nominis E errore proclivi scriptum sumpsit F. Sed fortasse forma Herodotea ὁρτή, ut multa Ionica, in sermone Graeco qualis per orientem usitatus erat conservata est. Enuntiatum relativum non ad λέβητι, sed ad viri nomen quod antea legitur referri patet, sed eius vis obscurata est, ni plane fallor, pravo praepositionis διά c. gen. usu (cf. not. 10). Videtur indicari, illum hominem auctorem fuisse feriarum. Coniunctivum ἄγωνται quantitatis vocalium discrimine neglecto ex indicativo ἄγονται corruptum esse apparet. 9 Waddington ad Lebas Inscr. III, 1990 episcopos titulorum Syriae eosdem esse coniecit cum agoranomis Graeciae, fretus praecipue Charisii testimonio Digest. L, 4, 18, 7: *item episcopi, qui praesunt pani et ceteris venalibus rebus, quae civitatium populis ad cotidianum victum usui sunt, personalibus muneribus funguntur.* Sed ut huic credere debemus, alicubi eum magistratum hac voce significatum esse, ita tamen qui in titulis Syriae inveniuntur ἐπίσκοποι, eos ubique in aedificiorum cura versatos esse cum alii tituli indicant, tum hic definite enuntiat. Fossey. 10 Soloece pro κατ' εὐσέβειαν vel εὐσεβείᾳ, ut pendeat ab ἀνέθηκεν. 11 Ni fallor fabula Graeca de Ino Leucothea Melicertae matre in causa fuit, cur Graeci deae nescio cui Syriae hoc potissimum nomen imponerent. 12 [ἀν]εγείρων emendavit Clermont-Ganneau. Si omnino emendatione opus esset, facilius simplex ἐγείρων restituere liceret, littera C ad proximum nomen relata. Namque dativum θεᾷ et genetivum Λευκοθέας pro uno eodemque casu haberi ideoque inter se coniungi ab illius aetatis sermone neutiquam abhorret. At hoc ipsum participium hic otiose et praeter morem illi ἀνέθηκεν addi rectissime monet Fossey. Is potius oppidi Σέγειρα nomen agnovit, eiusdem ut opinatur quod hodie *Kala'at-Jendal* appellatur; idem vocabulum esse *Seîrâ*, cuius nominis urbem in tribu Ephraimitarum sitam commemorari in libro Iudicum 3, 26. 27.

---

612 Lapis inventus apud agricolam cui nomen Muto in vico *Numr* sito horae intervallo meridiem et orientem versus ab oppido *Hâra* in regione *Haurân*. Ex P. Schroederi apographo ed.

W. H. Mordtmann Arch.-epigr. Mitth. aus Oesterreich VIII (1884) p. 180 n. 1. Cf. quae exposuit Ch. Clermont-Ganneau Recueil d'archéologie orientale I 1888 p. 4.

-------- | Σε(β)[αστοὶ[1] καὶ] | Κων[στάντιος] | καὶ Μα[ξιμιανὸς οἱ] | ἐπιφ(ανέστατοι) Καίσα(ρες)[2] ‖ λίθον διορίζοντα | ὅρους κώμης Γα[σ]ι[μ]‖μέας[3] καὶ Ναμαρ|ρίων[4] (σ)τηριχ[θ]‖ῆναι[5] ἐκέλευσ‖αν[6] φροντίδι | Μ(άρκου) Ἀρρίου Φρ[ού|γ]ι(δ)ος[7] π(ρειμι)π(ειλαρίου) κη(ν)|σείτορος[8].

Litterae ЄΖΘΠЄѠ. 1 ЄЄΠ Mordtmann, qui litteram Π incertam esse indicat puncto supposito. Vs. 4 pars ЄΠΙΦ distinguitur signo ϛ. Vs. 12 supra duo Π lineae rectae horizontales. 2 Ante v. 1 Diocletiani et Maximiani Augustorum nomina interciderunt, v. 1—4 Constantius et Galerius Maximianus Caesares agnoscuntur. Itaque tituli origo annorum 292—305 terminis continetur. Mordtmann. Ceterum pro ΚΑΙϹΑΡЄϹ Mordtmanni exemplum exhibet ΚΑΙϹΑΙϹЄ. 3 ΓΑ/////Ι//////|ΜЄΑϹ. Antiquum nomen hodierni vici *Djasim* hic haberi iam Mordtmannus coniecerat, Γα[σ]ι|μέας supplevit Clermont-Ganneau, sed quoniam post I etiam littera intercidisse videtur, consonam geminare satius visum est. 4 Hodierni *Numr* nomen antiquum. Apud Seetzenum Reisen I p. 35 etiamtum *Nammar* appellari hunc vicum, et a Noeldekio Ztschr. d. d. Morgenl. Ges. XXIX p. 437 Syriacum de eo nomine testimonium afferri adnotat Mordtmann. 5 ЄΤΗΡΙΧ. 6 Cf. Lebas-Waddington Inscr. III, 2559 a, 1 [τ]ὸ μεσόρι[ο]ν διορίζων μεταξὺ Ἰξολέλων καὶ Δρασαρμέλων. Clermont-Ganneau, qui iniuria ni fallor διορίζων pro διορίζον errorem lapicidae aut eius qui exscripsit existimat. Immo τὸ μεσόριον accusativus est, ad διορίζων vero cogitatione supplendum λίθος, quod hic definite additur. Ceterum recte W. et Cl.-G. illum quoque terminum duorum vicorum (κωμῶν) finitimorum existimant. 7 Praenomen et nomen gentile recte legit Mordtmann, neque ulla est causa cur cum Cl.-G. Μαρ(κ)ίου emendetur. Cognomen, quod ΦΡΑ|ΙΑΟϹ in apographo est, sed ita ut prius A incertum notetur, M. Φράι(δ)ος scripsit; sed dubitare se indicat, neque est hoc nomen Romanum. Φ[ήλικ]ος Cl.-G. audacissime. Quod ipse conatus sum, nolim pro certo venditare, sed utique minus violentum est, neque negari licet cognomen *Frugi* Graece aeque bene et indeclinabile servari et Φρούγιος vel Φρούγιδος flecti potuisse. 8 De horum officiis ad Th. Mommsen Eph. epigr. IV p. 541. Röm. Staatsrecht II, 2[3] p. 1092 sqq. provocat Mordtmann, et observat huius tituli argumentum illustrare glossam *censitores agrimensores* (Gloss. Scaligeri apud Goetz Corpus gloss. V p. 596, 13). Primipilares vero eiusmodi dimensionibus adhibitos esse etiam Suetonium testari Calig. 21: *destinaverat — Isthmum in Achaia perfodere, miseratque iam ad dimetiendum opus primipilarem.*

613 In impluvio rustici cuiusdam nomine Abdu in vico *Djâsim* regionis *Haurân*. Edd. J. H. Mordtmann Arch.-epigr. Mitth. aus Oesterreich VIII (1884) p. 181 n. 3. Ch. Clermont-Ganneau Revue archéol. Troisième série IV (1884) p. 264 n. 3. Recueil d'archéol. orient. I 1888 p. 5 n. 4. Cf. etiam Addenda ibid. p. 393. Ex W. Ewingii apographo A. G. Wright et A. Souter Palestine exploration fund 1895 p. 46 n. 10.

Ὁ κύριος Μ(ᾶρκος) Φλ(άβιος)[1] Βόνος[2], ὁ λαμπρ(ότατος) πρώτου | τάγ(ματος) κόμ(ης)[3] καὶ δού[ξ,][4] ἄρξας ἡμ(ῶ)ν[5] ἐν εἰρήνῃ | καὶ τοὺς διοδεύοντας καὶ τὸ ἔθνος διὰ | παντὸς εἰρηνεύεσθαι ἠσφαλίσατο.

Litterae ϵΘ΢ΠϹω. 1 Praenomen et nomen gentile restituit Clermont-Ganneau, et hoc quidem altero Boni titulo confirmatur (cf. not. 2). Mordtmann et Ewing ὁ κύριός μου Βόνος legerunt, sed frustra quaesiveris, quis hic prima persona de se loqui possit. ΜΦΛ facile pro ΜΟΥ haberi potuisse in propatulo est. 2 Cum Mordtmannus Iustiniani aetate titulum incisum coniecisset, Cl.-G. eum sesquisaeculo antiquiorem esse demonstravit; etenim in Batanaea monumentum inventum est quod Waddingtoni sagacitate restitutum manifesto eiusdem hominis esse cognoscitur, Lebas-Waddington Inscr. III, 2293 *a*: Ἐπὶ Φ[λ](αουίου) Βόνου τοῦ λαμπρ(οτάτου) κόμ(ητος) καὶ δουκός, ἡ ἐκ[κλ]ησία ἐκτίσθη ἔτ(ε)ι σπζ'. Aeram provinciae Arabiae (n. 614[10]) hic respici manifestum est, ita ut titulum illum anni 392 p. Chr. n. esse appareat. 3 *Comitis* nomen dignitatem perpetuam significat, quam is cui ab imperatore tributa est, per vitae tempus retinet; contra *ducis* appellatio certum officium indicat, cuius tempore elapso rursus abicitur. Quare ubicumque haec coniunguntur, semper *comes* priorem locum tenet. Waddington ad Lebas Inscr. III, 1906 *a* (Expl. des inscr. p. 457), qui affert Cod. Theodos. XI, 36, 33 *Nestorio comiti et duci.* Ceterum cum duces proprie spectabiles (περίβλεπτοι) sint, tamen haud raro, ut hic, epitheton clarissimus (λαμπρότατος) eis tribui observat idem. 4 Ducem Arabiae fuisse Bonum perspexit Waddington. Cum *praeses* provinciae administrationi civili praeesset, *dux* militum per provinciam imperium habebat. De duce Arabiae praeter hunc titulum et Lebas-Waddington Inscr. III, 2194. 2293 *a* etiam Notitia Dignitatum Orientis nos edocet, ubi officiales eius et numeri militum qui sub eius imperio erant recensentur. Etiam Libanii epistulam p. 955 Βόνῳ· ὁ δὲ σὲ ἐγκωμιάζων ἔχει μὲν ἀφορμὴν τὴν παιδείαν, ἔχει δὲ τὴν ἀρχήν, ἣ μείζω τὴν Ἀρραβίαν ἐποίησεν, οἶκον αὐξήσασα ἕκαστον hunc honorem a Bono gestum testari observavit P. von Rohden De Palaestina et Arabia, Berolini 1885, p. 56 (Clermont-Ganneau, Recueil, Add. p. 393). 5 ΗΜΠΝ Mordtmann, ΗΜοΝ Ewing.

614 In domo quam possidet Scheich-Naʿif in vico *Derʿat* regionis Haurân. Edd. G. Schumacher, Across the Jordan p. 134. R. Brünnow Mitth. u. Nachr. des Palästina-Vereins V 1899 p. 58 n. 18.

Ἀγαθῇ τύχῃ. | Ὑπὲρ σωτηρίας κ(αὶ) νίκης τοῦ κυρίου ἡμῶν Αὐτοκράτορος | Γαλλιηνοῦ Σεβ(αστοῦ)[1] ἐκτίσθη τὸ τ(ε)ῖχος ἐκ δωρεᾶς τοῦ Σεβ(αστοῦ), προνοίᾳ Σ|τατιλίου Ἀμμιανοῦ[2] τοῦ κρατίστου διέποντος τὴν ἡγεμονίαν[3], ‖ ἐφεστῶτος[4] Ἰου(λίου) Ἰσιδώρου (σ)τράτορος[5], ὑφηγ(ουμένου)[6] Οὐήρου ἀρχιτέ|κτονος, προεδ(ρίᾳ) Μάγνου Βάσσου[7], ἐπισκοπῇ[8] Αἰλίου Βάσσ|ου κ(αὶ) Ζηνοδώρου Ταυρίνου καὶ Σαβίνου (Γ)ε(ρ)μανοῦ[9] | ἔτ(ους) ρνη΄[10].

Litterae ZΘШMΠCϹωW. Vs. 5 post IOY et post YΦΗΓ, v. 6 post ΠΡΟΕΔ singulis punctis distinguitur. Quem numeramus v. 1, is non continuo ordine scriptus est, sed supra v. 2 a sinistra in angulo obliqua positura per duos versus dispositum ΑΓΑ|ΘΗ, a dextra eadem ratione ΤΥΧ|Η. Particula KAI v. 2. 7 KE scripta est. 1 260—268 p. Chr. n. 2 Homo ceteroqui ignotus, ut videtur. Nam quem n. 628, 1 habemus (Στατίλιος Ἀννιανὸς στράτωρ), multo antiquior est; ex maioribus huius sane ille esse videtur, nam per tantum temporis spatium posteros eius, qui strator fuerat, usque ad administrationem provinciae ascendisse nihil habet incredibile. 3 Praeses provinciae Arabiae a. 106 p. Chr. a Traiano institutae, quem legatum Augusti pro praetore fuisse constat. Cf. Marquardt Röm. Staatsverwaltung I p. 432 not. 8. Sed quia non ἡγεμονεύοντος, sed διέποντος τὴν ἡγεμονίαν dicitur, non legatum, sed eum qui ad tempus eius vicibus fungeretur, non improbabiliter intellexit Clermont-Ganneau. 4 Cf. n. 615, 5. Haec omnia, ἐφεστῶτος, ὑφηγουμένου, ἐπισκοπῇ manifesto ad aedificationis negotium spectant, sed quomodo horum hominum in ea re partes dirimendae sint, non assequor. 5 ΕΠΑΤΟΡΟϹ Brünnow, ΕΤΡΑΤΟΡΟϹ Schumacher. Emendatio, quam hi proposuerunt, certa est. De stratoribus cf. n. 628[3]. Memorabile est, etiam n. 615, 5 hanc ἐπιστασίαν homini militari, beneficiario, commissam esse. 6 Sic supplere malui, quam cum Sch. et Br. ὑφ' ἡγ(εμονίᾳ), quandoquidem vix credibile est, eandem vocem, quae uno versu ante de summa praesidis provinciae dignitate usurpetur, hic multo humilius architecti officium significare. Non tam ἡγεμονία hic in censum venit, quam ὑφήγησις, i. e. negotium ea proponendi et commendandi, quae facienda videantur. Cf. n. 234, 22. 7 Cf. n. 615, 5. 6, ubi non modo idem officium, sed etiam idem homo redit, etsi aliquantum temporis intercedit. Hic magistratus vel praeses senatus esse videtur, ut eius mentio non ut reliquorum qui v. 5—7 sunt, ad ipsam aedificationem moenium referenda sit. 8 De episcopis aedificiorum publicorum in civitatibus Syriae cf. n. 611[9]. 9 ΕϹΕΜΑΝΟΥ. Emendavit Brünnow. 10 Aeram civitatis Bostrenorum unaque provinciae Arabiae a Traiano institutae incipit a vere

anni 106 p. Chr. n. Cf. J. Marquardt Röm. Staatsverwaltung I p. 431 not. 3. Waddington ad Lebas Inscr. III, 2463. W. Kubitschek ap. Pauly-Wissowa I, 1 p. 641 n. XXXII. Huius tituli annus igitur 263/4 p. Chr. n. est.

---

615 In vico *Der'ât* regionis *Haurân*. Ed. R. Brünnow Mitth. u. Nachr. des Palästina-Vereins III 1897 p. 40 n. 4. (Ch. Clermont-Ganneau Recueil d'archéologie orient. II 1898 p. 243).

῾Υπὲρ σωτηρίας τοῦ κυρίου ἡμῶν Αὐτο|κράτορ(ος) Γαλλιηνοῦ Σεβ(αστοῦ)[1] ἀφιερώθη ὁ πύρ|γος μετὰ τῆς δεκανίας[2] προνοίᾳ Ἰουνίου | Ὀλύμ(π)ου[3], τοῦ δια(ση)μοτάτου[4] ἡγεμόνος[5], ‖ ἐφεστῶτος[6] Φλαουιανοῦ β(ενε)φ(ικιαρίου)[7], προεδ(ρίᾳ) | Μάγνου Βάσσου[8], ἔτ(ους) ρν'[9].

Litterae ΘΠϹW. Vs. 2 post ϹΕΒ puncto distinguitur. Item v. 5 litterae ΒΦ singulis utrimque punctis includuntur. ῥῶ v. 5 sub finem Ρ est, reliquis locis volgarem formam habet. V. 1 W et N ligatae. 1 260—268 p. Chr. n. Cf. not. 8. 2 Cf. Revue arch. Quatrième série II 1903 p. 167 n. 187: ἀνεθρεψάμη[ν] ἀμπέλων δεκανίαν, [ἣν] ἐ(κ)πληρωσάμην, καὶ καλάμου πλέθρον ἓν ἀπὸ δεκανίας Κολπηνῆς. Utrobique terrae consitae certam partem indicari apparet, reliqua obscura sunt. 3 ΟΛΥΜΡΟΥ. Emendavit Clermont-Ganneau. 4 ΔΙΑΤΕΙΜΟΤΑΤΟΥ. Emendavit Clermont-Ganneau. 5 Legatus Augusti pro praetore provinciae Arabiae. Cf. n. 614[3]. 6 Cf. n. 614[4]. 7 Cf. A. von Domaszewski ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie III, 1 p. 271. 8 Cf. n. 714, 6. 9 Annus aerae provinciae Arabiae (n. 614[10]) centesimus quinquagesimus 255/6 p. Chr. est. Sed titulum qui unius Gallieni principis mentionem faciat non posse ante Valeriani captivitatem (260 p. Chr.) incisum esse monet Clermont-Ganneau ideoque post ΡΝ tertiam notam numeralem intercidisse statuit. Recte sine dubio; quae fuerit, in medio relinquendum, nisi quod ΑΒΓΔ fuisse non potest propter eandem causam, ob quam ρν' recte se habere nequit, neque vero Η, quia non eiusdem anni titulos 614 et 615 esse magistratuum et officialium nomina produnt.

---

616 In muro templi Islamici quod est in vico *El-Mâlikîje*. Edd. J. G. Wetzstein Abh. der Akad. d. W. zu Berlin 1863 phil.-hist. Cl. p. 267 n. 10. Cyril Graham Transactions of the Royal soc. of litter. VI p. 297. Ex suo apographo W. H. Waddington ap. Lebas Inscr. III, 2196.

῾Αδριανοῦ[1] τοῦ καὶ Σοαίδου[2] | Μαλέχου[3], ἐθνάρχου[4], στρα|τηγοῦ νομάδων[5], τὸ | μνημ(ε)ῖον ἐτῶν λβ'. ‖ Ἄδδος ἀδελφὸς ἐτῶν κη'.

Litterae ЄΘⲘⲤⲰ. Notae numerales v. 4. 5 singulis punctis a reliqua scriptura separantur. 1 Homo Arabs honoris causa Hadriani principis nomen assumpsit, unde apparet, aut huius imperatoris (117—138 p. Chr. n.) aut proximi successoris Antonini Pii (138—161 p. Chr.) aetate hoc monumentum sepulcrale positum esse. Wadd. 2 Cum n. 617, 1 Σαουάδου, ibid. v. 4. 5 Σαοῦδος, n. 415, 1 Σαόδου sit, tamen vix videtur dubitandum, quin idem ubique nomen Arabicum habeatur varia ratione Graecis litteris expressum, praesertim si reputaveris, quantopere discrepet natura et vicissitudo vocalium in linguis Semiticis quas dicant ab ea qua sermo Graecus utitur. 3 Arabica huius hominis nomina Σόαιδος Μάλεχος esse opinatur Waddington; sed mihi Μάλεχος patris potius appellatio esse videtur. Ex antiquioris sane linguae Graecae consuetudine τοῦ Μαλέχου dicendum fuit, sed inferiore aetate ac potissimum quidem in oriente haec lex neutiquam constanter servatur. 4 In deserto Syriaco gentes Arabicae vagabantur, quae ut hodie per aestivum tempus montes, qui nunc *Djebel Haurân* appellantur, adire solebant, ut aquam et pascua pecoribus suis nanciscerentur. Horum principes (ἐθνάρχας) videmus hic imperatoris Romanorum potentiae se subiunxisse, nam aliter unus ex eis non ipsius principis nomen assumpsisset (not. 1). Idem testatur titulus apud Lebas-Waddington Inscr. III, 2203: [----- πρεσ]β(ευτὴν) Σεβ(αστοῦ) ἀντιστρά(τηγον) (sc. provinciae Syriae) οἱ ἀπὸ ἔθνους νομάδων, ἁγνείας χάριν. Wadd. 5 Praetoris (στρατηγοῦ) appellatio illis gentium Arabicarum per desertum Syriae vagantium principibus etiam alibi tribuitur. Cf. n. 617, 2 στρατηγήσαντι Ἀουιδηνῶν et n. 421, 4. 5, ubi Waddington ex hoc titulo summa cum veri specie supplevit [στρατηγ]ὸς νομάδων.

---

617 Inter rudera oppidi *Râma*. Ed. W. H. Waddington ap. Lebas Inscr. III, 2236. Cf. quae de titulo disputavit Ch. Clermont-Ganneau Recueil d'archéologie orientale V 1903 p. 147 § 28.

Ὀδαινάθῳ[1] Σαουάδου[2] | στρατηγήσαντι[3] Ἀουι|δηνῶν[4] κ(αὶ) φ(υ)λ(αρχήσ)α(ν)|τι[5] Θομαλέχῃ[6] γυνὴ κ(αὶ)[7] Σ‖αοῦδος[8] πατὴρ α(ὐτ)οῦ[9] ἀνέστησαν.

Litterae ЄΘΠⲤШ et semel v. 4 V pro Y. 1 Nescio an hic aliqua generis necessitudine attingat familiam ex qua altera tertii p. Chr. n. saeculi parte nobilissimi illi Palmyrenorum principes prodierunt. 2 Cf. n. 616[2]. 3 Cf. n. 616[5]. 4 Nomen gentis Arabicae hic modo occurrere, sed apud Lebas-Waddington Inscr. III, 2272 Ἀουειδηνὸς Μάλχου ἔγραψα legi, ut appareat idem nomen et ethnicum et proprium hominis cuiuspiam esse, id quod etiam in Graeco sermone perfrequenter usu venire nemo fere ignorat, observat Waddington. Cf. n. 619[9]. 5 ΚЄΦΑΛΗΚΟΛΑΗЄ|ΤΙ. Haec Wadd. Κεφαλή, Κολάη, ἔτι Θομαλέχῃ legit, sed ipsi de gravi lapicidae errore suspicio subnata est. Ac perquam mirum esset, ex tribus mulieribus eam, cuius sine controversia princeps locus in hoc negotio esset, Thomalecham Odaenathi uxorem,

non modo postremo loco recenseri, sed adeo adverbio ἔτι quasi quoddam molestum additamentum illis duabus adiungi. Quare non dubitavi emendationem quam Clermont-Ganneau proposuit κ(αὶ) φ(υ)λ(αρχήσ)α(ν)τι recipere. Nam haec, ut satis violentam esse non licet negari, ita sententiae et structurae enuntiati omnibus numeris accommodata est. 6 Nomina Θομσάχη (Lebas Inscr. III, 2224, 2) et Θομδέχη (ibid. 2225, 5) comparavit Waddington. 7 KЄ. Si Clermont-Ganneau verum vidit (not. 5) eadem particulae scriptura etiam v. 3 est, neque omnino ea quicquam est frequentius in illius aetatis regionisque titulis. 8 Cf. n. 616[2]. 9 AXIOY lapis, emendavit Waddington.

---

618 In vico *El-ʿAfînê* in tecto domus cuiuspiam. Ed. W. H. Waddington ap. Lebas Inscr. III, 2296.

ʽΥπὲρ σωτη|ρίας καὶ ὑγε[ί]|ας Αὐτοκρά|τορος Νέρου||α Τραϊανοῦ Κ|αίσαρος Σεβα|στοῦ Γερμα|νικοῦ Δακικ||[ο]ῦ[1] ἀγωγὸς ὑ||δάτων εἰσ|φερομένω||[ν] εἰς Κάν[α]τα[2] | [ἐ]κ προνοίας | [Κ]ορνηλίου || Πάλμα[3] πρε||[σ]β(ευτοῦ) Σεβ(αστοῦ) ἀντισ|τρ(ατήγου)[4].

Litterae ЄΠCω. 1 Intra spatium annorum 102/3, quo Traianus imperator Dacicus appellatus, et 117 p. Chr., quo vita functus est. Cf. Eckhel Doctrina Nummorum VI p. 445. Th. Mommsen Hermae III p. 131. Accuratiora de tempore v. not. 4. 2 Non oppidum satis nobile Κάναθα hic intellegendum, sed aliud quoddam situm in loco planiciei *Haurân* qui hodie appellaretur *Kerak*, ubi Wetzsteinius invenisset titulum Lebas-Waddington Inscr. III, 2412 *d* Διὶ με[γ]ίστ[ῳ] Κανατηνῶν ὁ [δῆμος], observavit Waddington. Nam illuc quidem canalem aquae iugis ex fontibus qui prope *El-Afînê* in clivo montis *Haurân* essent facile derivari potuisse. Quod contra oppidum Canatha non modo aqua abundare, ut eiusmodi rivo arte facto neutiquam opus haberet, sed etiam multo editiore loco quam *El-Afînê* situm esse in monte. 3 Cf. Prosopographia imp. Rom. I p. 459 n. 1155. A. Cornelius Palma consul primum fuit 99 p. Chr. cum Q. Sosio Senecione, iterum a. 109 cum Tullo. Anno 118 p. Chr. coniurationis insimulatus et senatus iussu Tarracinis occisus est (Script. hist. Aug. Hadrian. 7, 2). Eiusdem nomen etiam in titulo ap. Lebas Inscr. III, 2305 restituit Waddington hunc in modum: — ἡ πόλις, τὸν ἀγωγὸν τῶν ὑδάτων [κατασκευάσασα,] ἐπὶ Α(ὔλου) [Κορνηλίου Πάλμα] πρεσβ(ευτοῦ) Σεβ(αστοῦ) ἀντιστρ(ατήγου). 4 Provinciae Syriae. Cum post priorem consulatum legatus Hispaniae citerioris fuisset a. 100/1 p. Chr. (Martial. XII, 9 all. in Prosopogr. l. l.), a. 104/5 Syriam provinciam nactus est (Cassius Dio LXVIII, 14, 5), anno 105/6 Arabiam Petraeam domuit et in provinciae formam redegit, ex provincia decessit utique ante annum 109 p. Chr., quo alterum consulatum gessit.

619 Inter rudera *Deir-el-Lében.* Edd. W. H. Waddington ap. Lebas Inscr. III. 2393.

Ἐπὶ ὑπάτων τῶν κυρίων ἡμῶν Κωνσταντίνου Αὐγ(ούστου) τὸ ϛ′
καὶ Κ[λ](αυδίου) | Κωνσταντίνου ε[ὐγε]νεστάτου Καίσαρος[1]
α(ἰ)ω(ν)[ί](ων)[2] Αὐγούστων | ἡ αὐλὴ καὶ ὁ ------------------
ε[ἰς][3] τὸν δεσπότην [Δία][4] ἀνίκητον Ἥλιον | θεὸν Αὔμον.
Κάσσις Μαλίχαθος[5] κώμ(ης) Ῥειμέας[6] φυλ(ῆς) Χασητηνῶν[7] ‖
καὶ Παῦλος Μαξιμῖνος κώμ(ης) Μερδόχων[8] φυλ(ῆς) Αὐδηνῶν[9]
τὸ σ(τ)[έγος][10] ἐκ] | θεμελίων [καὶ] τὸ πανμέγεθες κτίσμα ἀνή-
γ(ε)ιραν ἀ[φειδῶς] ὑπη|(ρ)ετήσαντες[11] τὸν ἑαυτῶν χρόνον προ-
νοίᾳ Αὔμου[12] καὶ Ἀμελάθου[13] (τῶν)[14] ἱερέων.

Litterae ЄΘΞΠCѠ. Numeri senarii nota v. 1 ʃ est. Vocabula per compendium scripta v. 4 bis signum ∠ excipit, v. 5 punctum. 1 Annus est 320 p. Chr. Tum etiam tantam illic fuisse vim paganae religionis, quantam hic titulis prodat, iure memorabile existimat Waddington. 2 ΑѠΗ.ΓΜ. 3 Quin εἰς c. acc. hic Graecorum recentiorum more pro dativo usurpatum sit, non videtur dubium. Quid ante haec exciderit, minus certum, sed existimaverim primum nomen, quale ναός, fuisse, deinde verbum passivum veluti ἀνετέθη, καθιερώθη. Nam utique post θεὸν Αὔμον v. 4 prius enuntiatum finitur, alterum, cuius praedicatum est ἀνήγειραν v. 6, incipit. 4 Supplevi. [καὶ] Waddington. Sed in titulo eodem loco invento Lebas-Waddington Inscr. III, 2392 legitur Διὸς ἀνικήτου Ἡλίου θεοῦ Αὔμου. 5 Cf. n. 423[4]. 6 Vicus situs in margine Trachonitidis, qui hodie quoque nomen antiquum conservavit. Waddington. 7 Tribum Arabicam *Azd*, quam ex terra *Jemen* Arabiae meridionalis circiter a. 205 p. Chr. emigrasse atque in media Syria consedisse ex scriptorum Arabum narrationibus constaret, hic agnovit Waddington. Cuius emigrationis cum duces fuissent *Dschafna, Mudschalid, Aus, Chazradsch*, horum quidem duorum posteros fere a. 300 p. Chr. in antiquam patriam rediisse, at reliquorum progeniem in Syria permansisse Ghassanidarum nomine in rerum gestarum memoria celebratam. Non sine causa se Χασητηνῶν nomen de illis Azditis interpretari Waddington praecipue titulo Lebas Inscr. III, 2396 *a b* probat, ubi cum Χασετηνῶν tribu coniunctim commemoretur natio Σαβάων, quos ex eadem meridionali Arabia oriundos (cf. n. 199[58]) manifestum esset. Sed hoc diiudicare non meum est. 8 Vicus situs ad radices occidentales montis *Dschebel Haurân* item ad hanc aetatem nomen conservavit. Et hic et Rimea (not. 6) non procul a parietinis, inter quas hic lapis inventus est (*Deir-el-Lében*) siti sunt. Parietinae ipsae templi Solis cum peribolo sunt, in quorum loco postea monasterium conditum est, nunc ipsum quoque dirutum. Waddington. 9 Tribus Arabica ceteroqui ignota. W. Sed vide ne eadem sit, quae n. 617, 2 sqq. Ἀουιδηνῶν nomine indicetur. 10 CΓ. 11 ΟΕΤΗCΑΝΤЄC. 12 Deus et sacerdos idem nomen gerunt. Cf. n. 425[1]. 13 Hoc nomen redit

n. 620, 3. 14 ΙΘΙ. Emendavi. Superficie lapidis detrita haec ex ΤΩΝ nata esse possunt. [ὑ]ο[ῦ] Waddington.

---

620 In loco *Sûf* sito fere sex milibus metrorum septentrionem et occidentem versus a Gerasis (*Djerasch*). Ed. Burckhardt Travels p. 251 (Franz C. I. G. 4665). Multo accuratius R. Brünnow Mitth. u. Nachr. des deutschen Palästina-Vereins IV 1898 p. 86 n. 10. Cf. quae exposuit Ch. Clermont-Ganneau Palestine exploration fund 1902 p. 16. Recueil d'archéologie orientale V 1903 p. 15 § 3.

Ἀγαθῆι τύχηι. | Lαξρ΄[1] Διὶ[2] ἁγίωι Βεε(λβ)ωσώρωι[3] | καὶ Ἡλίωι Ἀμέ(λ)αθος[4] Δη|μητρίου τοῦ καὶ Δαμμω||(ν)ος[5], Δημητρίου [ἀ]πελεύ|θερος[6], τὸν βωμὸν ἀνέ|θηκεν κατ᾽ εὐχήν.

Litterae ΑΘ (θῆτα, sed v. 1 Θ est) ≷□CШ. 1 Aeram Pompei quae initium capit ab anno 64 a. Chr. probabiliter agnovit Clermont-Ganneau, ut annus huius tituli 98 p. Chr. n. sit, monetque huic tempori palaeographiam et orthographiam tituli, maxime iota mutum nusquam omissum, convenire. 2 Cf. n. 631[1]. 3 ΒΕΕΔΚШCШΡШΙ. Emendavit Clermont-Ganneau, monens Βεέλ quidem scripturam Phoenicii nominis *baʿal* Aramaeorum pronuntiationi accommodatam esse, alteram vero cognominis partem non diversam ab oppidi *Bosra*, *Bostra* nomine, ut tota appellatio dominum vel tutorem huius urbis significaret; qua cum re apte comparat alia eiusdem generis nomina, *Baal-Harran*, *Baal-Tarz* (Tarsi Ciliciae), *Baal-Lebanon* (Libani montis), *Baal-Sidon*, *Baal-Çôr* (Tyri), *Baalat-Gebal* (domina Bybli), Ζεὺς Βαιτοκαίκης (n. 262, 4), Ζεὺς Σαφαθηνός (n. 627, 1). Nomen oppidi vero in versione Graeca Veteris Testamenti et in libro I Maccabaeorum scribi Βοσόρ, Βοσόρα, Βοσσόρα, Βοσόρρα, Βοσώρ, a quibus proxime abest quod hic habemus Βωσώρ. Loca sane Idumaeae et Moabitidis, quae illic significarentur, nimis remota esse a Gerasis quam ut hic in censum venirent. At Bostra Arabiae (n. 626, 4) optime huc quadrare praesertim cum τ inter σ et ρ insertum a Graecis ut facilior fieret pronuntiatio vel in titulis Graece scriptis nonnunquam omitteretur. Sic apud Lebas-Waddington III, 2229, 4. 5 Βοσρηνή legi, itemque n. 2053 b, 6, ubi Waddington quidem Βοσοηνῶν legisset et ad ignotum ceteroqui oppidum Βόσοα retulisset, Βοσρηνῶν potius in lapide esse testari Dussaudium Voyage au Safâ p. 183. 4 ΑΜΕΓΑΘΟΣ. Emendavit Clermont-Ganneau. Cf. n. 619, 7. 5 ΛΟΣ. 6 Initio vocis ΜΓΕΛΕΥ.

---

621 Gerasis (*Djerasch*) ad portam meridionalem. Edd. Germer-Durand Revue biblique 1899 p. 5 n. 1. Ex H. Kieperti apographo H. Lucas Mitth. des d. Palästina-Vereins VII 1901 p. 43 n. VIII. p. 73 n. 70.

[Ἀγαθῇ τύχ]η. Ἔτο[υς][1] θκρ' | [ἀπὸ τῆ]ς Σεβαστῆς εἰρήν[ης[2] | ἐπὶ τ]ῆς ἀρχῆς Ἀπολλωνίο[υ | Ἀρισ]τίωνος προέδρου[3] καὶ ‖ . . . ου Δημητρίου δε[κ]απρ(ώτου)[4] | [διὰ β]ίου πόλεως καὶ Ἀντιόχ[ου | . . .]ωνος ἀρχόντων καὶ [Ξ]ερ[5][. . . | . Χ]αιρέου[6] γρα[μμ]ατε[ύοντος].

Litterae ΑΩ(ο)ΠΣ. 1 ΕΓĿι_ Kiepert, ετο . . . Germer-Durand. 2 Editores hic aeram Actiacam agnoscunt, ita ut anno 98 p. Chr. haec scripta esse statuendum sit. Sed cum constet, anno 9 a. Chr. n. demum Pacis Augustae aram magnificentissimam in campo Martio dedicatam eiusque rei memoriam etiamtum Neronis principatu a fratribus Arvalibus sollenniter obiri solitam esse (G. Wissowa Religion und Kultus der Römer p. 277), vix dubitandum videtur, quin ab illo potius anno haec numerandi ratio initium capiat. Sic hic titulus anno 120 p. Chr. vindicandus erit. Mirum sane Gerasenos, quorum reliqua monumenta constanter Pompei aeram sequuntur (cf. n. 623 1), in hoc uno plane singularem numerandi rationem secutos esse. 3 Cf. n. 614 7. 4 ΔΕΡΑΠΡS Kiepert. 5 . ΕΡ Kiepert, Ξερ Germer-Durand. 6 ΑΙΡΕΠΥ Kiepert, αιρέου Germer-Durand. Supplevi.

---

622 Gerasis (*Djerasch*). Ex apographo H. Kieperti ed. H. Lucas Mitth. des deutschen Palästina-Vereins VII 1901 p. 35 n. I. p. 53 n. 10. (Ch. Clermont-Ganneau Recueil d'archéol. orient. V 1903 p. 310 n. II).

Ἀγαθῇ τύχῃ. | Ὑπὲρ τῆς τοῦ Σεβαστοῦ[1] σω[τ]η[ρί]ας | καὶ τοῦ σύνπαντος οἴκου καὶ τῆς | τοῦ δήμου ὁμο[νοίας Ἀ]θηνίων Ἀθη‖νίωνος τοῦ Λού[π]ου[2] [γυ]μνασιαρχή|σας τὴν πρώτ[ην ἑξά](μ)ηνον[3] τοῦ ερ'[4] | [ἔτ(ους),] πλε[ονάκι]ς τῇ πόλει τὰ ἀλείμμ[α]|τ[α

Litterae ΑΠΣ. 1 Imperator videtur Claudius esse. Cf. not. 4. 2 \Ο.ΙΟΥ. 3 ΝΗΝΟΝ. Acutissime supplevit et emendavit Clermont-Ganneau allato titulo Seleuciae Pieriae Bull. de corr. Hell. XXI 1897 p. 75 n. 22, 3 sqq. ἱερασαμένην ἐν τῇ δευτέρᾳ ἑξαμ[ή]νῳ τοῦ δξ' ἔτους. Atque omnino perfrequentes sunt in titulis Graecis magistratus semenstres. 4 Cum Lucas τοῦ Ἑρ[μοῦ] supplere conatus esset, verum vidit Clermont-Ganneau. Sed is, quia anno 42 p. Chr. haud exiguo spatio recentiorem iudicabat titulum, non aeram Pompei, quam Gerasis usitatam fuisse ipse primus probavit, sed illam Bostrenam provinciae Arabiae, cuius initium erat ver anni 106 p. Chr. (n. 614 10) hic agnovit, ut titulus a. 210/1 p. Chr. n. incisus esset. At fugit eum, cum hac temporis definitione adversa fronte pugnare singularem τοῦ Σεβαστοῦ v. 2 cum quia anno 210/1 non unus fuit Augustus, sed tres, Severus, Caracalla, Geta, tum quia pluralis inde a posteriore primi p. Chr. n. saeculi parte vel quo tempore unus modo princeps erat, Gerasis usitatus

ἔ]δω[κ]εν[5] [καὶ εἰς τὴν οἰκ]οδομὴν[6] το[ῦ] ἱε||[ροῦ[7] Δι]ὸς Ὀ[λυμπίου ἀνήλ]ω(σε)[ν[8] -------- || ἀργυ]ρίου δρ[αχμ]ὰς πεντα||[κοσ]ία[ς εὐσεβεία]ς ἕνεκεν.

---

fuit (n. 623[1]). Hoc Σεβαστοῦ igitur probat, re vera hic aeram Pompei observari. Neque ulla est causa cur Claudii principatu titulum posteriorem existimemus. Immo litterarum formae perbene quadrant in medium saeculum p. Chr. n. primum. 5 Restituit Clermont-Ganneau, recte interpretatus est O. Puchstein ap. Lucam, cum moneret hanc munificentiam arcte conexam esse cum gymnasiarchiae honore. Persaepe γυμνασιαρχεῖν et ἀλείφειν, ἀλείμματα παρέχειν plane ad idem redit. Cf. n. 479[9]. 6 ΔΟΜΑΝ, ut in medio relinquendum sit utrum antiqua et proba nominis forma οἰκοδομία, an illa recentiore aetate frequentata οἰκοδομή restituenda sit. 7 *ΤΟΙΕ. 8 ΩΛΙ.

---

623 Lapis inventus Gerasis. Ed. Germer-Durand Revue biblique 1895 p. 385. Abamelek-Lasarew, Gerasa p. 31 n. 1. (H. Lucas Mitth. des d. Palästina-Vereins VII 1901 p. 52 n. 7). Cf. quae de titulo disputavit Ch. Clermont-Ganneau Recueil d'archéol. orientale II 1898 p. 14 § 8.

Ἔτους βισʹ[1], Δαισίου[2] | αʹ, ὑπὲρ τῆς τῶν | Σεβαστῶν σωτη-

---

Frequentes litterarum ligaturae. 1 Annum 212 aerae Pompei, qui est 148/9 p. Chr., hic intellegere non vult Lucas propter ligaturas litterarum, ideoque de aera Bostrena ac de anno 318 p. Chr. n. cogitat. Sed hoc mihi propter tituli sermonem, qui ne levissimum quidem vestigium illius quarto p. Chr. n. saeculo iam pervulgatae confusionis vocalium vestigium habet, incredibile videtur. Adde quod Gerasis omnino unquam illam aeram provinciae Arabiae usitatam fuisse nemodum probavit (n. 622[4]). Aliud argumentum, quo L. sane usus non est, repetiverit quispiam a plurali τῶν Σεβαστῶν v. 3. Nam plures Augusti neque anno 139 neque omnino unquam ante 161 p. Chr. fuerunt. Etenim quod Clermont-Ganneau, qui in hoc quidem titulo recte aeram Pompei agnoscit, Augustos Antoninum Pium et M. Aurelium esse dixit, fefellit eum hunc quidem tum temporis nondum Augustum fuisse, sed Caesarem. At illa quoque ratio refellitur facili negotio. Etenim ille pluralis etiam alibi in hac formula apud Gerasenos occurrit ante Divorum fratrum tempora. Cf. Mitth. des Palästina-Vereins VII 1901 p. 72 n. 69: ἀγαθῇ τύχῃ. ἔτους ςισʹ (216 aerae Pompei, i. e. 153 p. Chr. n.) — ὑπὲρ τῆς τῶν Σεβαστῶν σωτηρίας. p. 50 n. 3: Ἔτους ξρʹ (160 aerae Pompei, i. e. 97 p. Chr. n.) Ἀρτεμισίου ακʹ ὑπὲρ τῆς τῶν Σεβαστῶν σωτηρίας. Atque in hoc quidem titulo, quem postremo loco posui, illi difficultati mederi ne licet quidem ita, ut numerum ad aeram Bostrenam referamus. Eius enim annus centesimus sexagesimus est 265/6 p. Chr., quo tempore non magis quam

ρίας | θεῷ Ἀραβικῷ ἐπηκόῳ[3] ‖ Δημήτριος Ἀλκίου[4] | τοῦ καὶ Νεικομάχου | τὸν βωμὸν ἀνέθη|κεν.

---

97 p. Chr. plures Augusti erant, sed unus Gallienus. Immo longe aliter res se habet: Plurali cum principe eius propinquos, maxime uxorem et liberos, una comprehendi luculentissime inde apparet, quod titulus his omnibus antiquior n. 622, 2. 3, qui in illa formula singularem τοῦ Σεβαστοῦ habet, καὶ τοῦ σύνπαντος οἴκου addit itemque n. 625, 4; haec igitur postea in formulam ὑπὲρ τῆς τῶν Σεβαστῶν σωτηρίας contracta esse luce clarius est. 2 Mensis anni Macedonici ab aequinoctio auctumnali incipientis octavus, in Syriacis aetatis Romanae fastis respondens Iunio. Cf. Pauly-Wissowa Realencyklopädie IV, 2 p. 2014. 3 ΕΠΗΚΩ, quod priores editores pro nominativo Ἔπηκος habuerunt, recte Clermont-Ganneau perspexit compendiariam adiectivi ἐπηκόῳ scripturam esse, quo in deorum quos precibus adeunt homines laudibus nihil est frequentius. 4 ΑΛΚΙΟΥ lapis, quod Germer-Durand Μαλκίου interpretatus est, referens ad radicem *mâlakh* quae regnandi vim habet. At Clermont-Ganneau monuit cum in universum consonam Semiticam *Kaph* a Graecis plerumque χ, non κ scribi, tum in hac potissimum radice id constantissime teneri (Μάλχος). Neque ipsos litterarum ductus id commendare, sed simplicissime ad notum nomen Graecum Ἀλκίας referri. Ceterum Lasarew legit [Ἀ]μύντου.

---

624 Basis rotunda, Gerasis (*Djerasch*) in aedificio sito ad angulum orientalem et septentrionalem periboli Dianae, e regione Nymphaei. Iuxta eam similis basis, quae olim Traiani statuam sustinebat (ap. Lucam p. 68 n. 53). Ex O. Puchsteinii apographo ed. H. Lucas Mitth. des d. Palästina-Vereins VII 1901 p. 68 n. 54.

Αὐτοκράτορα Καίσαρα, θεοῦ Τραϊανοῦ | Παρθικοῦ υἱόν, θεοῦ Νέρουα υἱωνόν, Τραϊ[αν]ὸν | Ἁδριανὸν [Σεβαστό]ν, ἀρχιερέα μέγιστ[ο]ν, | δημαρχικῆς ἐ[ξουσίας] τὸ ιδʹ[1], ὕπατον τὸ γʹ, πατέρα ‖ πατρίδος, τὸν ἀγ[αθὸ]ν κύριον, ἡ πόλις Ἀντιοχέων | τῶν πρὸς τῷ Χρυσ[ορό]ᾳ[2], τῶν πρότερον Γερασηνῶ[ν, | ------] απα------------

---

Litterae ΑΛΛЄΘΠϹѠ. 1 Quarta decima Hadriani tribunicia potestas indicio est, hanc principis statuam anno 130 p. Chr. n. dedicatam esse. 2 Idem redit in titulo honorario A. Iulii Quadrati (n. 486[1]) ap. Lebas-Waddington Inscr. III, 1722, 9 [Ἀντιο]χέων τῶν [πρὸς | τ]ῷ Χρυσορόᾳ, τῶν πρ[ότ]ερον | [Γε]ρασηνῶν, et Gerasis in dedicatione Nymphaei Commodi principatu exarata Mitth. des d. Pal.-Ver. VII p. 57 n. 17, 2 ἡ [βουλὴ καὶ] ὁ [δῆμος Ἀ]ντιοχ[έων τῶν πρὸς] Χρυσορόᾳ τῶν [πρ]ότ[ερ]ον [Γερασ]ηνῶν. Eodem spectat epitaphium metricum mulieris ibid. p. 75 n. 82, 3 sqq. οὗ μέτα (cum marito)

δεῦρο μολοῦσ' ἀπὸ πατρίδος Ἀντιοχείης (ad Daphnen) οὐκέτι πρὸς πάτρην τῷδ' ἀπελεύσεθ' ἅμα, ἀλλ' ἔλαχεν ταύτης ἑτέρας μέρος Ἀντιοχείης. Cf. K. Buresch Zeitschrift des Palästina-Vereins XVIII 1895 p. 147. Benzinger ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie I, 2 p. 2445 n. 6. Rivus *Wâdi-Djerasch* igitur antiquitus Chrysorrhoas appellabatur, probe distinguendus ille quidem a fluvio cognomini qui campum Damascenum perfluit. Cf. Benzinger ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie III, 2 p. 2520 n. 8. 9.

---

625 Gerasis (*Djerasch*) in propylaeis. Lapis, qui in multas particulas fractus est, tympani formam habebat, ita ut versuum longitudo a primo ad quintum constanter crescat. Fragmenta pleraque edd. Buckingham Travels in Palestine p. 405. Burckhardt Travels in Syria p. 259 (ed. Germ. I, 411). Seetzen Reisen I p. 389 (ex his Franz C. I. G. 4661 cum Add. p. 1183. Germer-Durand Revue biblique 1895 p. 374 n. 1. G. Schumacher Mitth. des Pal.-Ver. VI 1900 p. 10 sqq. P. Perdrizet Rev. arch. Troisième série XXXIV 1899 p. 34 sqq. E. Schürer Mitth. des Pal.-Ver. VI 1900 p. 18 sqq.). Ex H. Kieperti apographo H. Lucas Mitth. des Pal.-Ver. VII 1901 p. 37 n. IV. Cum ex O. Puchsteinii exemplo nonnulla nova fragmenta accessissent, omnium plenissime et accuratissime totum titulum expressit H. Lucas ibidem p. 56 n. 16.

Ὑπὲρ τῆς Αὐτοκράτο[ρος] | Καίσαρος Τ(ίτου) Αἰλίου Ἀδρ[ι]ανοῦ | Ἀντωνεί[ν]ου Σεβ(αστοῦ) Εὐσεβ(οῦς) π(ατρὸς) π(ατρίδος)[1] καὶ Αὐρηλίου Κα[ί]σαρος | [υ]ἱοῦ [αὐ]τοῦ[2] καὶ τῶν [ἄ]λλων τέκνων[3]

Litterae ЄΠC. Haud paucis locis, praecipue ubi praenomina aliaque vocabula per compendium scribuntur, folioli signo distinctio fit. Numeri v. 8 lineis horizontalibus a superiore parte traductis significantur. 1 Antoninus Pius (138—161 p. Chr.). 2 M. Aurelius tum Caesar, post Pii patris adoptivi obitum Augustus. Mireris hic praenomen omitti, quippe quod tam proprie hunc potissimum principem significare existimatum sit, ut perfrequenter eo solo indicaretur, id quod in nullo alio ex eis quibus M. Aurelius nomina fuerunt principibus usu venit. Cf. Apophoreton soc. Graecae Halensis, Berol. 1903 p. 2 sqq. 3 Cum priores editores τῶν [τέκνων αὐτ]ῶν supplevissent, primus Lucas τῶν [ἄλλων τέκν]ων proposuit, quod deinde frustulo lapidis (*e* ap. Lucam) invento comprobatum est. Cum Antoninus Pius duos habuisset filios adoptivos, quattuor vero liberos germanos ex Annia Galeria Faustina Augusta (maiore) natos, ex his huius tituli aetate iam supremum diem obierant filii M. Aurelius Fulvus Antoninus et M. Galerius Aurelius Antoninus (Prosopographia imp. Rom. I p. 207 n. 1257) et altera ex filiabus Aurelia Fadilla (ibid. p. 219 n. 1329). Qui igitur hic praeter

καὶ τοῦ σύνπαντο[ς] οἴκου[4] σωτηρίας ‖ καὶ κρά[τ]ους αὐτοῦ[5] καὶ ἱερᾶ[ς σ]υνκλήτου καὶ δήμου Ῥωμαίων ἡ πόλις | τὸ προπύλ[α]ιον σὺν τῇ στοᾷ ἀφιέρωσεν | ἐπὶ Λ(ουκίου) Ἀττιδίου Κορνηλιανοῦ[6], πρεσ[β](ευτοῦ) Σεβ(αστοῦ) ἀ[ν]τιστρ(ατήγου)[7], ὑπάτου ἀν[α]δε[δειγμένου][8], | ἔτους γισ´[9], Δεί[ου][10] δκ´.

Marcum commemorantur reliqui liberi duo sunt, filia germana Annia Galeria Aurelia Faustina (minor), M. Aurelii uxor, defuncta a. 176 p. Chr., et natu minor ex filiis adoptivis, tunc L. Aurelius Commodus, postea L. Aelius Verus nomine, qui post patrem una cum fratre imperavit et a. 169 p. Chr. supremum diem obiit. 4 Cf. n. 622, 3. 5 Hic quoque supplementum Lucae (priores scripserunt κρα[τίσ]του) fragmento *c* invento confirmatum est. 6 Cf. Prosopogr. imp. Rom. I p. 178 n. 1116. P. v. Rohden ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie II, 2 p. 2074 n. 3. Praeter hunc titulum et alium Gerasenum (cf. not. 8) notus est ex Latino (Lebas-Waddington Inscr. III, 2562 *d*. C. I. L. III, 129. Suppl. 6658). Cf. notas proximas. Qui a. 190 p. Chr. in collegium aliquod sacerdotale cooptatus, a. 198 p. Chr. vita functus est (C. I. Lat. VI, 2004, 5. 8) utrum idem homo sit an filius paternum nomen gerens, in medio relinquendum est, etsi hoc quidem iure propter temporum rationes probabilius existimant homines docti. 7 Provinciae Syriae. Sed hic haud exigua est difficultas. Si, ut E. Klebs in Prosopographia scripsit, hic titulus anni 160 p. Chr., Latinus vero (not. 6) 162 esset, omnia bene se haberent. At annum tituli Graeci nunc compertum est potius 150 p. Chr. esse (not. 9), cum de Latino Klebsii sententia recte se habeat. Iam hoc ingens legationis spatium mirum est, plus vero difficultatis habet, quod ex illis ὕπατον ἀναδεδειγμένον colligendum est, Attidium illa legatione, quae non modo consularis est, sed omnium consularium nobilissima, praetorium functum esse. Sed hanc difficultatem indicasse satis habeo, expedire nequeo. Ceterum in illa Syriae legatione a Parthis fugatum esse Attidium Cornelianum narrat vita Marci 8, 6. 8 Consul designatus. Statuendum igitur est Attidium anno 151 p. Chr. consulem suffectum fuisse, postea iterum legatum in Syriam iisse. Tum exaratus est titulus Gerasenus Mitth. d. d. Pal.-Ver. VII 1901 p. 70 n. 60 Λ(ούκιον) Ἀττίδιον Κορνηλιανὸν ὑπατικὸν Φλ(άβιος) Κ[ρίσπο]ς τιμῆ[ς ἕνεκ]εν. 9 A. 150 p. Chr. Cf. n. 622[4]. 10 Primus mensis fastorum Macedonicorum ab aequinoctio autumnali incipientium. In ea anni forma, qua Syria Romanorum aetate utebatur, Novembri anni Iuliani respondebat. Cf. Ideler Chronol. I p. 430.

---

626 Bostrae (*Bosra*) in muro iuxta plateam. Ex ectypo chartaceo ed. R. Brünnow Mitth. u. Nachrichten des Palästina-Vereins V 1899 p. 82 n. 37.

Litterae ϾϹW.

-------|ραβ-------- α . . |κωμ[ί]ῳ[1] τῆ[ς ν]|έας Τραϊαν[ῆς] | Βόστρας[2].

1 Hunc finem esse nominis compositi a κώμη aut κῶμος derivati admodum probabile videtur. Cogitaveris de [ἐγ]|κωμίῳ, sed qua mente hic dativus accipiendus sit vix facile assequaris. Quare nescio an praestet vocabulum a κώμη descendens quod coniunctionem complurium vicorum (κωμῶν) significet agnoscere. Sane plerumque eiusmodi composita femininum genus habent; cf. ἑπτακωμία n. 52, 1. 2 Cum Traianus per A. Cornelium Palmam legatum Syriae regnum Nabataeorum subegisset (a. 105/6 p. Chr., cf. n. 618[4]), Bostram, quae usque ad id tempus illius regia fuerat, auxit et quasi de integro condidit legionemque III Cyrenaicam ibi collocavit, quae usque ad quintum p. Chr. n. saeculum Bostrae permansit. Qua de causa oppidum nomen Νέα Τραϊανὴ Βόστρα accepisse iam ante hunc titulum inventum notum erat ex nummis (Eckhel D.N. III, 500 sq. Mionnet V p. 579 sqq.). Cf. Benzinger ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie III, 1 p. 789 sqq.

---

627 Bostrae Arabiae (*Bosra*) ʻMedâfe des Schêchʼ. Ed. R. Brünnow Mitth. u. Nachr. des Palästina-Vereins V 1889 p. 82 n. 36.

Ζεῦ Σαφαθηνέ[1], | προκοπὴν[2] Ἀρχ|ελ(ά)ωι[3] Ἰουλίου.

Litterae ЄΖΘΠϹΩ. 1 Ζεὺς Ἀφαθηνέ Brünnow. Sed cum hanc nominativi et vocativi coniunctionem ferri non posse appareat, aliter verba dirimenda existimavi. Quam sententiam F. Praetorius collega doctissimus a me interrogatus confirmavit cum indicaret titulum nuperrime editum ab R. Dussaud et F. Macler sur une mission dans les régiones desertiques de la Syrie moyenne. Nouveaux archives des missions scient. et litt. X 1903 p. 466, qui hanc ipsam cognominis formam exhiberet. 2 Sc. δός. 3 ЄΛΔΩΙ. Emendavit Brünnow.

---

628 *Dumêr*, supra portam interiorem templi. Ed. R. Brünnow Mittheilungen und Nachrichten des deutschen Palästina-Vereins V (1899) p. 91 n. 68.

Ὑπὲρ σωτηρίας τῶν κυρίων Αὐτοκρατόρων[1] Σ[τατί]λ[ι]ος Ἀννιανός[2], στράτωρ[3] ἐπάρχου | εἴλης Οὐοκοντίων[4], Θελσεηνός[5] ἐπ[ε-

Litterae ЄΘΛΠϹΩ. Numeri senarii nota v. 4 S est. 1 Cf. n. 623[1]. 2 Cf. n. 614[2]. 3 Stratores proprie appellantur qui equo ephippia imponunt equitemque in equum inscendentem adiuvant. Eiusmodi ministri imperatorum aliquot locis commemorantur. Cf. Spartian. Caracall. 7 *denique cum illum in equum strator eius levaret, pugione latus eius confodit.* Ammian.

σκεύασε] τὸ ἐπισ[τύλιον] ἐκ τῶν ἰδίων κατ' εὐχὴν αὐτοῦ | καὶ τέκνων | ἔτ[ο]υ[ς] υς'[6].

Marc. XXX, 5, 19 *ut erat immanis* (Valentinianus I imperator), *dexteram stratoris militis iussit abscidi, quae eum insilientem iumento pulsarat inconsulto.* Sed praesidibus provinciarum senatoriarum eiusmodi ministros proprios habere non licebat, ut docet Ulpianus libro primo de officio proconsulis Digest. I, 16, 4, 1 *nemo proconsulum stratores suos habere potest, sed vice eorum milites ministerio in provinciis funguntur.* Hoc vero negotium plerumque centurionibus primorum ordinum aliisque ductoribus mandatum esse monet Th. Mommsen Röm. Staatsrecht II³ p. 263 not. 4 allatis titulis Latinis Orelli Henzen 798, 18. 1430, 3. 6911, 16. Wilmanns Exempla 1251, 11. 1283, 8. Eis vero praeter illud servile ministerium etiam alia negotia ad rem equestrem spectantia commissa esse docet Ammian. Marc. XXIX, 3, 5: *Constantianus strator paucos militares equos ex his ausus mutare, ad quos probandos missus est in Sardiniam* et titulus *de stratoribus* Cod. Iust. XII, 24: *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Zosimum praesidem novae Epiri* (373 p. Chr. n.). *per omnes provincias edictum generale misimus, ut ab stratoribus unus tantum solidus probae nomine* (cf. n. 521, 27 ὑπὲρ πρόβας. 29 λόγῳ πρόβας) *posceretur, et in offerendis equis certam formam staturam aetatem provinciales nostri custodiendam esse cognoscant.* 4 Alae Vocontiorum duae fuerunt, ex quibus altera primum in Germania inferiore, deinde in Britannia tendebat, altera, cuius mentio fit in aliquot papyris secundi et tertii p. Chr. n. saeculorum et in titulo Eph. epigr. VII p. 427, in Aegypto (C. Cichorius ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie I, 1 p. 1269). Haec sine dubio in titulo Syriaco intellegenda. 5 In itinerario Antonini Thelsea recensetur inter Geroda (hodie *Djêrûd*) et Damascum, sedecim m. p. ab illa, viginti quattuor ab hoc. Iam cum summa ex his intervallis collecta quadraginta milium passuum perbene quadret in spatium, quod re vera inter oppida *Djêrûd* et *Dimischq* intercedit, apparet etiam utrique numero per se fidem habendam esse, quare H. Kiepert hodiernum *chân-el-maʿlûlije* Thelseae antiquae locum tenere statuit. Cf. M. Hartmann Ztschr. d. d. Palästina-Vereins XXII 1899 p. 134. 6 I. e. 94/5 p. Chr. n. Nam aliam ac Seleucidarum aeram vix hic in censum venire existimaverim. Etenim Pompeiana quidem (n. 622[4]) usque ad annum 343 p. Chr., ea quam n. 621, 2 habes adeo ad 397 p. Chr. descendere cogeret, cum tamen tota tituli indoles eum quarto p. Chr. saeculo multo antiquiorem esse demonstret.

c. Palmyrene.

629 Lapis inventus Palmyrae. In eo quattuor planicies paullulum excavatae a sinistra ad dextram se excipiunt (I. II. III. IV.), separatae inter se marginibus angustis scriptura carentibus. Supra has relliquiae duorum aut paullo plurium versuum (A) per totam

lapidis latitudinem transcurrentium. Reliquus titulus ita dispositus, ut I decretum senatus Palmyrenorum sermone Graeco et Aramaico conceptum et infra id unum enuntiatum (v. 16) item utraque lingua contineat. Reliquae tres planicies praecepta de vectigalibus aliisque rebus ad civitatis administrationem pecuniariam spectantibus continent, ita ut II Aramaicum horum tenorem habeat, reliquae duae planicies Graecum per quinque columnas (III *a b c* IV *a b*) dispositum. Invenit Simon Abamelek-Lasarew princeps Armenius anno 1881 p. Chr., qui apographum et ectypum in Europam detulit. Exempli Graeci partes melius conservatas publici iuris fecit P. Foucart Bulletin de corr. Hell. VI 1882 p. 439 sqq. Totum titulum utraque lingua edidit et illustravit Melchior marchio de Vogüé Journal Asiatique Sér. VIII Tom. I 1883 p. 231 sqq. Tom. II p. 149—183 (hae commentationes separatim recusae sunt in libello Inscriptions palmyréniennes inédites; un tarif sous l'empire romain, Parisiis 1883). Hic usus est duobus Lasarewii ectypis et imagine photographica quam Lütticke, vice consulis Germanice Damasci fungens, conficiendam curaverat et Sachauio miserat. Sachau Ztschr. der d. morgenl. Ges. 1883 p. 562 sqq. praecipue de sermone Aramaico tituli disputavit. Ex Eutingii apographo totam inscriptionem Aramaicam et partes Graecae ed. P. Schroeder Sitzungsberichte der Kgl. Ak. der Wissensch. zu Berlin 1884 p. 417 sqq. Ex Eutingii exemplo et Lüttickii photographia Graecum titulum accuratissime expressit et doctissime illustravit H. Dessau Hermae XIX p. 486 sqq. Fere eodem tempore ed. S. Abamelek-Lasarew Palmyra p. 44 sqq. Cf. quae exposuerunt Rubens Duval Journal Asiatique Sér. VIII T. II p. 537. Th. Mommsen Ephem. epigr. V p. 18. R. Cagnat Revue de philologie VIII 1884 p. 135 sqq. A. Wilhelm Arch.-epigr. Mitth. aus Oesterreich XX 1897 p. 55. U. Wilcken G. Ostraka I p. 136.

Litterae ЄΖΘΞΠϹѠ. Aliquot locis litterae NT et NH ligatae. Notae numerales ubique lineis horizontalibus a superiore parte traductis distinguuntur, nonnullis locis etiam utrimque singulis punctis a reliqua scriptura distinentur. In vectigalium recensu (v. 17 sqq.) singulorum capitum initia sic indicantur, ut primi versus initium a sinistra unius litterae spatio ultra reliquos promineat. Nos (praeter illud frequentissimum ἐκκομισθέντος) etiam littera maiuscula initiali capita distinximus. Duobus locis (v. 161 τοὺς δὲ εἰς χωρία. v. 163 κώνου καὶ τῶν ὁμοίων) illam consuetudinem deseruit lapicida, cum in medio versu caput novum inciperet, sed illic octo, hic quattuor litterarum spatio vacuo relicto.

A [Ἐπὶ[1] Αὐτοκράτορος Καίσαρος, θεοῦ Τραϊανοῦ Παρθι]κοῦ υἱο[ῦ, θε]οῦ [Νέρουα υἱωνοῦ, Τραϊανοῦ Ἁδριανοῦ Σεβαστοῦ, δημαρχικῆς | ἐξουσίας τὸ κα΄, αὐτοκράτορος τὸ β΄, ὑπ]άτου τὸ γ΄, πατρὸς πατρίδος, ὑπάτω[ν Λ(ουκίου) Αἰλίου Καίσαρος τὸ β΄ Π(οπλίου) Κοιλίου Βαλβίνου.] |

I Ἔτους ημυ΄[2], μηνὸς Ξανδικοῦ ιη΄[3], δόγμα βουλῆς. | ἐπὶ Βωννέους Βωννέους τοῦ Αἰράνου[4] προέδρου[5], Ἀλεξάνδρου τοῦ Ἀλεξάνδρου τοῦ ‖ Φιλοπάτορος γραμματέως βουλῆς καὶ δήμου[6], Μαλίχου Ὀλαιοῦς καὶ Ζεβείδου Νεσᾶ[7] ἀρχόν|των[8], βουλῆς νομίμου[9] ἀγομένης, ἐψηφίσθη τὰ ὑποτεταγμένα. — Ἐπειδὴ [ἐν τ]οῖς πάλαι χρόνοις | ἐν τῷ τελωνικῷ νόμῳ πλεῖστα τῶν ὑποτελῶν οὐκ ἀνελήμφθη[10], ἐπράσ[σετ]ο δὲ ἐκ συνηθείας, ἐν|γραφομένου τῇ μισθώσει τὸν τελωνοῦντα τὴν πρᾶξιν ποιεῖσθαι ἀκολούθως τῷ νόμῳ καὶ τῇ | συνηθείᾳ, συνέβαινεν δὲ πλειστάκις περὶ τούτου ζητήσεις γείνεσθ[αι με]ταξὺ τῶν ἐνπόρων ‖ πρὸς τοὺς τελώνας[11]· δεδόχθαι, τοὺς ἐνεστῶτας ἄρχοντας καὶ δεκα-

---

1 Hos duos versus, quibus quod responderet nihil unquam in exemplo Aramaico fuisse videtur, supplevit Dessau, quem non fugit etiam aliam formulam, veluti ὑπὲρ σωτηρίας καὶ νίκης restitui posse. Quod etiam de ἔτους κα΄ Αὐτοκράτορος κτλ. cogitavit, sane minus probabilitatis habet, nam extra Aegyptum et Cyprum (cf. n. 582[2]) haec temporis indicandi ratio in provinciis imperii Romani orientalibus non usitata erat. 2 Annus quadringentesimus duodequinquagesimus Seleucidarum 136/7 p. Chr. n. est. 3 Xandicus Syrorum respondebat Romanorum Aprili. Itaque die 18 m. Aprilis a. 137 p. Chr. n. haec decreta sunt. 4 Cf. n. 634, 2. 635, 2. 3. 636, 3. 642, 3. 643, 1. 5 Proëdrum Palmyrenorum alibi nusquam commemorari observavit Dessau. 6 Idem qui simpliciter γραμματεύς dicitur Lebas-Waddington Inscr. III, 2585, 3. 4. Dessau. 7 Haec quoque nomina in aliis titulis Palmyrenis redeunt. Cf. n. 630, 2 Μάλιχος Οὐαβαλλάθου. 632, 1 Νεσῆ Ἀλᾶ τοῦ Νεσῆ. n. 641, 1. 2 Ζεβείδαν Μοκίμου τοῦ Ζεβείδου. Lebas-Waddington Inscr. III, 2578, 1 Μάλιχον Νεσᾶ τοῦ Κωμᾶ. 2591, 2. 3 Ζεβείδαν Θαιμῆ τοῦ Μοκίμου. 2613, 2. 2614, 3 Μάλιχος. 2627, 2 Ζεβείδου Θαιμοαμέδου. 8 Magistratus summus Palmyrenorum, qui alibi sane στρατηγῶν nomen gerit. Cf. Lebas-Waddington Inscr. III, 2597, 6. 2601, 5. 2606 *a*, 9 (infra n. 646). 2607, 4. Dessau. 9 Ut Athenis ἐκκλησίαι νόμιμοι, quae ut fierent lege constitutum erat, et σύγκλητοι, quae praeter illas si opus erat convocabantur, distinguuntur, sic idem de Palmyrenorum senatus sessionibus usu venisse hic videmus. 10 Cf. n. 202[3]. 11 Proprie aut τοῖς ἐμπόροις πρὸς τοὺς τελώνας aut μεταξὺ τῶν ἐμπόρων καὶ τῶν τελωνῶν dicendum fuit. Ceterum per hunc totum titulum appellatio antiqua et Graeca τελώνης cum illa accurate ex Latino *publicanus* expressa δημοσιώνης alternat, ut appareat, nullam notionis discrimen inter eas intercedere.

πρώτους[12] διακρείνοντας | τὰ μὴ ἀνειλημμένα τῷ νόμῳ ἐνγράψαι τῇ ἔνγιστα μισθώσει καὶ ὑποτάξαι ἑκάστῳ εἴδει τὸ | ἐκ συνηθείας τέλος, καὶ ἐπειδὰν κυρωθῇ τῷ μισθουμένῳ[13], ἐνγραφῆναι μετὰ τοῦ πρώτου νό|μου[14] στήλῃ λιθίνῃ τῇ οὔσῃ ἀντικρὺς [ἱ]ερ[οῦ] λεγομένου Ῥαβασείρη[15], ἐ[πι]μελεῖσθαι δὲ

12 Cf. Waddington ad Lebas Inscr. III, 1176. Brandis ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie IV, 2 p. 2417. 13 Cum Cagnat hinc collegisset, locationem a civitate Palmyrenorum factam Romani magistratus assensu comprobandam fuisse, quia τῷ μισθουμένῳ dativum commodi interpretabatur, manifesto verum vidit Dessau, qui dativum auctoris intellegit, ut ad idem redeat atque ἐπειδὰν κυρώσῃ ὁ μισθούμενος. Etenim condiciones proponuntur a civitate, sed pactum conductionis assensu eius qui conducturus est demum ratum fit (κυροῦται). Sed ut hic nihil legitur de Romanorum in hac tota re partibus, sic alibi haud ambigua eius vestigia cernuntur (not. 98. 115. 118), ut recte Mommsenus indicasse videatur portoria ex auctoritate quidem praesidis, sed a decurionibus Palmyrenis administrata esse. Nam de ea quidem re inter editores convenit, non imperii Romani, sed populi Palmyrenorum haec esse vectigalia. Hi et illa antiqua lege (v. 7. 11. 12) et hoc recenti decreto constituunt quid pendendum sit, hi per magistratus suos locant vectigalia et curant ut recte exigantur, horum aerario infertur pecunia qua illa locata sunt. Atque omnino Mommsenus nulla in provincia Syria portoriorum publicorum populi Romani monumenta exstare observavit. Quod de Vogüé probabile existimavit, civitatem partem certam summae quae inde rediisset fisco imperatoris dare debuisse, id nititur quidem rescripto imperatorum Theodosii et Valentiniani Cod. Iust. IV, 61, 13: *exceptis his vectigalibus, quae ad sacrum patrimonium nostrum quocunque tempore pervenerunt, cetera rei publicae civitatum atque ordinum aestimatis dispendiis, quae pro publicis necessitatibus tolerare non desinunt, cum duas portiones aerario nostro conferri prisca institutio disposuerat*; sed etsi consuetudinem, quae quarto p. Chr. saeculo prisca appellabatur, iam altero valuisse haud absurde conicias, tamen num in Palmyrenorum res id cadat diiudicari posse recte negavit Cagnat, quoniam nimis manca esset earum memoria. Certe in hoc titulo nullum exstat eiusmodi institutionis vestigium, neque desunt exempla aliarum civitatium quibus id privilegii concessum fuerit a Romanis, ut omnia portoria ipsae perciperent. Cf. quae H. Dessau Hermae XIX p. 531 disputavit de Mylasensibus Cariae ex rescripto imperatoris cuius fragmenta edita sunt C. I. Lat. III, 448. Ephem. epigr. V p. 62 n. 166. 14 Antiquam legem eidem lapidi incidi iussit senatus; sed id non factum est, ut quidem videtur propter spatii angustias. Dessau. 15 Etiam exemplum Aramaicum *Rabâsîrâ* habet. Priorem partem manifesto adiectivum *rabâ* (magnus) esse, alteram obscuram, nisi audeas hic nomen ex Persarum lingua repetitum *seraï* (palatium) agnoscere, observavit de Vogüé. Ipsas parietinas magnificas, inter quas hic lapis inventus esset, hodie quoque ab Arabibus *seraï* appellari; sed huic quidem rei vix quicquam ponderis tribuerim in origine illius antiqui nominis investiganda.

τοὺς τυγχά|νοντας κατὰ καιρὸν ἄρχοντας[16] καὶ δεκαπρώτους[17] καὶ συνδίκ[ους[18] τοῦ] μηδὲν παραπράσσειν[19] ‖ τὸν μισθούμενον. |

Γόμος καρρικὸς[20] παντὸς γένους· τεσσάρων γόμων καμηλικῶν τέλος ἐπράχθη. |

III *a* Παρὰ [τῶν παῖδας[21] εἰς Πάλμυρα] | ἢ εἰς τὰ ὅ[ρια[22] τὰ Παλμυρηνῶν εἰσ]|αγόντω[ν πράξει ἑκάστου σώματος ⋇κβ′[23]] ‖

Παρ' οὗ ἄ[ν[24] --------------------------] | μ-------------- ---ους ---------------------- |

Παρ' οὗ [ἂν ἀνδράποδα] ουετερα[νὰ[25] ἢ -----]|καντα σώ-

---

16 Cf. not. 8. 17 Cf. Brandis ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie IV, 2 p. 2417. 18 In universum quidem σύνδικον eum appellari, qui a civitate quapiam eligatur ad certam causam orandam aut adiuvandam, ἔκδικον vero eum qui perpetuum et ordinarium officium defendendae civitatis gerat consentitur (n. 458[40]). Sed in hunc locum ea distinctio non cadit, quippe qui luculentissime demonstret, perpetuo civitatem suos συνδίκους habere, quibus hic officium iniungitur cavere ne conductor vectigalium plus exigat quam liceat; itaque σύνδικος hic est qui alibi fere ἔκδικος vocatur. Non recte Cagnat hic quoque de Romanorum consensu impetrando mentionem facit, quem ad finem extraordinarii syndici electi essent qui Romae pro Palmyrenis verba facerent; nam longe aliud officium ipsius tituli verba indicant. 19 I. e. παρὰ τὸν νόμον πράσσειν. 20 Hoc enuntiatum cum versione Aramaica in inferiore parte planiciei I incisum est, cum argumentum iam ad ea spectet, quae in planicie II Palmyrenorum sermone, in planicie III Graece scripta sunt. Cave tamen exstimaveris haec non suo loco esse; nam proxima omnia ita comparata sunt, ut mensurae mercium, pro quibus certa vectigalis summa pendatur, sint onus cameli et onus asini. Hic vero generatim indicatur, onus carri pro quattuor camelorum oneribus habendum esse, quae computatio omnibus illis numeris adhibenda est. 21 In versione Aramaica hic nomen scriptum est, quod puerum significat; sed sponte patet, servum intellegendum esse. 22 το[ὺς ὅρους] Vogüé. Sed A certum est et post id litteram rotundam fuisse apparet. Quare sine dubio Dessauii supplementum recte se habet. 23 Supplevit Vogüé ex exemplari Aramaico, ubi notae numerales conservatae sunt. 24 Sic Dessau. παρ' οὗ δὲ Vogüé. 25 ΟΥΕΤΕΡΑΙ agnovit Vogüé, cum Dessau in ectypo et imagine photographa nihil iam praeter ΟΙΕ dispiceret. Quod ille ----ου ἕτεραι legere sibi visus est, per se non ineptum videtur. Sed Dessauius observavit, in exemplo Aramaico Schroederum hic post '*puer*' vocem ex consonis *vtrn* constantem deprehendisse, quae manifesto Latinum *veteranus* esset (II *a*, 4. 5), eandemque alibi (II *b*, 33. 36) recurrere. Iam in rebus ad vectigalia spectantibus etiam alibi discerni mancipia novicia et veterana, ut Digest. XXXIX, 4, 16, 3: *quotiens quis mancipia invecta professus non fuerit sive venalia sive usualia, poena commissi est, si tamen novicia mancipia*

ματα----οτο[---- ἐξ]άγηται, ἑκάστου σώμ[ατος πράξει ✱β[26]] ‖

Ὁ αὐτὸς[27] δημοσιώνη[ς --------------[28]] | πράξει ἑκάστου γόμο[υ καμηλικοῦ] | εἰσκομισ[θέ]ντος [------- ✱γ′][29] |

ἐκκομισθέν[τος ------- | ἑκάστου ✱γ′] ‖

Γόμου ὀνικ[οῦ ἑκάστο]υ εἰ[σκομισθέντος πράξει ✱α′] |

ἐκκομισθέν[τος πράξει ✱α′] |

Πορφύρας μηλωτῆ[ς][30] ἑκά[στου δέρμα]τος[31] εἰσκομισθέν[τος πράξει ἀσσάρια[32] η′] |

ἐκκομισθ[έντο]ς [πράξει ---] ‖

Γόμου κ[αμηλικοῦ] μύρου [ἐν ἀλαβάσ]τροις[33] ε[ἰσκομισθέντος πράξει ✱κε′[34]] |

Καπο[[35]------------- εἰσκομισθέντος πράξει ✱..′] |

ἐκ[κομισθέντος πράξει ✱ιγ′[36]] |

Γ[όμου καμηλικοῦ μύρου τοῦ ἐν ἀσκοῖς] ‖ αἰγείοις [εἰσκομισθέντος πράξει ✱ιγ′] |

[ἐκκομισθέντος πράξει ✱ιγ′] |

[Γόμου ὀνικοῦ μύρου τοῦ ἐν ἀσκ]οῖς [αἰγείοις | εἰσκομισ]θέ[ντος πράξει ✱ζ′] |

---

fuerint, non etiam veterana . sunt autem veterana, quae anno continuo in urbe servierint; novicia autem mancipia intelleguntur, quae annum nondum servierint. 26 Supplevit Vogüé ex exemplo Aramaico, ubi tamen nota numeralis non plane certa est. 27 Recurrit pronomen v. 69. 73. 86, et praeterea aliquot locis satis certa coniectura suppletum est. Sine dubio recte Dessauius inde collegit, usitatum fuisse Palmyrae ut omnia fere vectigalia uni eidemque redemptori locarentur. 28 Quale mercium genus hic commemoratum fuerit latet, quia Graeca vox tota intercidit, Aramaica vero obscurissima est. 29 Hic quoque et proximis versibus usque ad v. 31 notas numerales ex versione Aramaica supplevit Vogüé. 30 Cum μηλωτή alibi substantive pellem, maxime ovis, significet, rectius πορφύρας, μηλωτῆς ἑκάστης εἰσκομισθείσης scripturum fuisse eum qui titulum composuit adnotat Dessau. Sed *lanam purpuream* Graece πόρφυραν μηλωτήν appellatam esse credere debemus huic titulo; nam si μηλωτή substantivum esset, quid faceremus illis quae proxime sequuntur? 31 Supplevit Vogüé. Cf. not. 30. 32 Sic restituit Dessau ex Schroederi lectione tituli Aramaici, cum Vogüé trium denariorum vectigal esse opinatus esset. 33 Supplevit Vogüé. 34 Supplevit Vogüé ex versione Aramaica. 35 Aut sic aut, quod tamen multo minus probabile esset, ΚΑΙΤΟ legendum esse testatur Dessau. Utique non recte Vogüéium Κἂν τὸ agnoscere sibi visum esse. 36 Numerum restituit Vogüé ex translatione Aramaica, itemque proximos usque ad v. 51.

[ἐκκομισ]θέν[τος πράξει ✳ ζ′] ‖

Γόμου ὀνικοῦ μ[ύρου τοῦ ἐν ἀσκοῖς] | αἰγείοις εἰσκο[μισθέντο]ς π[ρ]άξ[ει ✳ δ′] |

ἐκκομισθέντος π[ρ]άξ[ει ✳ δ′] |

Γόμου ἐλ(αι)ηροῦ[37] το[ῦ ἐν ἀσκο]ῖς [τέσσαρ]‖σι αἰγείοις ἐπὶ [κ]α[μ]ήλ[ου εἰσκομισθέν]‖τος [πράξει ✳ ι′] |

ἐκκομισθέντο[ς πράξει ✳ ι′] |

Γόμου ἐλαιηροῦ τοῦ ἐ[ν ἀσκο]ῖς δυ[σὶ αἰ]‖γείοις [ἐπ]ὶ καμήλ[ου εἰσκομισθέντος] | πράξει ✳ . ‖

ἐκκομισθέντ[ος πράξει ✳ .] |

Γόμου ἐλ(αι)[ηροῦ τοῦ ἐπ' ὄνο]υ ε[ἰσκομισθέν]‖το[ς πράξει ✳ ζ′[38]] |

ἐκ[κομισθέντος πράξει ✳ ζ′] |

Γό[μου ------------ τοῦ ἐν ἀσκοῖς τ]έσ[σαρσι] ‖ αἰγείοις [εἰσκομισθέντος πρά]ξει ✳ ιγ′ |

ἐκκομι[σ]θέ[ντος πράξει] ✳ ιγ′ |

Γόμου κ[-------------- ἐν] ἀ[σ]κοῖς δυσὶ αἰγείοις | ἐπὶ κ[αμήλου εἰσ]κομισθέντος πράξει ✳ ζ′ |

III *b* ---------------λλης[39] [---------------- κα]‖μήλου --------- ---το ------ο ------ης [----------- θ]‖ρέμματος[40] ἢ ες ------ο ------ | -----λ------------ θ---------- | δ--- --εαδ ---------σου ------------ε ---------- |

Ὁ αὐτὸς[41] δ[ημ]οσιώνης[42] ἑκάσ[του μηνὸς[43]] ‖ παρ' ἐκ[άστο]υ τῶ[ν τὸ] ἔλαιον κατα[κομιζόντων[44] τὸ ἔντο]‖πον[45] [καὶ πωλού]ντων[46] [πράξει ✳ . .] |

Ὁ αὐ[τὸς δημοσιώνης ----------] (π)ρά[ξει[47] ---] |

---

37 ΕΛΕΗΡΟΥ, item v. 56. 38 Hic et proximo versu numerum secundum exemplar Aramaicum restituit Vogüé. 39 In superiore parte huius columnae duodeviginti versus paene toti evanuerunt. 40 Vogüé legerat κόμματος. Sed ΡΕΜΜΑΤΟϹ certum esse affirmat Dessau, item postea ΕϹ, sed Η interpositum satis incertum. 41 Cf. not. 27. 42 Cf. not. 11. 43 Supplevi. 44 Supplevit Dessau. 45 Supplevi non sine haesitatione. Sed apparet, hic non ut supra (n. 48. 52. 56) de oleo quod e finibus Palmyrenorum exportetur vel in eos importetur dici, sed de eorum hominum negotiis, quae oleum in ipso agro Palmyreno natum in urbem deferant ibique venumdent. Hoc igitur non portorium est, sed ἀγορᾶς τέλος (Aristoph. Acharn. 896). Adiectivum ἔντοπος sane antiquiore aetate poëtarum potius est quam pedestris orationis. Sed cf. n. 606[5]. 46 Supplevit Dessau. 47 ΤΡΑ.

[῾Ο αὐτὸς δημ]οσι[ώνης τῶν ἑταιρῶν[48] ὅσαι | δηνάριον ἢ πλέον λαμβά]νουσιν, π[ράξει δηνάριον, ‖ ὅσαι δὲ λαμβάνουσιν] ἀσσάρια ὀκτώ, [πράξει ἀσσαρι]α η′[49], | [ὅσαι δὲ ἀσ]σάρια ἓξ | ἔλ[αβον,][50] ἑ[κάστ[ης] ἀσσ(άρια] ς′. |

[῾Ο αὐτὸς δημ]οσιώνης πρ[άξ]ει ἐργαστηρίων, | -----------[51], παντοπωλ[εί]ων σκυτικῶν, | --------ς[52] ἐκ συνηθείας ἑκάστου μηνὸς ‖ καὶ ἐργαστηρίου ἑκάστου ✱α′ |

Παρὰ τῶν δέρματα εἰσκομιζόντ[ων ἢ[53] πω]‖λούντων ἑκάστου δέρματος ἀσσά[ρια δύο[54]] |

῾Ομοίως ἱματιοπῶλαι μετάβολοι[55] πωλ[οῦν]‖τες ἐν τῇ πόλει τῷ δημοσιώνῃ τὸ ἱκανὸν[56] γ[ιν]έσ[θω[57]] ‖

---

48 De versuum 73—76 argumento res certa est propter versionem Aramaicam, quae haec servavit integra. Singula vocabula sane praestari nequeunt. Meretricum vectigal hic plane eadem ratione definiri, atque a C. Caesare Caligula factum esset, monuerunt editores. Cf. Sueton. Calig. 40: *ex capturis prostitutarum* (vectigal exigebatur) *quantum quaeque uno concubitu mereret.* Romae etiamtum Severi Alexandri aetate mansisse hanc pensionem observat Cagnat allato Vit. Alex. Sev. 24: *lenonum vectigal et meretricum et exoletorum in sacrum aerarium inferri vetuit.* Quotiens vectigal exactum sit, non indicatur. Sed quin menstruum fuerit vix licet dubitare. Ceterum hoc genus vectigalis etiam Athenis, Syracusis, alibi fuisse adnotat Dessau. In exemplo Aramaico praeter hunc locum etiam alibi (II *c* 26—29) hoc genus vectigalis tangitur, sed quae pars inscriptionis Graecae illi respondet, ea tota evanuit in superiore parte columnae IV (v. 5); certe in ectypo nihil, in imagine photographica solas litteras ΤΑΙΡΩ dispici testatur Dessau, ut in medio relinquendum sit utrum recte Vogüé illic ἑταιρῶ[ν αἳ δηνάριον ἢ πλέον λ]αμβ[άνουσιν] reposuerit necne. 49 ιΗ lapis. Etiam v. 76 priore loco numerale totidem litteris exaratum est, altero nota Ϛ expressum. 50 Post [ἀσ]σάρια ἓξ duas litteras exstare, quas maxime probabile sit ЄΝ vel ΟΝ esse, deinde quattuor litteras plane intercidisse testatur Dessau. Supplevi; aoristum offensioni esse sane non nego. 51 Hic Vogüé duo capita distinxit [῾Ο αὐτὸς δημο]σιώνης πρ[άξ]ει ἐργαστηρίων et [Παρὰ τῶν] παντοπωλειῶν σκυτικῶν [πράξει] ἐκ συνηθείας ἑκάστου μηνὸς καὶ ἐργαστηρίου ἑκάστου. At non modo supplementa v. 78 init. propter rationem syntaxeos, v. 79 propter tradita scripturae vestigia intolerabilia sunt, sed etiam illud ἐργαστηρίου ἑκάστου docet, hos quattuor versus ad unum idemque vectigal spectare. Videtur hic tertium aliquod nomen similis significationis inter ἐργαστηρίων et παντοπωλείων interpositum fuisse. Nam particula καὶ spatium lacunae non expleretur. 52 ΛΙ..С. Cur Vogüéi supplementum πράξει reiciendum sit, v. not. 51. 53 Sic, non καὶ, supplendum esse exemplum Aramaicum docet. Vogüé. Dessau. 54 Numerus in versione Aramaica servatus est. 55 Eadem vox in testis Aegyptiacis occurrit et adiective (τέλος μεταβόλ(ων) ἁλιέων Gr. Ostraka II, 647, 2. 1449, 1. 2)

Χρήσεος πηγῶν β′ [58] ἑκάστου ἔτους ✱ω′ |

Ὁ αὐτὸς πρά[ξ]ει γόμου πυρικοῦ, οἰνικοῦ, ἀχύ|ρων καὶ τοιούτου γένους ἑκάστου γόμου | καμηλικοῦ καθ' ὁδὸν ἑκάστην [59] ✱α′ |

Καμήλου ὃς [60] κενὸς εἰσαχθῇ [61] πράξει ✱α′, ‖ καθὼς Κίλιξ Καίσαρος ἀπελεύθερος [62] ἔπραξεν. |

---

et substantive (Gr. Ostraka II, 1331, 4. Revenue pap. 47, 12) usurpata. Qui venumdant vestes non ab ipsis confectas, sed emptas, intellegi videntur. Wilcken. 56 Mirum est, non certum vectigal proponi, sed indicari tantum pendendum esse, quantum satis esse videatur. Sed nulla est de ea re dubitatio, quia etiam in Aramaico exemplo idem legitur. 57 Primam litteram aut Γ aut Π esse, tertiam et quartam ЄC, testatur Dessau. Supplevi, cum IN facile unius litterae locum tenere posse neque anacoluthiam intolerabilem esse persuasum haberem. 58 ΧΡΗCЄΟC (non ωC) in lapide esse Dessauii testimonio constat. Quantum homines tribuerint aquarum copiae qua Palmyra in medio deserto sita abundabat, apparet ex Plinii Nat. hist. V, 88: *Palmyra urbs nobilis situ, divitiis soli et aquis amoenis.* Itaque neque curam publicam fontium (cf. n. 634, 2. 3 ἐπιμελητὴς αἱρεθεὶς Ἔφκας πηγῆς) neque vectigal eis impositum a civitate mirari debemus. Annuum hoc fuisse ex Graeco, in urbe fontes sitos fuisse ex Aramaico exemplo discimus. Sed quis pependerit et pro quo aquae usu neutro loco enuntiatur. Dessau potissimum de mercatorum societatibus (συνοδίαι n. 632 [2]) cogitat, quae cum Palmyra per desertum iter facerent, utres suos magna copia aquae ex illis fontibus haustae implerent, Cagnat de eis potius, qui quaestus sui causa aqua opus habuerint, velut fullones vel domini balineorum aut magnorum hortorum. Utique cives omnes eam aquam quae ad usum quotidianum hauriretur tanto pretio redimere coactos esse utrique incredibile videtur. 59 Nutrimenta hominum et pabulum camelorum, quae mercatores per desertum proficiscentes secum portarent, intellegi ex illis καθ' ὁδὸν ἑκάστην collegit Dessau. Hic vero discrimen cernitur haud leve inter Romanorum leges et haec Palmyrenorum instituta. Nam apud illos quidem quae viatores in suum usum ferebant immunia erant. Cf. Digest. XXXIX, 4, 4, 1. L, 16, 203, quos locos Dessau attulit; priore ex eis sane non de eis qui iter faciant in universum, sed de eis modo qui provinciis exercitibusve praesint dicitur. 60 Hic masculinum, v. 166 vero femininum esse κάμηλος observavit Dessau. Quin utrobique totum animalium genus sine sexus distinctione indicetur, non est dubium. Sed nescio an hoc discrimen indicio sit, non ab eodem homine hos duos locos scriptos esse. Cf. not. 98. 61 Infra v. 166 non vacuis modo, sed etiam onustis camelis idem vectigal imponitur. Cuius rei de ratione cf. not. 128. 62 Cilicem officialem portoriorum imperii Romani in vicinia Palmyrae, fortasse Zeugmate ad Euphratem, fuisse sibi persuasit Dessau. Palmyrenos igitur hic exemplum Romanorum sequi in vectigali definiendo. At si haec esset sententia, quomodo proprio nomine unius hominis, qui aliquando hoc vectigal

III *c* [------------------ λαμβα]νέτω[63]. |

῝Ος ἂν ἅλ[ας[64] --- πωλ]ῇ[65] ἐν Παλμύροις [ἢ ἐν τῇ χώρᾳ τῇ[66]] || Παλμυρηνῶν, παραμετρησάτω[67] [ὁ δημο]||σιώνης [εἰς ἕκ]αστον μόδιον ἀσσά[ριον[68].] || ὃς δ' ἂν οὐ-------- παραμετρήσ[η ---------]||ση ἔχων, το[-------- ὁ] δημο[σιώνης][69]. |

Παρ' οὗ ἂν ὁ δ[ημοσι]ώνης [------ ἐνέ]||χυρα[70] λά[βῃ[71] ------ --------] | ἀποδο[θῶ]σιν ο----------αβρει || δημο[σιών]ηι, οὗ[τος[72] τ]ὸ ἱκανὸν λαμβα|νέτω[73]. περὶ [το]ύτου πρὸς τὸν δημοσιώνη(ν)[74] | τοῦ διπλοῦ ε[ἰσαγ]έσθω[75] |

Περὶ οὗ ἂν ὁ δημ[ο]σιώνης τινὰ ἀπαιτῇ περί τε | οὗ ἂν ὁ δημοσίω[νης ὑ]πό τινος ἀπαιτῆται, π[ε]ρὶ || τούτου δικαιοδο[τείσ]θω[76] παρὰ τῷ ἐν Παλμύ|ροις τεταγμένῳ[77]. |

---

exegisset (ἔπραξεν praeterito tempore), uti poterat lex? Quare mihi quidem longe praestare videtur Cagnati ratio, qui ipsum Cilicem paullo ante vectigalia Palmyrae conducta habuisse conicit. Etenim hic primum inscribuntur ea, quae ad id tempus ex consuetudine exacta erant. Consuetudo vero non in omnibus rebus certa et immutabilis fuerat, quare hic quidem mancipis cuiusdam nominatim mentio fit, quem constabat hanc summam, quam etiam in posterum numerari placebat, exegisse. 63 Pars dimidia superior huius columnae, fere viginti versuum, periit. 64 Supplevit Dessau, sed iure monuit etiam de aliis supplementis cogitari posse. 65 Supplevi. 66 Supplevi. 67 Hoc in lapide esse, non παραμετρήσαιτο, quod Vogüé legere sibi visus erat, testatur Dessau, qui simul monet, insolite παραμετρῆσαι hic dici de vectigali pendendo. 68 In exempli Aramaici parte, quam sane huic potissimum Graeci loco respondere neutiquam certum est, legitur 'dare debebit pro modio assarium, ut in lege'. 69 Hic de delicto aliquo poenaque dictum fuisse observavit Dessau. 70 Supplevit Dessau. 71 Supplevit Dessau. 72 Supplevi. 73 Cave hoc eodem modo acceperis ac v. 84. Immo hic τὸ ἱκανὸν λαμβάνειν idem est ac Latinum *satis accipere*, quod respondet illi *satis dare*, i. e. cavere alicui. Cf. n. 484, 50 τὸ ἱκαν[ὸν πρὸ κρίσ]εως λ[α]μβάνεσθαι. 74 N neque in lapide esse neque omnino spatium ei reponendo sufficere refert Dessau, etsi Vogüé δημοσιώνην legerit. Fortasse in margine scriptam fuisse litteram. 75 Supplevit Dessau dubitanter. 76 δικαιοδοθήτω sibi legere visus est Vogüé. At δικαιοδίδωμι barbarum est, a δικαιοδοτέω vero δικαιοδοτηθήτω formandum fuit. ΔΙΚΑΙΟΔΟ ΘΩ dispexit et supplevit Dessau. 77 Non Palmyrenum hunc esse magistratum, sed Romanum, ipsa appellationis ratio prodit. Utrum is unum iurisdictionis officium habuerit et *iuridicus* (δικαιοδότης) appellatus fuerit, quae est Vogüéi sententia, an alia, fortasse militari, potestate praeditus fuerit, ut suspicatur Dessau, in medio relinquendum videtur.

Τῷ δημοσιώνῃ κύρι[ον] ἔ[σ]τω παρὰ τῶν μὴ ἀ[πο|γρ]α[φομένων[78] ἐ]νέχυρα [λ]α[μβάνει]ν δι' ἑαυτοῦ ἢ | [δι' ἄλλου τινός· ἐὰν δὲ τα]ῦτα[79] τὰ [ἐνέ]χυρα[80] ἡμέρᾳ ‖ [--------[81] μὴ λυθῇ[82], ἐξέστω[83] τῷ δημ]οσιώνῃ[84] πωλεῖν | [----------- -------- τῶι δημ]οσίῳ[85] χωρὶ[ς] | δόλου πο[νηροῦ[86]. εἰ δέ τι ἐνέχυρον μείονος[87]] ἐπράθη | ἢ δοθῆναι ἔδει, π[ράσ]σειν τῷ δη[μοσιώνῃ,] καθὼς | καὶ [ἔξε]στιν [ἐκ][88] τοῦ νόμου[89], [ἐξέσ]τω[90]. ‖

Λιμένος[91], π--------γων[92], ὑδάτων Καίσαρος | τῷ μισθωτῇ -------εντος -------- παρασχέσ[θαι ----] |

---

78 Supplevit Dessau. 79 Supplevi. 80 Supplevit D. 81 Hic ordinale scriptum fuisse apparet. Per certum dierum numerum pignora asservantur, deinde nisi vectigali numerato liberata sunt, veneunt. 82 Supplevi. 83 Supplevit Dessau. 84 Supplevit Dessau. 85 Aut hic, quae est Dessauii sententia, praescriptum erat ut in loco publico fieret venditio (ἐν τόπῳ δημ]οσίῳ), aut ut pars summae inde redactae in aerarium publicum inferretur. 86 ΠϹ Dessau. πε Vogüé. Adiectivum supplevi. '*sine dolo malo*'. 87 Supplevi. Si minore pretio venierit pignus, quam vectigal pendendum erat, publicano licet exigere a debitore id quod interest. Rectius sane diceretur ἐάν τε ἐνέχυρον — πραθῇ. 88 Supplevi; lacunae spatium sane amplius esse videtur. 89 Antiqua lex Palmyrenorum (ὁ τελωνικὸς νόμος v. 7), cui supplendae haec incisa sunt. 90 Supplevi. 91 Obscurissima portus mentio in vectigalibus Palmyrae oppidi mediterranei enumerandis. Nam etsi *portus* aliquando de vectigalibus terrestribus deque loco ubi illa exiguntur dici notum est (cf. n. 480[4]. Digest. L, 16, 59: *portus appellatus est conclusus locus, quo importantur merces et inde exportantur; eaque nihilo minus statio est conclusa atque munita . inde angiportum dictum est*), tamen recte Dessau negavit eam vim hic in censum venire, ubi portus mentio cum aquis coniungeretur. 92 τον Vogüé. ΤωΝ Dessau. Quod [πη]γῶν restituunt editores, id utique propter spatii rationes ita modo probari posset, si inter λιμένος et hoc etiam aliud nomen intercidisse statueremus. Nam certe plus quam duae litterae hic deletae sunt. R. Duval haec comparavit cum indice argumenti exempli Aramaici quem sic se habere affirmat: *Lex fiscalis quae pertinet ad Hadrianam Thadmor et fontes aquae — Caesaris.* De hac re non meum est diiudicare, sed certe quae in Graeci tituli initio fuisse sibi persuasit '῾Ο νόμος τοῦ τέλους λιμενίου καὶ τῶν πηγῶν Καίσαρος Ἀδριανοῦ', ea neque Graeca sunt neque unquam illic scripta fuerunt. Rectissime igitur illi oblocutus est Cagnat p. 144. Id unum non recte negasse mihi videtur, *aquae Caesaris* hic coniungenda esse, ut praeter Duvalium etiam Dessauius fecerat. Non dominium, sed originem genetivus significat. Cf. Τραϊανὸν ὕδωρ, quod aquaeductum urbis Smyrnaeorum significat a Traiano proconsule institutum, n. 478, 1. Nam quod C. sic potius Hadrianas appellandas fuisse dicit aquas, id in universum quidem recte se

N *a* Ἄλλῳ μηδενὶ πράσσειν διδό[ν]αι[93] λαμ[βάνειν] | ἐξέστω μήτε τι
--------ωφε[λ--] ἀνθρ[ωπ----- μή]|τε τινὶ [ὀν]όματι τοσ--
---------π[--- ὅς δ' ἂν[94]] || τοῦτο ποιήσῃ ἢ ε[-----,
πραχθήτω[95] | τὸ] δ[ι]πλοῦν[96]. |
Γάϊο[ς ---------- πρεσβευτὴς καὶ[97]] | ἀντι[στράτηγος λέγει[98]·] |
Μετὰ ὑπα[τείαν[99] -------- ------------||νους ---- ἐστι -----
---------- | γείνεσθαι κα[ὶ] οι----------|ες --------σατο
μ---------- | ---- ὅσα δὲ ἐξ------- ----- ----------- |
-----ω ----------- || ---------------α εἰς π-------- |
Τῷ α[ὐτῷ δημοσι]ώνῃ ----------------- |
Τῷ τελών[ῃ[100] διδόσ]θω[101] ------ --------- ------ |
Οἱ δ' ἄνε[υ[102] ----------- ------ ἐ]ξάγ[οντες[103] --------- |
---------------------------- || --ς ------ας ---------
------------- | -----------------
Καθ' ἣν ἂν λογ------ ----------------- | ----

habet, sed tum temporis, superstite etiam imperatore, nihil offensionis habebat illa latius patens denominatio. 93 Infinitivum integrum exhibet Vogüé; Dessau mediam quidem partem vocis mutilatam, sed utique propter spatii rationes διδό[ν]αι, non δίδο[σθ]αι certum esse testatur. Structura paullo impeditior. Utique interdicitur, ne quis alius praeter redemptorem exigat aut accipiat neve quis debitor alii atque illi det vectigal. Sed ita apparet easdem vocis ἄλλῳ μηδενί in verbo διδόναι quidem ab hoc ipso infinitivo, in πράσσειν et λαμβάνειν vero ab imperativo ἐξέστω pendere, quod profecto concinnum non est. 94 Supplere conatus sum. 95 Supplevi. 96 Poenam dupli etiam supra v. 102 habes. 97 Supplevi. 98 Supplevi. Fortasse non, ut in hoc supplemento meo sumitur, edictum legati fuit, sed epistula ad Palmyrenos. Sed utique, quod nemo ex editoribus vidit, hinc litterae incipiunt ab eis quae usque ad hunc locum leguntur plane diversae. Etenim hic unus homo prima persona singularis de se loquitur (v. 160 ἵστημι), id quod nullo modo fieri poterat in lege, qua senatus, magistratuum, populi nomine scripta proponebantur quae ad id tempus in exigendis vectigalibus sola consuetudine (συνηθείᾳ) invaluerant. Iam cum neutiquam improbabile sit (not. 13) Romanos, etsi Palmyrenis ius vectigalia exercendi non ademissent, tamen aliquo modo cavisse, ne eo perperam uterentur, persuasum mihi est has consuetudines litteris consignatas, priusquam lapidi inciderentur, ad praesidem provinciae missas esse ut eius decreto confirmarentur aut si opus esset hic illic emendarentur. Eius responsum hic tenemus. Ac sunt etiam nonnulla alia argumenta, quibus haec opinio confirmetur (not. 60. 115. 118). Ceterum ante v. 122 quattuor versus integri perierunt. 99 Supplevi. 100 Cf. not. 11. 101 Supplevi. Sex litteras periisse testatur Dessau. 102 Supplevi. 103 Supplevi.

Τοῦ δὲ ἐξαγω[γὴν ἔχοντος[104] ------]αι --------|α δώσε[ι ---- ---------] |

Ἐρίων[105] ------------------------------. ‖ θαρ-------------- -------------------- | π-----------------------ειλ------- ------ | γ--------------- διαγ------------------- | ---- ------οροι ----------------μα τοῦ μεν --------------ορι ------------ | ---------αγωγ(ῆ)ς[106] -------------- ✱ς′, τοῦ δὲ [-------- ✱]θ′ ‖ ἀξιοῦντος το--------νου εἰ καὶ μὴ [--------- Ἰ|τ]αλικῶν[107] ἐξαγ[ομένω]ν[108] πράσσειν ὕστ[ερον συν]|εφωνήθη μ[--------- το]ύτων[109] ἐξαγο[μένων[110] δί]|δοσθαι. |

Μύρου[111] τοῦ ἐν ἀσκο[ῖς αἰγεί]οις πρά[ξει---------] ‖ κατὰ τὸν νόμο[ν ----------|ου τε-------------- | τημα γεγόνεν τῷ προτέ[ρωι[112] ἔτ]ει[113], κ[αθὼς[114] ἐν τῷ συν]|εσφραγισμ[έ]νῳ[115] νόμῳ τέτακται. |

---

104 Cum ω litteram certam esse testetur Dessau, supplere conatus sum; ἐξαγωγήν etiam ius exportandi esse permultorum decretorum honorariorum testimonio constat. Sed fieri etiam potest, ut τοῦ ad rem, non hominem spectet. Sic τοῦ δὲ ἐξαγω[γίμου] supplendum erit. 105 Quae v. 139—145 scripta fuerunt, ex miseris laciniis ut restituerentur fieri non potuit. 106 ΑΓΩΓΙϹ. 107 ΥΑΛΙΚΩΝ Lasarew, [Ἰ]ταλικῶν Vogüé. In ectypo nihil certi dispici refert Dessau. 108 Supplevi. 109 Supplevi. 110 Supplevi. 111 Mireris hic rediri ad unguentum, cuius iam v. 35 sqq. perscriptum sit vectigal. Sed hoc facilem habet explicationem, si omnino non earumdem litterarum ille locus est atque hic. Cf. not. 98. 112 Supplere conatus sum. In lapide ΠΡΟΤЄ certo agnosci, proximam litteram utique non fuisse Θ, ut Vogüéi lectio προτεθέντι ferri nequeat, refert Dessau. Ipse ΙЄΙ...ЄΙΚ enotat, sed haec certa non esse fatetur. 113 Supplevi. 114 Supplevit Vogüé. 115 Cum Vogüé [τῷ] ἐσφραγισμένῳ νόμῳ legisset, Dessau legem (Palmyrenorum), quae magistratus Romani assensu confirmata esset, intellexit. At hanc vim verbum σφραγίζεσθαι quod sciam nunquam habet. Quare praeferendum est Wilhelmi supplementum [συν]|εσφραγισμ[έ]νῳ. Nempe si quis in litteris ad aliquem datis mentionem facit alius scripti, quod sub eodem sigillo una mittitur, hoc verbum usitatum esse. Ita in papyro Lugdunensi ap. Leemans H, 6 ἀντίγραφον συνεσφράγισται; plane eadem vi alibi ὑποκεῖσθαι usurpatur. Cf. n. 168, 51 [ἐπιστ]ολῆς ἀντίγραφον ὑπόκειται (‚*liegt bei*‘). Sed si Wilhelmus verum vidit, haud mediocriter confirmatur sententia de harum litterarum natura, quam not. 98 protuli. Nam eis quae Palmyrae ex iussu senatus lapidi incidebantur, profecto non poterat sub eodem sigillo adiuncta esse lex; at in magistratus rescripto peregre Palmyram misso id rectissime se habet, sive legatus se litteris suis legem adiunxisse indicat, sive Palmyrenos una cum epistula ad illum data legem

Τὸ τοῦ σφάκτρου τέλος[116] εἰς δηνάριον[117] ὀφείλει λο[γεύεσθαι,] | καὶ Γερμανικοῦ Καίσαρος[118] διὰ τῆς πρὸς Στατείλι[ον[119] ἐπισ]‖τολῆς διασαφήσαντος ὅτι δεῖ πρὸς ἀσσάριον[120] πά[ντα] | τὰ τέλη λογεύεσθαι· τὸ δὲ ἐντὸς δηναρίου τέλο[ς τῇ] | συνηθείᾳ ὁ τελώνης πρὸς κέρμα[121] πράξει. τῶ[ν δὲ] | διὰ τὸ νεκριμαῖα εἶναι ῥειπτουμένων τὸ τέλ[ος οὐκ ὀφείλεται.] |

Τῶν βρωτῶν τὸ κα(τὰ) τὸν[122] νόμον τοῦ γόμου δην[άριον[123]] ‖ εἵστημι[124] πράσσεσθαι ὅταν ἔξωθεν τῶν ὅρων εἰσ[άγηται] | ἢ ἐξάγηται.

(νόμον τελωνικόν) ei transmisisse dicit, ita ut ad συνεσφραγισμένῳ mente supplendum sit ὑφ' ὑμῶν. Atque haec quidem ratio mihi longe praeferenda videtur. 116 Praeterea tale vectigal Dessau monet commemorari ab uno Polluce X, 97 τὸ γὰρ σφάκτρον τέλους ὄνομα ἦν ἐπὶ τοῦ καταβαλλομένου ὑπὲρ τῶν θυομένων οὕτως ἐπονομασθέν. 117 In computando hoc vectigali Romanae monetae unius ratio habenda est. Quod hic εἰς δηνάριον et v. 155 πρὸς ἀσσάριον dicitur, ad idem redit, quia uterque nummus Romanus est. D. 118 Germanicus Caesar natura Drusi, adoptione Tiberii filius per annos 17—19 p. Chr. per orientem imperio maiore quam singularum provinciarum praesides habebant usus est. Tum haec de vectigalium computatione ad Statilium scripsit. Ad huius vero rescriptum provocasse praesidem provinciae multo probabilius videtur quam senatum et magistratus Palmyrenorum, ut hoc quoque loco confirmentur quae not. 98 disputavi. Idem in Corbulonis mentionem v. 168 cadit. 119 Homo ceteroqui ignotus. Iuridicum Palmyrae constitutum (not. 77) interpretatur Cagnat, procuratorem provinciae Syriae Dessau, probabilius mea quidem sententia, quia non ad Palmyrenos modo, sed ad totam provinciam illud Germanici rescriptum spectasse videtur. 120 Cf. not. 117. 121 Moneta provincialis ahenea, quae n. 484, 9. 21. 35. 485, 12 λεπτόν, λεπτὸς χαλκός dicitur. De eadem re vero etiam n. 484, 18 πρὸς κέρμα legitur. Quod primo aspectu mirum videtur, non dici quantum sit vectigal, facilem explicationem habet si memineris hic litteras praesidis haberi quibus neutiquam integra vectigalium tabula contineatur, sed ea modo de quibus etiamtum dubitabatur accurate definiantur quaeque ipsi magistratui minus commode a Palmyrenis instituta videantur emendentur. 122 KATON. 123 A δηνάριον pendere τοῦ γόμου, sed exspectari potius ὑπὲρ aut παρὰ τοῦ γόμου adnotat Dessau. Sed hoc non intellego, quia τοῦ γόμου idem est merus genetivus, qui per totum titulum identidem recurrit. Articulum eodem modo usurpatum atque in illis δραχμὴν τῆς ἡμέρας, μνᾶν ἀπὸ τοῦ ταλάντου, vix est quod moneatur. 124 Primam singularis personam iam Dessau miratus est, sed ita conatus expedire, ut praesidem collegii archontum et decaprotorum intellegeret. At neque hi unum praesidem habebant neque eis mandatum erat, ut aliquid statuerent, sed ut quae usitata erant lapidi incidenda curarent. Quare longe

Τοὺς δὲ εἰς χωρία ἢ ἀπὸ τῶν [χω]|ρίων κατακομίζοντας ἀτελεῖς εἶναι, ὡς καὶ συνεφώ|νησεν[125] αὐτοῖς.

Κώνου[126] καὶ τῶν ὁμοίων ἔδ[ο]|ξεν ὅσα εἰς ἐμπορείαν φέρεται, τὸ τέλος εἰς τὸ ξη||ρόφορτον[127] ἀνάγεσθαι, ὡς καὶ ἐν ταῖς λοιπαῖς γείνεται πόλεσι. |

Καμήλων, ἐάν τε κεναὶ ἐάν τε ἔνγομοι εἰσάγωνται[128] ἔξωθεν |

---

aliter haec verbi forma accipienda est. Cf. not. 98. De errore non licet cogitare, quia in verbi numero et persona titulus Aramaicus cum Graeco facit. 125 Ad hoc verbum ex superioribus ὁ νόμος subiectum cogitatione supplendum esse dicit Dessau. Sed id cum significatione verbi συμφωνεῖν pugnat, quod semper aliquem cum altero mutuo consensu aliquid constituere indicat. Hac ratione inter civitatem et mancipem, itemque inter hunc et eos qui vectigalia debent aliquid convenire potest, neque vero inter legem et debitores. Iam cum v. 12 legamus, tum demum, cum nova locatio redemptoris assensu perfecta esset, condiciones lapidi incidendas esse, per se patet, ne praesidi quidem provinciae prius transmissam esse. Nihil igitur impedit quominus subiectum huius verbi redemptorem (δημοσιώνην, τελώνην) esse arbitremur. 126 In versione Aramaica item nomen Graecum ad litteram expressum invenimus, neque vero idem, sed στρόβιλος. Quam rem Dessau aptissime illustravit collato Galeni loco de alim. facult. II, 17 εὔχυμος καὶ παχύχυμος καὶ τρόφιμός ἐστιν ὁ τοῦ κώνου καρπός, οὐ μὴν εὔπεπτος. καλοῦσι δὲ οἱ νῦν Ἕλληνες οὐ κώνους ἀλλὰ στροβίλους αὐτούς. De alim. sucis 4 ὁ κῶνος καλούμενος, ὀνομάζουσι δ' οἱ παλαιοὶ καὶ στροβίλους (στρόβιλον?) αὐτόν. De temporum ratione secum pugnare scriptorem vides. Titulus Palmyrenus ei quam altero loco proposuit sententiae magis favet. Nam si antiquiore aetate vocem tum usitatam in sermonem Palmyrenorum transiisse, in Graeco vero exemplo posterioris temporis consuetudinem valuisse existimabimus, res commodissime expedietur. 127 Recentes fructus multo graviores esse quam exsiccatos manifestum est; quare id beneficii conceditur eis qui exportant aut important, ut pro eo modo pondere, quod sicci habituri sint, pensio exigatur. Schroeder. Dessau. 128 Duobus locis tituli de camelorum portorio dici non videbitur mirum post ea quae not. 98 disputata sunt. Neque tamen, quod hic onustorum quoque camelorum vectigal exigitur, priorem ordinem a praeside provinciae mutatum esse statuendum est. Immo quae supra v. 35 sqq. de olei et unguenti portoriis leguntur, ea ipsis numeris indicare videntur, singulos ubique denarios animalium vectigal esse. Nempe unguenti praestantissimi quidem, quod in alabastris transportatur, viceni quini denarii vectigal sunt in singula onera camelorum, vilioris vero, quod utribus continetur, terni deni. Inter hos quidem numeros permira intercedit proportio, sed demtis utrimque singulis denariis cameli nomine, illic duplex portorium exactum videmus. Eadem ratio inter numeros tredecim et septem denariorum, qui pro cameli et asini onere eiusdem generis exiguntur, intercedit. Haec perbene disputavit Dessau, etsi difficultatem aliquam habet, quod ex eius ratione etiam asinis portorium

τῶν ὅρων, ὀφείλεται δηνάριον ἑκάστης κατὰ τὸν | νόμον,
ὡς καὶ Κουρβούλων[129] ὁ κράτιστος ἐσημ(ε)ι|ώσατο ἐν τῇ
πρὸς Βάρβαρον[130] ἐπιστολῇ. ||

N *b* ---------- τὰς[131] συνφω[νηθείσας -------- | --------] τελώ-
[ν]ην[132] γείνεσθαι [--------- | ------ τὸ κατὰ τὸν] νόμο[ν]
τέλος πρὸς δηνά[ρ]ιον[133] φ[έρειν] |
Ἐννόμιον[134] συνεφωνήθη μὴ δεῖν πράσσ[ειν | τοὺς ἐγχωρίους[135],

---

singulorum in singulos denariorum impositum esse statuendum est, cum tamen hic non dicatur nisi de camelis. 129 Cn. Domitius Corbulo cum incerto anno consul fuisset, 47 p. Chr. legatus Germaniae inferioris, Claudio principe (ante 54 p. Chr.) proconsul Asiae, 54 a Nerone Armeniae praepositus est, deinde adversus Parthos bellum gessit; per quod bellum primo legatus Augusti Cappadociae et Galatiae fuit; deinde in illis quidem provinciis Caesennius Paetus ei successit, ipse vero in Syriam translatus est (Tac. Ann. XV, 6) a. 62 p. Chr. Sed iam proximo anno rursus Cappadociae administratio ei mandata est, sed aucta potestate, qualis quondam in eisdem regionibus Germanici Caesaris (not. 118) fuerat. Cf. Tac. Ann. XV, 25: *scribitur tetrarchis ac regibus praefectisque et procuratoribus et qui praetorum finitimas provincias regebant, iussis Corbulonis obsequi, in tantum ferme modum aucta potestate, quem populus Romanus Cn. Pompeio bellum piraticum gesturo dederat.* Anno 67 p. Chr. specie honoris in Graeciam accitus Cenchreis mortem sibi consciscere coactus est. Cf. H. Dessau Prosopographia imp. Rom. II p. 20 n. 123. Epistula ad Barbarum, cuius hic mentio fit, potest quidem etiam ad illud extraordinarium annorum 63—67 p. Chr. imperium referri; sed longe veri simillimum est eam anno 62 p. Chr. a Corbulone ipsius Syriae praeside datam esse. Cum scriptura Κουρβούλων cf. quae attuli n. 547[14]. 130 De hoc homine eadem inter editores intercedit dissensio ac de Statilio (not. 119). Sed hunc quoque procuratorem provinciae Syriae esse mihi maxime probabile videtur. Hominem ordinis equestris aliqua necessitudine attingere P. Rubrium Barbarum praefectum Aegypti Augusti principatu (n. 656, 2. 657, 2) haud inepte conieceris, sed satis frequens est hoc cognomen apud Romanos (cf. Prosopographia imp. Rom. I p. 228). 131 Fere triginta versus superiores huius columnae praeter paucas litteras, quarum nullus est usus (cf. not. 48), evanuerunt. 132 Non improbabile est, τὰς συνφω[νηθείσας | πρὸς τὸν] τελώνην fuisse, quo supplemento aliquatenus confirmantur quae not. 125 de pacto inter civitatem et redemptorem iam facto priusquam haec lapidi inciderentur disputavi. 133 Cf. not. 11. 134 Quae apud Romanos *scriptura* appellabatur, vectigal quod pro usu pascuorum pendi solebat. Graecam vocem ἐννόμιον habes etiam Syll.[2] 432, 7. 33. 534, 13. 135 Versus 174—176, quos editores non attigerunt, restituere conatus sum; de sententia nihil dubitationis relinquebatur cum quia haec distinctio indigenarum et peregrinorum cum aliis huius tituli praeceptis perbene convenit, tum quia compositum μεταγομένων indicio est, de pecoribus aliunde in agrum Palmyrenum

τ]ῶν δὲ ἐπὶ νομὴν μεταγομένων ‖ [ἔξωθε]ν[136] θρεμμάτων ὀφείλεσθαι ✳α΄. | [χαρακτη]ρίσασθαι[137] τὰ θρέμματα, ἐὰν θέλῃ ὁ δη[μοσιώνης,] | ἐξέστω.

---

pascendi causa traductis dici. 136 Supplevi. Cf. not. 135. 137 Non tam confidenter, quam proxime superiores versus, hunc supplevi. Sed certe non ineptum est, pecora peregrinorum, quae scriptura data in pascua Palmyrena immitti liceret, nota inusta significata esse si redemptori placeret, et medium genus, cuius in hoc ipso verbo sane aliud exemplum nullum novi, facilem habet explicationem.

---

630 Palmyrae in fronte mausolei cuiusdam. Ed. Philosophical Transactions XIX p. 107 (Muratori T. III p. MDCLXXXIV, 2). Accuratius aeri incisum habet Wood Rud. Palmyrae p. 27 n. 2 (Swinton Philos. Trans. XLVIII p. 691 n. 2. J. Franz C. I. G. 4505).

Τὸ μνημεῖον ἔκτισαν Ἐλάβηλος[1], Μ|ανναῖος, Σοχαίεις[2], Μάλιχος Οὐαβαλ|λάθου[3] τοῦ Μανναίου τοῦ Ἐλαβήλου αὐτ|οῖς καὶ υἱοῖς, ἔτους διυ΄[4], μηνὸς Ξανδικοῦ[5].

Litterae ЄΘΞC. 1 Nomen a Beli dei appellatione derivatum. F. 2 Pro Σοχαίης confusione vocalium illa aetate et per illas regiones haud infrequenti. F. 3 Vaballathus nomen fuit patri illorum quattuor fratrum qui sepulcrum condiderunt, Mannaeus avo, Elabelus proavo. Nomen Οὐαβάλλαθος tam frequens Palmyrae (cf. n. 636, 2), ut vix inde certa coniectura fieri possit de huius hominis cum illa familia, quae sesquisaeculo post illum ibi rerum potita est (n. 642 sqq.), necessitudine. 4 Annus quadringentesimus quartus decimus aerae Seleucidarum ab auctumno anni 102 p. Chr. n. ad idem anni 103 tempus pertinet. 5 In eo fastorum ordine, qui tum in Syria obtinebat, Xandicus fere Aprili Romanorum respondebat (Ideler Handbuch der Chronologie I p. 430).

---

631 Lapis muro insertus in templo Islamico oppidi *Tajibeh* siti a Palmyra Euphratem versus. Ed. Philosophical Transactions XIX p. 109 (Muratori I p. XCV, 1). Swinton Philos. Transact. XLVIII p. 691, tab. XXX (J. Franz C. I. G. 4501). M. A. Levy, Zeitschrift der d. morgenl. Gesellschaft 1861 p. 616 (Lebas-Waddington Inscr. III, 2631).

Διὶ Μεγίστῳ Κεραυ|νίῳ[1] ὑπὲρ σωτηρ|ίας Τρα(ϊανοῦ) Ἁδριανοῦ Σεβ(αστοῦ) | τοῦ κυρίου[2] Ἀγαθάνγε||λος Ἀβιληνὸς[3] τῆς Δεκα|πόλεος[4] τὴν καμέραν ᾠκο|δόμησεν καὶ τὴν κλίνη[ν] | ἐξ ἰδίων ἀνέθηκεν, | ἔτους εμυʹ[5] μηνὸς Λῴου[6].

Litterae ЄΘЗΠCѠ. 1 Iovis nomen hic ut alibi (n. 607, 1. 619, 3. 620, 2. 622, 9. 627, 1. 634, 1. 646, 15) indigenarum aliquod numen significare in propatulo est; idem sine dubio in n. 606, 9 cadit, ubi Κρόνῳ κυρίῳ legitur. 2 Anno 117—138 p. Chr. n. 3 Non Abilam Lysaniae hic in censum venire, de qua v. Benzinger ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie I, 1 p. 98 n. 4, sed aliud eiusdem nominis oppidum situm meridiem versus ab Hieromycete, duodecim milibus passuum orientem versus a Gadara, monuit Waddington. De hac urbe cf. Benzinger ibid. n. 5. Anno 218 et 198 ab Antiocho Magno capta est (Polyb. V, 71, 2. XVI, 39, 3. Iosephus Ant. XII, 136), a Nerone Agrippae II regi concessa (Ioseph. Bell. II, 252). 4 De Decapoli Palaestinae cf. Benzinger ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie IV, 2 p. 2415 n. 2. Urbes foederatae omnes praeter Scythopolin orientem versus ab Iordane flumine sitae erant, omnes iam Ptolemaeorum et Seleucidarum aetate civitates Graecae fuerant et, cum a Maccabaeis subactae essent, anno 62 a. Chr. n. libertatem a Pompeio receperunt, quare inde annos suos numerare consueverant. Plinius N. h. V, 74: *iungitur ei latere Syriae Decapolitana regio a numero oppidorum, in quo non omnes eadem observant, plurimum tamen Damascum epoto riguis amne Chrysorroa fertilem, Philadelphiam, Raphanam, omnia in Arabiam recedentia, Scythopolim —, Gadara, Hieromice praefluente, et iam dictum Hippon, Dion, Pellam aquis divitem, Galasam* (l. *Gerasam*), *Canatham.* Hic desideratur Abila, sed fluctuare numerum et aliquando plus quam decem civitates foederi interfuisse constat; quam Plinius primo loco commemorat Damascum, eam ab Iosepho ad Decapolin relatam esse non posse observat Benzinger, quandoquidem ille Bell. III, 446 dicat εἰς Σκυθόπολιν· ἡ δ' ἐστὶν μεγίστη τῆς Δεκαπόλεως, cum tamen Damascum Scythopoli multo maiorem fuisse certissimum sit. Apud Ptolemaeum V, 14, 18 p. 980, 1 quod recensetur oppidum Ἄβιλα (codd. Ἄβιδα et Ἀβίδα) sine controversia hoc est, quoniam p. 979, 2. 3 legimus Ἄβιλα ἐπικαλουμένη Λυσανίου. Sed non recte, si quid video, Benzinger utrumque oppidum a Ptolemaeo ad Decapolin referri dicit; etenim qui his duodeviginti oppidis praemittitur index p. 978, 4 sic se habet: Κοίλης Συρίας καὶ Δεκαπόλεως πόλεις αἵδε. Atque Abilam Lysaniae certe huius tituli aetate non in Decapoli fuisse plane ni fallor probatur ethnico Ἀβιληνὸς τῆς Δεκαπόλεως, quo suam patriam ab illo altero oppido cognomini discernere studet Agathangelus. 5 Aerae Seleucidarum annus quadringentesimus quadragesimus quintus est 133/4 p. Chr. n. 6 Mense Augusto a. 134 p. Chr. n. Cf. Ideler Handbuch der Chronologie I p. 431.

632 Basis, Palmyrae in templo Solis. Aeri incisum titulum ed. Wood Rud. Palmyr. p. 27 n. 5 (Philos. Transact. XLVIII p. 691 n. 5. Heeren Comment. soc. scient. Gotting. VII p. 51 n. 3. J. Franz C. I. G. 4489. Lebas-Waddington Inscr. III, 2589).

Νεσῆ Ἀλᾶ τοῦ Νεσῆ[1] τοῦ Ἀλᾶ τοῦ Ῥεφέλου | τοῦ Ἀρισσέου συνοδιάρχην[2] οἱ συναναβάν|τες μετ' α[ὐ]τοῦ ἔμποροι ἀπὸ Φοράθου[3] καὶ | Ὀλαγασιάδος[4] τειμῆς καὶ εὐχαριστείας ‖ ἕνεκεν, ἔτους γνυ'[5], μηνὸς Ξανδ[ικοῦ][6].

Litterae ΕΘ3ΠC. 1 Supra hunc titulum initium primi versus usque ad NEC redit, ita ut primo superiore loco incohatam inscriptionem, sed nescio qua de causa non perfectam esse appareat. 2 Mercatores, qui Palmyra per desertum ad sinum Persicum iter faciebant, ut nunc etiam in eiusmodi regionibus fieri solet, in collegia quaedam vel corpora (*caravanes*) congregabantur, quorum Graeca appellatio erat συνοδία (n. 633, 1. 638, 7. 646, 6); unicuique unus ex sociis, reliquorum suffragiis ut videtur electus, praeerat, qui hic n. 633, 5 συνοδιάρχης appellatur. Ad idem officium manifesto spectat appellatio ἀρχεμπόρων n. 646, 8. 3 Cf. Plin. Nat. hist. VI, 145: *deinde est oppidum, quod Characenorum regi paret, in Pasitigris ripa, Forat nomine, in quod a Petra conveniunt, Characemque* (n. 633[1]) *inde duodecim milia passuum secundo aestu navigant.* 4 Memorabilis in altera et tertia syllabis vocalis α, quia hanc nominis Parthici formam accuratissime ipsorum indigenarum pronuntiationem exprimere docent nummi cum inscriptione ΟΛΑΓΑΣΟΥ (Longpérier Num. des Arsacides p. 147), ut observavit Waddington. Quod contra apud scriptores altera syllaba ο, tertia αι vel ε habere solet, quae orthographia in recentioribus titulis Palmyrenis redit: Οὐολογ[α]ισιά[δο]ς 638, 5. Ὀλογεσιάδα 641, 4. 5. Oppidum commemoratur a Stephano Byzantio Βολογεσσιάς· πόλις πρὸς τῷ Εὐφράτῃ, ἐκ Βολογεσσοῦ βασιλέως ᾠκισμένη. τὸ ἐθνικὸν ὤφειλε Βολογεσσιεύς ὡς Ἀφροδισιεύς, ἀλλ' ἀνοίκειος ὁ τύπος τῇ χώρᾳ· λεκτέον οὖν Βολογεσσηνός. Ptolemaeus Geogr. V, 19 p. 1021, 11. 12 πρὸς δὲ τῷ Μααρσάρῃ ποταμῷ Οὐολγαισία. Ammian. Marc. XXIII, 6, 23: *in omni autem Assyria multae sunt urbes, inter quas Apamia eminet Mesene cognominata et Teredon et Apollonia et Vologessia hisque similes multae.* Unus Plinius N. h. VI, 122 Vologesocertam appellat ac nuper, i. e. saeculo p. Chr. n. primo, a Vologese rege conditam refert. Secundum tabulam Peutingerianam duodeviginti milibus passuum a Babylone distabat, quare recentiores fere eo loco, ubi postea Arabes oppidum *Kufa* condiderint, sitam fuisse opinantur. 5 I. e. anno 141/2 p. Chr. n. 6 Cf. n. 630[5].

---

633 Basis fracta supra cum duobus titulis, ex quibus hic Graecus in fronte, alter Palmyrenorum lingua conceptus in latere incisus est. Ed. W. H. Waddington ap. Lebas Inscr. III, 2590.

[--------- ἡ ἀπὸ Σπασί|νου] Χάρακος[1] συνοδία[2] βο[ηθή]|σαντα αὐτῇ παντὶ τρόπῳ διὰ | Ζαβδεάθους[3] Ζαβδέλα τοῦ || Ἰα[δδαίου] συνοδιάρχου[4] | ἔτους ςξυ´[5] μηνὸς Λώου[6].

Litterae ЄΖΘΞΠCѠ. Numeri senarii nota v. 6 ϛ est. 1 Cf. Syll.[2] 588[60]. Weissbach ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie III, 2 p. 2122 n. 10. Oppidum primo Alexandria, deinde ab Antiocho III Magno (cf. n. 231[4]. 233[48]) Antiochia appellatum, postea ab Hyspaosino vel, ut apud scriptores nomen sonare solet, Spasino caput regni ab eo conditi, quod ab hoc oppido Characene appellatur, constitutum, nobile praecipue Isidori geographi, qui Augusti aetate floruit, natalibus. Situm erat ad confluentes Tigridis et Eulaei, quem eundem ac Pasitigrin (hodie *Kârun*) esse demonstravit Andreas ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie I, 2 p. 1390 n. 13. In reliquis mercatorum Palmyrenorum titulis Vologesias et Phorath oppida commemorari solent; sed cf. Papers of the American school at Athens III p. 440 n. 639 [συν]οδιάρχῃ οἱ σὺν [αὐτῷ] ἀναβάντε[ς ἀπὸ] Σπασίνου Χάρ[ακος]. 2 Cf. n. 632[2]. 3 Waddington adnotavit, monumentum sepulcrale huius hominis eiusque familiae haberi apud Lebas Inscr. III, 2618: Τὸ κτίσμα τοῦτό ἐστιν αἰώνιος τειμή, τάφος· ἔκτισεν Ζαβδαάθης Ζαβδίλα τοῦ Ἰαδδαίου εἰς τειμὴν αὐτοῦ καὶ υἱῶν καὶ υἱωνῶν εἰς τὸ παντελές, μηνὶ Δείῳ τοῦ γπυ´ ἔτους (m. Novembre a. 172 p. Chr. n.). Quod in altera nominis filii syllaba inter α et ε, in media nominis patris inter ε et ι fluctuat scriptura, nihil miri habet. Cf. n. 616[2]. 4 Cf. n. 632[2]. 5 Annus aerae Seleucidarum quadringentesimus sexagesimus sextus 154/5 p. Chr. n. est. 6 Cf. n. 631[6]. Dedicatum igitur est hoc momentum mense Augusto anni 155 p. Chr. n.

---

634 Palmyrae in ara prope magnum fontem. Ed. Philosoph. Transactions XIX p. 103 (Muratori I p. CXVII, 2). Accuratius aeri incisum exhibet Wood Rud. Palmyr. p. 27 n. 6 (Philos. Transact. XLVIII p. 691 n. 6. J. Franz C. I. G. 4502. Lebas-Waddington III, 2571 *c*). Cf. quae adnotavit Ch. Clermont-Ganneau Recueil d'archéologie orientale II 1898 p. 1 sqq.

Διὶ[1] Ὑψίστῳ Μεγίστῳ Ἐπηκόῳ Βωλανὸς[2] Ζηνοβίου[3] | τοῦ

Litterae ЄΘΞΠCѠ. 1 Cf. n. 631[1]. 2 Cum Franzius hoc nomen ad deum Βῶλον (*Ba'al*) rettulisset, Waddington Romanum nomen *Bolanus* agnovit, quod in Vettiorum familia fuisset. Vettii Bolani consules fuerunt Neronis aetate (Prosopographia imp. Rom. III p. 411 n. 323) et a. 111 p. Chr. (ibid. n. 324). Alterius ex his piam memoriam causam fuisse cur homo Palmyrenus filio hoc nomen Romanum imponeret. 3 Cf. titulum honorarium Lebas-Waddington Inscr. III, 2586 Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος Ἀαιλάμειν Αἱράνου τοῦ Μοκίμου τοῦ Αἱράνου τοῦ Μαθθᾶ καὶ Αἱράνην τὸν πατέρα αὐτοῦ, εὐσεβεῖς καὶ φιλοπάτριδας καὶ παντὶ τρόπῳ φιλοτείμως ἀρέσαντας τῇ πατρίδι καὶ

Αἱράνου[4] τοῦ Μοκίμου τοῦ Μαθθᾶ, ἐπιμελητὴς | αἱρεθεὶς Ἔφκας πηγῆς[5] ὑπὸ Ἰαριβώλου τοῦ θεοῦ τὸν βω(μ)ὸ(ν)[6] | ἐξ ἰδίων ἀνέθηκεν, ἔτους δου'[7], μηνὸς Ὑπερβερεταίου[8] κ'.

τοῖς πατρίοις θεοῖς τειμῆς χάριν, ἔτους νυ' μηνὸς Ξανδικοῦ (m. Aprile a. 139 p. Chr. n.) et sepulcralem ibid. 2617 Ἀαιλάμεις [ὁ] καὶ Ζηνόβιος Αἱράνου Μοκίμου τοῦ Αἱράνου. 4 Nomen etiam in Odaenathi familia usitatum, sed frequentius quam ut hos homines confidenter ad eandem stirpem referre liceat. 5 Eiusdem fontis curator fere saeculo post commemoratur in inscriptione sermone et litteratura Palmyrenorum exarata, quam interpretatus est Clermont-Ganneau l. l. 6 ΒΩ, additis supra versum minore modulo litteris OI. 7 Anno 162/3 p. Chr. n. 8 Romanorum October. Cf. Ideler Handbuch der Chronologie I p. 430.

---

635 Palmyrae in porticu. In eodem lapide titulus lingua Palmyrenorum conceptus. Ed. W. H. Waddington ap. Lebas Inscr. III, 2595.

Ἡρώδην τὸν κ[αὶ] | Αἱράνην[1] Σοραίχου τοῦ | Αἱράνου τοῦ Ἀλαινῆ | Σεφφερᾶ[2] οἱ ἐγ γένους ‖ Ζαβδιβωλείων[3] τειμῆς | ἕνεκεν μηνὶ Δύστρῳ[4] τοῦ | ϙυ' ἔτους[5].

Litterae ЄΖСω. Numeri nonagenarii nota v. 7 Ϙ est. 1 Cf. n. 629[4]. 634[4]. 2 Inter Ἀλαινῆ et Σεφφερᾶ videtur τοῦ neglegentia omissum esse. 3 Ζαβδιβωλείους tribum civitatis Palmyrenorum esse statuit Waddington, neque negandum est persimile alius tribus nomen legi Lebas-Waddington Inscr. III, 2579 Μαθθαβωλίων φυλὴ Τί(τον) Φλά(ουιον) Κερεάλιον. At non neglegendum est illos tribum (φυλήν) dici, hos gentem (γένος). 4 Martius Romanorum. Cf. Ideler Handbuch der Chronologie I p. 430. 5 Anno 178/9 p. Chr. n.

---

636 Palmyrae in basi statuae. Ed. Philos. Transactions XIX p. 102 (Muratori II p. DCCXVIIII, 5. Wood Rud. Palmyr. p. 27 n. 7, qui adnotat hanc unam inscriptionem a se Palmyram pervestigante non visam esse. J. Franz C. I. G. 4506). Ex suo apographo W. H. Waddington ap. Lebas Inscr. III, 2592.

Μάρθειν Ἀλεξάνδρου τοῦ | καὶ Ἰαδῆ τοῦ Οὐαβαλλάθου[1] | τοῦ

Litterae ЄΘΞСω. Numeri nonagenarii nota v. 6 Ϙ est. 1 Cf. n. 630[3].

5 Συμώνου Σόραιχος Αἰράνου[2], | ἀνὴρ αὐτῆς, μνή||μης ἕνεκεν, μηνὶ Δύστρῳ[3] | τοῦ ϙυ' ἔτους[4].

2 Cf. n. 634[4]. 3 In Syrorum fastis hic mensis respondet Romanorum Martio. Cf. Ideler Handbuch der Chronologie I p. 430. 4 Annus Seleucidarum quadringentesimus nonagesimus 178/9 a. Chr. n. est.

---

637 Tabula cum anaglypho deum equo insidentem repraesentante. Parisiis in museo publico (*Louvre*). Ed. L. Heuzey Comptes rendus de l'acad. des inscriptions 1902 p. 192. Cf. quae de titulo disputavit Ch. Clermont-Ganneau ibid. p. 472 sqq. (Recueil d'archéol. orient. V 1903 p. 154 § 30).

Θεῷ Γεννέᾳ[1] Πατρῴῳ Μαζαββάνας[2] | καὶ Μᾶρκος υἱὸς αὐτοῦ ἀνέθηκαν | ἔτους ζφ'[3], μηνὸς Δύστρου[4].

Litterae ЄΖΘΘΠCω. 1 Dativum nominis divini hic agnoscit Heuzey, quem verum vidisse probabile est, etsi aliam interpretationis viam ingressus est Clermont-Ganneau, cum genetivum potius nominis viri nescio cuius hic haberi coniceret. Nempe per illas regiones haud infrequenter deos non propriis nominibus appellari, sed praecipuorum cultorum, ut Θεὸς Αὔμου, Θεὸς Οὐασεάθου, Θεὸς Ἀμέρου. Quodsi Genneam nescio quem Mazzabanae patronum fuisse statueremus, ex more indigenarum hunc illius deo anaglyphum dedicare potuisse. De collocatione provocat ad inscriptionem Lebas-Waddington Inscr. III, 2374 *a*, 3. 4 θεῷ Οὐ[α]σεάθου πατρῴῳ Θεανδρίῳ Ἰούλιος Πρόκ[λος]. Plane geminum hoc esse exemplum, nisi quod nomen dei proprium (Theandrius) adderetur; at idem omitti Lebas-Waddington III, 2374, qui titulus simpliciter finiatur vocabulis θεῷ Οὐασαιάθου ἐκ [τ]ῶν ἰδίων τειμῆς χάριν. Quae omnia perquam ingeniose et probabiliter disputata sunt, at certa non esse ipsum C.-G. non fugit. Etenim dativus divini nominis defenditur Damascii testimonio ab ipso C.-G. allato Vit. Isidor. 203; discrimen inter Γενναῖος et Γεννέας nullam praebet difficultatem, quandoquidem utique nomen barbarum Graecis litteris exaratum hoc est, qua in re persaepe fluctuatur (cf. n. 616[2]). Maioris momenti est, quod Damascius Gennaeum deum leonis figura dicit, qui Heliopoli in templo Iovis adoratus esset, cum hic deum humano corpore equo insidentem habeamus. Sed ipse Clermont-Ganneau coniecit origine illud nomen non fuisse nisi Solis quoddam epitheton, quod deinde in propriam dei appellationem abiisset, ideoque equitis effigiem fortasse componere licere cum appellatione ἔφιππον Ἥλιον, quae occurreret in titulo Asiae minoris apud Sterret Papers of the American school III p. 240 n. 371, 3. 2 Heuzey cum equitem anaglypho expressum Persico vestitu uti observasset, etiam eum qui dedicasset Iranicae nationis fuisse atque id ipsius nomine, quod manifesto cum Μαζάκης, Μαζάρης aliisque similibus cohaereret, prodi iudicavit. At Clermont-Ganneau monuit in Palmyrenorum titulis sermone

vernaculo exaratis perfrequens esse nomen *Mexabbana*, quod hic ad litteram Graece expressum haberemus. Qua re certissime definiri tituli originem, de qua Arabes, qui lapidem museo Parisino vendidissent, narrationes manifesto ficticias protulissent. Illam vero de anaglypho observationem, ut manifesto vera esset, ita huic originis definitioni neutiquam obstare, quia Palmyrenos in eiusmodi rebus vicinorum orientalium mores imitatos esse ex operibus artis Palmyrae inventis constaret. 3 Cum Heuzey lapidem Tyro Parisios pervenisse opinaretur, inter aeram Seleucidarum et Tyriorum ambiguus haerebat. At Clermont-Ganneau cum demonstrasset (not. 2) Palmyrenum esse, ne de annorum quidem numerandorum ratione quicquam dubii restare docuit. Annus vero Seleucidarum quingentesimus septimus est 195/6 p. Chr. n. 4 I. e. mense Martio 196 p. Chr. n.

---

638 Palmyrae in columna. Dextra tituli pars plane evanuit. Ed. J. R. S. Sterrett Papers of the American school at Athens III p. 442 n. 641.

Ἰαδδαῖον Θαιμ[ῆ τοῦ] | Μοκίμου τοῦ Γα[ββᾶ συνοδιάρχην[1]] | τῶν ἐμπόρων καὶ [β]ο[ηθήσαντα[2]] | αὐτοῖς πανταχοῦ [ἀπὸ Φοράθου[3]] ‖ καὶ Οὐολογ[α]ισιά[δο]ς[4] [καὶ ἀεὶ] | αὐτοὺς κουφίσα[ντα ἡ] | κατελθοῦσα συν[οδία τιμῆς] | χάριν ἔτους βκφʹ[5].

Litterae ЄΘʍΠCꞶ. 1 Cf. n. 632[2]. 2 KAICI. Supplevi coll. n. 633, 2. 3. καὶ σ[υνοδεύσαντα] Sterret. 3 Cf. n. 632[3]. 4 Cf. n. 632[4]. ΟΥΛΟΓΛΙ˜ ΙΛΙ' \ΙC St. in exemplari maiusculis litteris expresso, Οὐολογαισιά[δο]ς in minusculo, ita ut discerni non liceat, utrum initio huius nominis Οὐολογ- an Οὐλογ- in lapide sit. 5 Annus Seleucidarum quingentesimus vigesimus alter est 210/1 p. Chr. n.

---

639 Lapis inventus Copti (*Kuft*). Ed. Flinders Petrie Koptos p. 33 n. 54 tab. XXVIII n. 6. (Academy 1895 p. 134. Revue arch. Troisième sér. XXIX 1896 p. 408 n. 131. Ch. Clermont-Ganneau Recueil d'arch. orient. II 1898 p. 118 § 24).

Ἔτους κδʹ | τοῦ κυρίου | ἡμῶν Αὐτοκράτορος | Σεουήρου Ἀντωνίνου ‖ Εὐσεβοῦς Εὐτυχοῦς | Σεβαστοῦ[1], Ἐπεὶφ[2] κʹ, | θεῷ με-

Litterae ЄΘΞΠCYꞶ; versus tertii littera postrema Σ est. Vs. 1 nota numeralis linea horizontali a superiore parte traducta significatur. Vs. 12 P et H, deinde W et N ligatae. 1 Septimii Severi filius natu maior, qui volgo Caracalla appellatur. Imperii anni hic manifesto ab eo tempore (a. 193 p. Chr.) numerantur, quo pater Septimius Severus rerum potitus est. Nam

γίστῳ Ἱεραβ[ώ]||λῳ[3] Μ(ᾶρκος) Αὐρήλιος | Βηλάκαβος Ἱερᾶ⟨ι⟩[4] || οὐηξιλλάριος | Ἀδριανῶν Παλμ[υ]||ρη(ν)ῶν[5] Ἀντωνινιανῶ[ν[6]] | τοξοτῶν.

---

de anno quo filius Caesar appellatus (196 p. Chr.) aut quo Augusti nomine ornatus et in societatem imperii ascitus est (198 p. Chr.) cogitari nequit, quia sic viginti quattuor annorum intervallo ad tempora deduceremur quibus non iam superstes erat Antoninus. 2 Bisyllaba nominis forma antiquior, pro qua perraro ante principatus tempora etiam Ἐπιφί scriptum invenitur. Cf. U. Wilcken Gr. Ostraka I p. 809 n. 11. Mensis est Aegyptiorum undecimus, in illa anni forma, quae tum usitata erat, pertinens a vigesimo quinto m. Iunii die ad vigesimum quartum m. Iulii. Hoc monumentum igitur die 14. mensis Iulii a. 216 p. Chr. n. (cf. not. 1) dedicatum est. 3 Cf. n. 640, 15 cum not. 8. 4 ΙΕΗΑΙ lapis. Cum Hogarth ap. Flinders-Petrie Ἱερα(πολείτης) legisset, Clermont-Ganneau monuit, ipsum Belacabum haud ambigue v. 11. 12 se Palmyrenum significare. Adde quod manifesto hic versus ut reliqui omnes a dextra integer est. Paternae originis indicationem hic quaesivit C.-G., manifesto recte. Sed quod Ἱερα[ίου] scripsit, ne ipse quidem spatii eam rationem habuisse videtur quam debebat; neque enim plus quam quinque litterae hic fuerunt, ex quibus postremam iota mutum fuisse existimo perperam additum, ut illa aetate frequenter, et omnium quidem saepissime in similium genetivi et dativi formarum confusione, factum est. 5 Non utrumque epitheton ab imperatoris nomine derivatum numeri militum esse, sed coniungendum esse 'Antoninianorum sagittariorum qui sunt civitatis Hadrianorum Palmyrenorum' observavit Clermont-Ganneau. Nam cum ille imperator ipse Palmyram adiisset (Lebas-Waddington Inscr. III, 2585, 2 sqq. γραμματέα γενόμενον τὸ δεύτερον ἐπιδημ[ίᾳ] θεοῦ Ἀδριανοῦ) beneficiisque affecisset (cf. n. 629[92]), illud cognomen impositum est civitati. Cf. Steph. Byz. Πάλμυρα — τὸ ἐθνικὸν Παλμυρηνός· οἱ δ' αὐτοὶ Ἀδριανοπολῖται μετωνομάσθησαν ἐπικτισθείσης τῆς πόλεως ὑπὸ τοῦ αὐτοκράτορος. Inscr. Gr. Sic. et It. 971, 3 (Inscr. Gr. ad res Rom. pert. I p. 27 n. 45) Τ(ίτος) Αὐρ(ήλιος) Ἡλιόδωρος Ἀντιόχου Ἀδριανὸς Παλμυρηνός. In Aramaico tituli n. 629 exemplo civitas item appellatur *Hadriana Thadmor*. Cf. ibi not. 92. H. Dessau Hermae XIX p. 527 not. 2. Ceterum traditur ΠΑΛΜ. | ΡΝΙΩΝ. 6 ΑΝΤΩ ΝΙΝΙΑΝΩΙ. Recte Clermont-Ganneau concedit fieri quidem posse, ut Palmyrenorum civitati ad illud antiquum nomen Ἀδριανή novum accederet Ἀντωνινιανή (cf. n. 578, 5 Ἀλεξανδριανὴ [Σεουηρια]νὴ Ἀντωνειανὴ [Ἀδριανὴ] Τάρσος), sed tamen probabilius existimat hoc arcte cum τοξοτῶν coniungendum, ut permulta novimus huius generis cognomina honorifica corporibus et numeris militum imposita.

---

640 Palmyrae. Edd. Philosophical Transactions XIX p. 97 (Muratori T. II p. DLVIII, 1). Aeri incisum exhibet Wood Rud.

Palmyr. p. 27 n. 9 (J. Franz C. I. G. 4483). Ex suo apographo W. H. Waddington ap. Lebas Inscr. III, 2598.

Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος | Ἰούλιον Αὐρήλιον Ζηνόβιον[1] | τὸν καὶ Ζαβδίλαν δὶς[2] Μάλ|χου τοῦ Νασσούμου, στρατη||γήσαντα ἐν ἐπιδημίᾳ θεοῦ | Ἀλεξάνδρου[3] καὶ ὑπηρετή|σαντα παρουσίᾳ διηνεκεῖ | Ῥουτιλλίου Κρισπείνου[4] τοῦ | ἡγησαμένου[5] καὶ ταῖς ἐπιδη||μησάσαις οὐηξιλλατί(ω)σιν[6], ἀ|γορανομήσαντά τε καὶ οὐκ

Litterae ЄΖΘΜΞΠϹΩ. Vs. 16 nomen consulto deletum. 1 Cum propter nominum temporumque rationes, tum propter egregiam dignitatem, qua hunc hominem in civitate Palmyrenorum floruisse titulus docet, patrem Zenobiae illius nobilissimae reginae hic agnoscit Waddington, eo probabilius quia ipsius reginae monumentum honorarium n. 648 e regione huius lapidis collocatum fuerit. Non minus probabile vero mihi videtur, Iulium Aurelium Zebidam n. 641, 1 eiusdem cum hoc Zenobio familiae fuisse. 2 Post Ζαβδίλαν commate distinguit Franz, iniuria si quid video. Nam illa δίς, τρίς, τετράκις in originis significatione semper ad superius, non ad insequens nomen spectant. Ζαβδίλαν δὶς igitur idem est ac Ζαβδίλαν Ζαβδίλα, ut hunc Zenobium sive Zabdilam appareat patre usum esse Zabdila, avo Malcho, proavo Nassumo. Vix est quod moneam, Ζαβδίλας Arabicum; Ζηνόβιος Graecum nomen ex illo detortum esse, ut regina quae indigenarum sermone *Bat-Zabbai* nominabatur, Graece se Zenobiam appellavit. 3 Severus Alexander (a. 222—235 p. Chr. n.) cum hiemem 231/2 p. Chr. Antiochiae transegisset, proximo vere in Mesopotamiam ad bellum contra Persas gerendum profectus est, quo in itinere Palmyram attigit. Cf. P. Groebe ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie II, 2 p. 2536. θεὸς Ἀλέξανδρος hic recte de principe defuncto (cf. not. 12) dicitur. 4 Cf. Prosopogr. imp. Rom. III p. 147 n. 166. Eum legatum Augusti pr. pr. Thraciae fuisse item Severo Alexandro principe docet lapis miliarius in Thracia repertus Arch.-epigr. Mitth. aus Oesterreich XV 1892 p. 109 n. 65. Qui in Cod. Iust. V, 62, 10 *Idem* (i. e. Imperator Alexander) *A. Crispino* est anno 229 p. Chr., eundem fortasse esse adnotavit H. Dessau in Prosopographia. 5 Structuram paullo impeditiorem esse apparet. Nam si cum Dessauio (Prosopogr. l. l.) dativum ταῖς ἐπιδημησάσαις οὐηξιλλατίωσιν ab ἡγησαμένου pendere statuas, καί ineptissum est, sive 'et' sive 'etiam' interpreteris. Porro sic παρουσίᾳ διηνεκεῖ non poterit non genetivus temporis esse; sed cur longinquam fuisse Rutilii Crispini apud Palmyrenos commorationem narratur? Ne illud nude et absolute positum ὑπηρετήσαντα quidem caret offensione. Quae difficultates omnes vitantur, si Ῥουτιλίου Κρισπείνου τοῦ ἡγησομένου genetivum soloece pro dativo usurpatum et cum proximo dativo particula καί coniunctum intellegimus, παρουσίᾳ διηνεκεῖ vero dativo instrumentali de Zenobio, non de Rutilio dictum sumimus, ut sententia sit 'qui Rutilio Crispino exercitus duci et vexillationibus quae Palmyram venerant sine intermissione adfuit eisque utilem operam navavit'. 6 ΤΙΟϹΙΝ.

ὀλί|γων ἀφειδήσαντα χρημάτων | καὶ καλῶς πολειτευσάμενον | ὡς διὰ ταῦτα μαρτυρηθῆναι[7] || ὑπὸ θεοῦ Ἰαριβώλου[8] καὶ ὑπὸ Ἰου|λίου [Φιλίππου[9]] τοῦ ἐξοχωτά|του ἐπάρχου τοῦ ἱεροῦ[10] πραιτω|ρίου καὶ τῆς πατρίδος[11], τὸν φιλό|πατριν, τειμῆς χάριν. ἔτους δνφ'[12].

7 Dei testimonium vix aliter atque oraculo consulto impetratum esse potest. Wadd. 8 Idem deus nominis forma paullo magis ad Graecorum morem accommodata Ἱεράβ[ω]λος appellatur n. 639, 7. 8. In titulo Dacico (C. I. Lat. III, 1108, 1. 2) *Deo Soli Hierobolo* legi adnotavit Waddington. 9 Philippus eo ipso anno, quo haec incisa sunt, praefectus praetorii nominatus est, versabaturque tum in oriente una cum Gordiano imperatore. Wadd. Cum rerum potitus et brevi occisus esset, eius nomen et hic et in multis aliis titulis deletum est. 10 Cf. n. 565[10]. Syll.[2] 415[1]. 11 Hoc pendere a μαρτυρηθῆναι ὑπό vix est quod moneatur. 12 Annus aerae Seleucidarum quingentesimus quinquagesimus quartus est 242/3 p. Chr. n.

641 Palmyrae. Ed. Philosophical Transactions XIX p. 93 (inde Muratori T. II p. DCCVIII, 7). Accuratius aeri incisum exhibet Wood Rud. Palmyr. p. 27 n. 10 (Philos. Transact. XLVIII p. 691 n. 10. J. Franz C. I. G. 4490). Ex suo apographo W. H. Waddington apud Lebas Inscr. III, 2599.

Ἰούλιον Αὐρήλιον Ζεβείδαν | Μοκίμου τοῦ Ζεβείδου | Ἀσθώρου Βαιδᾶ οἱ σὺν αὐτῷ | κατελθόντες εἰς Ὀλογεσι||άδα[1] ἔνποροι ἀνέστησαν ἀρέ|σαντα αὐτοῖς, τειμῆς χάριν, | Ξανδικῷ[2] τοῦ ηνφ' ἔτους[3].

Litterae ΕΖΘΜΧϹΩ. 1 Cf. n. 632[4]. 2 Cf. n. 630[5]. 3 Annus aerae Seleucidarum quingentesimus duodesexagesimus est 246/7 p. Chr. Hoc igitur monumentum dedicatum mense Aprile a. 247 p. Chr. Cui aetati perbene convenit duplex nomen gentile *Iulius Aurelius* ab homine indigena gestum. Nempe post Antonini Caracallae constitutionem de civitate Romana omnibus liberis hominibus in imperio Romano danda (212 p. Chr.) non modo qui ea ad id tempus caruerant nomen Aurelium gesserunt, sed etiam in eis familiis, quae iam antea civitate donatae alio nomine utebantur, frequenter illud huic adiunctum esse tituli demonstrant.

642 Palmyrae in epistylio mausolei. Ed. Philosophical Transactions XIX p. 88 (Muratori T. II p. DCCXLIV, 3). Aeri incisum exhibet Wood Rud. Palmyr. p. 29 n. 26 (J. Franz C. I. G. 4507.

A. von Sallet Die Fürsten von Palmyra p. 6). Ex suo apographo W. H. Waddington ad Lebas Inscr. III, 2621. Cf. quae adnotavit Th. Mommsen Hist. Rom. III p. 427 not. 2. 3. p. 436 not. 2.

Τὸ μνημ(ε)ῖον τοῦ ταφεῶνος[1] ἔκτισεν ἐξ ἰδίων Σεπτίμιος Ὀδαίναθος[2] ὁ λαμπρότατος συνκλητ[ικός[3],] | Αἱράνου Οὐαβαλλάθου τοῦ Νασώρου, αὐτῷ τε καὶ υἱοῖς αὐτοῦ καὶ υἱωνοῖς εἰς τὸ παντελὲς αἰώνιον τειμήν.

Litterae ϵΘⲘΞΠϹω. 1 Cf. Syll.[2] 909[2]. 2 Hominem ex familiae nobilissimi illius principis Palmyrenorum hunc esse nominum Ὀδαίναθος, Αἱράνης, Οὐαβάλλαθος in eadem stirpe coniunctio (cf. n. 643. 647. 649) et nomen gentile Σεπτίμιος docent. Ac fuerunt quidem homines docti, veluti Halleyus, qui ipsum Zenobiae maritum hic agnoscerent. Sed merito Franzius, Waddingtonus, Mommsenus ab iis dissenserunt. Nam ut concedo, non omnia argumenta quae in eam partem prolata sint satis firma esse, sic unum quidem rem conficere mihi videtur. Nempe cum n. 643, 1 videamus iam Septimium Haeranem, qui utique ante illum nobilissimum Odaenathum rerum potitus est, principem (ἔξαρχον) Palmyrenorum appellari, nullo modo credibile est, successorem eius nudo senatoris (συγκλητικός) nomine contentum fuisse. Iam Franzius quidem et Waddingtonus hunc Odaenathum Haeranis f. patrem, Haeranem v. 643, 1 vero fratrem natu maiorem coniugis Zenobiae fuisse statuunt. Qua a quaestione sane Waddingtoni interpretatio narrationis apud continuatorem Dionis fr. 7 procul habenda est. Nam qui illic interfectus esse dicitur Odaenathus natu maior, eum non patrem mariti Zenobiae esse, sed ipsum, eius filium vero perperam Odaenathum minorem dici, cum potius Vaballathus Athenodorus (n. 647, 7) intellegendus esset, accommodatissime ad persuadendum disputavit Mommsen. Sed ea re minime evertitur aut debilitatur Franzii sententia de parentelae rationibus. Immo fieri posse ut is recte iudicaverit nemo facile negabit; sed etiam probabilior est Mommseni coniectura, huius tituli Odaenathum non patrem, sed avum paternum, Haeranem n. 643, 1 non fratrem natu maiorem, sed patrem illius nobilissimi hominis fuisse. Nam haec quidem ratio alternatione nominum quae sunt Ὀδαίναθος et Αἱράνης magnopere commendatur. Septem igitur novimus huius generosissimae Palmyrenorum familiae aetates: Nasores — Vaballathus I — Haeranes I — Odaenathus I — Haeranes II — Odaenathus II — Vaballathus II Athenodorus. Iam Odaenathum natu maiorem senatorem fuisse hic videmus, civitatem Romanam, quippe quam haec stirps Septimio Severo (193—211 p. Chr. n.) acceptam retulerit, aut illius pater Haeranes I aut avus paternus Vaballathus I primus habuisse videtur. 3 Et Odaenathus I et eius filius Haeranes II senatores fuerunt, sed ad consularem dignitatem ex hac familia primus pervenit Odaenathus II; cf. titulum Lebas Inscr. III, 2602 Σεπ[τίμιον Ὀδαίναθον] | τὸν λαμ[πρότατον ὑπατικ]όν κτλ. cum Waddingtoni commentario, qui iure si quid video in medio relinquit, utrum Odaenathus re vera consul suffectus fuerit, an ornamenta consularia modo ab imperatore

acceperit. Item filius et successor eius Vaballathus II Athenodorus in nummis ὑ(πατικός) appellatur. Cf. n. 647[7].

---

643 Palmyrae. Primum in duos titulos (A v. 1—3, B v. 4—9) divisum ed. Philosophical Transactions XIX p. 99 (Muratori T. II p. DCCXLIV, 2). Aeri incisum habet Wood Rud. Palmyr. p. 27 n. 11 (Philos. Transact. XLVIII p. 691. Partem B iterum exhibet Muratori T. II p. DCCLXXXIX, 2, totum titulum J. Franz C. I. G. 4491. 4492. A. von Sallet Die Fürsten von Palmyr. p. 6). Ex suo apographo W. H. Waddington ap. Lebas Inscr. III, 2600.

Σεπτίμιον Αἱράνην Ὀ|δαινάθου[1], τὸν λαμπρό|τατον συνκλητικόν[2], | ἔξα[ρχον[3] Παλμυ]ρηνῶν, ‖ Αὐρήλι[ος Φιλῖνο]ς [Αὐ]ρ(ηλίου) Ἡλι|οδώρου [υἱός,] στρατιώ|της λεγ[εῶνος γ' Κυρηνα]ϊκῆς[4], τὸν | πάτρωνα, τειμῆς καὶ εὐχα|ριστίας χάριν, ἔτους γξφ'[5].

Litterae ϵΘⲘⲜΠCⲰ. 1 Cf. n. 642[2]. 2 Cf. n. 642[3]. 3 In titulo Palmyrenorum sermone composito, qui in eodem lapide est, pro hac voce Graeca legitur *resch Thadmor*, i. e. princeps (proprie 'caput') Palmyrae. Patriae urbis regimen igitur Odaenathus ille nobilissimus iam a patre Haerane hereditatis iure acceperat, cum reliquae eius opes per Syriam ab ipso demum bello contra Persas fortissime et felicissime gesto partae sint. 4 Cf. n. 205[1]. 5 Anno 251/2 p. Chr. n.

---

644 Palmyrae. Ed. Philosophical Transactions XIX p. 100 (Muratori T. II p. DCCLXI, 6). Wood Rud. Palmyr. p. 29 n. 14 (Philos. Transact. XLVIII p. 691 n. 14. J. Franz C. I. G. 4495). Accuratissime ex suo apographo W. H. Waddington ap. Lebas Inscr. III, 2604.

Αὐρήλιον Οὐορώδην[1], | ἱππικὸν[2] καὶ βουλευτὴν | Παλμυρηνόν, Βηλά|καβος Ἀρσᾶ τὸν φί‖[λον τ]ειμῆς χάριν. | ἔτους οφ'[3].

Litterae ϵΠCⲰ. 1 Homo sine dubio nescio quo necessitudinis vinculo coniunctus cum Septimio Vorode (n. 645 1) ideoque ipse quoque magnae in civitate Palmyrenorum dignitatis. Cum in nomine gentili antiquiora apographa dissentirent, Woodianum vero, accuratissimum ex illis, .ΥΠΙΛΙΟΝ haberet, haud inepte Franzius [Ῥο]υπίλιον reposuit; sed Waddingtoni testimonio Αὐρήλιον potius in lapide esse constat. Videtur igitur eiusdem nobilis familiae Palmyrenorum altera stirps iam a Septimio Severo civitatem accepisse, altera anno 212 p. Chr. demum illa nobilissima Caracallae

constitutione. 2 Cf. n. 495[6]. In titulis Palmyrenorum sermone compositis ubique *hippikâ* exaratum esse, sive in exemplari Graeco ἱππικός sive ἱππεὺς Ῥωμαίων haberetur, Waddingtonus observavit. Confudisse igitur barbaros haec quae in Graeco sermone discreta essent; etenim ἱππεύς quidem *equitem Romanum* significare, ἱππικός vero *virum egregium*, qua de re provocat ad L. Renieri disputationem Mélanges d'épigraphie p. 217. Sed hoc totum discrimen perquam dubium est, quia inveniuntur etiam exempla vocis ἱππικός antiquiora quam ut illa interpretatio eis adhiberi possit. 3 Anno 258/9 p. Chr. n.

---

645 Palmyrae. Ed. Philosophical Transactions XIX p. 98 (Muratori T. II p. DCCXLIV, 1). Accuratius aeri incisum habet Wood Rud. Palmyr. p. 29 n. 17 (Philos. Transact. XLVIII p. 691 n. 17. J. Franz C. I. G. 4498). Ex suo apographo W. H. Waddington ad Lebas Inscr. III, 2609. Cf. quae de titulo disputavit Th. Mommsen Hist. Rom. V p. 434 not. 1.

Σεπτίμιον Οὐορώδην[1], | τὸν κράτιστον ἐπίτρο|πον Σεβαστοῦ δου|κη|νάριον[2] καὶ ἀργαπέτην[3], ‖ Ἰούλιος Αὐρήλιος Σάλμης | Κασσι-

---

Litterae ЄΞΠCMω. Postremus versus utrimque singulis ornamentis folioli similibus circumdatus. 1 Eiusdem hominis sex exstant tituli honorarii (praeter hunc et n. 646 Lebas-Waddington Inscr. III, 2606. 2607. 2608. 2610), ex quibus antiquissimus (Lebas III, 2607) mense Decembre a. 262 p. Chr. n., recentissimi (hic et Lebas III, 2610) mense Aprile a. 267 p. Chr. n. incisi sunt (cf. not. 4. 5). Qui ut nonnullis in rebus discrepant (cf. not. 3) sic in universum tamen argumentum idem habent. Apparet ex eis, per tempora potentiae Odaenathi haud exiguam Septimii Vorodis auctoritatem fuisse Palmyrae. Tamen rectissime Mommsenus oblocutus est Sachauio, qui hunc Vorodem filium ipsius Odaenathi esse statuit una cum patre caesum. Nam in narratione de hac re (Scr. hist. Aug. Trig. tyranni c. 15) filius Herodes dicitur, id vero aliud nomen esse ac Vorodes luculentissime demonstravit Mommsen adhibito titulo Palmyreno Lebas III, 2610, 1. 8, ubi utrumque legitur. Deinde vero cum non modo Odaenathus illius Herodis pater, sed iam Haeranes avus (n. 643, 2) et Odaenathus proavus (n. 642, 2. 3) senatores fuerint, ipsum Herodem senatorii ordinis fuisse manifestum est, hic Vorodes vero procurator fuit, quod officium equitis Romani, non senatoris esse nemo ignorat. Fieri potest, ut necessitudine nescio qua cum Odaenatho coniunctus fuerit, sed certe nomen gentile Σεπτίμιος nihil probat, nisi utriusque maiores civitatem Romanorum beneficio Septimii Severi impetrasse. 2 Plures erant ordines procuratorum, quae summa salarii distinguebantur, *sexagenarii*, *centenarii*, *ducenarii*, *trecenarii*. Cf. Marquardt Röm. Staatsverwaltung I p. 558. Ceterum hac procuratione Vorodes per quinquennium aut adeo longius spatium functus est, quoniam haec quidem in

νοῦ τοῦ Μαεναίου, | ἱππεὺς Ῥωμαίων, τὸν φίλον | καὶ προστάτην, ἔτους ηοφ΄[4], | μηνεὶ Ξανδικῷ[5].

---

omnibus eius titulis (not. 1) perinde recensetur. 3 In exemplo lingua indigenarum composito *argabeṭâ* legitur, media *b* pro tenui *p* substituta secundum illam proprietatem linguarum Iranicarum, de qua dixi n. 4[9]. 391[7]. 432[3. 6]. 434[3]. Nam Persicam origine esse vocem cum iam complures homines docti suspicati essent, luculentissime demonstravit Th. Nöldeke Ztschr. der d. morgenländ. Gesellschaft XXIV 1870 p. 107; composita est ex *arg* (arx) et *pati* (dominus). Eam illo ipso tempore, quo in titulis Palmyrenis inveniretur, etiamtum apud ipsos Persas usitatam fuisse Ibn-al-aṭîri I, 273, 7, 9 testimonio probavit N. Ceterum etiam apud Iudaeos in usu fuisse hanc ut alias Persicae originis voces doctissime demonstravit M. A. Levy Ztschr. der d. morgenl. Ges. XVIII 1864 p. 90, cum e Talmude Babylonico *arqapethâ*, ex Hierosolymitano *arqabethâ* (vides hic quoque fluctuari inter mediam et tenuem) ex Veteris Testamenti versione Syriaca (*Targûm*) *alqapethâ* afferret. Cum nomen dominum arcis vel oppidi significet, sine dubio verum vidisse existimandus est Mommsenus, qui oppidi Palmyrae principatum (ἔξαρχος Παλμυρηνῶν, *resch Thadmor* n. 643, 4) Odaenathum cum iam late patens regnum sibi parasset, non amplius ipsum exercere potuisse aut voluisse, sed ei administrationis parti Septimium Vorodem praefecisse coniceret. Quando id factum sit, aliquatenus definiri licet. Neque enim ad casum referendum est, quod ex eis Vorodis titulis, in quibus temporis nota aetatem tulit, antiquissimi Lebas III, 2607 (m. Decembre 262 p. Chr. n.). 2606 (m. Aprile 263 p. Chr.) hac appellatione etiamtum carent, cum recentiores (praeter hunc Lebas III, 2608, 4, m. Aprile 265 p. Chr. et III, 2610, 4, m. Aprile 267 p. Chr.) eam habeant. Apparet igitur, inter ver anni 263 et idem anni 265 p. Chr. tempus Odaenathum Vorodi regimen urbis Palmyrae mandavisse. Tum ipsum vero illas egregias res contra Persas gessit Palmyrenorum princeps, quae non poterant non avocare eum a cura quotidiana rerum publicarum civitatis. 4 Annus est 266/7 p. Chr. n. 5 Mensis sextus anni Macedonici ab aequinoctio auctumnali incipientis. In Syriacis aetatis Romanae fastis respondebat Aprili Iuliano (Ideler Handbuch der Chronologie I p. 430). Ceterum eiusdem et anni et mensis alius est Vorodis titulus ap. Lebas Inscr. III, 2610, plane geminus huius, nisi quod dedicationis auctor illic appellatur Ἰούλιος Αὐρήλιος Σεπτίμιος Ἰάδης ἱππικός, Σεπτιμίου Ἀλεξάνδρου τοῦ Ἡρώδου ἀπὸ στρατ(ε)ιῶν (*a militiis equestribus*, v. Waddington).

---

646 Palmyrae. Ed. Philosophical Transactions XIX p. 99 (Muratori T. II p. DLXI, 1). Aeri incisum exhibet Wood Rud. Palmyr. p. 29 n. 18 (Heeren Comment. soc. scient. Gotting. VII 1832 p. 48. J. Franz C. I. G. 4485). Ex suo apographo W. H. Waddington ap. Lebas Inscr. III, 2606 *a* (Textus errore n. 2583 signatus).

Ἡ βουλ[ὴ καὶ ὁ δῆ]μος | Σεπτίμ[ιον Οὐορώδην[1],] τὸν κρά|τιστον ἐ[πίτροπον] Σεβαστοῦ | δουκην[άριον[2], δι]κ(αι)οδότην[3] ‖ τῆς μητ[ροκολω]νείας[4] καὶ ἀ|νακομίσαν[τα τ]ὰς συνοδίας[5] | ἐξ ἰδίων καὶ μαρτυρηθέντα | ὑπὸ τῶν ἀρχεμπόρων[6], καὶ | λαμπρῶς στρατηγήσαντα καὶ ‖ ἀγορανομήσαντα τῆς αὐτῆς | μητροκολωνείας, καὶ πλεῖστα | οἴκοθεν[7] ἀναλώσαντα καὶ ἀρέσαν|τα τῇ τε αὐτῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ | καὶ νυνεὶ λαμπρῶς συμποσίαρ‖χον τῶν το[ῦ θεοῦ][8] Διὸς Βήλου ἱε|ρέων, ἁ[γνείας καὶ] τειμῆς ἕνε|κεν· ἔτ[ους[9] --, μην]εὶ Ξανδικῷ[10].

Litterae ΕΘΜΣΞΠCΩ. 1 Cf. n. 645[1]. 2 Cf. n. 645[2]. 3 ΚΕΟ ΔΟΤΗΝ. Ab illo officio, quod in tribus aliis Vorodis titulis (cf. n. 645[3]) nomine Persico ἀργαπέτης indicatur, hoc re non diversum fuisse probabiliter existimat Mommsen, quod propter tempus tituli alicuius momenti est. Nam vidimus annis 262 et 263 p. Chr. Vorodem ea dignitate etiamtum caruisse, quia tum etiam Odaenathus ipse principatum patriae urbis gereret, contra annorum 265 et 267 p. Chr. monumenta tria epigraphica illam Persicam denominationem habere. Quod si Mommsenus verum vidit, his potius quam illis tempore aequalem iudicabimus hunc titulum. Sane is eo quoque nomine a reliquis eiusdem hominis omnibus discrepat, quod etiam ante gestorum honorum municipalium mentionem facit v. 9—11 et prolixior est in Vorodis erga patriam civesque beneficiis enumerandis. At nescio quem simplicem magistratum municipalem nomine δικαιοδότης indicari incredibile est cum propter locum qui ei in titulo concessus est, tum propter ipsam vocabuli naturam, quod perfrequenter de provincialibus Romanorum magistratibus, sed nusquam quod sciam de eis quos civitates Graecae suffragiis aut sorte sibi eligere solebant usurpatur, ut extraordinariam eandemque perpetuam potestatem principis Palmyrae interpretari praestet. 4 Colonia Palmyra appellatur in eiusdem Septimii Vorodis titulo Lebas Inscr. III, 2607, 4. 5 στρατηγὸς τῆς λαμπροτάτης κολωνείας. Compositum sane sine exemplo est, sed manifesto significat coloniam, quae simul metropolis (Palmyrenes) sit. Similiter formatum nomen μητροκωμία habes n. 609, 4. 5. 33. 34. 5 Cf. n. 632[2]. 6 Qui praesunt collegiis mercatorum una iter facientium (συνοδίαις). Eos igitur eosdem esse cum synodiarchis apparet. Vorodes non synodiarcha est, sed ni fallor militum praesidio suis impensis conducto illis securitatem itineris praestitit. Nam ipsum itinera una cum eis fecisse si quid video in illo ἀνακομίσαντα τὰς συνοδίας ἐξ ἰδίων non necessario inest neque credibile est eum per officiorum gravissimorum tempora per tantum temporis spatium Palmyra abesse potuisse. 7 De sua pecunia. Cf. Syll.[2] 409, 7. 15. 737, 151. 8 Post ΤΩΝ Waddington adnotat se dispicere sibi visum esse ΤΟΚCCCΑ, sed adeo haec detrita esse ut praeter duas primas litteras ΤΟ nihil certi agnosceretur. Emendare conatus sum. Ductus CCC litterarum maxima ex parte evanidarum ΘΕΟ reliquias esse profecto non incredibile est, etiam Α et Κ pro Υ lectum haud

improbabile, quandoquidem linea obliqua ʹ his tribus litteris communis est. 9 Inter annum quingentesimum septuagesimum quintum (263/4 p. Chr.) et quingentesimum duodeoctogesimum (266/7 p. Chr.) aerae Seleucidarum haec incisa esse apparet ex eis quae disputata sunt not. 3. 10 Cf. n. 645[5].

---

647 Truncus columnae, ad partem rivi *Wadi-Fidar* meridiem versus a Byblo Phoenices. Edd. ex Abekeni et Thompsoni exemplis W. Henzen Bullettino dell' inst. arch. Rom. 1847 p. 124. Ex suo apographo G. Wilkinson Numismatic Chronicle IX (1847) p. 128 (J. Franz C. I. G. II Add. p. 1174 n. 4503 *b*). Krafft, Topographie Jerusalems tab. II n. 25 (W. H. Waddington ap. Lebas Inscr. III, Explication des inscr. p. 604 ad n. 2611). Aliud exemplum, in universum quidem minus accurate confectum, exhibet R. Lepsius Denkmäler aus Aegypten und Aethiopien XII p. 100 n. 588; quod Wilckenus haud improbabiliter coniecit Abekeni, Lepsii in illo itinere comitis, apographum esse idem quod etiam Henzeno praesto fuit. Cf. quae adnotaverunt A. von Sallet Die Fürsten von Palmyra p. 42. U. Wilcken Ztschr. für Numismatik XV 1887 p. 330 sqq.

[---------- | --------, ὑ]π[άτῳ,] | ἀνθυπάτ[ῳ, πατρὶ πατρίδος,] |
ἀνεικήτῳ Σεβαστῷ[1] | καὶ Σεπτιμίᾳ[2] Ζηνοβίᾳ[3] ‖ Σεβαστῇ[4], μη-

---

Litterae ЄΖꙈΘΠϹѠ. 1 Imperator aut Claudius est aut Aurelianus. Utique non recentior titulus eo tempore, quo Vaballathus iam ab Aureliano defecit et semet ipsum Augustum appellavit. Iam Wilckenus ex papyro musei Berolinensis, Lβʹ τοῦ κυρίου ἡμῶ[ν Αὐ]ρηλιανοῦ Σεβ[α]στοῦ καὶ εʹL τοῦ κυρίου ἡμῶν Σεπτιμίου Οὐαβαλλάθου Ἀθηνοδώρου — Μεχεὶρ κςʹ collegit die 20. m. Februarii 271 p. Chr. non modo Aegyptum etiamtum in potestate Vaballathi fuisse, sed etiam hunc principem etiamtum in fide Aureliani Augusti permansisse. Iam cum nummi Aegyptii eiusdem quinti Vaballathi anni exstent, in quibus Aureliani nomen taceatur et ipse Vaballathus se Augustum nuncupet, hos manifesto post Februarium anni 271 p. Chr. cusos, Aegyptum vero non ante initium auctumni anni 271 p. Chr. a Probo recuperatam esse, ut iam A. v. Sallet Die Fürsten von Palmyra p. 71 coniecisset. Itaque quin inter Odaenathi necem (266/7 p. Chr.) et ver anni 271 p. Chr. hic titulus exaratus sit, nulla ex parte dubium est. 2 Si recte Iulius Aurelius Zenobius n. 640, 2 Zenobiae pater existimatur, exspectaveris filiam quoque *Iuliam Aureliam* potius quam *Septimiam* appellari, idque haud mediocriter confirmatur nummis Aegyptiis Vaballathi; nam in eis quin recte A. von Sallet Die Fürsten von Palmyra p. 28 litteras ΙΑϹΟΥΑΒΑΛΛΑΘΟϹ, de quibus antiquiores plane ridiculas hariolationes in medium protulerant, Ἰ(ούλιος) Α(ὐρήλιος) Σ(επτίμιος) Οὐαβάλλαθος interpretatus sit, nemo sanus dubitare potest; vides igitur illum paternae et maternae gentis nominibus

τρὶ τοῦ | ⟨του⟩ [5] ἀηττήτου [Αὐτο]|κράτορος [6] Οὐαβαλλά[θου] | Ἀθηνοδώρου [7].

---

coniunctis usum esse. Quare sic cum Salleto statuendum est: Superstite marito Odaenatho Zenobia se Iuliam Aureliam appellavit. Sed illo defuncto quo clarius indicaret se illius gloriosum imperium continuare, quodammodo in eius familiam se adoptavit. Nam eam ipsius coniugis testamento, ut Liviam ab Augusto, adoptatam esse propter repentinum et violentum Odaenathi mortis genus minus probabile est. 3 Cf. Prosopogr. imp. Rom. III p. 217 n. 355. Quod Zenobia hic non regina (βασίλισσα) appellatur, ut n. 648, 2. 649, 4, non temporis, sed loci diversitate explicatur. Nam illi quidem Palmyreni sunt tituli, hic in Phoenice repertus. Apparet igitur regium nomen in Odaenathi stirpe proprie non referri nisi ad ipsam patriam Palmyram. 4 Quo tempore Vaballathus filius, cuius nomine Zenobia regnabat, etiamtum Augusti nomine carebat et in fide Claudii vel Aureliani erat, matrem iam Augustam vocari mireris. Sed recte Mommsenus observat, magnum intercedere discrimen, quoniam *Augustus* imperii et potestatis, *Augusta* vero meri honoris nomen sit, quod ei penes quam non summum rerum Romanarum arbitrium esset tribui nihil habeat insoliti. 5 Cum [Σεβασ]τοῦ supplevissent antiquiores, id redarguit Waddington. Ipse [δεσπό]του scripsit, sed etiam λαμπροτάτου, κρατίστου, μεγίστου bene se habere concessit. At Wilckenus cum exemplum Lepsianum (cf. lemma), utut reliquis in rebus corruptum esset, tamen manifesto accuratiorem versuum dispositionis imaginem quam reliqua exhibere observasset, praefracte negavit, post τοῦ v. 5 extr. quicquam amplius scriptum fuisse. Non igitur in supplendo elaborandum, sed simpliciter statuendum esse articulum lapicidae socordia repetitum. 6 Vaballathi nummi exstant cum in Aegypto cusi cum inscriptionibus Graecis, tum Syrii Latine inscripti. Atque in illis quidem ὑ(πατικὸς) α(ὐτοκράτωρ) σ(τρατηγὸς) Ῥω(μαίων), in his *v(ir) c(larissimus) r(ex) im(perator) d(ux) R(omanorum)* scriptum est. Nam quae Salleti Mommsenique doctrina et sagacitas ex compendiaria nummorum scriptura elicuit, ea luculentissime confirmata sunt a Wilckeno testimonio papyri Berolinensis (not. 1) ubi totidem litteris scripta habes τοῦ κυρίου ἡμῶν Σεπτιμίου Οὐαβαλλάθου Ἀθηνοδώρου τοῦ λαμπροτάτου βασιλέως αὐτοκράτορος στρατηγοῦ Ῥ(ω)μαίων. Augusti nomen igitur tum demum assumpsit, cum vere aut aestate anni 271 p. Chr. Aureliani imperatoris fidem exueret (not. 1). 7 Apud scriptores uno loco huius Odaenathi filii mentio fit, Script. hist. Aug. Vita Aureliani 38: *hoc quoque ad rem pertinere arbitror Babalati filii nomine Zenobiam, non Timolai et Herenniani imperium tenuisse, quod tenuit.* Hac observatione impugnari narrationem quae in aliis eiusdem collectionis vitis occurrit (Gallien. 13: *tum Zenobia uxor eius, quod parvuli essent filii eius qui supererant Herennianus et Timolaus, ipsa suscepit imperium.* Triginta tyranni 15. 17. 24. 30. Claudius 17. Probus 22) luce clarius est. Neque vero, id quod nonnulli homines docti existimaverunt, tres fuisse Odaenathi filios ex Zenobia, sed ex eis non Herennianum et Timolaum, quippe qui aetate minores essent, sed Vaballathum successisse patri biographus Aureliani indicat, sed

negat omnino Herennianum et Timolaum fuisse, idque recte ni fallor. Neque enim similitudo quae inter nomen in illa stirpe usitatum Αἱράνης (n. 643, 1) et Latinum *Herennianus* intercedit, sufficere mihi videtur ad fidem faciendam nugacissimorum scriptorum narratiunculis. Vaballathi regni ex nummis novimus annos quinque, 267—271 p. Chr. In titulis et nummis modo duplex nomen occurrit, modo unum Graecum Ἀθηνόδωρος, quod non soni similitudine, sed notione imitatur barbarum, quippe cuius altera pars manifesto sit nomen deae Arabum, quam iam Herodotus I, 131. III, 8 indigenarum sermone Ἀλιλάτ vocatam testatur; ille sane cum Graecorum Venere Urania, non cum Minerva eam comparat, sed in eiusmodi rebus variari non mirum est.

---

648 Palmyrae in parte orientali porticus magnae in columna. Edd. de Vogüé Bulletin archéol. de l'Athénaeum français 1855 p. 35. Ex suo apographo W. H. Waddington apud Lebas Inscr. III, 2611.

Σεπτιμίαν Ζηνοβίαν, τὴν λαμ|προτάτην εὐσεβῆ βασίλισσαν[1], | Σεπτίμιοι Ζάβδας[2] ὁ μέγας στρα|τηλάτης[3] καὶ Ζαββαῖος[4] ὁ ἐνθάδε ‖ στρατηλάτης[5], οἱ κράτιστοι, τὴν | δέσποιναν, ἔτους βπφ΄[6], μηνεὶ Λῴῳ[7].

Litterae ЄΖΘΜΠϹꞶ. In eodem lapide titulus eiusdem argumenti vernacula Palmyrenorum lingua scriptus (de Vogüé Inscr. Palm. n. 29). 1 Cf. n. 647[3]. Eodem mense etiam Odaenathi tum pridem defuncti monumentum ab eisdem duobus ducibus dedicatum est, sed eius titulus Palmyrenus Graeca interpretatione caret; editus est a de Vogüé Inscr. Palmyr. n. 28 (cf. Waddington ad Lebas Inscr. III Expl. p. 601). 2 Cf. Inscr. I, 44, 1: τῶν Σκυθῶν τοίνυν, ὡς διεξῆλθον, ἐσκεδασμένων καὶ τὸ πολὺ μέρος ἀποβαλόντων μειζόνων ἐφιεμένη ἡ Ζηνοβία πραγμάτων Ζάβδαν ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον ἐκπέμπει, Τιμαγένους ἀνδρὸς Αἰγυπτίου τὴν ἀρχὴν τῆς Αἰγύπτου Παλμυρηνοῖς καταπραττομένου. ibid. 51, 1: Ζάβδας ὁ Ζηνοβίας στρατηγός. Vita Claudii 11: *sed dum haec a Divo Claudio aguntur, Palmyreni ducibus Saba et Timagene contra Aegyptios bellum sumunt.* Vita Aureliani 25: *pugnatum est post haec de summa rerum contra Zenobiam et Zabam eius socium apud Emessam magno certamine. — fugata est Zenobia cum Zaba et plenissima parta victoria.* Prosopographia imp. Rom. III p. 217 n. 352. 3 Haec, quibus accurate respondent verba Syriaca titulorum Zenobiae et Odaenathi (not. 1), manifesto summum omnis exercitus Palmyreni ducem indicant, quod accuratissime convenit cum eis quae apud scriptores de Zabda memoriae prodita sunt (not. 2). 4 Cum Zenobia in huius ipsius tituli exemplo Syriaco *Bat-Zabbai* appelletur, non improbabile mihi videtur, hunc Zabbaeum, cuius apud scriptores quidem memoria exstat nulla (cf. Prosopographia imp. Rom. III p. 217 n. 351), eam necessitudine aliqua attigisse. 5 In titulis Palmyrenis hic est *dux Thadmor*; apparet igitur Zabbaeum praefectum militarem urbis praesidiique

quo illa tenebatur, subditum sine dubio Zabdae summi ducis (not. 3) imperio, fuisse. Waddington. 6 Annus est 270/1 p. Chr. n. 7 Anni Macedonici lunisolaris ab aequinoctio autumnali incipientis mensis decimus, illa aetate apud Syros respondens Augusto fastorum Iulianorum. Cf. Ideler Handbuch der Chronologie I p. 430.

---

649 Columna cum titulo Palmyreno, qui legi iam nequit, et hoc Graeco. Postea per utrumque Latinae litterae scriptae sunt, ex quibus paucae exstant. Inventus lapis occidentem versus a Palmyra ad viam qua illinc ad oppidum *Kalat-al-beda* itur. Ed. W. H. Waddington ad Lebas Inscr. II, 2628. Plenius E. Kalinka Jahreshefte des österr. arch. Inst. III (1900), Beiblatt p. 24 n. 10.

[Ὑπὲρ σω]‖τηρίας Σεπτιμίας Ζηνο|βίας τῆς λαμπροτάτης | βασιλίσσης[1], μητρὸς [τοῦ | β]ασιλέως Σεπτι[μίο]‖υ Ἀθην[οδώρου][2].

Litterae ΑΒЄΖΠΡСω. 1 Cf. n. 647[3]. 2 Cf. n. 647[6. 7].

---

650 Lapis dimidia ex parte in terra latens, qui praeter hunc titulum etiam duos alios, Palmyrenum et Latinum, habuit, qui nunc paene toti evanuerunt, occidentem versus a Palmyra. Ed. E. Kalinka Jahreshefte des österr. arch. Inst. III (1900), Beiblatt p. 25 n. 11.

[Ὑπὲρ σωτηρίας --------------------------[1] τῆς λαμπροτάτης] | βασιλίσσης, (μ)ητρὸς[2] τοῦ | βασιλέως [Σεπτι]μ[ίου] Ἀντ[ι]ό[χου[3] | ----------].

Litterae ΑλΛЄС (sed in fine nominis βασιλίσσης Latina forma S irrepsit) ω. 1 Σεπτιμίας Ζηνοβίας supplevit Kalinka, qui mirum sane dicit, Zenobiam matrem Antiochi regis (not. 3) appellari. Sed fortasse eam properata adoptione Antiochum filium sibi ascivisse, ut hereditarium ius eius regno accederet. Qua in coniectura vir doctissimus plane neglexisse videtur, Zenobiam illi Palmyrenorum defectioni, per quam Antiochus ad regnum evectus est, neutiquam interfuisse, sed pridem ab Aureliano captivam abductam, ut illud quod est de adoptione nullo modo verum esse possit. Ac si id potius conicias, Antiochum se per fraudem Zenobiae filium germanum simulasse, vereor ut fidem facias. Etenim quam modo per quinquennium filii impuberis nomine regnasse meminerant Palmyreni, ei quomodo credere poterant alterum filium adulta aetate fuisse? Quare mihi hic mulier ceteroqui ignota commemorata fuisse videtur, cui civitas ut filio Antiocho gratificaretur una cum illo regium nomen tribuerit. Cf. n. 651, 1. 2 ΝΗΤΡΟС. 3 Cf.

Zosimus I, 60, 2. 61, 1: ὁ δὲ (Marcellinus Mesopotamiae praeses, quem Palmyreni sollicitabant ut ab Aureliano deficeret) ἀποκρίσεσιν χρώμενος ἀμφιβόλοις αὐτὸς μὲν Αὐρηλιανῷ τὸ σκεφθὲν κατεμήνυσε, Παλμυρηνοὶ δὲ Ἀντιόχῳ περιθέντες ἁλουργὲς ἱμάτιον κατὰ τὴν Παλμύραν εἶχον. Αὐρηλιανὸς δὲ ταῦτα ἀκηκοὼς αὐτόθεν ὡς εἶχεν ἐπὶ τὴν ἑῴαν ἐστέλλετο, καταλαβὼν δὲ τὴν Ἀντιόχειαν καὶ ἵππων ἁμίλλης ἐπιτελουμένης τῷ δήμῳ φανεὶς καὶ τῷ ἀδοκήτῳ πάντας ἐκπλήξας ἐπὶ τὴν Παλμύραν ἤλαυνεν. ἀμαχητὶ δὲ τὴν πόλιν ἑλὼν καὶ κατασκάψας οὐδὲ τιμωρίας Ἀντίοχον ἄξιον διὰ τὴν εὐτέλειαν εἶναι νομίσας ἀφίησιν. Vit. Aureliani 31: *Palmyreni, qui iam victi atque contusi fuerant, Aureliano rebus Europensibus occupato non mediocriter rebellarunt. Sandarionem enim, quem in praesidio illic Aurelianus posuerat cum sescentis sagittariis, occiderunt Achilleo cuidam, parenti Zenobiae, parantes imperium.* Sed cum de nomine Zosimi memoriam fide dignam esse docuerint tituli 650. 651, ne de cognatione Zenobiae quidem credendum existimo scriptori vitae, praesertim cum Zosimi verba διὰ τὴν εὐτέλειαν vix cum hac narratione conciliari possint. Adde quod etiam de alio homine, quem unus Zosimus per illas postremas civitatis Palmyrenae turbas commemorat, scriptoris fides lapidis testimonio comprobatur. Cf. Zos. I, 60, 1: ἐχομένου δὲ Αὐρηλιανοῦ τῆς ἐπὶ τὴν Εὐρώπην ὁδοῦ, κατέλαβεν ἀγγελία τοιαύτη, ὡς τῶν ἐν Παλμύρᾳ καταλειφθέντων τινὲς Ἀψαῖον παραλαβόντες, ὃς καὶ τῶν προλαβόντων αὐτοῖς γέγονεν αἴτιος, ἀπεπειρῶντο Μαρκελλίνου κτλ. cum Lebas-Waddington Inscr. III, 2582 Σεπτ(ίμιον) Ἀψαῖον τὸν πολείτην καὶ προστάτην ἡ πόλις.

---

651 Columna, occidentem versus a Palmyra. Ex Musili apographo ed. E. Kalinka Jahreshefte des österr. arch. Inst. III (1900) Beiblatt p. 25 n. 12.

Βασιλέος [Δα]ρείου [1]
Βασιλέως [Σεπτ(ιμίου)] Ἀντιόχου [2].

Litterae ΒϵCѠ. 1 Supplere conatus sum non sine haesitatione. Nomen in Syria principatus aetate non inusitatum fuisse docent Iosephus Bell. II, 421 et titulus Palmyrenus Lebas-Waddington Inscr. III, 2597 Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος Πομπώνιον Δαρεῖον ἑκατόνταρχον λεγε[ῶνο]ς Σεουηριανῆς — ἔτους ϛλφ' (224/5 p. Chr. n.). Quis fuerit hic rex, latet, nisi forte ut matri, sic etiam patri regis Antiochi regis appellationem decreverunt Palmyreni rebelles (n. 650 [1]); fortasse ipsum quoque nomen proprium regis antiquissimi et nobilissimi tum demum illi impositum est ut ignobilitas generis aliquantum occultaretur. 2 Cf. n. 650 [3].

8. Armenia.

652 In oppido *Purukh*. Ed. Fr. Cumont Rapport sur une mission en Asie mineure, Bruxellis 1900 p. 12 (Revue archéol. XXXVIII 1901 p. 330 n. 39. R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 49 n. 132).

Ἰούλιον Πατρο|εῖνον [1], πρῶ|τον τῶν Ἑλλή|νων [2] καὶ πρῶ||τον ἀρμενι|άρχην [3], | ἡ πατρίς, | ἐπιμεληθέν|τος Ἰουλίου | --------

Cognomen Latinum *Patruinus* recte agnovit Cagnat. Id et ipsum alibi occurrit (cf. Prosopographia imp. Rom. III p. 16) et similitudine aliorum eiusdem generis (*Fraternus*, *Maternus*, *Paternus*, *Avitus*) defenditur. Nescio an idem agnoscendum sit Papers of the Am. school at Athens III p. 69 n. 111, ubi traditur ΠΑΠΟΕΙΝΟϹ, et supplendum ibidem p. 68 n. 110, ubi ΙΙΟΕΙ ΝΟϹ exstat. Etiam Mitth. u. Nachr. des Palästina-Vereins V 1899 p. 88 n. 58, ubi editor legit Πατροσινὸς ὁ καὶ Ῥάββηλος, mihi praeferendum videtur Πατροεῖνος. 2 Cf. n. 528[7]. 3 Armeniarchae honorem ex hoc demum titulo innotuisse observat Cagnat. De toto genere cf. n. 578[8]. Ceterum hic manifesto de tempore accipiendum est πρῶτον, v. 2. 3 de dignitate.

---

653 Amidae (*Diarbekir*). Ed. J. R. S. Sterret Papers of the American school III p. 433 n. 629. Cf. quae exposuit Ch. Clermont-Ganneau Recueil d'arch. orient. IV 1901 p. 74 § 12.

Θεοδώρου [1] τ[οῦ] | στρατηλάτου [2] | πολλὰ τὰ ἔτ[η [3].] | διαμε(ί)νῃ [4] τὸ (γ)[ένος [5]] | τῶν Ῥωμαί[ων].

Litterae ΑΕΘΠϹΠШ. 1 M. Ulpius Ofellius Theodorus principatu Elagabali (a. 218—222 p. Chr.) legatus pr. pr. provinciae Cappadociae fuit, ut demonstrant tituli miliariorum, quos affert H. Dessau Prosopographia imp. Rom. III p. 462 n. 560. Alius eiusdem hominis titulus ibidem repertus est Pap. of the Am. school III p. 436 n. 630: Θεοδώρου | τοῦ στρατη|λάτου πολλὰ τὰ [ἔτη]. 2 Vox Ionica et tragica, sed inde ab Augusti aetate etiam in pedestri oratione usitata (cf. n. 606[5]), ac maxime quidem in Syria inde a saeculo tertio de Romanorum et barbarorum ducibus exercituum non infrequens. Cf. n. 605[2. 3]. 648, 3. 4. 5. 3 Cf. J. Mordtmann Marmora Ancyrana p. 22 n. 11 Πολλὰ τὰ ἔτη τοῦ χωρεπισκόπου Καλλινίκῳ et quae ille affert C. I. G. 8681, 1 Θεο[φίλου] βασιλέως πολ(λ)ὰ τὰ ἔτη. 8897, 2. Structura alia, sententia eadem Syll.[2] 607, 28 πολλοῖς ἔτεσι [τοὺς] νεωκόρους. 737, 23 πολλοῖς ἔτεσι τὸν κράτιστον ἱερέα Ἡρώδην. 4 Coniunctivus manifesto pro optativo usurpatus. 5 ΤΟΤΙ`. Emendavit Clermont-Ganneau probabiliter. Nam Τ et Γ frequentissime confunduntur, ex ΕΝ vero nihil nisi

hastam directam et lineam obliquam a sinistra descendentem remansisse lapide detrito nihil habet insoliti. De sententia cf. Syll.[2] 378, 1 ὑπὲρ τῆς — διαμονῆς τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας. Frequentius etiam in eiusmodi formulis διαμονή ad imperatorem eiusque domum refertur.

---

9. Aegyptus.

654 Tabula lapidis granitae, iam antiquitus in duas partes, sinistram et dextram, ita divisa, ut in media cuiusque versus parte aliquot litterae perierint, et inserta substructionibus cuiuspiam aedificii ante templum Augusti in insula Philis. Ed. J. P. Mahaffy Athenaeum 1896 no. 3568 p. 352 (inde Latinum titulum repetivit O. Crusius Philologi LV p. 122, Graecum et Latinum Wochenschrift für cl. Philologie XIII 1896 no. 15 p. 421). Exemplum ab Arabe quodam exhibitum ed. Comptes rendus de l'Academie des inscriptions et belles lettres 1896 p. 108 sqq. (inde Revue arch. Troisième série XXIX 1896 p. 140 n. 43). Omnium accuratissime H. G. Lyons et L. Borchardt Sitzungsberichte der Kgl. Akademie der Wissensch. 1896 p. 469 cum adnotationibus A. Ermani (p. 474) ad titulum hieroglyphicum et O. Hirschfeldii (p. 478) ad Latinum et Graecum (Seymour de Ricci Archiv für Papyrusforschung II p. 248 n. 1). Cf. quae de titulo disputaverunt Th. Mommsen Cosmopolis IV 1896 p. 544 sqq. A. Wilhelm Arch.-epigr. Mitth. aus Oesterreich XX 1897 p. 83 n. XIII, 1. U. Wilcken Zeitschr. für ägypt. Sprache XXXV 1897 p. 70. Gr. Ostraka I p. 248. 713.

[Γ]άϊος Κορνήλιος Γναίου υἱὸς Γάλλ[ος, ἱππεὺ]ς Ῥωμαίων[1],

Litterae ΑΘΞΠΣ et v. 4 in voce ЄΛЄΙΝ bis Є, cum praeterea ubique E sit; O reliquis aliquanto minor. 1 Lapis tres habuit inscriptiones, ex quibus primum locum tenebat hieroglyphica, alterum Latina, tertium Graeca quam edimus. Atque hae duae quidem accurate inter se consentiunt, cum ea quae indigenarum sermone ac litteratura composita est, etsi ipsa quoque ad Galli victorias ac merita spectat, tamen singillatim nulla arctiore argumenti necessitudine cum illis contineatur. Ex ea sola tempus monumenti erecti cognoscimus, die 20. mensis Pharmuthi anni primi Caesaris, i. e. die 15. m. Aprilis a. 29 a. Chr. n. Quod Erman pronuntiavit, in hoc titulo Galli res gestas ita ad imperatorem Caesarem, cuius ille auspiciis bellum gessisset, transferri, ut ipse Caesar Thebaida domuisse et Philas adiisse narretur, id Mommsenus quidem probavit, sed Wilckenus demonstravit longe aliter rem se habere. Etenim taceri quidem nomen Galli, sed tamen omnia de eo, non de Caesare, referri, ut appareret ex signo hieroglyphico quod

μετὰ τὴν κατάλυσιν τῶν | ἐν Αἰγύπτωι βασιλέων[2] πρῶτος ὑπὸ

---

principem vel nobilissimum virum, neque vero unquam regem significaret apud Aegyptios antiquos. Quare etiam imaginem anaglypham ab Aegyptiorum more alienissimam, quae equitem repraesentet incurrentem in hostem galeatum, qui in genu procumbens clupeum sui defendendi causa tollit, manifesto non principem, sed Gallum referre. Titulus Latinus sic se habet: *C. Cornelius Cn. f. Gallu[s eq]ues Romanus pos[t] reges | a Caesare Deivi f. devictos praefect[us Alex]andreae et Aegypti primus, defectioni[s] | Thebaidis intra dies XV, quibus hostem v[icit bis a]cie, victor, V urbium expugnator Bore[se]|os, Copti, Ceramices, Diospoleos Meg[ales, Op]hieu, ducibus earum defectionum interf[e]|ctis, exercitu ultra Nili catarhacte[n transd]ucto, in quem locum neque populo | Romano neque regibus Aegypti [arma ante s]unt prolata, Thebaide communi omn[i]|um regum formidine subact[a], leg[atis re]gis Aethiopum ad Philas auditis eoq[ue] | rege in tutelam recepto, tyrann[o] Tr[iacontas]choen[i i]n f[ine] Aethiopiae constituto, Die[is] | patrieis et Nil[o adiut]ori [d(onum) d(at)].* De huius tituli a Graeco discriminibus cf. not. 2. 3. 5. 10. 11. C. Cornelius Cn. f. Gallus Foroiuliensis natus a. 69 a. Chr. n., ex infima fortuna a Caesare provectus (Sueton. Aug. 66), anno 30 a. Chr. illius auspiciis in Aegypto contra Antonium bellavit eoque superato eodem anno primus praefectus Aegypti nominatus est. Cum seditionem indigenarum compressisset (not. 4), suae gloriae nimium studiosus statuas sibi per totam Aegyptum ponendas laudesque suas pyramidibus insculpendas curavit. Cf. Cassius Dio LIII, 23, 5 ὁ δὲ δὴ Γάλλος Κορνήλιος καὶ ἐξύβρισεν ὑπὸ τῆς τιμῆς. πολλὰ μὲν γὰρ καὶ μάταια ἐς τὸν Αὔγουστον ἀπελήρει, πολλὰ δὲ καὶ ἐπαίτια παρέπραττε· καὶ γὰρ καὶ εἰκόνας ἑαυτοῦ ἐν ὅλῃ ὡς εἰπεῖν τῇ Αἰγύπτῳ ἔστησε, καὶ τὰ ἔργα ὅσα ἐπεπονήκει ἐς τὰς πυραμίδας ἐσέγραψε. Non vanas fuisse has de Galli iactantia querellas hic ipse titulus docet, nec mirandum quod post eius abdicationem eiusmodi monumenta statim deleta sunt. Certe hic lapis anno 13/2 a. Chr. n. (cf. n. 657, 1) fractus in fundamentis templi quod Caesari Augusto erigebatur consumptus est. Ipsum Gallum vero anno 27/6 a. Chr. ab Augusto ex Aegypto revocatum et a Valerio Largo accusatum esse, deinde Augustum ei propter ingratum animum domo et provinciis suis interdixisse, quam fuisse causam cur ille a. 26 a. Chr. sibi ipse mortem conscisceret, narrant scriptores (Sueton. Aug. 66. Cassius Dio LIII, 23, 6. 7. 24, 1. Ammianus Marc. XVII, 4, 5. Hieronymus vers. Euseb. chron. II p. 141 *u* Schoene). Poëtam haud ignobilem, Asinii Pollionis et Vergilii familiarem fuisse constat. De omnibus eius rebus cf. E. Klebs Prosopographia imp. Rom. I p. 448 n. 1111. 2 Neque hic neque v. 11 ulla est causa, cur pluralem aliter interpretemur ac de stirpe regum Ptolemaeorum, quorum ultima Cleopatra a Caesare eversa est. Cf. n. 339, 16, ubi de eis, quae rege Attalo III Philometore defuncto (a. 133 a. Chr.) acciderunt, dicitur τῶν δὲ βασιλέων εἰς θεοὺς μεταστάντων. Quare quod Mommsenus Antonium et Cleopatram a Gallo reges appellari dicit, id ad Graecum quidem titulum spectare nequit; sed ne in Latino quidem illud *post reges a Caesare Divi f. devictos* ita interpretatus sim; nam nisi hic quoque pluralem usurpatum statuas, quia postrema

Καίσ[αρος ἐπὶ[3]] τῆς Αἰγύπτου κατασταθείς, τὴν Θηβαΐδα [ἀ]||ποστᾶσαν[4] ἐν πεντεκαίδεκα ἡμέραις δὶς [ἐν παρ]ατάξει κατὰ κράτος νικήσας σὺν τῶι τοὺς [ἡ]||γεμόνας τῶν ἀντιταξαμένων ἑλεῖν πέν[τε τε πό]λεις, τὰς μὲν ἐξ ἐφόδου, τὰς δὲ ἐκ πολιορκί[ας] || καταλαβόμενος, Βόρησιν[5], Κόπτον[6], Κεραμική[ν[7], Διόσπ]ολιν

---

regina devicta toti Ptolemaeorum seriei finis impositus est, quid impedit quominus de regina et Ptolemaeo Caesarione filio, quem illa in regni societatem receperat (cf. n. 194[2]), cogitemus? 3 Cum Hirschfeld ὑπὸ Καίσ[αρος] τῆς Αἰγύπτου κατασταθείς legisset et nomen ἔπαρχος lapicidae socordia omissum iudicasset, Wilcken praepositione suppleta locum sanavit. Latine plenius *praefectus Alexandreae et Aegypti* est, titulus insolitus quidem sed rei ipsi accommodatissimus, quia Alexandria magis iuxta Aegyptum quam in ea sita erat. Cf. Ἀλεξάνδρεια ἡ πρὸς Αἰγύπτῳ n. 193[5]. In praefecti officio indicando Hirschfeldius urbem et terram coniunctim nominari observavit etiam apud Philonem in Flaccum c. 1: ὁ Φλάκκος — καθίσταται τῆς Ἀλεξανδρείας καὶ τῆς χώρας ἐπίτροπος et Iosephum Bell. IV, 616: ἐπιστέλλει δ' εὐθὺς (Vespasianus) τῷ διέποντι τὴν Αἴγυπτον καὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν Τιβερίῳ Ἀλεξάνδρῳ. Etiam in hieroglyphico Galli titulo eum a Caesare urbi Alexandriae et terrae Aegypto praefectum esse indicatur ex subtilissima Wilckenii interpretatione, qui eodem spectare monet etiam quae infra leguntur n. 669, 3 sqq. τοῦ διαμένειν — τὴν πόλιν ἀπολαύουσαν τῶν εὐεργεσιῶν, καὶ τοῦ τὴν Αἴγυπτον ἐν εὐσταθείᾳ διαμένουσαν κτλ. 4 Cf. Strabo XVII, 1, 53 p. 819: Γάλλος μέν γε Κορνήλιος, ὁ πρῶτος κατασταθεὶς ἔπαρχος τῆς χώρας ὑπὸ Καίσαρος, τήν τε Ἡρώων πόλιν ἀποστᾶσαν ἐπελθὼν δι' ὀλίγων εἷλε, στάσιν δὲ γενηθεῖσαν ἐν τῇ Θηβαΐδι διὰ τοὺς φόρους ἐν βραχεῖ κατέλυσε. Non aucta vectigalia aut severius exacta seditioni ansam dedisse, sed plane novum genus a Romanis primis institutum vidit Wilcken Gr. Ostraka I p. 248. Etenim quae Romanorum imperio frequentissime commemoratur capitatio (λαογραφία), eius ne tenuissimum quidem vestigium comparere Ptolemaeorum temporibus, ut Augustum eius auctorem fuisse manifestum esset. Ceterum valde exaggerari a Gallo tumultus pericula et suas res gestas cum ex brevi quo omnia transacta sunt tempore (v. 3) tum ex locorum captorum, quae ille magnifico urbium vocabulo exornat (cf. not. 7. 9) exiguitate intellegi monet Mommsen. 5 Oppidum ceteroqui ignotum. Ceterum illis τὰς μὲν ἐξ ἐφόδου, τὰς δὲ ἐκ πολιορκί[ας] in exemplari Latino nihil respondet. 6 Caput nomi Coptitae, situm meridiem et orientem versus a Tentyris prope Nili ripam orientalem, hodie *Kuft*. Cf. Strabo XVII, 1, 45 p. 815. Agatharchides de mari Erythraeo 22 (Geogr. Gr. min. I p. 123, 1). Ptolemaeus IV, 5, 32 p. 724, 5. Plin. N. hist. V, 60. Ammianus Marc. XXII, 16, 2. Magnum momentum habuit oppidum praecipue propter viam a mercatoribus frequentatam, quae inde Myos hormon et Berenicen ducebat vallem Nili cum mari Erythraeo coniungens. Cf. n. 38[3]. 674, 3. 7 Cum Sethe apud Hirschfeldium p. 482 hoc nomen ad hodiernum oppidum *Ballât* situm meridiem versos a Copto rettulisset, quippe quod hodie quoque maximas in Aegypto figlinas haberet,

μεγάλην[8], Ὀφιῆον[9], καὶ σὺν τῆι στρατιᾶι ὑ|περάρας τὸν Καταράκτην, ἀβάτου στρατι[αῖς τῆς χώρ]ας[10] πρὸ αὐτοῦ γενομένης,

---

Wilcken apud eundem monuit, Κεραμικήν, ut ex ostracis quibusdam appareret, non verum oppidum esse, sed vicum (λαύραν) intra fines urbis Thebarum. Nam τὰ Κεραμεῖα manifesto idem esse atque ἡ Κεραμική. Tria igitur (cf. not. 8. 9) ex illis quinque oppidis quibus captis gloriaretur Gallus unius urbis Thebarum partes esse. 8 Cf. U. Wilcken Gr. Ostraka I p. 711, qui observat nomen Διόσπολις ἡ μεγάλη, quo uno Ptolemaeorum regno significari consueverunt Thebae Aegyptiae, etiam post huius tituli aetatem etiamtum comparere annis 19/20 p. Chr. (Ostr. n. 362, 1) et 68 p. Chr. (Ostr. n. 422, 3). Tum illud nomen in desuetudinem venisse videtur, nam in recentioribus testis totam urbem μητρόπολιν vocari, plerumque vero singillatim commemorari partes eius (λαύρας) ut Χάραξ, Νότος, Νότος καὶ Λίψ sim. Quod bene convenire cum Strabonis testimonio XVII, 1, 46 p. 816 νυνὶ δὲ κωμηδὸν συνοικεῖται. Sed cum inter quinque Galli oppida Διόσπολιν τὴν μεγάλην iuxta duas eiusmodi κώμας vel λαύρας (not. 7. 9) recenseri videamus, apparet circa annum 29 a. Chr. n. certam quandam universae urbis partem arctiore et propria vi Διόσπολιν appellatam esse. Ceterum huius oppidi a Gallo deleti memoria conservata est in Chronicis Eusebii: *Thebae Aegypti usque ad solum erutae* Hieronymus ap. Schoene II p. 141 *t*. *Thebaica suburbia* (cf. not. 7. 9) *in Aegypto funditus eversa sunt* versio Armenia ibid. p. 140 *l*. Sane Hieronymus haec sub anno 1990 (27/6 a. Chr.), Armenius adeo sub 1991 (26/5) aut 1992 (25/4 a. Chr.) habet, cum tamen hic titulus iam ante mensem Aprilem 29 a. Chr. omnia confecta fuisse arguat. 9 Sethe ap. Hirschfeld nomen 'oppidi serpentium' siti inter Hermonthin et Latopolin hac Graeca appellatione accurate reddi opinatur. At Wilcken apud eundem et Gr. Ostraka I p. 713 multo probabilius eam magnae urbis Thebarum partem, quae in testarum inscriptionibus modo forma mere Aegyptiaca ᾿Ωφι, modo Graeca terminatione adiuncta Ὠφιεῖον vel Ὠφιῆον (Ostr. 609, 1. 688, 2. 1561, 2) appellatur. Hanc non diversam esse ab Aegyptiaco *ipt* atque inesse in nomine dei Ἀμενῶφις, i. e. deus loci ᾿Ωφι, ita ut sine dubio in orientali amnis ripa prope hodiernum *Karnak* ille vicus quaerendus esset. Correpta vocalis, quae praeter hunc titulum nusquam occurrit, sane ad studium Graecae originis (ab ὄφις) speciem nomini induendae redire videtur. 10 Cum Hirschfeldius τὸν καταράκτην Ἀβάτου (cf. n. 111, 19. 138, 4. 139, 3. 4. 695, 3), στρατ[είας οὐδεμι]ᾶς πρὸ αὐτοῦ γενομένης supplevisset, primus Mahaffy vidit id tolerari non posse. Etenim et alibi semper Καταράκτης dicitur nulla addita accuratiore definitione (n. 130, 10. 11) neque fieri potuit quin enuntiaretur, nullam ante Gallum expeditionem militarem in illis regionibus vel usque ad illum locum factam, cum sic absolute enuntiata haec inepta sint ac paene ridicula. Adde quod sic restitutus hic locus magis discreparet a Latinis quam ullus alius. Quare Mahaffy ἀβάτου στρατ[ῷ χώρ]ας scripsit, Brinkmann ἀβάτου στρατια[ῖς τῆς χώρ]ας, id quod spatio et relliquiis litterarum in lapide conspicuis magis etiam accommodatum est. Una sane manet inter Latina Graecaque discrepantia, quod in illis distinctio adiungitur

καὶ σύμπασαν τὴ[ν] | Θηβαΐδα, μὴ ὑποταγεῖσαν τοῖς βασιλεῦσι[ν [11], ὑποτάξ]ας, δεξάμενός τε πρέσβεις Αἰθιόπων ἐν Φί|λαις καὶ προξενίαν παρὰ τοῦ βασιλέως λ[αβών, τύ]ραννόν [12] τε τῆς Τριακονтασχοίνου [13] τοπαρχία[ς] | μιᾶς [14] ἐν Αἰθιοπίαι καταστήσας, θεοῖς πατ[ρῴοις, Ν]είλωι συνλήπτορι [15] χαριστήρια [16].

exercituum Romanorum et Aegyptiacorum. Iure Mommsenus monet, de regibus Aegypti quidem illud impudens mendacium esse (cf. n. 111, 10), de Romanis sane manifesto verum, sed neutiquam mirabile, siquidem nullus unquam Romanorum exercitus illic fuisset ante Galli praefecturam. 11 Cf. not. 2. Ne hic quidem Cleopatram et Antonium intellegi, sed omnes Ptolemaeos qui in Aegypto regnaverint apparet. Sane eis paruisse Thebaida negare non poterat qui ullam rerum gestarum veritatis rationem haberet; sed etiam de postremis regibus id enuntiare non licuit ei, qui ipse referat Romanorum demum imperio in Aegypto constituto incolas Thebaidis seditionem movisse. At alia non minus audacter exaggerata aut ficta sunt in hoc titulo (cf. not. 10). Verum id modo est, regibus paene semper timendam fuisse eorum qui in illa regione incolerent infidelitatem et novarum rerum studium neque raro in bella intestina erupisse. Titulus Latinus hic paullo modestius loquitur: *Thebaide, communi omnium regum formidine, subacta.* Neque enim formidine hic ablativus instrumentalis esse potest, ut plures fuisse rebellium in Thebaide reges eosque metu adductos in deditionem venisse enuntietur, sed formidine appositio est, ut sit 'Thebaide, quam (i. e. cuius infidelitatem ac defectiones) omnes (Aegypti) reges timuerant'. 12 Regulos qui in Aethiopia et aliis regionibus Aegypto finitimis ita imperabant, ut superioris alicuius regis (aut populi Romani) dicioni subiungerentur, τυράννους appellari consuesse scimus ex Periplo maris Erythraei c. 2 p. 258, 4 Müller τὰ δὲ μεσόγεια Βαρβάρων καὶ τῶν μετ' αὐτοὺς Ἀγριοφάγων καὶ Μοσχοφάγων κατὰ τυραννίδα νεμομένων. c. 14 p. 267, 21 οὐ βασιλεύεται ὁ τόπος, ἀλλὰ τυράννοις ἰδίοις καθ' ἕκαστον ἐμπόριον διοικεῖται. c. 16 p. 271, 6 νέμεται δ' αὐτήν, κατά τι δίκαιον ἀρχαῖον ὑποπίπτουσαν τῇ βασιλείᾳ τῆς πρώτης γινομένης Ἀραβίας, ὁ Μοφαρείτης τύραννος. c. 20 p. 273, 15 διὸ καὶ συνεχῶς ἀπὸ τῶν τυράννων καὶ βασιλέων τῆς Ἀραβίας αἰχμαλωτίζονται. c. 24 p. 275, 7 τῷ δὲ βασιλεῖ καὶ τῷ τυράννῳ δίδονται ἵπποι καὶ ἡμίονοι κτλ. c. 25 p. 275, 23 κατὰ τοῦτον τὸν ἰσθμὸν παραθαλάσσιός ἐστιν Ἀράβων κώμη τῆς αὐτῆς τυραννίδος Ὄκηλις. c. 31 p. 281, 20 τῷ Μαφαρείτῃ τυράννῳ. 13 Cf. n. 111[6]. 14 Qua mente numerale, quod in Latino exemplo fuisse non videtur, hic additum sit me non perspicere fateor. 15 Latine *Nil[o adiut]ori*. Flumen aut inundatione aut recessu subito Galli consiliis favisse et multum ad subigendos rebelles contulisse hinc collegeris. 16 Pluralem Wilckenus indicio esse existimat, non stelam solam fuisse donum, quo Gallus deos remuneraretur, sed delubrum aliquod, cuius parieti hic lapis appositus fuerit. Non nego id ita se habere potuisse, sed argumento non satis valido haec opinio nititur. Etenim pluralis ut in nonnullis eiusmodi vocabulis (σῶστρα, εὐαγγέλια) unus usitatus est, sic etiam in eis, quae volgo singularem habent,

cuius generis sane est χαριστήριον, haud raro de una re usurpatur. Cf. Syll.[2] 586, 37: στέφανος θαλλοῦ χρυσοῦς, ὃν ἡ πόλις ἀνέθ[ηκε], τὰ νικητήρια τοῦ κιθαρῳδοῦ. Etiam χαριστεῖα Syll.[2] 779, 3 non videtur ad plures res spectare.

---

655 Lapis asservatus quondam in museo suburbii *Gizeh*, ubi H. Brugsch confecit ectypum, ex quo titulum minusculis litteris ed. F. Krebs, Nachrichten von der Ges. der Wissensch. zu Göttingen 1892 p. 536. Maiusculis J. G. Milne History of Egypt V Under Roman rule p. 183 n. 1. P. Jouguet, Carnets mss. n. 62 cum imagine photographa (Seymour de Ricci Archiv für Papyrusforschung II p. 429 n. 3).

Ὑπὲρ Καίσαρος Αὐτοκρά|τορος θεοῦ ἐκ θεοῦ ἡ οἰκοδομὴ | τοῦ περιβόλου[1] τῷ θεῶι καὶ κυρί|ῳ Σοκνοπαίωι[2] παρὰ τῶ[ν] ἐκ Νείλου ‖ πόλεως[3] προβατοκτηνοτρόφ(ω)ν[4] | καὶ τῶν γυναικῶν καὶ τῶν τέκν|ων εὐχήν[5]. L ς′ Καίσαρος[6] Φαμ(ενὼθ) κ′[7].

Litterae ЄΘΠСѠ. 1 Etsi sane C. I. G. 4716 *c*, 7. 8 τὸ φρέορ καὶ τὸ περίβωλον est, tamen propterea neutiquam cum Krebsio hic quoque nomen generis neutrius esse existimaverim. Nam ille quidem titulus sermonis barbarie insignis est, hic vero nulla re ab usu linguae Graecae discrepat, cui unum accommodatum est masculinum ὁ περίβολος. 2 Cf. n. 177[9]. 3 Vicus nomi Arsinoitae (Faijûm), cuius frequens est memoria in papyris. 4 ΤΡΟΦΗΝ. Emendavit Krebs. Hoc ipsum quidem vocabulum praeterea nusquam legitur, sed κτηνοτρόφοι haud raro in papyris et testis occurrunt. Cf. Berlin. Gr. Urk. I p. 22 n. 14 δι[ὰ] κτη[νο]τρό(φου). p. 60 n. 46, 5. 6 γεουχῶν ἐν κώμῃ Νείλου πόλει καὶ κτηνοτρόφος ἐν τῇ αὐτῇ. II p. 302 n. 638, 6: δη[μο]σίους κτηνοτρόφους. Fayûm towns and their papyri p. 12 n. II *b*, 2: γραμματεὺς κτηνοτρόφων. p. 324 n. 14, 1: Μάρω(ν) γρ(αμματεὺς) κτη(νοτρόφων). n. 15, 1. p. 328 n. 32, 2. 3: Ἄμμωνος κτηνοτρόπ(ου). Cf. U. Wilcken Gr. Ostraka I p. 692. 5 Quod Krebsius fortasse κατ᾽ εὐχήν supplendum dicit, sine dubio erravit. Nam hoc mero accusativo, qui aliquid ex voto dedicari indicat, nihil est in titulis frequentius. 6 Sextus Caesaris Augusti annus est 25/4 a. Chr. n. 7 Phamenoth septimus anni Aegyptii mensis in fastis Alexandrinis, qui inde ab Augusti principatu publice observabantur, a die 25. mensis Februarii incipiebat. Hoc igitur monumentum dedicatum est die 17. mensis Martii a. 24 a. Chr. n.

---

656 In basi obelisci, qui volgo acus Cleopatrae appellatur, ab exteriore parte; interior titulum Latinum habet. Cum etiamtum Alexandriae esset, ed. Nerutsos Bull. de corr. Hell. I (1877) p. 377 (II p. 178. Th. Mommsen Ephem. epigr. IV p. 26 n. 34). Deinde

monumentum in Americam translatum est, ubi exstat Neo-Eboraci in museo metropolitano. Cum rubigine purgatum esset, tituli accuratius exscripti et editi sunt ab A. Merriam, The Greek and Latin inscriptions on the Obelisk crab in the Metropolitan museum, New York 1873 p. 49 (inde Mommsen Eph. epigr. V p. 2. C. I. Lat. III Suppl. 6588). Cf. quae de titulis disputavit J. Klein Mus. Rhen. XXXV p. 634.

L ιη' Καίσαρος[1] | Βάρβαρος[2] ἀνέθηκε | ἀρχιτεκτονοῦντος | Ποντίου.

Litterae ΑΘΠΣ. 1 Titulus Latinus (v. lemma) sic se habet: *A[n]no XVIII Caesaris | Barbarus praef(ectus) | Aegypti posuit | architectante Pontio.* Cum antea L η' lectum esset ideoque Kleinius collato titulo n. 657 Barbarum per decennium atque adeo amplius in praefectura Aegypti permansisse statuisset, iam utraque lingua numerum anni duodevigesimi expressum esse constat, ut haec duo monumenta eiusdem anni esse appareat. 2 Pleno nomine P. Rubrius Barbarus. Cf. titulos Casinensem C. I. Lat. X, 5169: *Imp(eratori) Caesari Divi f(ilio) | Augusto | cos. XI imp. VII | tribunic(ia) potesta[te] | P. Rubrius M. f. Mae(cia) Barba[rus]* (a. 23 a. Chr. n.) et urbani VI, 9245: *Rubria Ichmas | nutrix Quintaes Barbar[i] | f(iliae) decessit annor(um)* L . *fec(it) | Daphnus T. Rubri Nepotis | cellarius.* P. v. Rohden Prosopogr. imp. Rom. III p. 137 n. 92. Haud improbabiliter Kleinius coniecit, Barbari patrem illum M. Rubrium fuisse, qui anno 46 a. Chr. n. Uticae sub M. Catonis imperio fuisset. Cf. Plut. Cato min. 62 ταῦτα ὁ Κάτων ἀκούσας τοῖς μὲν τριακοσίοις ἐκέλευσε προσέχειν Μᾶρκον Ῥούβριον ἀτρέμα τὰς ἀπογραφὰς τῶν ἐλευθερούντων δεχόμενον καὶ μὴ προσβιαζόμενον.

---

657 Philis in epistylio templi Augusti. Edd. C. Wescher Bull. dell' inst. arch. di Roma 1866 p. 51. H. G. Lyons et L. Borchardt Sitzungsberichte der Kgl. Ak. d. Wiss. zu Berlin 1896 p. 469 not. 1 (Revue archéol. Troisième sér. XXIX 1896 p. 405 n. 119).

Αὐτοκράτορι Καίσαρι Σεβαστῶι σωτῆρι καὶ εὐεργέτῃ L ιη'[1] | ἐπὶ Ποπλίου Ῥοβρίου Βαρβάρου[2].

Litterae volgares praeter ΠΣ. 1 Annus duodevigesimus Augusti ex numerandi ratione apud Aegyptios usitata est 13/2 a. Chr. natum. 2 De P. Rubrio Barbaro praefecto Aegypti cf. n. 656[2].

---

658 Basis inventa Pompeis in templo Iovis; exstat Neapoli in museo. Post A. de Iovio Plan de Pompei Neapoli 1828 tab. IV

aliosque ediderunt J. Franz C. I. G. Vol. II Add. p. 1260 n. 5866 *c*. Fiorelli Descrizione di Pompei p. 255. G. Kaibel Inscr. Gr. Sic. et It. 701 (R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. I p. 152 n. 458).

Γάϊος Ἰούλιος Ἡφαιστίωνος | υἱὸς Ἡφαιστίων, ἱερατεύσας | τοῦ πολιτεύματος[1] τῶν Φρυ|γῶν, ἀνέθηκε Δία Φρύγιον ‖ L κζ′ Καίσαρ(ος)[2], Φαρμουθ(ὶ)[3] Σεβαστῇ[4].

Litterae ЄΖΘΠϹѠ. 1 Cagnat πολίτευμα hic pro ἔθνος dici ratus commune totius Phrygiae sacerdotium intellegit. Quae opinio Aegyptiaca mensem diemque significandi ratione (not. 3. 4) redarguitur, ex qua apparet, lapidem quondam in Aegypto, ac sine dubio quidem Alexandreae, collocatum inde iam antiquitus mari in Campaniam translatum esse. Dedicatum erat monumentum a Phrygibus, qui Alexandreae domicilium habebant; de hac nominis πολίτευμα significatione cf. n. 592[2] et vol. I Addenda p. 653. 2 ΚΑΙϹΑΡ̊. Annus vigesimus septimus Caesaris Augusti est 3 a. Chr. n. Inter hunc igitur et 79 p. Chr. lapis Pompeios translatus est. 3 ΦΑΡΜΟΥ̊. Mensis octavus fastorum Aegyptiorum, cuius initium in illa anni forma, qua inde ab Augusti temporibus utebantur, mensis Martii dies vigesimus septimus est. Constitutus igitur est hic lapis aut uno ex postremis mensis Martii diebus aut mense Aprile a. 2 a. Chr. n. 4 Calendas interpretatur Cagnat, sed hanc interpretationem iam ab aliis labefactatam luculentissime refutavit U. Wilcken Gr. Ostraka I p. 812, neque quicquam dubii relinquunt Papyr. Oxyrh. I p. 104 n. XLVI, 31 (a. 100 p. Chr. n.) Μεχεὶρ δ′ Σεβαστῇ et tituli n. 659, 3 (1 p. Chr.) Θωῦθ θ′ Σεβαστῇ. n. 663, 5 Φαρμουθὶ η′ Σεβαστῇ (42 p. Chr.). Cum vero plerumque numerus ordinalis omittatur, unumquemque mensem non plus una Σεβαστῇ habuisse, sed eam non omnibus mensibus eandem fuisse colligit Wilcken, qui idem admodum accommodate ad persuadendum coniecit dies quorum in rebus domus Augustae magnum momentum esset hac honorifica appellatione significatos esse.

---

659 Tentyris (*Denderah*), supra portam muri quo templum cingitur. Edd. Denon Itin. Aeg. ed. minor II p. 212. Hamilton Aeg. p. 207. Ex Jomardi delineatione Descr. Aeg. antt. V tab. 56 n. 11. 12. Champollion-Figeac, sur l'inscription Grecque du temple de Denderah, Grenoble 1806. Letronne Journal des savants 1821 p. 302 sqq. Recherches pour servir a l'histoire de l'Égypte p. 155 sqq. Recueil des inscr. Gr. et Lat. de l'Ég. I p. 80 n. IX (J. Franz C. I. G. 4715). Accuratissime delineatum titulum exhibet R. Lepsius Denkmäler aus Aegypten und Aethiopien XII p. 76 n. 29.

Ὑπὲρ[1] Αὐτοκράτορος Καίσαρος θεοῦ υἱοῦ Διὸς Ἐλευθερίου[2] Σεβαστοῦ, ἐπὶ Ποπλίου Ὀκταουίου ἡγεμόνος[3] καὶ | Μάρκου Κλαυδίου Ποστόμου ἐπιστρατήγου[4], Τρύφωνος στρατηγοῦντος[5], οἱ ἀπὸ τῆς μητροπόλεως | καὶ τοῦ νομοῦ τὸ πρόπυλον Ἴσιδι θεᾶι μεγίστηι[6] καὶ τοῖς συννάοις θεοῖς, ἔτους λα΄ Καίσαρος[7], Θωὺθ[8] θ΄ Σεβαστῆι[9].

Litterae ΑΕΘΠΣΩ. 1 Alio loco eiusdem delubri titulus et verbis et litterarum figuris plane consentiens cum hoc, sed mutilatus ita, ut cuiusque versus postrema pars interciderit, quem exhibet Lepsius Denkmäler aus Aegypten und Aethiopien XII p. 76 n. 28. 2 Cf. n. 457[1]. 3 Cf. H. Dessau Prosopographia imp. Romani II p. 425 n. 16, qui observat eius praefecturam Aegypti praeter hunc titulum etiam in alio biennio post (a. 3 p. Chr. n.) inciso ap. H. Brugsch geogr. Inschr. aeg. Denkmäler I p. 137 commemorari. Eius filium probabile est esse P. Octavium P. f. tituli Attici C. I. A. III, 610, neque diversum ab eo P. Octavium proconsulem Cretae et Cyrenarum intra annorum 14—29 p. Chr. spatium C. I. Lat. III, 8 *a*, 3. Dessau l. l. n. 15. 4 Thebaidis. 5 Nomi Tentyritae, qui in proximis verbis (τοῦ νομοῦ) significatur; ἡ μητρόπολις Tentyra est, quae hoc templum habet. 6 De templo Isidis cf. Strabo XVII, 1, 44 p. 815 τιμῶσι δὲ Ἀφροδίτην (Τεντυρῖται)· ὄπισθεν δὲ τοῦ νεὼ τῆς Ἀφροδίτης (n. 661) Ἴσιδός ἐστιν ἱερόν. 7 Annus Augusti trigesimus unus ex Aegyptiorum numerandi ratione 1/2 p. Chr. n. est. 8 Thoth primus Aegyptiorum mensis in ordine anni immobilis, quem Alexandrinum vocare solent. Haec inscriptio igitur die 6. mensis Septembris a. 1 p. Chr. n. exarata est. 9 Cf. n. 658[4].

---

660 In porta aediculae monolithae quae est in valle *Hammamat*, inter Copton (*Kuft*) et Album portum (*Kosseir*). Ex schedis Nestoris L'Hôte ed. Letronne Recueil des inscr. Gr. et Lat. II p. 423 n. CDXV (J. Franz C. I. G. III Add. 1192 n. 4716 *d*[2]). Accuratius R. Lepsius Denkmäler aus Aegypten und Aethiopien XII p. 100 n. 580—583.

Ἐπὶ Τεβερίου[1] Καίσαρος Σεβαστοῦ[2], Ποπλίου | Ἰουεντίου Ῥούφου μεταλ(λ)άρχη[3] Ζμαράκτου[4] | καὶ (Κ)ασίου[5] καὶ Μαρκαρί-

---

Litterae ЄΖΘΠϹѠ. Versus 1—4 supra portam, 5—7 in anta sinistra, 18—30 in dextra. 1 Praenominis scriptura liberae reipublicae aetate itemque Augusti principatu usitata, sed inde ab anno 14 p. Chr. n. rarissima. Cf. Hermae VI p. 130 sqq. 2 Tiberius Caesar Augustus (14—37 p. Chr. n.). 3 ΜЄΤΑΛΑΡΧΗ. Genetivus nominum primae declinationis in -ης cadentium etiam alibi nonnunquam vocali -η terminatur. Cf. Πασικράτη C. I. Att. III, 3464, 4. Ἐπιφάνη ibid. n. 3459. Meisterhans-Schwyzer Gramm.

του[6] καὶ λατόμων πάν|των τῆς Αἰγύπτου[7]. Ποπλίου Ἰουεντίου || Ἀγαθόπους | ἀπελεύθερος[8] | αὐτοῦ καὶ | προνοητὴς |

---

der att. Inschriften[3] p. 120 not. 1101. Sed in Aegypto hoc multo prius usu venire quam in Graecia antiqua non est mirandum. Magistratus manifesto idem est ac n. 678, 5 ἐπίτροπος τῶν μετάλλων. Cf. not. 7. 4 Cf. Strabo XVII, 1, 45 p. 815 ἐπὶ δὲ τῷ ἰσθμῷ τούτῳ (inter Copton et Myos hormon) καὶ τὰ τῆς σμαράγδου μέταλλά ἐστι, τῶν Ἀράβων ὀρυττόντων βαθεῖς τινας ὑπονόμους, καὶ ἄλλων λίθων πολυτελῶν. Plinius Nat. hist. XXXVII, 69: *ab his Aethiopici* (smaragdi) *laudantur ab Copto dierum itinere, ut auctor est Iuba, XXV, acriter virides, sed non facile puri aut concolores.* Sed vocabulum Σμάραγδος hic in nomen proprium montis ubi eiusmodi lapides fodiebantur abiisse coniunctio cum Casii montis nomine prodit. Atque invenitur quidem Ζμάραγδος ὄρος apud Ptolemaeum Geogr. IV, 5, 8 p. 688, 5, sed dubitari licet num idem hic atque illic locus designetur. In orthographia ζμ quidem pro σμ tritum est, κτ pro γδ vero Aegyptiis parum Graece doctis perquam familiare. Cf. Μαρκαρίτου versu proximo. Quod Zmaragdum, Casium, Margariten homines interpretantur Letronne et Franz, quorum hoc sit προσκύνημα, cum eis facere nequeo. Etenim sic post μεταλλάρχῃ addi debebat particula καί, neque ad casum referendum existimaverim, quod haec omnia tria nomina facillime ad loca ubi res metallica exercita sit referri possunt. Cf. etiam quae not. 8 de pronomine αὐτοῦ disputata sunt. 5 ΒΑCΙΟΥ lapis. Quod Franzius praeter Letronnii emendationem etiam Βάσ(σ)ου restitui licere pronuntiat, id ad errorem redit quo haec hominum, non locorum, nomina intellegit (not. 4). Sed ne recta quidem de loco interpretatio ambiguitate caret. Nam praeter Casium montem nobilissimum (cf. Ptolemaeus Geogr. IV, 5, 6 p. 682, 3 cum doctissima editoris annotatione) hic etiam in censum venire potest Βάζιον ἄκρον apud Ptolemaeum IV, 5, 8 p. 689, 4, cuius sane nusquam praeterea in litteris antiquis mentio fit. 6 Hic quoque locus margaritarum copia insignis designari videtur. Quarum capturam ipsam quoque praefecti metallorum curae commissam fuisse nihil habet miri. De orthographia v. not. 4. 7 Quod hic λατόμων πάντων, non λατομιῶν πασῶν scriptum est, favere cuipiam videatur Letronnii et Franzii interpretationi de qua dixi not. 4. At quo tandem pacto hoc proscynema dici poterat omnium qui in tota Aegypto essent lapicidarum? Quod contra in mea interpretatione nihil est offensionis. Etenim cuius arbitrio omnes lapicidinae Aegyptiae commissae sunt, sine dubio recte etiam omnium lapicidarum praefectus (μεταλλάρχης λατόμων πάντων) dicitur. Ceterum hinc apparet, me recte n. 678[7] ad omnia Aegypti metalla hoc officium rettulisse. 8 Apparet P. Iuventii Rufi praefecti metallorum libertum P. Iuventium Agathopoda hic indicari. Cuius nomen, ut patroni v. 1. 2, genetivo pendente a vocabulo προσκύνημα, quod subintellegitur, enuntiandum erat. Sed intermiscentur nominativi eadem neglegentia, cuius geminum exemplum habes n. 611, 1 sqq. ὑπὲρ σωτηρίας Αὐτοκράτορος Τραϊανοῦ Νέρουα Σεβαστοῦ υἱὸς Σεβαστὸς Γερμανικοῦ Δακικός. Ceterum pronomen αὐτοῦ, quod manifesto ad P. Iuventium Rufum refertur, indicio est non, ut Letronnio et Franzio videbatur, inter

πάντων[9] ἔτους ε´ ‖ Τιβερίου Καί|σαρος Σεβαστοῦ[10] | Φαωφὶ ε´[11]. | Τὸ προσκύ|νημα ‖ Ἀρυώθης | Φατρῆους[12] | γραμμα[τεύς.] | Μέρσις ἀρχιτ|έκτων. ‖ Τὸ προσκύ|νημα Μαμ|μόγαϊς[13] Βα|ταίου στρα|τιώτηι[14] ‖ σπ(ε)ίρης Νίγ|ρου[15] ἐπὶ τῷ | ἔργωι Ἰουεν|τίου. Μέρσις ἀρ|χιτέ‖κτων.

illius mentionem v. 1. 2 et hunc locum trium aliorum hominum nomina interposita esse. Cf. not. 4. 9 Procurator privatus omnium rerum ac negotiorum patroni significari videtur. 10 Ex ratione in Aegypto usitata quod tempus ab initio imperii usque ad finem anni civilis Aegyptii elapsum est, primus principatus annus est; a primo mensis Thoth die incipit secundus. Sed sic decem modo dies (19—28 m. Augusti a. 14 p. Chr. n., quibus respondent d. 26—30 m. Mesore et quinque epagomenae) pro primo Tiberii anno habendi erant; at cum nuntius de Augusti obitu in Aegyptum perveniret, hoc tempus iam praeterierat. Quare hic quidem recessum esse ab illa consuetudine, ita ut dies undetrigesimus mensis Augusti a. 14 p. Chr. n. non secundi, sed primi eius principatus anni initium haberetur, post alios luculentissime demonstravit U. Wilcken Archiv für Papyrusforschung I p. 153, praeter alia testimonia (Kenyon Catal. of the Greek papyri in the British museum II p. 166, 6) nisus testa inedita in museo oppidi *Cairo* asservata cum titulo L α´ Τιβερίου Καίσαρος Χοιὰχ ιθ´ (d. 15. m. Decembris a. 14 p. Chr. n.). Itaque annus Tiberii quintus 18/9 p. Chr. n. est. 11 Phaophi, secundus anni Aegyptiaci mensis, in fastorum ordine tum temporis usitato incipiebat a die 28. mensis Septembris. Haec igitur die 2. m. Octobris a. 18 p. Chr. n. exarata sunt. 12 Cf. n. 704[2]. Ceterum hic non necessario Ἀρυώθης nominativus ad confusionem casuum (not. 8) referendus est, sed potest ἐποίησεν mente suppleri. 13 Cf. n. 573[2]. 14 Dativus cum genetivo confusus atque insuper cum nominativo Μαμμόγαϊς neglegenter coniunctus. Cf. not. 8. 15 Etiam alibi numeros militares eorum nominibus qui eis praesint significari videmus. Cf. n. 208[2].

661 Tentyris (*Denderah*), in magni templi pronao, in coronide. Verba nonnulla edidit Muratori I p. CCXXIV, 1. Plenius Hamilton Aegypt. p. 206. Jollois et Devilliers in Description de l'Égypte Antiq. descr. II p. 57. Ex Gauii schedis Niebuhr Inscr. Nub. p. 13. Gau Itin. Nub. tab. I. Letronne Journal des savants Mart. 1821 p. 175 sqq. Recherches pour servir à l'histoire de l'Égypte p. 172 sqq. Recueil des inscr. Gr. et Lat. I p. 87 sqq. (J. Franz C. I. G. 4716). Accuratissime delineatum exhibet R. Lepsius Denkmäler aus Aegypten und Aethiopien XII p. 76 n. 27.

Litterae ΑΕΕΘΠϹΠ. Vs. 1. 2 ἐπὶ Αὔλου — ἐπιστρατήγου deleta sunt, sed Lepsius omnes litteras distincte agnovit.

Ὑπὲρ Αὐτοκράτορος Τιβερίου Καίσαρος νέου Σεβαστοῦ, θεοῦ Σεβαστοῦ υἱοῦ[1], ἐπὶ Αὔλου Ἀουιλλίου Φλάκκου[2] | ἡγεμόνος καὶ Αὔλου Φωλμίου[3] Κρίσπου ἐπιστρατήγου[4], Σαραπίωνος Τρυχάμβου στρατηγοῦντος[5], οἱ ἀπὸ τῆς μητρ|οπόλεως καὶ τοῦ νομοῦ τὸ πρόναον Ἀφροδείτηι[6] θεᾶι μεγίστηι καὶ τοῖς συννάοις θεοῖς, [L . .] Τιβερίου Καίσαρος -------------

1 Tiberius Caesar Augustus (14—37 p. Chr. n.). Accuratiora de tituli aetate vide proxima nota. 2 Cf. E. Klebs Prosopogr. imp. Rom. I p. 190 n. 1175, qui cum antiquioribus eum *Lucium* appellat; contra quem Stein ap. Pauly-Wissowa Suppl. I p. 228 n. 3 monet in papyro Genevensi anni 33/4 p. Chr. edito Revue de philologie XXII 1898 p. 185 praenomen *Aulus* esse idque etiam hic restituendum. Etenim uterque homo doctus ignorabat Lepsianum huius tituli apographum, in quo ΑΥΛΟΥ totidem litteris exaratum exstat. Infra n. 669, 27 sane nudo cognomine Φλάκκος significatur, ut apud Philonem plerumque. Anno 32 p. Chr. n. Severo mortuo praefecturam Aegypti nactus est, quam etiam Gaio principe aliquantisper tenuit, dum auctumno anni 38 p. Chr. imperatoris iussu Alexandriae a Basso centurione comprehensus, paullo post Romam abstractus ibique apud principem accusatus est a Lampone et Isidoro inimicis. Frustra defendit M. Aemilius Lepidus; Flaccus in Andrum insulam relegatus est ibique anno 39 p. Chr. n. occisus. Haec omnia narrantur a Philone Iudaeo in libro in Flaccum (II p. 517 sqq. ed. Mangey). Haec igitur templi Veneris dedicatio facta est post annum 32 p. Chr., sed ante mortem Tiberii (die 16 m. Martii a. 37 p. Chr.). 3 De lectione huius nominis gentilis, sane quod sciam ceteroqui ignoti, convenit inter apographum Wilkinsoni quo Letronnius usus est et illud omnium accuratissimum Lepsii exemplum. 4 Thebaidis. 5 Nomi Tentyritae. Ceterum utrum Σαραπίωνος Τρυχάμβου dicatur pro Σαραπίωνος τοῦ Τρυχάμβου an pro Σαραπίωνος τοῦ καὶ Τρυχάμβου vix pro certo disceptari poterit. 6 De huius deae delubro Tentyritico cf. Strabonis testimonium quod attuli n. 659[6].

---

662 In Memnonis pede sinistro. Ed. Letronne Inscr. Gr. et Lat. Aeg. II p. 391 n. CCCLXX (J. Franz C. I. G. vol. III Add. p. 1204 n. 4742 *b*).

Ἀπίων Πλειστον[ίκης[1]] | ἤκουσα τρίς[2].

Litterae ЄΠСѠ. 1 Apionem grammaticum hic agnoscendum esse, etsi Letronnio et Franzio aliter visum est, perquam probabile ac paene certum existimo. Eum Πλειστονίκην appellatum esse notum est ex Plinio Nat. hist. XXXVII, 75: *Apion cognominatus Plistonices* et Gellio N. Att. V, 14, 1 *Apion qui Plistonices appellatus est.* VII, 8, 1. Recte L. Cohn ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie I, 2 p. 2803 n. 3 Suidam, qui hoc patris nomen

fuisse refert (Ἀπίων ὁ Πλειστονίκου) erroris insimulavit. Nam non modo ab aliis (Africanus ap. Euseb. praep. ev. X, 10, 16. Pseudo-Iustinus Cohort. ad Gr. 9) Apionis pater Posidonius appellatur, sed etiam, quod C. non attigit, πλειστονίκης (ut παράδοξος, περιοδονίκης similia) consueta laus est qua vanitas athletarum aliorumque qui certaminibus sacris intererant se exornare solebat. Cf. Olympia V p. 117 n. 55, 1 sqq. ὁ νεωκόρος Ζμυρναίων δῆμος Τιβέριον Κλαύδιον Ῥοῦφον, τὸν ἑαυτοῦ πολείτην, ἄνδρα πλειστονείκην. Quod genus hominum Apionem gloria et iactatione aemulatum esse constat. Frustra K. Lehrs Quaestiones epicae p. 23 not. ** Suidae memoriam defendere conatur. Natura huius epitheti perspecta etiam id redarguitur, quod Franzius dixit, si ad Apionem Plistonicen spectaret titulus, articulum (Ἀπίων ὁ Πλειστονίκης) desiderari. Cf. Olympia V p. 339 n. 225, 24: Τιβερίου Κλαυδίου Θεσσαλοῦ Κῴου πλειστονείκου. Iam L. Friedländer Darstellungen aus der Sittengesch. der röm. Kaiserzeit II[6] p. 163 not. 1 iure meritoque Letronnio oblocutus est. 2 Pleraeque quidem huius generis inscriptiones (n. 680 sqq.) Hadriano demum principe et post eum incisae sunt. Sed cum Strabo XVII, 1, 46 p. 816 se cum Aelio Gallo illum sonum audivisse narret, Tacitus Annal. II, 61 idem de Germanico Caesare (a. 19 p. Chr. n.) memoriae prodat, non est cur de Apione, qui Claudii principatu etiamtum superstes erat (L. Cohn ap. Pauly-Wissowa Realencyklop. I, 2 p. 2804) dubitemus, praesertim cum eum Αἰγυπτιακά mirabilium narrationum plena scripsisse constet. Memorabile est, Memnonis nomen hic non magis legi quam apud Strabonem, quod apud Plinium et Tacitum demum et in titulis alterius p. Chr. n. saeculi comparet.

---

663 Infra imaginem, qua expressus est Claudius imperator duobus deis Aegyptiis flores offerens, *Denderah* in orientali templi magni parte. Ex Legraini apographo edidit et commentario illustravit P. Jouguet Bull. de corr. Hell. XIX (1895) p. 523 sqq. (Rev. arch. Troisième sér. XXIX 1896 p. 395 n. 79).

Ὑπὲρ [Τιβερίου Κλ]αυδίου Καίσαρος Σεβαστο[ῦ Γε]ρμανικοῦ αὐτο|κράτορος[1] εἰρή[ν]ης καὶ ὁμονοία[ς το]ὺς προκειμέ[νους θ]εούς[2], ἐπὶ | Λευκίου Αἰμιλίου Ῥή[κτου[3] ἡγ]εμόνος [καὶ Τ]ιβε-

Litterae ΘΠΣ; O minore quam reliquae modulo exarata. 1 A. 41—54 p. Chr. n. 2 Qui anaglypho in hoc lapide expressi sunt. Cf. lemma. 3 Idem homo praeter hunc titulum nusquam commemoratur, sed summa cum probabilitate E. Klebs Prosopographia imp. rom. I p. 36 n. 273 eius patrem fuisse coniecit, qui anno 14 p. Chr. eodem praefecti Aegypti officio functus esset; cf. Cassius Dio LVII, 10, 5: Αἰμιλίῳ γοῦν Ῥήκτῳ χρήματά ποτε αὐτῷ (Tiberio Caesari) πλείω παρὰ τὸ τεταγμένον ἐκ τῆς Αἰγύπτου ἧς ἦρχε πέμψαντι ἀντεπέστειλεν ὅτι κείρεσθαί μου τὰ πρόβατα, ἀλλ' οὐκ ἀποξύρεσθαι βούλομαι. Eundem esse Senecae philosophi avunculum, quem is Cons. ad Helviam 19 per sedecim annos (fere 1—17 p. Chr.) Aegyptum obtinuisse et

ρίου Ἰουλίου Ἀλ[εξάνδ]ρου[4] ἐπιστρατήγου, | Ἀρείου τοῦ Ἀρείου[5] στρα[τηγοῦν]τος[6], ἔτους β΄ Τιβερίου Κλαυδ[ίο]υ Καίσαρος Σεβαστοῦ[7] || Γερμανικοῦ αὐτοκράτορο[ς], Φαρμουθὶ η΄[8], Σεβαστῇ[9].

ex provincia decedentem in navigatione obiisse traderet, probabiliter coniecit Borghesi Oeuvres IV p. 438 sq. Cf. Klebs l. l. n. 272. 4 Homo nobilissimus, de quo cf. n. 586[5]. 669, 2. 3, recte hic intellegi videtur ab Jougueto, etsi H. Dessau Prosopogr. imp. Rom. II p. 164 n. 92 huius tituli et magistratus quem is testatur nullam facit mentionem. Hominem Alexandrinum, priusquam in equestrem ordinem ascenderet, in patria Aegypto dignitatem epistrategi Thebaidis assecutum esse nulla ex parte improbabile est. Certe a temporum rationibus nullam habet difficultatem, quoniam hic quidem titulus vere anni 42 p. Chr. exaratus est (not. 7), antiquissimus vero magistratus equester, quo Alexander functus sit, in annum 46 p. Chr. n. demum incidit. Cf. n. 669[2]. 5 Utrum nominativus Ἀρείας an Ἄρειος sit se dubitare indicat Jouguet. At hoc quidem nomen, in Aegypto potissimum, haud infrequens, illud quod sciam sine exemplo est. 6 Summus nomi magistratus, ut n. 659, 2. 661, 2. 664, 2. 665, 1. 8. 669, 1. 675, 2. 680, 2. 695, 1. 702, 6. Officium origine quidem militare erat, sed iam regum posteriorum Ptolemaeorum aetate in magistratum mere civilem abierat. Cf. n. 184[2]. 7 I. e. 41/2 p. Chr. n. 8 Cum mensis Pharmuthi, octavus fastorum Aegyptiorum, in illius temporis ordine anni a die 27. m. Martii incipiat, apparet huius tituli diem 3. m. Aprilis a. 42 p. Chr. n. esse. 9 Cf. n. 658[4].

664 In museo oppidi *Cairo*. Ed. J. Grafton Milne History of Egypt V under Roman rule p. 185 n. 5 (Revue archéol. Troisième sér. XXXVI 1900 p. 311 n. 28. L. Lafoscade de epistulis imperatorum et magistratuum Romanorum p. 52 n. 120. Seymour de Ricci Archiv für Papyrusforschung II p. 433 n. 21). Cf. quae adnotavit Seymour de Ricci Revue archéol. Troisième sér. XXXV 1899 p. 428 sqq.

Λούσιος [Γέτας][1] Κλαυδίωι Λυσα|νίᾳ στρατηγῶι[2] Ἀρσινοείτου |

Litterae ΘΘΞΠΕΩ. 1 Cum et hic et v. 8 primus editor [ἔπαρχος] restituisset, verum supplementum repperit de Ricci, qui monet non septem, sed quinque aut certe sex litteras intercidisse, neque usquam praefectum Aegypti simpliciter ἔπαρχον appellari sine terrae nomine (not. 3); denique cur hoc innocentissimum vocabulum eraderetur profecto non fuisse, cum cognomen Γέτας manifesto post memoriam L. Septimii Getae Caesaris anno 212 p. Chr. a fratre occisi damnatam hic ut alibi sublatum esset. Nam ne in aliis quidem hominibus, veluti in ipsius patruo P. Septimio Geta, furorem fratris huic nomini pepercisse. Similiter iam anno 30 a. Chr. n. Antonium nomen ubicumque in fastis occurreret deletum esse notum est. L. Lusius Geta praefectus praetorio fuit anno 48 p. Chr. n. (Tac. Ann. XI, 31. 43).

χαίρειν· τὸ ὑπογεγραμμένον | ἔκθεμα πρόθες ἐν οἷς καθήκει || τοῦ νομοῦ τόποις, ἵνα πάντες | (ε)ἰδῶσι τὰ ὑπ' ἐμοῦ κελευόμενα. | ἔρρωσο. |

II Λούκιος Λούσιος [Γέτας] λέγει[3]· | ἐπεὶ Ἀρσινοείτου ἱερεῖς θεοῦ || Σοκνοπαίου[4] ἐνέτυχόν μοι | λέγοντες εἰς γεωργίας ἄγεσθαι[5], | τούτους μὲν ἀπολύω⟨ι⟩· ἐὰν | δέ τις ἐξελεγχθῆι τὰ ὑπ' ἐμοῦ | ἅπαξ κεκριμένα ἢ προστα||χθέντα κεινήσας ἢ βουληθεὶς | ἀμφίβολα ποιῆσαι, κατὰ [π]ᾶν | ἢ ἀργυρικῶς ἢ σωματικῶς | κολασθήσεται. L ιδ' Τιβερίου | Κλαυδίου Καίσαρος[6] Σεβαστοῦ, || Φαρμουθὶ ι'[7].

Anno 52 p. Chr. n. amotus est. Cf. Tac. Ann. XII, 42: *nondum tamen summa moliri Agrippina audebat, ni praetoriarum cohortium cura exolverentur Lusius Geta et Rufrius Crispinus, quos Messalinae memores et liberis eius devinctos credebat. igitur distrahi cohortes ambitu duorum et si ab uno regerentur intentiorem fore disciplinam adseverante uxore, transfertur regimen cohortium ad Burrum Afranium, egregiae militaris famae, gnarum tamen, cuius sponte praeficeretur.* Qua ex narratione cum appareat, nullam fuisse causam cur princeps Lusio irasceretur, eum honorificentissima ratione praefectura praetorii exsolutum esse mandata Aegypti administratione non est mirandum. de R. 2 Cf. n. 663[6]. 3 Praefecti appellatio hic non magis additur quam n. 665, 14: Γναῖος Οὐ[εργί]λιος Καπίτων λέγει et n. 669, 3 Τιβέριος Ἰούλιος Ἀλέξανδρος λέγει. Plerumque sane praefectorum edicta, quae in papyris servata sunt, officii significationem habent, sed semper addito provinciae nomine. Cf. Fayûm towns and their papyri p. 124 n. XXI, 1. 2 Μᾶρκος Πετρώνιος Μαμερτῖνος ἔπαρχος Αἰγύπτου λ[έ]γει. Oxyrhynchos pap. I p. 72 n. XXXIV col. III, 1 Τίτος Φλάουιος Τιτιανὸς ἔπαρχος Αἰγύπτου λέγει. II p. 163 n. CCXXXVII col. VIII, 21 Φλάουιος Σουλπίκιος Σίμιλις ἔπαρχος Αἰγύπτου λέγει. ibid. v. 27. 28 Μᾶρκος Μέττιος Ῥοῦφος ἔπαρχος Αἰγύπτου λέγει. Berl. gr. Urk. I p. 283 n. 288, 1 . . . . κλος ἔπαρχος Α[ἰγύπ]του λέγει. II p. 33 n. 372 I, 1 [Μᾶ]ρκος [Σεμπρώνιος Λ]ιβ[ερ]ᾶλ[ι]ς ἔπαρ[χος] Αἰγύπ[του λέγ]ει. 4 Cf. n. 177[9]. 5 Vix fieri potest, quin de ipsis sacerdotibus per vim ad opus rusticum faciendum coactis hoc intellegatur. De simili violentia cf. n. 90, 17 προσέταξεν δὲ καὶ τὴν σύλληψιν τῶν εἰς τὴν ναυτείαν μὴ ποιεῖσθαι, ubi tamen non de ipsis sacerdotibus dici videri exposui not. 63. 6 Anno 53/4 p. Chr. n. 7 Pharmuthi, octavus fastorum Aegyptiorum mensis, in anno Alexandrino quem dicunt a die 27. m. Martii ad d. 25. m. Aprilis pertinebat. Huius igitur tituli dies est 5. m. Aprilis a. 54 p. Chr. n.

---

665 In pylone primo templi magni quod est in oppido *Girgeh* Oasis magnae. Partem *a* solam ed. Cailliaud Voyage à l'Oasis de Thèbes tab. XXIII, 7. 8. *a b* Hoskins Visit to the great Oasis p. 301 sqq. 322 sqq. Totus titulus ex Hydii apographo editus est

Classical Journal XXIII p. 365 sqq. (Letronne Journal des Savants 1822 p. 671 sqq. et ap. Cailliaud Voyage à Méroé T. III p. 388 sqq. A. Edmonstone Journey to two of the Oases of upper Egypt, London 1822. Classical journal XXXII p. 358. Rudorff Cn. Vergilii Capitonis edictum, Berol. 1834. J. Franz C. I. G. 4956). Bailie Fasc. inscr. III p. 310 (Franz C. I. G. III Addenda p. 1236. Epistulam v. 8—13 repetivit L. Lafoscade De epistulis imperatorum magistratuumque Romanorum p. 51 n. 119).

I *a* Ποσιδώνιος στρατηγός[1]· | τῆς πεμφθείσης μοι ὑπὸ τοῦ κυρίου ἡγεμόνος | ἐπιστολῆς σὺν τῶι ὑποτεταγμένωι προστά-γ|ματι[2] τὰ ἀντίγραφα ὑμεῖν[3] ὑποτέταχα, ἵν' εἰδό||[τες] αὐτὰ καὶ [εὐπ]ειθῆτε[4] καὶ μηδὲν ὑπεναντίον τοῖς προσ||[τεταγμένο]ις ποιῆ[τε][5]. ἐπὶ ἔτο[υς][6] ἐνάτου[7] Τιβερίου Κλαυδίου Καίσαρος | [Σεβαστοῦ Γερμανι]κοῦ Αὐτοκράτορος, Μεχεὶρ ζ'[8].

Litterarum formae non eaedem sunt in exemplis editorum. De ΖΞΠΩ quidem inter omnes convenit, sed fluctuatur inter Ε et Є, Θ et ϴ, Ε et C, Υ et Y. 1 Articulum ὁ addit Bailie, sed eum errorem esse cum aliis de causis probabile est, tum quia in titulo gemino n. 669, 1 non legitur. Multo probabilius est eiusdem hominis docti supplementum ex illo lapide petitum ['Οάσεως Θηβαΐδος], sed ne hoc quidem certum. Utique neque hic neque illic additum fuit verbum finitum, neque magis dativus homines indicans, quibuscum haec communicet strategus. 2 Hanc vocem Bailie integram habet, reliqui mutilatam. 3 Alloqui videtur Posidonius incolas nomi, quibus hic lapis loco sanctissimo et frequentissimo spectandus proponitur. Vs. 11 sane praeter metropolin nomi etiam in unaquaque regione (τόπῳ) eius rescriptum praefecti incidi iubetur, sed Posidonii litterae I v. 1—8 ad hoc unum exemplum referendae sunt. Cf. n. 669, 2. 4 ΛΤ/ ..Κ... ΟΓΟΗΤЄ Caillaud. ....ΑΤΑΚΑΙ..ΟΙϴΗΤЄ Hyde. ΥΤΑΚ ΟΗΘΗΤΕ Hoskins. ΑΥΤΑΚΑΙ...ΕΙΘΗΤΕ Bailie. Huius supplementum recepi; εὐπειθεῖν i. e. εὐπειθῆ εἶναι (ut εὐτυχεῖν i. e. εὐτυχῆ εἶναι et multa similia) recentiore aetate haud infrequens est. Quod Franzius scripsit ἵν' εἰδό[τες] αὐτὰ [προνο]ηθῆτε cum aliis de causis teneri nequit, tum quia ΚΑΙ illud, quod ex quattuor exemplis duo integrum exhibent, reliqua duo certe litteram initialem, ab illo plane neglegitur. 5 ......ΕΠΙΗ.Ο.. Hyde. Reliqui haec omittunt praeter Bailium. Deinde LЄΝΑΤΟΥ apographa reliqua; Bailius hunc versum sic exhibet: ΙΕΠΟΙΗ..°ΕΠΙΕΤΟ..ΕΝΑΤΟΥ. Supplementa eius recepi, ac certe de ποιῆ[τε] non videtur dubitandum propter praesens [εὐπ]ειθῆτε v. 5. 6 Supplevit Bailie; formula ἐπὶ ἔτους sane insolentior, sed Franzii ποιή[σητ]ε· L ἐνάτου non videtur ferri posse. Cf. not. 5. 7 Claudii annus nonus est 48/9 p. Chr. n. 8 ΜΕΧΕΙΡ Ζ Hoskins, ΜCΧЄΙΙ $\overline{Z}$ Cailliaud, ΜΕΧΕΙΟ · Ξ Hyde, ΜΕΧΕΙΡ $\overline{\Theta}$ Bailie. Numerum septenarium trium testium consensu firmatum retinui. Mechir, sextus anni Aegyptiaci mensis,

II Γν[(αῖος) Οὐεργίλιος Κ]απίτων[9] Ποσειδωνίωι, στρατηγῶι Ὀάσε[ως | Θηβαΐδος, χαίρειν· δ ἐπὶ[10]] τῆς πόλεως[11] [πρ]οέθηκα[12] διάταγμα, ‖ [τούτου ἀντίγραφον] ἔπεμψά[13] σ[οι]. βούλομαι οὖν [σ]ε ἐν | [τάχει ἔν] τε τῆι μητροπόλει τοῦ νομοῦ καὶ καθ' ἕ[κ|αστον τόπο]ν[14] αὐτὸ προθεῖναι σαφέσι καὶ εὐσήμοις | [γράμμασιν], ἵνα [παν]τὶ [ἔκ]δηλα γένηται τὰ ὑπ' ἐμοῦ [σταθέντα][15].

III Γναῖος Οὐ[εργί]λιος Καπίτων λέγει[16]· ‖ καὶ πάλαι μὲν ἤκουόν τινας δαπάνας ἀδίκους καὶ παραλογισ[θεί|σ]ας[17] ὑπὸ τῶν πλεονεκτικῶς καὶ ἀναιδῶς ταῖς ἐξουσίαις ἀπο|χρωμένων γείνε-

---

in ea fastorum forma quae tum usitata erat a die 26. m. Ianuarii ad d. 24. m. Februarii pertinebat. Haec igitur scripta sunt die 1. m. Februarii a. 49 p. Chr. n. 9 Litterae initiales praenominis in Bailii exemplo conservatae sunt. De Cn. Vergilio Capitone cf. Prosopographia imp. Rom. III p. 401 n. 276. Praefecturam Aegypti iam superiore anno 47/8 a. Chr. n. eum gessisse testatur titulus C. I. L. III, 6024. Bis commemoratur apud Tacitum in rebus anni 69 p. Chr. Cf. Hist. III, 77: *interim ad L. Vitellium servus Vergilii Capitonis perfugit pollicitusque, si praesidium acciperet, vacuam arcem* (Tarracinae) *traditurum.* IV, 3: *solacio fuit servus Vergilii Capitonis, quem proditorem Tarracinensium diximus, patibulo adfixus in isdem anulis, quos acceptos a Vitellio gestabat.* Nam iure H. Dessau in Prosopographia negavit recte se habere Puteolani emendationem *Verginius*, quia utrobique *Vergilius* in codice Mediceo esset neque ulla causa mutandi. 10 Supplevit Franz. 11 Praefectus ipse Alexandriae publici iuris fecit edictum; deinde idem ad strategos nomorum transmisit, ut in suo quisque nomo proponendum curaret. Vides hic quoque illam apparere πόλεως (Alexandriae) et χώρας (Aegypti) distinctionem, de qua dixi n. 654[3]. 12 IIOϴϴHM Cailliaud, ꞶIO.ΘΗΚΑ Hyde, ΥΠΕΘΗΚΑ Hoskins, [ΕΞ]ΕΘΗΚΑ Bailie. Recte Franzius in Cailliaudii et Hydii exemplis agnovit praepositionem. Nam Hoskinsii quidem ὑπέθηκα sententiae accommodatum non est, Bailius praepositionem ἐξ coniecturae deberi ipse significat. Reliquis in rebus Hoskinsii exemplum, hoc quidem loco plenissimum et accuratissimum, expressi. 13 ΕΠΕΜ legit Bailie, ΠΕΜΨΑΣ Hoskins, apud reliquos hic locus tam foede corruptus, ut nihil certi agnoscatur. 14 Unusquisque nomus dividitur in plures τόπους, ex quibus rursus in unoquoque plures sunt vici (κῶμαι). Cf. quae de horum scribis adnotata sunt not. 32. 15 Hic Bailii lectionem et supplementa secutus sum, quibuscum in universum non male concinunt ea quae ex antiquiorum exemplorum corruptelis Franzii sagacitate restituta sunt. 16 Cf. n. 664[3]. 17 ΠΑΡΑΛΟΓΙꞒ Bailie. ΠΑΡΑΛΟΓΙ Hoskins. ΠΡΑΛΟΓΗ Cailliaud. ΓΑΡΑΔΟΓΗ Hyde. Franzius, qui initio παραλογη[θεί]σας restituerat, in addendis Bailii exemplum secutus est, sine dubio recte; nam παραλογίζεσθαι de fraudulenta computatione usitatum est, παραλογεῖν quod sciam inauditum.

σθαι, καὶ νῦν δὲ ἐν τῇ τῶν Λιβύων μάλιστα | ἔγνων ὑποθέσει[18], ὅτι ἀναλίσκεταί τινα ἁρπαζόντων ἀδε|ῶς τῶν ἐπὶ ταῖς χρείαις[19] ὡς ὑποκείμενα εἰς δαπάνας ‖ καὶ ξένια (ἑ)αυτῶν[20] τὰ μήτε ὄντα μήτε ὀφείλοντα εἶναι, | ὁμοίως δὲ καὶ ἀνγαρειῶν[21] ὀνόματι. διὸ κελεύω⟨ι⟩ τοὺς | διοδεύοντας διὰ τῶν νομῶν στρατιώτας[22] καὶ ἱππεῖς καὶ | στάτορας[23] καὶ ἑκατοντάρχας καὶ χειλιάρχους καὶ τοὺς (λο)ι|ποὺς[24] ἅπαντας μηδὲν λαμβάνειν μηδὲ ἀνγαρεύειν εἰ μή ‖ τινες ἐμὰ διπλώματα[25] ἔχουσιν· καὶ τούτους δὲ στέγηι

---

18 Recte Franzius hinc collegit, Libyum potissimum petitionem in causa fuisse, cur Vergilius Capito hoc edictum proponeret. Vocis ὑπόθεσις usus de querellis incolarum aut accusationibus extra Aegyptum nullum memini exemplum, sed fere eadem vi usurpatam habes infra n. 669, 41 ἐὰν μέν τις τῶν ἐν ἰδίωι λόγωι κατηγόρων ὡς ἑτέρωι συνηγορῶν εἰσάγηι ὑπόθεσιν. 42 ἐὰν δὲ ἰδίωι ὀνόματι κατενεγκὼν τρεῖς ὑποθέσεις μὴ ἀποδείξηι, μηκέτι ἐξεῖναι αὐτῶι κατηγορεῖν. 62 περὶ δὲ τῶν ἀρχαιο[τέρων ὑποθ]έσεων κτλ. Fatendum sane est, hic melius ἐκ τῆς τῶν Λιβύων ὑποθέσεως dicturum fuisse qui haec scripsisset. 19 Qui negotia publica gerunt, ei praecipue, quorum genera v. 22. 23 singillatim enumerantur. Letronne. 20 Franzius ξενίας αὐτῶν. Ac sane omnia apographa σῖγμα exhibent (ΞCΝΙΔC Cailliaud, ΕΘΝΙΑΕ Hyde, ΧΕΝΙΑΣ Hoskins), sed tamen nulla ex parte dubium est quin verum viderit Wilcken Gr. Ostraka I p. 390, qui ξένια (ἑ)αυτῶν emendavit cum moneret ξένια, quae magistratibus et militibus per regionem aliquam iter facientibus praebenda essent, iam Ptolemaeorum aetate identidem comparere in papyris. Eum morem vero in Aegypto ne Romanorum quidem aetate exstinctum esse eo minus mirum est, quia etiam aliarum provinciarum incolas de eo conqueri videmus. Cf. Syll.² 418, 32 sqq. ἐπέρχονται εἰς τὴν ἡμετέραν κώμην καὶ ἀναγκάζουσιν ἡμᾶς ξενίας αὐτοῖς παρέχειν. Quo loco sane probatur, etiam ξενίαι hac vi aliquando dictum esse. Nam quominus illic ut hic ξένια [ἑ]αυτοῖς emendemus, obstant alii eiusdem tituli loci, v. 42 παρέχειν αὐτοῖς τὰς ξενίας καὶ τὰ ἐπιτήδεια. v. 62 οὔτε ξενίας [αἰτή]ματι οὔτε παροχῆς ἐπιτηδείων. Sed cave illius tituli ope defendere coneris Franzii lectionem. Etenim alius alibi fuit sermonis usus, et in Aegypto quidem ξένια dici consuesse videmus ex papyris. 21 De hoc iumenta ad cursus publici vehicula praebendi onere cf. Syll.² 932[16]. 22 Similiter de militum exactionibus arbitrariis atque illicitis conqueruntur Scaptopareni provinciae Thraciae Syll.² 418, 37 sqq., Aragueni in Asia habitantes supra n. 519, 18 sqq., Phaenesii Trachonitidis n. 609, 8 sqq. Etiam n. 139, 8. 9 post magistratus praefectosque, qui sacerdotes Philarum exactionibus premant, αἱ ἀκολουθοῦσαι δυνάμεις καὶ ἡ λοιπὴ ὑπηρεσία culpantur. 23 Cf. n. 577[4]. 24 Sic Franz, quem sequendum existimavi, quia v. 24 init. omnia apographa de ΠΟΥC consentiunt, cum v. 23 extr. ΛΛΙ exhibeant Calliaud, ΑΔΙ Hyde, Α Bailie, Hoskins vero post ΤΟΥΣ nihil amplius habeat. Cogitaveris etiam de ἄλ|(λ)ους. Utique ἀ[νθρώ]|πους, quod Bailie supplevit, non recte se habet. 25 Cf. Plin. epist. X, 121, 1. 2 *usque in hoc tempus, domine* (Traianus imp.), *neque*

μόνον δέ|χεσθαι[26] τοὺς διερχομένους, ὑποκείμενόν[27] τε μηδένα μηδὲν πράτ|τειν ἔξω τῶν ὑπὸ Μαξίμου[28] σταθέντων[29]. ἐὰν[30] δέ τις δῶι ἢ ὡς δε|δομένον λογίσηται καὶ εἰσπράξηι δημοσίᾳ, τοῦτον τὸ δεκαπλοῦν | ἐγὼ⟨ι⟩ ἐκπράξω⟨ι⟩ οὗ αὐτὸς ἔπραξεν τὸν νομόν, καὶ τῶι μηνύσαντι ‖ τὸ τετραπλάσιον μέρος δώσω⟨ι⟩ ἐκ τῆς τοῦ κατακριθέντος οὐσίας. | ο[ἱ μὲν οὖν β]ασιλικοὶ γραμματεῖς[31] καὶ κωμογραμματεῖς καὶ τοπογραμ|[ματ]εῖς[32] κατὰ

---

cuiquam diplomata commodavi neque in rem ullam nisi tuam misi. quam perpetuam servationem meam quaedam necessitas rupit. uxori enim meae audita morte avi volenti ad amitam suam excurrere usum eorum negare durum putavi. Traianus apud eundem 122: *si expectasses, donec me consuleres, an iter uxoris tuae diplomatibus, quae officio tuo dedi, adiuvandum esset.* Hic de eodem genere diplomatum dici atque in titulo vidit Rudorffius. Etiam apud Tacitum Hist. II, 54. 65 diplomatum ab imperatore datorum mentio fit. Qua cum re bene convenit quod etiam praefectus Aegypti, qui vice principis erat, eiusmodi litteras dare consueverat, quas qui accepisset non modo tutela praesidis uteretur, sed etiam certa itineris adiumenta ab incolis terrae exigere ei liceret. Cf. Wünsch ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie V, 1 p. 1159. 26 Similem restrictionem habes n. 527, 5. Alibi praescribitur, ut ne domo quidem recipere quemquam cogantur. Cf. n. 609, 21 sqq. Syll.² 415, 6 sqq. 27 Tecto quidem recipere debebunt milites aliosve id genus homines iter facientes, neque vero quamlibet rem corpoream, veluti cibum, pecuniam, dona cuiusvis generis eis praebere. Plane geminum vocis ὑποκείμενα de rebus corporeis usurpatae exemplum sane me non novisse fateor; sed facile haec notio oriri poterat ex illo usu vocis iam Aristoteli familiari, quo significat rem, cui inhaereant πάθη. Cf. H. Bonitz Ind. Arist. p. 798 b, 20 sqq. 28 Cf. Prosopogr. imp. Rom. II p. 323 n. 73. Pleno nomine M. Magius Maximus, ut apparet ex titulo Aeclanensi C. I. L. IX, 1125, ex quo emendatus est Philonis locus adv. Flaccum c. 10, ubi traditur Μάγνος Μάξιμος. Quo ex loco apparet eum bis praefectum Aegypti fuisse Augusti principatu. Cf. etiam Plin. Nat. hist. XXXVI, 69: *inde* (ex Arsinoeo Alexandriae) *eum* (obeliscum) *navalibus incommodum Maximus quidam praefectus Aegypti transtulit in forum, reciso cacumine, dum voluit fastigium addere auratum, quod postea omisit.* 29 Iusserat igitur Maximus nonnulla minoris momenti praeberi, quibus ad usum habitationis opus esset. Similiter n. 527, 5 magistratibus municipalibus (παραφύλαξι), si vicos (κώμας) in agro civitatis sitos visitent, praeter domicilium (μονήν) nihil nisi ξύλα καὶ ἄχυρα dandum esse constituitur. 30 ΘΑΝ Cailliaud. ΟΑΝ Hyde. ΑΝ Hoskins. Quod Franzius reposuerat ΕΑΝ Bailii exemplo confirmatum est. 31 In unoquoque nomo proximum post strategum locum tenebat scriba regius, cui tota administratio redituum et expensarum mandata erat. 32 Cum νομός in τόπους, τόπος rursus in κώμας divisus fuerit, apparet hic rectius βασιλικοὺς γραμματεῖς, τοπογραμματεῖς, κωμογραμματεῖς hoc ordine enumerandos fuisse. Ac sic legitur n. 666, 14. 15 τοπογραμματεῦσι

νομὸν πάντα ὅσα δαπανᾶται ἐκ τοῦ νομοῦ, εἴ τινα | πέπρακται[33] παραλόγως ἢ ἄλλο τι ἀναγραφ[έσ]θωσαν καὶ ἐ[ν ἡμέραις] | ἑξήκοντα ἐπιδότωσαν[34], οἱ δ' ἐ[ν]τὸς Θηβαΐδος διὰ τετραμήνου, [εἰς τὰ][35] ‖ λογιστήρια[36] καὶ πρὸς Βασιλείδην τὸν Καίσαρος ἀπελεύθερον τὰ ἐξ ἑκάσ|του λογιστηρίου, καὶ τοὺς ἐκλογιστάς[37] πεμπέτωσαν, ἵν' ἐάν τι παρὰ[38] τὸ δί|καιον λελογευμένον
b ἢ πεπραγμένον ᾖ, τοῦτο διορθώσομαι[39]. ὁμοίως | δ[ὲ] βούλομαι δηλοῦσθαι -- | σ[εῖ]τος[40] ἢ ἀργύριον δι ------------------------------------

---

καὶ κωμογραμματεῦσι. Cf. U. Wilcken Aktenstücke aus der Kgl. Bank p. 34. J. G. Droysen Kl. Schriften II p. 382 cum Wilckeni additamentis p. 438. J. C. Naber Archiv für Papyrusforschung I p. 322 not. 3. Ex papyro quem ediderunt Grenfell et Hunt Archiv für Papyrusforschung I p. 63: ἐν Παθύρει ἐφ' Ἡλιοδώρου ἀγορανόμου τῆς ἄνω τοπαρχίας τοῦ Παθυρίτου luculentissime apparet τόπον (τοπαρχίαν) proximam nomi divisionem fuisse. Accuratiora de toparchiarum institutione v. ap. Wilcken Gr. Ostraka I p. 428. Tenendum tamen, non ubique vocem τόπος in titulis Aegyptiis hanc vim definitam et sollennem habere. Cf. n. 85[4]. 33 ΠΟΕΠΡΑΚΤΑΙ Cailliaud. . ΠΩΠΡΑΚΤΑΙ Hyde. ΠΕΠΡΑΚΤΑΙ Hoskins. ΑΠΟΠΕΠΡΑΚΤΑΙ Bailie. Cuius lectio non caret suspicione interpolationis ex Cailliaudii errore natae, praesertim cum ἀποπράσσειν in eiusmodi litteris Aegyptiis nusquam legatur et omnino vox rarissima infimae aetatis esse videatur. Ne Franzii (εἰσπ)έπρακται quidem mihi placet, sed praeferendum videtur simplex, quod ab Hoskinsio totidem litteris lectum est itemque Hydii et Cailliaudii lectionibus confirmatur. Adde quod compositum praeterea in hoc titulo semel (εἰσπράξῃ v. 28), simplex ter (πράττειν v. 26. 27. ἔπραξεν v. 29. ἐάν τι λελογευμένον ἢ πεπραγμένον ᾖ v. 37) occurrit. 34 Cf. n. 515[18]. 35 Hoskinsii exemplum post τετραμήνου exhibet ΘΕΟΙΕΝ, reliqua apographa haec adeo corrupta habent, ut nihil inde elici possit. Supplementum quidem incertissimum, sed sententiarum conexum luculentissime expedivit U. Wilcken Gr. Ostraka I p. 501, qui perspexit hic quoque de illicitis militum exactionibus dici. Has a scribis nomorum, toparchiarum, vicorum diligenter conscribendas et in universum quidem sexagesimo quoque die, in Thebaide vero quarto quoque mense in logisteria deferendas atque inde ad Basilidem Caesaris libertum eclogistasque mittendas esse, ut ab eis examinarentur ac deinde praefecti iussu sarcirentur. 38 Haec lectio, manifesto vera illa quidem, ex Bailii demum apographo innotuit. 39 Editores διορθώσ[ω]μαι emendant, sed nescio an ἵνα c. ind. fut. scriptori potius tituli quam quadratario imputandum sit. Cf. Syll.[2] 418, 88 sqq. ἵνα — τούς τε ἱεροὺς φόρους καὶ τὰ λοιπὰ τελέσματα φέρειν δυνησόμεθα, ubi de coniunctivo aoristi reponendo cogitare vetat flexio diversa. 40 Sic Bailie; ΠΡΟΣ Hoskins, ΠΟΣ (ex ΙΤΟΣ) reliqui. Quam saepe in administratione Aegypti σῖτος et ἀργύριον, σιτικὰ καὶ ἀργυρικὰ coniunctim commemorentur, notum est. Cf. n. 90[39].

--------------‖μησιν σκεπαστικοῦ[41] -------------------------
----------------------- | πρῶτον ἀκούσας ε-------------------
------------------------------- | παρὰ τὴν τοῦ κυρίου --------
--------------------------------------- | ἐτόλμησαν τῆς σκέ-
[ψεως[42] ---]‖πῆς
τι λαμβανε[[43]--
πολ]‖λάκις παρά τε[44] ---------------------------------------
------|σαντος γνώ[μην[45] ------------------------------------
-------- π]‖ρογραφὴν[46] ------------------ | στρατηγῶι γ[-----
---------- ἑ]‖ξήκοντα εἰς[47] ---------------------------------
-------------‖ρου πρὸς τ[----------- ἀναγραφέ]‖σθωσαν[48] [---
----------- πέμ]‖πειν πᾶσι------------------------------------
--------------------- | καὶ τὰ ἄ[λλα --------------------] |
καὶ τοῖς στρα[τηγοῖς[49] -------------------------------------
--- ἀνε]‖πηρεάστω[ς[50] --------------------------------------
-----------] | ἤδη προλέγω ---------------------------------
-------------------|των, εἰ καὶ ----------------|ιν οἱ τότε
ἀκούσαν[τες[51] --------------------------------- ἀναγρα]‖φέ-
σθωσαν τὰ[52] [------------------------------ ἐδ]‖εσμάτων[53]
------------------------------------- | πολιτῶν[54] ι---------

41 init. MHCIN Bailie, MHN priores. 42 Post ἐτόλμησαν Bailie THCCKE, priores HCKE. 43 ΛΑΜΒΑΝΟ antiquiores, ΛΑΜΒΑΝΕ Bailie. 44 fin. TE Bailie. TI reliqui. 45 fin. ΓΝΩ Bailie. ΓΩ priores. 46 Littera finalis accessit ex Bailii exemplo. 47 Praepositionem unus Bailie habet. Manifesto huius loci argumentum simile erat eorum quae v. 33. 34 scripta sunt. 48 Supplevi ex v. 33, quia hic manifesto in simillimo argumento versamur (cf. not. 47). 49 ΚΑΙΤΟΥΣΤ Hoskins. ΚΑΙΤΟΙΥΤΗΔ Hyde. Rectius sine dubio legit Bailie, quem sequor. 50 Hic consentiunt apographa, nisi quod extremae litterae apud antiquiores OY sunt, quarum loco Ω habet Bailie. Franzius cum [ἀνε]πηρεάστου[ς] supplevisset, in addendis genetivum praetulit, sed eodem iure adverbium reposueris. Utique memorabile est, in eiusmodi querellis de vi et avaritia militum aliorumque hominum vocis ἐπήρεια, ἐπηρεάζειν et quae inde descendant usum satis frequentem esse. Cf. Syll.² 418, 14 sqq. οἰκοῦμεν καὶ κεκτήμεθα ἐν τῇ προγεγραμμένῃ κώμῃ οὔσῃ εὐεπ[η]ρ[ε]άστῳ διὰ τὸ ἔχειν ὑδάτων θερμῶν χρῆσιν καὶ κεῖσθαι μέσον δύο στρατοπέδων et infra n. 669, 6 καὶ τῶν γεωργούντων τὴν χώραν μεμφομένων τὰς ἔγγιστα γενομένας ἐπηρείας. 51 Sic Bailie; corruptas antiquiorum lectiones enotare non attinet. 52 Sic Bailie. ΦΕΕΟΑΗ . Λ Hyde. ΦΕΣΘΑΙ Hoskins. 53 ΕΛΑCΩ Hyde. ΕΛΑΣΣΩ Hoskins. Quod dedi, Bailie habet; supplevit Franz dubitanter. 54 Tres primas litteras solus Bailie habet.

------------------------|σύν μοι μετα[55] [------------------------------------ γράμμα]|τα[56] ἔγραψα πρὸς τοὺς ε[[57]----- ἐν τῇ μ]|ητροπόλει τοῦ ὅλου νομοῦ ἢ[58] ---------------------‖ *c* αια.. εδαετης, ἵν' ἐξῆι τῶι βουλομέν[ωι ----------- ἐλέγχειν[59] -------------- | τ]οὺς ψευσαμένους. κελεύω δὲ ------------------------------|-----[60] τὰς τῶν νομῶι τῶν [-------------------------------------|--- ἐδ]ήλωσαν[61]. ἀναγκ[αίω]ς [οὖν] κε[λεύω[62] -------------------------|----]μφ (προ)σπέμπειν[63] μο(ί) τι καὶ ---------------------------------- ‖ ἐστασίασαν[64] καὶ τῆς [----δι]|δόναι εἰς διαλογισμὸν[65] --------------------------------|--- αὐτῶν εἶναι φανερὸν -- | ἐν τῶι λογιστηρίωι[66] --------- | τὰ ἐν ἰδίωι λόγωι[67] ------------------------------------ ‖ ἔθους προστε[ταγμεν[68] --] | Καί(σ)αρ(ο)ς Σε(β)[αστοῦ[69] | Χ](ο)[ι]ά(κ) (ι)α'[70].

55 Hic quoque duae primae litterae non leguntur nisi apud Bailium. 56 Supplevi. 57 Sic hunc versum in antiquioribus exemplis magnopere corruptum exhibet Bailie. 58 Adiectivum ὅλου accessit ex Bailii exemplo, qui etiam alia nonnulla emendatiora exhibet quam priores. 59 Supplevi. Aut hunc aut alium eiusdem fere notionis infinitivum fuisse manifestum est. 60 Ante ΤΑϹ Bailie ΠΡ--Β--, Hyde ΠΕ..ΒΙ; reliqui particulam *c* non habent. Franzius emendavit πε[ρ]ὶ, neutiquam probabiliter. 61 Sic Bailie, ΩΗΛΟϹΩΝ Hyde. 62 Supplevit Franz. Cf. n. 669, 8 προέγραψα ἀναγκαίως περὶ ἑκάστου τῶν ἐπιζητουμένων. 41 ἀναγκαίως κελεύω. 63 ...ΜΩΙΦΟΥ ϹΠΕΜΠΕΙΝ·ΜΟ·ΤΙΚΑΙ Hyde. ΜΩΙ..ϹΠΕΜΠΕΙΝ.Μ.ϹΚΑΙ Bailie. Franzii restitutio, quam secutus cum, neutiquam certa videtur. 64 Hoc agnovit Bailie. Ο·ΛϹΙΑϹΔΗΝΚΑΙ·ΗϹ Hyde. 65 Sic Bailie. ΔΟΝΑΙΙΝϹΙϹΔΙΑ..ΓΕ Hyde. 66 Sic Bailie. ΗΜΑΔΟΓΟΥΟΕΙΗΙΩ Hyde. 67 Sic Bailie. Τ..ΝΔΙΩΙΛΟ Hyde. De re cf. n. 669[74]. 68 ΠΡΟϹΕ Hyde. ΠΡΟϹΤΕ Bailie. Supplevit Franz. 69 ΚΑΙΟΑΡΕϹϹΕΡ Hyde. ΚΑΙΘΑΡϹΥΤΕΡ. Καί[σ]αρ[ο]ς Σε[βαστοῦ] emendavit Rudorff, quem sequitur Franz. Cum inter ϹΕΡ et ΤΕΡ fluctuent apographa, conieceris [Γ]ερ[μανικοῦ] potius fuisse. Sed id sane ex sollenni nominum ordine post Σεβαστοῦ locum habebat. 70 Ω·ΑΧ·ΤΑ..... Hyde. ΑΛ--ΤΑ Bailie. Emendavit Rudorff, qui si verum vidit, id quod nequaquam certum est, die 7. m. Decembris a. 48 p. Chr. hoc edictum propositum est Alexandriae, quinquaginta quattuor diebus antequam in Oasi Thebaide a Posidonio stratego lapidi incideretur (not. 8).

666 Lapis inventus iuxta androsphingem qui est ante pyramida Chephrenis, delatus in museum Britannicum. Ed. Quarterly Review XIX 1819 p. 413 n. 38. Ex Leakii apographo Letronne

Recherches pour servir à l'histoire de l'Égypte p. 388 sqq. Ex his et Odofredi Mülleri schedis J. Franz C. I. G. 4699. Accuratius et plenius Mus. Brit. Egyptian antiquities II p. 377 sqq. Inde Letronne Recueil des inscr. Gr. et Lat. de l'Égypte II p. 466 n. DXXVII, tab. XXXIX, 1 (inde J. Franz C. I. G. III Add. p. 1187).

Ἀγαθῇ τύχηι. | Ἐπεὶ [Νέρων] Κλαύδιος Καῖσαρ Σεβαστὸς | Γερμανικὸς αὐτοκράτωρ[1], ὁ ἀγαθὸς δαίμων τῆς | οἰκουμένης[2], σὺν ἅπασιν οἷς εὐεργέτησεν ἀγα||θοῖς τὴν Αἴγυπτον τὴν ἐναργεστάτην πρόνοι|αν ποιησάμενος ἔπεμψεν ἡμεῖν Τιβέριον Κλαύδι|ον Βάλβιλλον[3] ἡγεμόνα, διὰ δὲ τὰς τούτου χά|ριτας καὶ εὐεργεσίας

Litterae ΑΖΘΞΠϹⲰ. 1 Nero Claudius Caesar Augustus Germanicus (a. 54—68 p. Chr. n.). Praenomen hic, ut in plerisque eius monumentis epigraphicis, consulto deletum. Aliquo ex primis eius principatus annis haec incisa sunt. Cf. not. 3. 2 In Alexandrinorum nummis Neroni appellatio σωτὴρ τῆς οἰκουμένης tribuitur (Letronne Recueil I p. 91), in decreto Achaeorum Syll.[2] 376, 21 ὁ παντὸς τοῦ κόσμου κύριος Νέρων est. Hic idem esse existimatur cum illo genio (Ἀγαθὸς δαίμων), cuius frequens erat cultus in Aegypto (cf. n. 672[5]), ut alibi cum antiquis Graecorum numinibus, veluti Iove (Ζεὺς Ἐλευθέριος Syll.[2] 376, 41. 49. 52. Mionnet Suppl. VII p. 377 n. 278, cf. n. 457[1]) et Sole (νέος Ἥλιος Syll.[2] 376, 34). Quamquam similia nonnunquam in Augusto (cf. n. 457), frequentius in Gaio Caesare (Syll.[2] 365, 3 ὁ νέος Ἥλιος Γάϊος Καῖσαρ Σεβαστὸς Γερμανικός) occurrunt, tamen hoc nomine Neronis principatu adulationem omnium priorum imperatorum tempora longe superasse et illius ingenio conveniens est et titulorum testimonio confirmatur. 3 Cf. E. Klebs Prosopographia imp. Rom. I p. 360 n. 662. Plenum nomen hic modo legitur, plerumque nudo cognomine indicari solet ut in titulo libertae Inscr. Gr. Sic. et Ital. 1323, 1. 2 Ἀγλαΐς Κλαυδία ἀπελευθέρα Βαλβίλ[λ]ου. Praefecturam Aegypti nactus est anno 55 p. Chr. n. Cf. Tac. Ann. XIII, 22: *praefectura annonae Faenio Rufo, cura ludorum, qui a Caesare parabantur, Arruntio Stellae, Aegyptus Claudio* (*C.* codex, *Ti.* emendaverat Labus, sed nescio an probabilius sit, nomen gentile a librario contra morem per compendium scriptum, quam praenomina confusa esse) *Balbillo permittuntur*. Plinius Nat. hist. XIX, 3: *herbam esse quae admoveat Aegyptum Italiae in tantum, ut Galerius a freto Siciliae Alexandriam septimo die pervenerit, Balbillus sexto, ambo praefecti.* Eiusdem praefecturae etiam in edicto Ti. Iulii Alexandri n. 669, 28 mentio fit. Eum de provincia quam administravisset librum scripsisse et omnino virtute et doctrina insignem fuisse discimus ex Senecae Quaest. nat. IV, 2, 12: *Balbillus, vir optimus profectusque in omni litterarum genere rarissimi.* Quem Balbilla mulier nobilissima, quae cum Sabina Hadriani uxore Aegyptum adiit (n. 681[1]) in carmine C. I. G. 4730, 10. 11 laudibus extollit inter suos maiores Balbillum, hunc ipsum praefectum esse Franzii coniectura est certe admodum probabilis.

πλημμύρουσα πᾶσιν ἀγαθοῖς[4] ἡ | Αἴγυπτος, τὰς τοῦ Νείλου δωρεὰς ἐπαυξομέ||νας[5] κατ' ἔτος θεωροῦσα, νῦν μᾶλλον ἀπέλαυ|σε τῆς δικαίας ἀναβάσεως τοῦ θεοῦ[6], ἔδοξε | τοῖς ἀπὸ κώμης Βουσείρεως[7] τοῦ Λητοπολεί|του[8] παροικοῦσι ταῖς πυραμίσι[9] καὶ τοῖς ἐν αὐτῷ[10] |

---

4 ΓΙΛCΙΝΑΤΑΘΟΙC Letronnii tabula, cum in antiquioribus exemplis recte ΠΑCΙΝΑΓΑΘΟΙC sit. Plerumque vice versa illud apographum plenius et accuratius est, ita ut priorum errores et corruptelas non ubique enotandas existimaverim. 5 Sic recte Leake, Müller; ΑΠΑΥΞΟΜΕ|ΝΑΣ Letronnii tabula, quod verbum si omnino Graecum est, non potest non contrariam vim habere eius quae hic desideratur. 6 Quo pacto haec felicitas a Balbilli praefecti administratione repetatur, non plane perspicuum est, nisi forte id intellegitur, illum onera et vectigalia non nimis intendendo et iuste atque aequabiliter distribuendo cavisse ne fructu quem dei beneficio nacti essent fraudarentur incolae. Cf. n. 669, 55 sqq. Ceterum δικαία ἀνάβασις sollenne vocabulum esse de hac re observavit Letronne allato Plut. de Is. et Osir. 43 p. 368 B ἡ δὲ μέση (ἀνάβασις) περὶ Μέμφιν, ὅταν ᾖ δικαία, δεκατεσσάρων πήχεων πρὸς τὴν πανσέληνον et Plinio Nat. hist. V, 58: *iustum incrementum est cubitorum sedecim.* 7 Cf. Sethe ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie III, 1 p. 1074 n. 2. Hic vicus probe distinguendus est a compluribus oppidis cognominibus Aegypti inferioris et superioris; situs erat meridiem et occidentem versus a sphinge, iuxta quem hic titulus inventus est. Ipsius pagi mentionem facit Plinius Nat. hist. XXXVI, 76: *reliquae tres* (pyramides) — *sitae sunt in parte Africae monte saxeo sterilique inter Memphim oppidum et quod appellari diximus Delta* —, *vico adposito quem vocant Busirin; in eo sunt adsueti scandere illas.* 8 Nomen, quod iam ex antiquioribus exemplis certa ratione restitutum erat, integrum legitur in Letronnii tabula. Cf. Strabo XVII, 1, 30 n. 806 ἐν δὲ τῇ Λιβύῃ (i. e. in occidentali Nili ripa supra Delta) Κερκέσουρα πόλις —· ὁ δὲ νομὸς Λητοπολίτης οὗτος. Ptolemaeus Geogr. IV, 5, 18 p. 704, 3 Λητοπολίτης νομὸς καὶ μητρόπολις Λητοῦς πόλις μεσόγειος, sub titulo ἀπὸ μὲν δύσεως τοῦ Μεγάλου ποταμοῦ ἀπὸ θαλάσσης ἀρχομένῳ tertio loco post Ἀλεξανδρέων χώρας νομόν et Ἀνδροπολίτην. Caput nomi situm erat viginti miliariis a Memphi septentrionem versus in sinistra Nili ripa. 9 Maximas illas et nobilissimas Cheopis, Chephrenis, Mycerini pyramidas quae a vico *Gizeh* denominari solent intellegi cum ex Plinii descriptione tum ex loco ubi lapis inventus est apparet. Quare fieri non potest, ut Busiris vicus (not. 7) idem sit cum hodierno *Abusir* sito horarum duarum spatio ab illis meridiem versus, prope quem sane aliae nonnullae pyramides sunt. Nomen vici recentis sane ab illo antiquo repetitum videtur, qua ex re collegeris incolas aliquando domicilium hinc illuc transtulisse. 10 Integram vocem exhibet Letronnii tabula, cum antea ab editoribus αὐτ[ῇ] suppletum sit. Quod verum non esse neque ad vicum Busirin, sed ad nomum Letopoliten spectare pronomen inde apparet, quod in uno vico (κώμῃ) plures κωμογραμματεῖς atque adeo plures τοπογραμματεῖς esse non potuerunt.

καταγεινομένοις[11] τοπογραμματεῦσι καὶ κω||μογραμματεῦσι[12] ψηφίσασθαι καὶ ἀναθεῖναι[13] | στήλην λιθίνην παρὰ [τῷ μεγίστῳ θε]ῷ[ι[14] Ἡλ]|ίωι Ἁρμάχει[15], ἐκ τῶν ἐνκεχαρα[γ]μένων[16] ἀγαθ|ῶν[17] [δηλοῦσα]ν[18] τὴν πρὸς αὐτοῦ[19] εὐεργεσίαν, | ἐξ ὧν ἐπισ[τήσονται καὶ τὴν αὐτοῦ πρ]ὸς ὅλην τὴ[ν] || Αἴγυπτον καλοκά[γαθίαν πάντες· ἁρμό]|ζει γὰρ τὰς ἰσοθέους αὐτοῦ χάριτας ἐνεστηλει|(τ)ωμένας[20] τοῖς ἱεροῖς γράμμασιν αἰῶνι μνημο|νεύεσθαι

---

11 ΜΕΝΟΙϹΙ Letronnii tabula, quae forma Ionica in hoc titulo profecto nullum habet locum. 12 Cf. n. 665[32]. 13 Post ΘΕΙΝΑΙ Letronnius in tabula, qui priorem huius versus partem multo plenius et accuratius exhibet quam priores, litteram ω habet. Cum neque in fine huius versus neque initio proximi quicquam interciderit, quid hac littera faciendum sit non assequor. 14 Quae Letronnius in tabula exhibet ϹΤΗΛΗΝΛΙΘΙ ΝΗΝΠΑΡΑ ... ΠΑ ... ωΚ .... ΑΡ |, eis neutiquam accommodata sunt ipsius supplementa, quae tamen retinui quia nihil melius succurrebat. 15 Cf. W. Drexler ap. Roscher Lexikon der gr. und röm. Mythologie I, 2 p. 1828. Aegyptiaca nominis forma est *Har-em-χu*; in titulis indigenarum sermone conceptis haud raro nomini Dei Solis qui Thebis colebatur (*Amon-ra*) hoc cognomen adiungitur. Sphingem, iuxta quem hic lapis inventus est, H. Brugsch huius dei imaginem esse coniecit. (Rel. und Myth. der Aegypter p. 264 sq.). Dedicationem metricam Graece scriptam habes C. I. G. 4961 (Kaibel Epigr. Gr. 1049), 11. 12: παννυχίοις δ' ὑμνοῦμεν ὑ[π' εὐφροσύναις τὸν ἄνακτα | Ἅ]ρμαχιν, στεφάνοις κρᾶτα [πυκαζόμενοι]. 16 ΕΝΚΕΧΑΡΑ .. ΕΝ .. Leake, ΕΙ .... ΚΕΧΑΡ .... Quarterly Review, Ε. ΚΕΧΑΙ ..... Ν .. Müller, ΕΝΚΕΧΑΡΙϹ ΜΕΝωΝ Letronnii tabula. Neque tamen recte fecisse videtur vir doctissimus cum ἐνκεχαρισμένων reciperet. Nam Anth. Pal. IX, 114, 4 pridem pro ἐγκεχάριστο emendatum est ἓν κεχάριστο, neque usquam alibi verbum ἐγχαρίζεσθαι traditum videtur. Adde quod hic insculpendi notio aptissima est. 17 Sic tabula Letronnii. In antiquioribus apographis totum vocabulum desideratur. 18 Post ἀγαθῶν in Letronnii tabula nihil comparet nisi ..... ΟΝ. Incertissimum esse participium a Franzio suppletum me non fugit, sed certe femininum singularis ad στήλην relatum hic fuisse persuasum habeo. Quod Letronne scripsit [σημαίν]ον[τι], id non intellego; neque enim ad Harmachin deum hunc locum referri posse existimo. 19 Cum Franz ex lacunosis exemplaribus αὐτο[ὺς] restituisset, Letronne hoc tenuit, etsi tabula docet inter ΟΥ et ΕΥ nullam intercidisse litteram. Quod probare nequeo, quia τὴν πρὸς αὐτοῦ εὐεργεσίαν 'beneficium ab eo acceptum' omnino recte dicitur; namque πρός pro παρά in eiusmodi structura iam multo antiquioribus temporibus nihil habet offensionis. 20 ΕΝΕΣΤΗΛΕΙ|ΖωΜΕΝΑϹ Letronnii tabula .. ϹΤΗΛΕΙ|ΛωΜΕΝΑϹ apographa antiquiora, nisi quod ΕΤΗ ΛΕΙ habet Müller. Quod Letronnius ἐστηλωμένας scripsit, per se optime se habet, sed pugnat cum ductibus litterarum quos omnes consentientes enotaverunt, maxime ΕΙ extremo versu. Quare aut sumendum est ex probis verbis στηλόω et στηλιτεύω confusum esse inauditum στηλιτόω, aut a στηλίς,

παντί. παραγενόμενος γὰρ ἡμῶν | εἰς τὸν νομὸν καὶ προσκυνήσας τὸν Ἥλιον ‖ Ἅρμαχιν ἐπόπτην καὶ σωτῆρα τῆι τε τῶν πυρα|μί(δ)ων[21] μεγαλειότητι καὶ ὑπερφυεΐᾳ[22] τερφθείς, | θε(α)σάμενός[23] τε πλείστης ψαμμοῦ[24] διὰ τὸ μῆκος | τοῦ [χρό]νο[υ][25] ἐπει . εον[26] γράμματα πρῶτος | εἰς[27] ----ο----εον --------αω θήραι‖ς το--------ποι ὑπ------------αστην | --------ιεν --- ------------ίτου | ------την | -------------θευ----------- (ὑ)π[28]‖[---- L . . Νέρωνος] Κλαυδ[ίου Καίσαρος Σεβαστο]ῦ ‖ [Γερμανικοῦ αὐ]το[κράτορος[29] ---------]

στηλῖδος derivatum στηλιδόω ut στηλόω a στήλη. Qui neutram coniecturam probare posse sibi videatur, ei tamen concedendum est non violentius quam ἐνεστηλωμένας etiam ἐνεστηλει[τευ]μένας restitui posse. 21 ΠΥΡΑ|ΜΙΑΩΝ Letronnii tabula. 22 Cum Letronnii tabula ΥΠΕΡΟΥϹΙΑ exhibeat, homo doctissimus nomen ὑπερουσία recepit; sed merito Franzius oblocutus est et tenuit ὑπερφυΐᾳ, quod antiquiora exempla habent. Id unum Letronnii exemplo dandum erit, ut scriptura per diphthongum utamur, nam manifesto ut Ο ex Φ, sic Ϲ et Ε natum est evanescente una tenui lineola. 23 ΘΕΗϹΑΜΕΝΟϹ Letronnii tabula. 24 Hae voces ex tabula Letronniana demum innotuerunt. Unde genetivus pendeat, obscurum est, nam auctorem huius tituli θεᾶσθαι cum genetivo coniunxisse non est credibile. 25 . . . ΝΟ tabula, sed ita ut inter Ο et ΕΠΕΙ nullum vacet spatium. 26 Non absurde quispiam hic nomen accusativo casu quaerat pendens a θεάσαμενος et regens genetivum πλείστης ψαμμοῦ, ut sententia sit 'cum contemplaretur plurimae arenae accumulationem propter longinquitatem temporis ortam'. 27 De litteris ad imperatorem datis hic dici haud improbabiliter statuunt editores. Ceterum quae inde ab hoc versu exstant miserae scripturae reliquiae, eas ex Letronnii tabula expressi, cum qua antiquiora apographa fere consentiunt, nisi quod hic illic L. paullo plures litteras habet quam illa. 28 ΧΠ Letronnii tabula. Apud reliquos hae litterae non sunt. 29 ΟΚ priores, ΤΟΓ Letronne. Cave de ὕπατος (δημαρχικῆς ἐξουσίας sim.) τὸ γ' cogitaveris: nam neque spatii rationes quadrant neque omnino his locus est ubi tempus annis principis alicuius definitur.

---

667 Titulus incisus limini superiori portae, in parietinis templi in vico Carani nomi Arsinoitae (*Kom-Uschîm*). Ed. D. G. Hogarth ap. Grenfell et Hunt Fayûm towns and their papyri p. 33 n. II (Revue arch. Troisième série XXXIX 1901 p. 151 n. 93. Seymour de Ricci Archiv f. Papyrusforschung II p. 434 n. 23).

Ὑπὲρ [Νέρωνος][1] Κλαυδίου Καίσαρος Σεβαστοῦ | Γερμανικοῦ

1 Nomen consulto deletum. Cf. not. 6.

αὐτοκράτορος καὶ τοῦ παντὸς αὐτοῦ οἴκου | Πνεφερῶτι[2] καὶ Πετεσούχῳ[3] θεοῖς μεγίστοις, ἐπ⟨ε⟩ὶ Ἰουλίου | Οὐηστίνου τοῦ κρατίστου ἡγεμόνος[4], L ζ'[5] [Νέρωνος[6]] ‖ Κλαυδίου Καίσαρος Σεβαστοῦ Γερμανικοῦ [α]ὐτοκράτορος, Ἐπεὶφ ιγ'[7].

---

2 Hic deus una cum Petesucho in illo delubro colebatur, cuius ex ruderibus hic lapis protractus est. Cf. n. 671, 2. 710, 3. Berl. gr. Urk. III p. 9 n. 707, 1 ἱερέων ἱεροῦ ὄντος ἐν κώμῃ Καρανίδι Πετεσούχου καὶ Πνεφερῶτος. 3 Cf. n. 187[3] et addenda voluminis prioris p. 653. 4 Cf. H. Dessau Prosopographia imp. Rom. II p. 219 n. 208. Eum ex colonia Viennensi Galliae oriundum Claudii principatu procuratorem rerum Caesaris fuisse ipsius Claudii testimonio in oratione de Gallorum iure honorum II, 10. 11 constat. Qui cum eum inter paucos equestris ordinis ornamentum dicat, non mirum est eum aliquot annis post ad summum magistratuum equestrium fastigium, praefecturam Aegypti, pervenisse. In quo officio eum versatum esse anno Neronis sexto (59/60 p. Chr.) inscriptio ponderis docet (Longpérier Journal des savants 1873 p. 751. A. E. Sayce, Revue des études Grecques VII 1894 p. 298 n. X. L. Friedländer Darstellungen aus der Sittengesch. I[6] p. 210), de septimo (60/1 p. Chr.) et hic titulus et n. 668, 13. 14 idem testatur, octavo (61/2 p. Chr.) aut aliquo ex proximis scriptus est papyrus Berl. gr. Urk. I p. 229 n. 112, 8 ὑπὸ τοῦ κρατίστου ἡγεμόνος Λευκίου Ἰουλίου Οὐηστείνου, ut demonstravit U. Wilcken Hermae XXVIII p. 235. Successit sine dubio Ti. Claudio Balbillo (n. 666, 6. 7), quem anno 56 p. Chr. n. praefecturam iniisse constat; cf. n. 669, 28 ἐπεὶ οὖν καὶ Βάλβιλλος καὶ Οὐηστεῖνος ταῦτα ἀπέλυσαν, ἀμφοτέρων τῶν ἐπάρχων τὰ ἐπικρίματα φυλάσσω κτλ. Etiam in titulo Alexandrino Archiv für Papyrusforschung II p. 434 n. 25, 4 Οὐηστίνου sine dubio ad eius praefecturam Aegypti refertur. Post eam anno 70 p. Chr. ei a Vespasiano curam Capitolii post incendium restituendi commissam esse refert Tacitus Hist. IV, 53. 5 Anno 60/61 p. Chr. n. 6 Praenomen principis hic ut v. 1 erasum, sed postea in rasura ΙΕΡΟΥ repositum est, supplemento non minus inepto quam illud de quo dixi n. 121[4]. De scriptura nominis mensis cf. n. 639[2]. 7 Mensis Aegyptiorum undecimus, in anno Alexandrino tum usitato incipiens a die mensis Iunii 25. Hic igitur titulus die 7. m. Iulii a. 61 p. Chr. n. exaratus est.

---

668 Ptolemaide Euergetide (prope *Illahûn* in regione *Faijûm*) Ed. Flinders Petrie Illahun, Kahun and Gurob p. 30 tab. XXXII (Seymour de Ricci Archiv für Papyrusforschung II p. 434 n. 24). Cf. quae adnotaverunt A. E. Sayce Revue des études Grecques VII 1894 p. 298. B. P. Grenfell et A. S. Hunt Fayûm towns and their papyri p. 12 sqq. Tebtunis papyri p. 411.

Νέρωνι Κλαυδίωι Καίσαρ[ι] | Σεβαστῶι Γερμανικῶ[ι] | αὐτοκράτορι, τῶι σω|τῆρι καὶ εὐεργέτηι τῆ[ς] ‖ οἰκουμένης, ἡ πόλις | ἡ Πτολεμαιέων[1] διὰ τῶ[ν] | ἑξακισχιλίων τετρα[κο]‖σίων ἑβδομήκ[οντα[2] καὶ] | οἱ τῶι β′ L θεοῦ Τ[ιβερίου] ‖ Κλαυδίου Καίσαρ[ος Σεβαστοῦ] | Γερμανικοῦ αὐτοκρά[τορος[3]] | ἐφηβευκότες πάν[τες] | ἐ[π]ὶ Λευκίου Ἰουλίου [Οὐηστίνου[4] | τ]οῦ ἡγεμόνος, L ζ′ [Νέρωνος] ‖ Κλαυδίου Καίσαρος [Σεβαστοῦ] | Γερμανικοῦ αὐτοκ[ράτορος[5]] | Φ-------[6]

---

1 Quae in nomo Arsinoita fuit Πτολεμαῒς Ὅρμου, eam cur hic non liceret agnosci fusius exposuerunt Grenfell et Hunt, ideoque primo quidem illam nobilissimam Ptolemaida Hermiu in Thebaide sitam (n. 47[1]) intellexerunt, deinde vero cum in papyris Πτολεμαῒς Εὐεργέτις in nomo Arsinoita sita plus semel commemoraretur, ad hanc potius titulum rettulerunt. Ac sane admodum mirum esset, lapidem Ptolemaide Thebaidis in eum locum, ubi inventus est, delatum esse. Ex altera parte quin 6470 civium numerus (not. 2) melius in illam urbem quam in vicum nomi Arsinoitae quadret non videtur dubium. 2 Mireris Grenfellum et Huntium hoc de epheborum numero interpretari; nam primum quidem id cum verbis tituli adversa fronte pugnat, deinde vero nemo facile credet, unius anni in una civitate sex milia quadringentos septuaginta ephebos fuisse, atque adeo tot ex illis undevigesimo post ephebiam anno etiamtum superstites fuisse. Immo manifesto coniunctim et civitas et illi qui anno 41/2 p. Chr. n. ephebi fuerant hoc dedicaverunt, civitatis vero nomine corpus sex milium quadringentorum septuaginta de ea re decrevit. Quos omnes cives intellegendos esse, quibus in comitiis suffragium ferre licuerit, propterea statuo, quia et senatus et cuiuslibet alius concilii aut magistratus numerus nullo modo tantus esse poterat. 3 Anno 41/2 p. Chr. n. 4 Supplevit Sayce. Cf. n. 667[4]. 5 Anno 60/1 p. Chr. n. 6 Prout Φ[αωφί] aut Φ[αμενώθ] aut Φ[αρμουθί] suppletur, aut m. Octobre a. 60 p. Chr. aut m. Martio vel Aprile 61 p. Chr. titulum incisum esse existimandum erit.

---

669 In primo propylo templi magni in oppido *Ghirgé*, quod est caput Oasis Magnae, a dextra introeuntibus, in muro ex magnis lapidibus quadratis exstructo titulus ita incisus, ut per totam lapidis latitudinem et altitudinem muri scriptura transcurrat, nulla singulorum lapidum commissurae habita ratione. Edd. Caillaud, Voyage à l'Oasis de Thèbes p. 115 sqq. tab. XXIV. Ex Hydii apographo Salt Classical Journal XXIII 1821 p. 156—165 (Letronne Journal des Savants 1822 p. 674 sqq.). Idem Deux inscriptions Grecques gravées sur le pylône d'un temple Egyptien de la grande Oasis, 1822. Rudorff Mus. Rhen. II 1828 p. 64 sqq. 133 sqq. Denuo exscriptum ex lapide

ed. Hoskins Visit to the Great Oasis, London 1837, p. 301—314 cum notis Letronnii et Youngii (J. Franz C. I. G. 4957). Bailie Fasc. inscr. III p. 322 (Franz C. I. G. Vol. III Add. p. 1236). Cum haec omnia exempla non uno nomine manca et incerta essent, Moritz professor, praefectus bibliothecae principis Aegypti, cum Oasin adiisset, imaginem photographam confecit eiusque ope una cum v. Bissing viro doctissimo emendare et supplere titulum conatus est felicissimo successu; ita multo plenius et fide dignius totius inscriptionis exemplum proposuit v. Bissing La grande inscription grecque de Khargeh. Communication faite à l'Institut Égyptien dans la séance du 11. Janvier 1901. Egregie de titulo meritus est Udalricus Wilcken, cum primum quidem breviter de Bissingii editione referret Archiv für Papyrusforschung II p. 171 sqq. et de aliquot locis suas observationes publici iuris faceret, deinde et suum libelli Bissingiani exemplum, cuius margini notas bonae frugis plenissimas ascripserat, et ipsam photographiam a Bissingio sibi transmissam illo benignissime permittente mihi utendam concederet, denique multos tituli locos illustraret cum alibi passim tum multifariam per totum librum egregium quo testas Graece inscriptas Aegypti edidit et interpretatus est, quos locos in commentario singillatim indicavi (Versus 1—4 et 15—26 ex Corpore Inscriptionum excerpti exhibentur ap. Bruns Fontes iuris Rom. ant. p. 234 n. 69, ubi afferuntur haud paucae iuris consultorum commentationes ad argumentum edicti spectantes).

I Ἰούλιος Δημήτριος, στρατηγὸς Ὀάσεως Θηβαΐδος[1]· τοῦ πεμφθέντος μοι διατάγματος ὑπὸ τοῦ κυρίου ἡγεμόνος | Τιβερίου Ἰουλίου Ἀλεξάνδρου[2] τὸ ἀντίγραφον ὑμεῖν[3] ὑπέταξα, ἵν' εἰδότες

Litterae ΑΖΘΚΚΞΠCΥΥΩ. Hastae verticales elementorum ΦΨ et ab inferiore et a superiore parte multum ultra reliquorum altitudinem prolongatae. Primus versus litteris maioribus exaratus. Nonnullis locis singularum litterarum spatia vacua relicta. Quae in photographia distincte dispiciuntur quaeque a Bissingio ita exhibentur, ut ne levissimus quidem dubitationi locus relinquatur, eis priorum editorum lectiones minus plenas minusve accuratas ascribere non existimavi opus esse. 1 Ut n. 665, ita hic quoque primo loco (I) litterae strategi Oaseos incisae sunt, quibus se edictum praefecti cum incolis nomi communicare profitetur; deinde subiungitur edictum ipsum (II). Id quoque utrobique aeque usu venit, ut strategi nomen nudum praescribatur nullo addito verbo finito. 2 Cf. H. Dessau Prosopographiae imp. Rom. II p. 164 n. 92. Filius erat Alexandri, qui

ἀπολαύητε τῶν εὐεργεσιῶν. L β' Λουκίου Λιβίου Σεβαστοῦ Σουλπικίου | Γάλβα αὐτοκράτορος[4] Φαωφὶ α'[5] Ἰουλίᾳ Σεβαστῇ.[6]

---

alabarchae (n. 570[3]) officium gesserat (Iosephus Ant. XX, 100. Bell. V, 205), Iudaeus Alexandrinus (*eiusdem nationis*, i. e. Aegyptius, minus accurate Tacitus Hist. I, 11). Ex praenomine et nomine gentili Dessau probabililer colligit, iam patrem a Ti. Caesare civitate Romana donatum esse. Filius adeo equestrem ordinem assecutus est, sed fortasse priusquam in eum ascenderet iam officio epistrategi Thebaidis functus erat a. 42 p. Chr. Cf. n. 663[4]. Ex equestribus vero magistratibus primum obtinuit a. 46 p. Chr., cum a Claudio principe in locum Cuspii Fadi procurator Iudaeae institueretur (Ioseph. Ant. XX, 100. Bell. II, 220); sed a. 48 p. Chr. successor ei datus Ventidius Cumanus (Ioseph. Ant. XX, 103. Bell. II, 223). Anno 63 p. Chr. Nero Domitio Corbuloni in Armenia bellum gerenti Alexandrum adiutorem dedit (Tac. Ann. XV, 28), anno 66 ab eodem principe ad praefecturam Aegypti evectus est (Ioseph. Bell. II, 309), in quo officio eum cum Iudaeorum Alexandriae habitantium seditionem repressisset (Ioseph. Bell. II, 487 sqq.) etiam a Galba conservatum esse hic titulus docet. Cum Mucianus cum eo transferendi in Vespasianum principatus consilium communicasset (Tac. Hist. II, 74), ipse calendis Iuliis a. 69 p. Chr. primus omnium legiones in verba Vespasiani sacramento adegit (Tac. Hist. II, 79. Sueton. Vespas. 6). Paullo post Aegypto relicta Titum adiuvit in imperio belli Iudaici a. 70 p. Chr. (cf. n. 586[6]), et interfuit obsidioni et expugnationi Hierosolymorum (Iosephus Bell. V, 510. VI, 237. 242). De natu minore quodam Ti. Iulio Alexandro cf. n. 705[2]. 3 Cf. n. 665[3]. 4 Galbae, qui postea imperavit, nomen paternum erat Servius Sulpicius Galba. Sed a noverca adoptatum in gentem Liviam transiisse testis est Suetonius Galba 4: *adoptatusque a noverca sua Livi nomen et Ocellae cognomen assumpsit, mutato praenomine, nam Lucium mox pro Servio usque ad tempus imperii usurpavit.* Quae narratio titulis nummisque ita confirmatur, ut cognomen *Ocella* quidem nusquam compareat, sed et praenomen *Lucius* itemque nomen gentile *Livius*, hoc quidem aut solum aut ut hic cum paterno *Sulpicius* coniunctum, haud raro reperiatur. L. Sulpicius dicitur in tesseris gladiatoriis I, 770. 771 in consulatu, quem ordinarius cum L. Cornelio Sulla gessit a. 33 p. Chr. n. Quod in fastis Nolanis sub eodem anno Ser. Sulpicius Galba dicitur (C. I. L. X, 1233, 18), id H. Dessau in Prosopographia commode eo refert, quod hi posteriore demum tempore exarati sint. Nam simulatque rerum potitus est a. 68 p. Chr., antiquum praenomen resumpsit (*Ser. Galba imp.* Sueton. Galba 4. *initium mihi operis Servius Galba iterum Titus Vinius consules erunt* Tac. Hist. I, 1. αὐτοκράτορα δὲ Γάλβαν τὸν Σέρουιον τὸν Σουλπίκιον προεχειρίσατο Cassius Dio LXIII, 23). At in Aegypto etiamtum praenomen et nomen quod adoptione nactus erat usitatum fuisse praeter hunc titulum indicio sunt nummi Alexandrini apud Mionnetum VI p. 74 n. 245 sqq. cum inscriptione Λουκ. Λιβ. Σουλπ. Γάλβα Καισ. Σεβ. Αὐ. Tamen ne illic quidem plane ignotam fuisse nominis formam tunc in omni reliquo imperio Romano usitatam testatur titulus ap. Flinders Petrie Koptos p. 26 tab. XXVIII, 2 (Archiv für Papyrusforschung II p. 435 n. 27) L β' Σερουίου

II Τιβέριος Ἰούλιος Ἀλέξανδρος λέγει[7]· πᾶσαν πρόνοιαν ποιούμενος τοῦ διαμένειν[8] τῷ προσήκοντι κα|ταστήματι τὴν πόλιν[9] ἀπολαύουσαν τῶν εὐεργεσιῶν ἃς ἔχει παρὰ τῶν Σεβαστῶν καὶ τοῦ τὴν Αἴγυπτον ἐν εὐσταθείᾳ διάγουσαν εὐθύμως ὑπηρετεῖν τῆι τε εὐθηνίᾳ καὶ τῆι[10] μεγίσ||τηι τῶν νῦν καιρῶν εὐδαιμονίᾳ, μὴ⟨ι⟩ βαρυνομένην καιναῖς καὶ ἀδίκοις εἰσπράξεσι· σχεδὸν δὲ ἐξ οὗ τῆς πόλεως ἐπέβην καταβοώμενος ὑπὸ τῶν ἐντυγχανόντων καὶ κατ' ὀλίγους καὶ κα|τὰ πλήθη⟨ι⟩ τῶν τε ἐνθάδε[11] εὐσχημονεστάτων καὶ τῶν γεωργούντων τὴν χώραν μεμφομένων τὰς ἔγγιστα γενομένας ἐπηρείας[12], οὐ διέλιπον μὲν κατὰ τὴν ἐμαυτοῦ δύναμιν τὰ ἐπείγοντα | ἐπανορθούμενος· ἵνα δὲ εὐθυμότεροι πάντα ἐλπίζητε παρὰ τοῦ ἐπιλάμψαντος[13] ἡμεῖν ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ παντὸς ἀνθρώπων γένους εὐεργέτου Σεβαστοῦ Αὐτοκράτορος Γάλβα τά τε πρὸς σωτηρίαν | καὶ τὰ πρὸς ἀπόλαυσιν, καὶ γινώσκητε ὅτι ἐφρόντισα τῶν πρὸς τὴν ὑμετέραν βοήθειαν ἀνηκόντων, προέγραψα ἀναγκαίως[14] περὶ ἑκάστου τῶν ἐπιζητουμένων[15], ὅσα ἔξεστί μοι κρεί|νειν καὶ ποιεῖν, τὰ δὲ

Γάλβα Αὐτοκράτορος | Καίσαρος Σεβαστοῦ | μηνὸς Νέου Σεβαστοῦ | κα', i. e. die 18. m. Novembris a. 68 p. Chr. n. Omnino de Galbae rebus cf. H. Dessau Prosopographia imp. Rom. III p. 284 n. 723. 5 Phaophi, alter Aegyptiorum mensis, in fastis Alexandrinis a die 28. m. Septembris incipiebat. Eo igitur anni 68 p. Chr. die in Oasi propositum est edictum, quod die 6. m. Iulii (cf. v. 66) Alexandriae a praefecto publici iuris factum erat. Intercedit igitur spatium dierum octoginta quattuor. Cf. n. 665[70]. 6 Cf. n. 658[4]. 7 Cf. n. 664[3]. De huius edicti dispositione vide quae exposui not. 15. 8 Hic ἐν supplevit Franz, iniuria. Etenim hic merus dativus expressus ex Latino ablativo etiam in aliis senatus magistratuumque Romanorum litteris Graeco sermone conceptis occurrit. Cf. n. 442, 6 sqq. ὅσ[ας — Σύλλ]ας αὐτοκράτωρ συνεχώρησεν [π]όλ[εις ὅπως ἰδί]οις τοῖς νόμοις αἱρέσεσίν τε ὦσιν. 455, 8 [καθ]άπερ καὶ τίς πολιτεία τῷ καλλίστῳ δικαίῳ καλλίστῳ τε νόμῳ ἐστίν. 9 Alexandriam, cui deinde opponitur terra Aegyptus. Cf. n. 654[3]. 10 Sic ex antiquioribus Hyde et Hoskins, quorum lectio confirmatur Bissingii exemplo; unus Cailliaud TPIC legerat, quem secutus Letronne τρισμέγιστος exhibet. At et auctoritate et ratione illud praestare apparet. Cf. n. 716[1]. 11 I. e. Alexandriae. Cf. not. 9. 12 Cf. n. 665[50]. 13 Cf. Syll. 376, 31 sqq. ὁ τοῦ παντὸς κόσμου κύριος Νέρων — νέος Ἥλιος ἐπιλάμψας τοῖς Ἕλλησιν. 420, 22 sqq. ἐφ' ὧν ἱερωμένων καὶ ἡ θειότης τοῦ δεσπότου ἡμῶν, τοῦ ἀηττήτου Σεβαστοῦ Ἰοβίου Μαξιμίνου, ἐν τῇ πα[τρ]ίδι ἐπέλαμψεν. 14 Cf. n. 665[62]. 15 Revera infra v. 10 sqq. singillatim ad singulas querellas et petitiones respondetur, quae res editoribus ansam dedit in paragraphos dividendi tenorem edicti, quod commodissimum institutum secutus sum, nisi quod melius visum est aliquanto plures paragraphos, quam apud Franzium sunt, distinguere.

μείζονα καὶ δεόμε(να)[16] τῆς τοῦ αὐτοκράτορος δυνάμεως καὶ μεγαλειότητος αὐτῶι δηλώσω⟨ι⟩ μετὰ πάσης ἀληθείας, τῶν θεῶν ταμιευσαμένων εἰς τοῦτον τὸν ‖ ἱερώτατον καιρὸν τὴν τῆς
§ 1 οἰκουμένης ἀσφάλειαν. — ἔγνων γὰρ πρὸ παντὸς εὐλογωτάτην οὖσαν τὴν ἔντευξιν[17] ὑμῶν ὑπὲρ τοῦ μὴ⟨ι⟩ ἄκοντας ἀνθρώπους εἰς τελωνείας ἢ⟨ι⟩ ἄλ|λας μισθώσεις οὐσιακὰς[18] παρὰ τὸ κοινὸν [ἔ]θος τῶν ἐπαρχειῶν πρὸς βίαν ἄγεσθαι[19], καὶ ὅτι οὐκ ὀλ[ί-

---

16 ΔΕΟΜΕΑΝ Hyde, ΔΕΟΝΕΛΑ Cailliaud, ΔΕΟΜΕΝΑ Hoskins. Sed huius quidem lectionem tacitam emendationem esse eo probabile fit, quod Bissingius Hydii lectionem confirmavit, ita ut vix dubitari liceat, quin ipse lapicida peccaverit. 17 Cf. n. 138[10]. 18 Cf. U. Wilcken Gr. Ostraka I p. 393 not. 1, qui observat manifesto ad idem locationum conductionum genus spectare vocabula οὐσιακοὶ μισθωταί Berl. gr. Urk. II p. 243 n. 599, 9 et similia. Etenim si quando tota cuiuspiam res familiaris ad imperatorem transiisset sive publicatis damnati bonis sive hereditate sive qua alia causa, eam tamen etiam coniunctim administrari atque appellatione a pristini domini nomine derivata significari perrexisse, ut Berl. gr. Urk. I p. 186 n. 181, 4 (a. 57 p. Chr. n.) legeretur μισθωτής τινων τ[ῆς] Νέρωνος Κλαυδίου Καίσαρος Σεβαστοῦ Γερμανικοῦ αὐτοκράτορος Μαικηνατιανῆς οὐσίας. Item ibid. II p. 316 n. 650, 1 Neronis Πετρωνιανὴν οὐσίαν commemorari, quae quin bona sint T. Petronii Arbitri post eius mortem ad principem translata vix dubium est. Atque hoc tam frequenter usu venisse videtur, ut cum inde a Ptolemaeorum regno res privata principis (ὁ ἴδιος λόγος) a procuratore regio (cf. not. 75) administrata esset, iam principatus aetate separatam eius partem efficeret ὁ οὐσιακὸς λόγος (Berl. gr. Urk. II p. 243 n. 599, 14), cui praeessent *procuratores usiaci*, qui sane subditi erant *procuratori idiu logu*. Cf. Wilcken Gr. Ostraka I p. 642 sqq. 19 Cum neminem fugere posset, longe optabiliores ipsi reipublicae esse voluntarios conductores quam coactos, id quod hic se facturum negat Alexander non potest non urgente necessitate, i. e. inopia conductorum, expressum esse. Quam Hogarth apud Flinders Petrie Koptos p. 28 haud inepte ortam esse suspicatur ex Neronis institutis, quibus ille rationem publicorum colligendorum emendare conatus esset. Cf. Tac. Ann. XIII, 51: *ergo edixit princeps, ut leges cuiusque publici, occultae ad id tempus, proscriberentur; omissas petitiones non ultra annum resumerent; Romae praetor, per provincias qui pro praetore aut pro consule essent, iura adversus publicanos extra ordinem redderent, militibus immunitas servaretur, nisi in iis, quae veno exercerent; aliaque admodum aequa, quae brevi servata, dein frustra habita sunt.* Atque in universum severitate legum imminutam esse voluntatem conducendi manifestum est; sed id quod apud Tacitum maxime effertur, leges locationis conductionis publici iuris factas, in Aegypto nullius momenti fuisse, quia hoc quidem institutum illic multo antiquius fuisset, monet U. Wilcken Gr. Ostraka I p. 596 not. 1; neque de hac provincia Tacitus omnino cogitasse videtur, in quam certe non quadrat enuntiatum de eorum qui per singulas provincias pro praetore aut proconsule sint iurisdictione.

γ]ω[ι][20] ἔβλαψε τὰ πράγματα τὸ πολλοὺς ἀπείρους ὄντας τῆς τοιαύ|της πραγματείας ἀχθῆναι μετ' ἀνάγκης ἐπιβληθέντων αὐτοῖς τῶν τελῶν. διόπερ καὶ αὐτὸς οὔτε ἤγαγόν τινα εἰς τελωνείαν ἢ⟨ι⟩ μίσθωσιν οὔτε ἄξω⟨ι⟩[21], εἰδὼς τοῦτο | συμφέρειν καὶ ταῖς κυριακαῖς ψήφοις[22] τὸ μετὰ προθυμίας ἑκόντας πραγματεύεσθαι τοὺς δυνατούς. πέπεισμαι δὲ ὅτι οὐδ' εἰς τὸ μέλλον ἄκοντάς τις ἄξει τελώνας | ἢ⟨ι⟩ μισθωτάς, ἀλλὰ διαμισθώσει τοῖς βουλομένοις ἑκουσίως προ(σ)έρχεσθαι[23], μᾶλλον τὴν τῶν προτέρων ἐπάρχων αἰώνιον συνήθειαν φυλάσσων[24]

---

20 ὀλ[ίγ]ω[ς] Letronne initio, Rudorff et nunc rursus Bissing. ὀλίγ[ον] Letronne postea, ὀλίγω[ι] Franz, quem sequor; nam littera finalis in nullo apographo servata est nisi apud Cailliaudium, qui ωI habet. Et eiusmodi dativi usum, qui proprie sane locum non habet nisi cum comparativo coniunctus, etiam latius manasse notum est; ita ὅσῳ haud raro dicitur ubi nullus est comparativus. 21 Quod hic praefectus se facturum negat, id posterioribus certe temporibus omnino non licere constabat; cf. Paulus libro V sententiarum, Digest. XXXIX, 4, 9, 1: *ad conducendum vectigal invitus nemo compellitur et ideo impleto tempore conductionis elocanda sunt.* Sane restrictio quaedam huius iuris commemoratur XXXIX, 4, 11, 5: *qui maximos fructus ex redemptione vectigalium consequuntur, si postea tanti locari non possunt, ipsi ea prioribus pensionibus suscipere compelluntur.* XLIX, 14, 3, 6: *divus etiam Hadrianus in haec verba rescripsit: valde inhumanus mos est iste, quo retinentur conductores vectigalium publicorum et agrorum, si tantidem locari non possint. nam et facilius invenientur conductores, si scierint, fore ut, si peracto lustro discedere voluerint, non teneantur.* Hos locos attulit Rudorff. Vides morem graviter quidem vituperari ab imperatore, sed ad eius certe aetatem usitatum fuisse; at in Alexandri edicto si quid video non de eis qui inviti retineantur tempore locationis elapso, sed de eis qui omnino ad hoc totum negotium non accedant nisi coacti, verba fiunt. 22 Si ψήφους sententias interpreteris, Alexandrum hoc enuntiare apparebit, institutum suum convenire cum decretis et voluntatibus imperatorum; ac sic de unius domini sententia ψῆφος nonnunquam usurpatur; cf. C. I. Att. III, 10, 24 sqq. τῇ οὐρανίᾳ ψήφῳ καὶ κρίσει προσειλ[ήφασι (Severus et Caracalla) πρ]ὸς [τὴν τῆς] αὐτοκράτορος ἀρχῆς ἰσηγορίαν (Getam). At sic συμφέρειν vi concinendi vel conveniendi (συμφέρεσθαι) dictum statuere debemus. Quare praestare videtur, huic quidem verbo propriam utilitatis notionem tribuere, ψήφους vero 'rationes' fisci Caesaris intellegere, quae notio ex propria calculi significatione facile oriri poterat. Cf. Polyb. II, 47, 5: ταῖς δὲ τοῦ συμφέροντος ψήφοις ἀεὶ μετροῦντας τὰς ἔχθρας καὶ τὰς φιλίας. 23 ΠΡΟΕΡΧΕϹΘΑΙ lapis. Emendavit U. Wilcken Gr. Ostraka I p. 592 not. 1, monens hanc esse vocem sollennem de eiusmodi negotio. 24 Haud raro magistratus Romani hanc suam esse voluntatem praedicant, ut, si ullo modo fieri possit, conservent decreta eorum qui ante ipsos in eodem honore fuerint. Cf. Syll.[2] 355, 5: κατακολουθῶν τῇ καθολικῇ μου [προ]θέ[σ]ει τοῦ [τηρ]εῖν τὰ ὑπὸ

ἤ⟨ι⟩ τὴν πρόσκαιρόν[25] τινος ἀδικίαν ‖ μειμησάμενος. — § 2 ἐπειδὴ⟨ι⟩[26] ἔνιοι προφάσει τῶν δημοσίων[27] καὶ ἀλλότρια δάνεια παραχωρούμενοι[28] εἴς τε τὸ πρακτόρειόν[29] τινας παρέδοσαν καὶ

τῶν πρὸ ἐμοῦ ἀνθυπάτων γραφέντ[α, φυ]λάττειν καὶ τὴν ὑπὲρ τούτων ἐπιστολὴν Οὐέτε[ρος] εὔλογον ἡγησάμην. 25 I. e. temporis cuiusdam rationibus accommodatam. Vituperat Alexander quod ille quisquis fuit legem iustitiae et aequitatis, quae semper valere deberet, propter brevis temporis molestias et difficultates neglexerit. Ni plane fallor, haec quoque reprehensio in aliquem ex proximorum praefectorum numero cadit, qui ab illo constanti reliquorum instituto defecerit. 26 Plerumque quidem (v. 18. 26. 29. 32. 35. 38. 45. 51. 55. 61. 62) particula δέ usurpatur in transitione ad novum argumentum. Quare hic asyndeton non consulto admissum, sed pro ἐπειδὴ δὲ (aut ἐπεὶ δὲ) errore lenissimo ἐπειδὴ incisum existimaverim. 27 Qui privatim debebant magistratibus, in custodiam publicam (πρακτορεῖον) coniecti sunt, tamquam si ipsi fisco deberent; nam fisci quidem debitores solos hoc exactionis genere affici licebat, quoniam in Aegypto iam antiquitus non personam, sed rem familiarem modo debitoris pignori opponi ius erat. Cf. Diodor. I, 79, 3 τῶν δὲ ὀφειλόντων τὴν ἔκπραξιν τῶν δανείων ἐκ τῆς οὐσίας μόνον ἐποιήσατο (Bocchoris). τὸ δὲ σῶμα κατ᾽ οὐδένα τρόπον εἴασεν ὑπάρχειν ἀγώγιμον, ἡγούμενος δεῖν εἶναι τὰς μὲν κτήσεις τῶν ἐργασαμένων ἢ παρὰ κυρίου τινὸς ἐν δωρεαῖς λαβόντων, τὰ δὲ σώματα τῶν πόλεων, ἵνα τὰς καθηκούσας λειτουργίας ἔχωσιν αἱ πόλεις καὶ κατὰ πόλεμον καὶ κατ᾽ εἰρήνην. 28 Cum legitima activi structura sit παραχωρεῖν τινί τινος, passive παραχωρούμενοι τὰ δάνεια eadem Graeci sermonis proprietate dicitur atque ἀποτμηθεὶς τὴν κεφαλήν aut ἀφαιρεθεὶς τὴν ἀρχήν. Non recte igitur Franzius p. 451 hic caveri dicit, *ne capita ab alio mutuo data fisco cedantur*. Etenim non fisco, sed illis ipsis hominibus (ἔνιοι) cessa esse verba Graeca distincte enuntiant; adde quod ipse secum pugnat Franzius, quod dicit, in πρακτορείῳ non attinendos esse nisi qui re vera fisco debeant. Nam si privatos creditores fisco cedere coëgissent illi magistratus, nonne re vera fiscus in creditoris locum successisset? Immo sibi ipsis magistratus privatim illis pecuniis creditis cedi iubebant ac deinde, potentia sua abusi, tanquam si reipublicae deberentur, cogere conabantur debitoribus in custodiam coniectis. 29 Locus ubi πράκτορες officio suo funguntur, πρακτόρειον (vel πρακτόριον) appellatur; ad hoc aedificium exstruendum vel conservandum pensiones ab incolis exigebantur. Cf. Gr. Ostraka II, 517, 1. 2 (die 3. m. Iulii 118 p. Chr. n.) ἀπαι(τηταὶ) μερισμ(ῶν) πρακτωρίου. Sed ipsa vocis πράκτωρ notio labente tempore immutata est. Nam Ptolemaeorum quidem aetate magistratum significabat, qui a debitoribus aerarii pecunias debitas exigeret, contra principatus temporibus de eis qui vectigalia colligerent usurpari coepta est. Iam cum ex v. 18 appareat, quicumque qualibet de causa fisco deberent in illa custodia attineri solitos esse dum persolvissent, hoc vero genere praeter vectigalium debitores etiam fundorum publicorum conductores aliosque contineri appareat, haud inepte Wilckenus huius carceris nomen πρακτόρειον ad illam antiquiorem vocabuli πράκτωρ vim redire coniecit. Cf. Gr. Ostraka I p. 285. 621.

εἰς ἄλλας φυλακάς, ἃς καὶ δι' αὐτὸ τοῦτο | ἔγνων ἀναιρεθείσας[30], ἵνα αἱ πράξεις τῶν δανείων ἐκ τῶν ὑπαρχόντων ὦσι καὶ μὴ⟨ι⟩ ἐκ τῶν σωμάτων, ἑπόμενος τῆι τοῦ θεοῦ Σεβαστοῦ[31] βουλήσει κελεύω⟨ι⟩ μηδένα τῆι τῶν δημοσίων προφά|σει παραχωρεῖσθαι παρ' ἄλλων δάνεια[32] ἃ μὴ⟨ι⟩ αὐτὸς ἐξ ἀρχῆς ἐδάνεισεν, μη⟨ι⟩δ' ὅλως κατακλείεσθαί τινας ἐλευθέρους εἰς φυλακὴν ἡντινοῦν, εἰ μὴ⟨ι⟩ κακοῦργον, μηδ' εἰς τὸ πρακ|τόρειον[33], ἔξω⟨ι⟩ τῶν ὀφειλόντων εἰς τὸν κυριακὸν λόγον[34]. —

§ 3 ἵνα δὲ μη⟨ι⟩δαμόθεν βαρύνηι τὰς πρὸς ἀλλήλους συναλλαγὰς τὸ τῶν δημοσίων ὄνομα μηδὲ συν(χέ)ωσι[35] τὴν κοινὴν πίστιν |

---

30 Iure Franzius dissentit a Letronnio et Rudorffio, qui hoc participium 'exstructas' significare sumpserunt, idque quicquam aliud significare posse negat ac 'sublatas'. Sed alio nomine ne huic quidem assentiri possum; nam si Alexander diceret se comperisse hoc ipso consilio sublatas esse eiusmodi custodias, merito quaereremus, quando et a quo sublatas significaret. Si ante ipsius magistratum, quomodo homines ipsum etiamtum querellis et precibus adire poterant, ne carceribus qui iam non erant attinerentur? Si per ipsam praefecturam, quomodo se dicere potest comperisse factum, quod a nullo nisi ipso praefecto fieri poterat? Quare mihi quidem nihil dubii relinquitur quin praefectus, soloece sane, ἔγνων ἀναιρεθείσας scripserit pro ἔγνων ἀναιρεθῆναι i. e. constitui ut tollerentur. Ut solent talia identidem impugnari et renasci, quinto p. Chr. n. saeculo rursus eidem malo medendum existimavit Zeno imperator lege anni 486 p. Chr. n., quae est in Codice Iust. IX, 5, 1: *iubemus nemini penitus licere per Alexandrinam splendidissimam civitatem vel Aegyptiacam dioecesin aut quibuslibet imperii nostri provinciis vel in agris suis aut ubicumque domi privati carceris exercere custodiam.* Rudorff. 31 Caesarem Augustum (30 a. Chr.—14 p. Chr.) hic indicari consentiunt editores. Quaenam potissimum eius constitutio intellegatur, latet. Nam iure Rudorffius negat esse cur legem Iuliam potissimum intellegamus, etsi eam mature etiam in provincias translatam colligi liceat ex rescripto Diocletiani et Maximiani Cod. Iust. VII, 71, 4: *legis Iuliae de bonis cedendis beneficium constitutionibus divorum nostrorum parentium ad provincias porrectum esse, ut cessio bonorum admittatur, notum est.* Fieri enim etiam posse, ut Augustus de ipsa Aegypto peculiari constitutione sanxerit ut antiqua illius terrae lex (cf. not. 27) conservaretur. 32 Cf. not. 28. 33 Cf. not. 29. 34 Distinguuntur κυριακὸς λόγος, ratio fisci Caesaris, et ἴδιος λόγος, ratio rei familiaris privatae (not. 18). Illius debitores unos custodia attinere licet. 35 ΣΥΝΕΧΩΣΙ. Emendavit Dobree Classical journal XXX p. 140, quem sequitur Letronnius, frustra impugnat Franzius, cum dicat vocem significare videri idem quod συστέλλειν, *coarctare, vexare, premere.* Sed neque probavit συνέχειν aut συστέλλειν id significare posse, et manifesto turbandi notio multo accommodatior est sententiae quam constringendi.

οἱ τῆι πρωτοπραξίᾳ[36] πρὸς ἃ μὴ⟨ι⟩ δεῖ καταχρώμενοι, καὶ[37] περὶ ταύτης ἀναγκαίως προέγραψα· ἐδηλώθη⟨ι⟩ γάρ μοι πολλάκις ὅτι ἤδη⟨ι⟩ τινὲς καὶ ὑποθήκας ἐπείρασαν ἀφελέσθαι νομίμως ‖ γεγονυίας καὶ ἀποδεδομένα δάνεια παρὰ τῶν ἀπολαβόντων ἀναπράσσειν πρὸς βίαν καὶ ἀγορασμοὺς ἀνα(δ)άστους[38] ποιεῖν ἀποσπῶντες τὰ κτήματα τῶν ὠνησαμένων ὡς | συμβεβληκότων τισὶν[39] ἀναβολικὰ[40] εἰληφόσι ἐκ τοῦ φίσκου ἢ⟨ι⟩ στρατηγοῖς ἢ⟨ι⟩ πραγματικοῖς ἢ⟨ι⟩ ἄλλοις τῶν προσωφειληκότων τῶι δημοσίωι λόγωι[41]. κελεύω⟨ι⟩ οὖν, ὅστις ἂν ἐνθάδε | ἐπί-

---

36 Cf. Plin. epist. X, 109, 1: *quid habere iuris velis et Bithynas et Ponticas civitates in exigendis pecuniis quae illis vel ex locationibus vel ex venditionibus aliisve causis debeantur, rogo, domine, rescribas . ego inveni a plerisque proconsulibus concessam iis protopraxian eamque pro lege valuisse.* Traianus ap. eundem X, 110: *quo iure uti debeant Bithynae vel Ponticae civitates in iis pecuniis quae ex quaque causa reipublicae debebuntur, ex lege cuiusque animadvertendum est . nam sive habent privilegium quo ceteris creditoribus anteponantur, custodiendum est, sive non habent, in iniuriam privatorum id dari a me non oportebit.* Manifesto in Aegypto quin fiscus eo privilegio uteretur nulla ex parte dubium erat, neque Alexandro in mentem venit quicquam ex eo deminuere, sed impediendum ei videbatur, quominus prave et inique eo uterentur. Cf. not. 38.

37 Usque ad v. 18 κυριακὸν λόγον nihildum scriptum erat de πρωτοπραξίᾳ, sed hic demum praefectus profitetur se etiam de ea habere quod edicendum iudicaret. Non recte igitur Franzius eam paragraphum, quae a verbis ἐπειδὴ ἔνιοι v. 15 incipit, usque ad v. 26 extendere mihi videtur, sed inde a v. 18 ἵνα δὲ μηδάμοθεν nova incipere.

38 ΑΝΑΛΑϹΤΟΥϹ Hyde, Cailliaud, Bissing, ΑΝΑΔΑϹΤΟΥϹ unus Hoskins, quem hic quoque tacitam correctionem adhibuisse certum est, nam Λ distincte dispicitur in photographia. Errorem lapicidae esse manifestum est; ἀνάδαστον ποιεῖν hic rescindendi notionem habet, ut alterius partis notio fere evanescat. Proprie est de integro dividere. Ceterum apparet quid hic vituperetur; nempe si quis, priusquam debitor fisci fieret, aut agrum hypothecae dederat aut mutuam pecuniam creditori reddiderat aut nescio quam rem venumdederat, iam ab illis hominibus protopraxiae nomine repetebantur pecuniae, etsi neque ipsi quicquam fisco debebant neque ille tum cum illa negotia gererentur debuerat.

39 Cum dicerent negotium (συμβόλαιον) factum esse cum hominibus, qui reipublicae deberent. Quod venditori non licuisset vendere, quia debitor fisci esset, emtorem rei emtae possessione privare conabantur non reddito pretio.

40 Quibus mora (ἀναβολή) pendendi quod debebant publice concessa erat.

41 Magistratus igitur priusquam rationem reddidissent vetabantur quicquam ex re sua familiari vendere aut oppignerare, quia debitores reipublicae existimabantur. De simili Atheniensium instituto cf. Aeschines III, 17 sqq. Boeckh Staatshaushaltung der Athener I² p. 264.

τροπος τοῦ κυρίου ἤ⟨ι⟩ οἰκονόμος ὕποπτόν τινα ἔχηι τῶν ἐν τοῖς δημοσίοις πράγμασιν ὄντων, κατέχεσθαι αὐτοῦ[42] τὸ ὄνομα ἤ⟨ι⟩ προγράφειν, ἵν[α[43] μηδ]εὶς τῶι τοιούτωι συνβάλληι, | ἤ⟨ι⟩ μέρη⟨ι⟩[44] τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῦ κατέχειν ἐν τοῖς δημοσίοις γραμματοφυλακίοις πρὸς ὀφείλημα[45]. ἐὰν δέ τις μήτε ὀνόματος κατεσχημένου μήτε τῶν ὑπαρχόντων κρατου|μένων δαν(ε)ίσηι νομίμως λαβὼν ὑποθήκην ἤ⟨ι⟩ φθάσῃ ἃ ἐδάν(ε)ισεν κομίσασθαι ἤ⟨ι⟩ καὶ ὠνήσηταί τι, μὴ⟨ι⟩ κατεχομένου τοῦ ὀνόματος μηδὲ τοῦ ὑπάρχοντος, οὐδὲν πρᾶγμα ἕξει. ‖ τὰς μὲν γὰρ προῖκας[46] ἀλλοτρίας οὔσας καὶ οὐ τῶν εἰληφότων ἀνδρῶν καὶ ὁ θεὸς Σεβαστὸς ἐκέλευσεν καὶ οἱ ἔπαρχοι ἐκ τοῦ φίσκου[47] ταῖς γυναιξὶ ἀποδίδοσθαι, ὧν βεβαίαν δεῖ | τὴν πρωτοπραξίαν[48] φυλάσ-
§ 4 σειν. — ἐνετεύχθην[49] δὲ καὶ περὶ τῶν ἀτελειῶν καὶ κουφοτε-

---

Quare quem de his aliquid emisse dicebant homines malevoli, ab eo protopraxiae fisci nomine rem venditam repetebant. 42 Verbi προγράφειν subiectum est ille homo, de quo in protasi dicitur ὅστις ἂν — ἔχηι, obiectum vero idem qui illic accusativo τινά significatur, ad eundemque manifesto spectat pronomen αὐτοῦ; sane sic passivum κατέχεσθαι structuram enuntiati paullulum turbat. 43 Cave hoc ἵνα notione vere finali acceperis, qui sane in sermone Attico unus est huius coniunctionis usus; sed inferiore aetate haud raro loco infinitivi verbis imperandi aliisque similis notionis subiungitur, et sic hic accipiendum est 'tabula publice proposita interdicere, ne quis quicquam negotii cum illo contrahat'. Cf. infra v. 48 sqq. κελεύω, ἵνα — ἀκοκαταστήσωσιν. 44 Ex HIMEPHI Letronnius sagaci sane emendatione effecit ἢ [β′] μέρη, sed si quid video iure Franzius negavit ea mutatione opus esse. Nempe nihil hic praescribitur, nisi ut illa oppigneratio pro pecuniis republicae debitis ad certas partes rei familiaris debitoris referatur atque id in litteris tabularii (γραμματοφυλακίου) definite conscribatur, ita ut sine ullo periculo alios fundos vel agros vel domos de eo emere liceat. Aut sic agendum est, aut omnino publice proscribendum, illi de omnibus suis rebus quicquam negotii contrahere non licere. 45 προσοφείλημα Bissing, qui manifestus error est. Priores editores rectissime scripserunt πρὸς ὀφείλημα divisim 'ut pignori opponantur ad pecunias debitas'. 46 Particulis μὲν γὰρ hoc annecti mireris, sed id videtur ita fere accipiendum: Haec de pecuniis quae mutuae datae sunt definite praecipienda existimo; nam de dotibus quidem, quippe quorum causa Augusti et praefectorum sententiis certissima ratione decisa sit, vix est quod dicam. 47 Cogitatur igitur hic de earum mulierum dotibus, quorum mariti damnati resque familiaris in fiscum redacta sit. 48 Cf. not. 36. Si igitur praeter uxorem quae dotem repetit etiam alii sunt, qui aliquid ex re familiari in fiscum redacta suum esse dicant, semper illi primus locus servabitur. 49 Et structura vere Graeca, ut ἐφθονήθην, ἐπολεμήθην, et ipsa flexio certe inferiore aetate neutiquam insolita. Cf. Plut. Cato maior 9 ὑπὲρ δὲ τῶν ἐξ

λειῶν, ἐν αἷς ἐστιν καὶ τὰ προσοδικά[50], ἀξιούντων αὐτὰς φυλαχθῆναι, ὡς ὁ θεὸς Κλαύδιος | ἔγραψεν Ποστόμωι[51] ἀπολύων, καὶ λεγόντων ὕστερον κατακεκρίσθαι τὰ ὑπὸ ἰδιωτῶν πραχθέντα ἐν τῶι μέσωι χρόνωι μετὰ τὸ Φλάκκον[52] κατακρεῖναι καὶ πρὸ τοῦ τὸν θεὸν | Κλαύδιον ἀπολῦσαι. ἐπεὶ οὖν καὶ Βάλβιλλος[53] καὶ Οὐηστεῖνος[54] ταῦτα ἀπέλυσαν, ἀμφοτέρων τῶν ἐπάρχων ἐπικρίματα φυλάσσω⟨ι⟩[55], καὶ ἐκείνων κατηκολουθηκότων τῆι | τοῦ θεοῦ Κλαυδίου χάριτι, ὥστε ἀπολελύσθαι τὰ μηδέπω⟨ι⟩ ἐξ αὐτῶν εἰσπραχθέντα[56], δηλονότι εἰς τὸ λοιπὸν

Ἀχαΐας φυγάδων ἐντευχθεὶς διὰ Πολύβιον ὑπὸ Σκιπίωνος κτλ. De ἐντεύξεως notione cf. n. 138[10]. 50 Immunitatis privilegium aut imminutionem vectigalium ab Augusto eiusque successoribus quibusdam oppidis ac fundis concessa, sed non ab omnibus praefectis religiose conservata esse hinc apparet. De iure Italico cogitare vetuit Rudorff, quippe cuius nullum in Aegypto vestigium repperiretur, nec tamen iniuria Franzius iudicavit fieri posse ut una vel altera civitas eo usa sit. Quod vero inter κουφοτελείας etiam τὰ προσοδικά esse enuntiatur, id quid sibi velit expedivit Wilcken Archiv für Papyrusforschung I 1900 p. 148. Nempe ex bonis publicatis fundos hominibus privatis ea condicione venumdari consuevisse, ut certum vectigal (πρόσοδος) penderetur. Has terras, quae προσόδου γῆ appellarentur, non in dominium emptorum cessisse, sed principem eorum dominum mansisse, sed illos habuisse possessionem perpetuam et hereditariam, ita ut hi agri iure simillimi essent agri quaestorii Romanorum (cf. Marquardt Röm. Staatsverwaltung II p. 181), προσοδικά vero vectigalium agri quaestorii. Quare possessoribus, ut agricolis publicis (δημοσίοις γεωργοῖς) frumentum ad sementem a principe praeberi, et terras eorum ad administrationem rerum Caesaris pertinere (Berl. gr. Urk. I p. 32 n. 20, 3. 4). Sed δημοσίους γεωργούς, quippe qui alienam (publicam) terram ararent, mercedem (ἐκφόριον not. 59) multo maiorem pendere, quam illa προσοδικά essent. Quare potuisse προσοδικῶν ius speciale quoddam κουφοτελείας genus haberi. Quod ius cum neglectum esset, ut ab illis quoque terrae quaestoriae possessoribus integrum ἐκφόριον exigeretur, id ne amplius fieret interdicendum existimavit praefectus. 51 C. Iulius Sex. f. Postumus, tribu Cornelia, praefectus Aegypti anno 47 p. Chr. n. Cf. C. I. L. VI, 918, 4. H. Dessau Prosopographia imp. Rom. II p. 208 n. 327. 52 De A. Avillio Flacco praefecto Aegypti a. 32—38 p. Chr. n. cf. n. 661[2]. Is igitur illas immunitates et moderationes vectigalium neglexerat, ut integra pendere cogerentur privati, dum a. 47 p. Chr. (not. 51) Claudius antiquum ius restitueret. 53 Ti. Claudius Balbillus praefectus Aegypti a. 55 p. Chr. n. Cf. n. 666[3]. 54 L. Iulius Vestinus praefectus Aegypti a. 59—62 p. Chr. n. Cf. n. 667[4]. 55 ΦΥΛΑCCWN Cailliaud et Hyde, ΦΥΛΑCCW Hoskins, φυλάσσωι Bissing. In photographia nihil certi dispicitur. De sententia cf. not. 24. 56 Quae igitur iam exacta sunt, non reddentur, sed quae etiam debentur, non exigentur.

§ 5 τηρουμένης αὐτοῖς τῆς ἀτελείας καὶ κουφοτελείας. — ὑπὲρ δὲ ‖ τῶν ἐκ τοῦ Καίσαρος λόγου[57] πρα⟨χ⟩θέντων[58] ἐν τῶι μέσωι χρόνωι, περὶ ὧν ἐκφόρια[59] κατεκρίθη⟨ι⟩, ὡς Οὐηστεῖνος ἐκέλευσεν τὰ καθήκοντα τελεῖσθαι[60], καὶ αὐ|τὸς ἵστημι, ἀπολελυ-

---

57 Ὁ Καίσαρος λόγος idem est ac supra ὁ κυριακὸς λόγος. Cf. not. 34. 58 ΠΡΑΧΘΕΝΤΩΝ lapis, sed πραθέντων emendandum esse perspexit Rudorff, quem secutus est Wilcken Archiv für Papyrusforschung I p. 148. Hic aliam rem tangi ac versibus proxime superioribus manifestum est, sed quidnam discriminis intercedat ambigas. Poteris enim ex ἐν τῷ μέσῳ χρόνῳ colligere, quantum quidem ad terram quaestoriam (προσόδου γῆς) spectet nihil nisi temporis discrimen intercedere, cum v. 27. 28 de eis dicatur quae inter Flacci iudicium (intra annorum 32—38 spatium) et Claudii Augusti ad Postumum rescriptum (47 p. Chr.) gesta essent, v. 29 sqq. vero de posteriore aetate; sed tum etiam iudicatum esse illis non προσοδικά modo, sed integra ἐκφόρια pendenda esse, ipsa Alexandri narratione neutiquam probabile fit. Qua de causa nescio an de alio potius genere negotii hic dicatur. Etenim nequaquam incredibile est aliquando fundos qui principis essent ea condicione venumdatos esse, ut emtor plenum atque absolutum dominium acquireret. Atqui cum in superiore paragrapho προσοδικῶν definite mentio fiat, § 5 nihil legitur, quod necessario ad terrae quaestoriae ius et condicionem referendum sit. Immo πραθέντων v. 30, ὠνησαμένους κτήματα καὶ τιμὰς αὐτῶν ἀποδόντας v. 32. 33, τῶν ἰδίων ἐδαφῶν v. 33 nihil nisi volgare emtionis venditionis negotium indicant. Non nego, haec etiam de προσόδου γῆς iure intellegi posse (not. 63), si aliunde constaret, de ea hic verba fieri, sed cum id non ita sit, non est cur a simplicissima interpretationis via deflectamus. 59 Hoc vocabulum legitur apud Pseudoaristotelem Oeconom. II, 1, 4 p. 1345 b, 33 αὐτῶν δὲ τούτων (τῶν προσόδων) πρώτη μὲν καὶ κρατίστη ἡ ἀπὸ τῆς γῆς — αὕτη δ' ἐστὶν ἣν οἱ μὲν ἐκφόριον οἱ δὲ δεκάτην προσαγορεύουσιν — δευτέρα ἡ ἀπὸ τῶν ἰδίων γινομένη κτλ. Ibi cum manifesto vectigal quod domini agrorum aerario publico pendant intellegatur, priores interpretes huic quoque edicti loco eandem interpretationem adhibendam existimaverunt. Sed hoc luculentissime refutavit U. Wilcken Gr. Ostraka I p. 185 sqq. demonstravitque mercedem potius annuam fundi locati, quam conductor (γεωργός) domino agri (κληρούχῳ, γεούχῳ) penderet, ubique in titulis, papyris, testis Aegyptiis hoc nomine significari. Qua in disputatione hic edicti locus haud exigui momenti est. Etenim quo pacto queri quispiam poterat, se agri, qui suus esset, vectigal pendere cogi iniquissime (v. 32. 33), cum tamen hoc vectigal omnino omnibus agrorum dominis impositum esset? Quod contra fundi quem suo aere emerat dominum tanquam si conductor esset mercedem dare sanequam iniustum atque indignum erat. Item ex papyris argumenta in eam rem attulit W. non minus gravia et ad persuadendum accommodata. 60 I. e. nihil aliud pendi, nisi ea quae legitima et iusta sint. Ad προσοδικά haec rettulit Wilcken, sed si hic non de agro quaestorio, sed de eo dicitur, qui in pleno et absoluto emtoris dominio sit (cf. not. 58), potius de vectigalibus omnibus agrorum dominis impositis, ac

κῶς τὰ μηδέπω⟨ι⟩ εἰσπραχθέντα[61] καὶ πρὸς τὸ μέλλον μένειν αὐτὰ ἐπὶ τοῖς καθήκουσι· ἄδικον γάρ ἐστιν τοὺς ὠνησαμένους κτή|ματα καὶ τιμὰς αὐτῶν ἀποδόντας ὡς δημοσίους γεωργοὺς
§ 6 ἐκφόρια[62] ἀπαιτεῖσθαι τῶν ἰδίων ἐδαφῶν[63]. — ἀκόλουθον δέ ἐστιν ταῖς τῶν Σεβαστῶν | χάρισι καὶ τὸ τοὺς ἐνγενεῖς Ἀλεξανδρεῖς καὶ ἐν τῆι [χώ]ρᾳ[64] διὰ φιλεργίαν[65] κατοικοῦντας εἰς μηδεμίαν [λειτουργίαν ἄγεσθαι, ὃ ὑμεῖς[66]] | πολλάκις μὲν ἐπε-

---

potissimum de eo quod nomine ἀπόμοιρα significari solet (cf. n. 55[10]. Wilcken Gr. Ostraka I p. 157 § 17) verba tituli interpretanda videntur. Nam id vectigalium genus etiam principatus tempore mansisse W. probavit testimonio papyrorum Londinensis Greek papyri in the Brit. Mus. II p. 128 n. CXCV*a*, 9 (εἰς ἀπόμοι(ραν) ἀμπελ(ῶνος) et Berolinensis (n. 1422, 15) alterius p. Chr. n. saeculi inediti (καὶ ὧν ἀπόμοιρ(αν) μὴ ἄγεσθαι). 61 Cf. not. 56. 62 Cf. not. 59. 63 Quia homo privatus, qui agrum quaestorium (προσόδου γῆν) de fisco emisset, in eo ius perpetuum et hereditarium haberet, nudo dominio sane principi relicto, haud inepte eum de *suo* agro dicere iudicavit Wilcken, ut etiam iure Romano ager quaestorius soleret *privatus vectigalisque* dici. Quae ut acute observata sunt, ita mihi quidem non certa videntur, quoniam omnino dubium est, num hic de illa προσόδου γῆ dicatur (cf. not. 58). 64 Vocabulum lectu difficillimum propter commissuras lapidum quae id a sinistra et ab inferiore parte tangunt. Cum Cailliaud .ΟΛ, Hyde Ο^Ο dispicere sibi visi essent, ΧΩΡΑ legerunt Hoskins et Bissing, manifesto recte, quoniam in photographia distincte agnoscuntur \ .ΡΛ. Quare abicienda est lectio ἐν τῇ πόλει, quam receperunt Rudorff, Franz atque initio Letronnius quoque, qui tamen postea [χώ]ρᾳ praetulit. Urbis mentionem hoc loco gravissimam habere difficultatem non est quod fusius exponatur. Nam si praeter Alexandrinos indigenas etiam omnes homines cuiusvis originis, qui illic aliquando habitarent, hoc privilegio usos statueremus cum Franzio, id non modo per se incredibile esset, sed etiam cum sermonis usu pugnaret; nam sic utique καὶ τοὺς ἐν τῇ πόλει — κατοικοῦντας dicendum fuit. Adde quod v. 34 simpliciter τῶν ἐνγενῶν Ἀλεξανδρέων dicitur nulla illorum inquilinorum mentione facta. Unum igitur genus hominum indicatur, qui origine quidem et civitatis iure Alexandrini sint, sed extra patriam urbem alicubi terrae Aegypti domicilium habeant. Ei se iniuria ad liturgias suscipiendas arcessitos esse querebantur. 65 Magnificae opificum et mercatorum industriae, qua ingens peregrinorum multitudo Alexandriam convocata esset, mentionem hic inicit Franzius, sed hoc nititur prava lectione πόλει (not. 64). Cum φιλεργία in causa fuisse dicatur, cur illi Alexandria rus demigrarent, de agriculturae studio nomen intellegendum videtur. 66 Wilcken in notis manuscriptis quas suo Bissingianae commentationis exemplo ascripsit (cf. lemma) supplet [λειτουργίαν χωρικὴν ἄγεσθαι]. Qui ut in universum sine dubio verum vidit, sic et lacunae ambitum paullulum excessit, cum 25 pro 23 litteris suppleret, et conexum enuntiatorum neglexit, quare mihi videbantur pronomina ὃ ὑμεῖς addenda, adiectivum χωρικήν vero necessario omittendum esse.

ζητήσατε, καὐτὸς δὲ φυλάσσω⟨ι⟩, ὥστε μηδένα τῶν ἐνγενῶν
§ 7 Ἀλεξανδρέων εἰς λειτουργίας χωρικὰς[67] ἄγεσθαι. — μελήσει δέ ‖
μοι καὶ τὰς στρατηγίας μετὰ διαλογισμὸν[68] πρὸς τριετίαν ἐν-
§ 8 χ(ε)ιρίζειν[69] τοῖς κατασταθησομένοις. — καθόλου δὲ κελεύω⟨ι⟩,
ὁσάκις ἔπαρχος ἐπ' αὐτὸν ἀχθέντα ἔφθα|σεν κρείνας ἀπολῦσαι,
μηκέτι εἰς διαλογισμὸν ἄγεσθαι[70]. ἐὰν δὲ καὶ δύο ἔπαρχοι τὸ

---

67 Liturgiarum duplex fuit genus, quorum alterum ad administrandas urbis eius, cuius cives erant liturgi, res municipales (πολιτικαὶ λειτουργίαι, veluti gymnasiarchia), alterum ad publicam provinciae Aegypti administrationem (χωρικαὶ λειτουργίαι, veluti πράκτορες, σιτολόγοι, ἐπιτηρηταί, εἰρηνάρχαι), spectaret. Sed hi quoque, etsi principis nutu et auspiciis officio fungebantur, tamen a singulorum oppidorum vicorumque incolis laterculus civium magistratibus imperatoriis tradebatur, ex quo illi eligerentur; post annum 202 p. Chr. n. ab ipsis senatibus civitatium creabantur. Cf. F. Preisigke Städtisches Beamtenwesen im römischen Aegypten p. 20 sqq. 68 U. Wilcken Gr. Ostraka 1 p. 622 not. 2 his probari dicit, si strategus magistratu abiret, eius administrationem a praefecto examinari solitam esse, quae res hic nomine διαλογισμός indicaretur. Sed in hac interpretatione mihi displicet, quod post prioris strategi διαλογισμόν alteri magistratum in triennium se mandaturum enuntiat praefectus, neque tamen ullo verbo indicat, de duorum hominum rebus diversis se dicere. Quare nescio an de ipsius cui officium mandatur probatione (δοκιμασίᾳ) nomen hic accipiendum sit; infra v. 36 sqq. sane manifesto aliam notionem habet. 69 Strategos nomorum a praefecto institutos esse hic videmus; sed quod editores ex hoc tituli loco colligunt eum magistratum in numero λειτουργιῶν χωρικῶν fuisse, id luculentissime refutavit Wilcken Hermae XXVII p. 287 sqq. Etenim inter § 6 (v. 32—34) et § 7 (34—35) ne levissimam quidem intercedere argumenti necessitudinem manifestum est. Ceterum notabile est, hac quidem paragrapho non praescribere Alexandrum, quid fieri velit, sed indicare quid ipse facturus sit; quod ab edicti natura et consilio neutiquam abhorret. 70 Iudicia (κρίσεις) praefecti, in quibus homines aut absolvi (ἀπολύεσθαι) aut condemnari (κατακρίνεσθαι) hic dicuntur, totus tenor docet non de omni iurisdictionis genere in universum intellegenda, sed ad unas controversias de vectigalibus, quae cuique pendenda sint, referenda. Quae res ad praefecti cognitionem tum perveniebat, cum ille conventum in nomo aliquo agens rationes administrationis pecuniariae examinabat, quae res et hic et alibi nomine διαλογισμός appellatur; cf. Wilcken Gr. Ostraka I p. 500 not. 1, qui provocat ad testimonium papyri Berl. gr. Urk. I p. 226 n. 226, 21. 22 ὅταν ὁ κράτιστος ἡγεμὼν Πομπήϊος Πλάντας τὸν τοῦ νομοῦ διαλογισμὸν ποιῆται. Vetantur eclogistae (not. 72) per eiusmodi occasionem iterum quaestionem movere de vectigalibus quae non deberi iam antea praefecti sententia definitum sit. Quod cum interdicit, regulam generalem legibus stabilitam huic potissimum negotio accommodat, nempe nunquam bis de eadem re iudicandum esse. Cf. litteras ad Turranium praefectum datas ap. Kenyon Catal. of Greek papyri

αὐτὸ πεφρονηκότες ὦσι, καὶ[71] κολαστέος ἐστὶν ὁ ἐγλογιστὴς[72] ὁ τὰ αὐτὰ εἰς διαλογισμὸν | ἄγων, ἧι[73] μηδὲν ἄλλο ποιῶν πλὴν ἀργυρισμοῦ πρόφασιν καταλείπων ἑαυτῶι καὶ τοῖς ἄλλοις πραγματικοῖς. πολλοὶ οὖν ἠξίωσαν ἐκστῆναι μᾶλλον τῶν ἰδίων κτημάτων ὡς | πλεῖον τῆς τιμῆς αὐτῶν ἀνηλωκότες διὰ τὸ καθ᾽ ἕκαστον διαλογισμὸν τὰ αὐτὰ πράγματα εἰς κρίσιν ἄγεσθαι. —

§ 9 τὸ δ᾽ αὐτὸ καὶ περὶ τῶν ἐν ἰδίωι λόγωι[74] πραγμάτων ἀγομένων ἵστημι, ὥσ|τε εἴ τι κριθὲν ἀπελύθη⟨ι⟩ ἢ⟨ι⟩ ἀπολυθήσεται ὑπὸ τοῦ πρὸς τῶι ἰδίωι λόγωι τεταγμένου[75], μηκέτι ἐξεῖναι τούτωι εἰσαγγέλλειν[76] κατηγόρωι μηδὲ εἰς κρίσιν ἄγεσθαι, ἢ⟨ι⟩ ὁ τοῦτο ποιήσας ἀπαραιτή‖τως ζημιωθήσεται. οὐδὲν γὰρ ἔσται πέρας τῶν συκοφαντημάτων, ἐὰν τὰ ἀπολελυμένα ἄγηται ἕως τις αὐτὰ κατακρείνηι. ἤδη⟨ι⟩ δὲ τῆς πόλεως σχεδὸν ἀοικήτου γενομένης διὰ τὸ | πλῆθος τῶν συκοφαντῶν καὶ πάσης οἰκίας συνταρασσομένης[77] ἀναγκαίως κελεύω⟨ι⟩, ἐὰν μέν τις τῶν ἐν ἰδίωι λό-

in the Brit. mus. II p. 165, 17: τῶν νόμων κωλυόντων δὶς περ[ὶ το]ῦ α[ὐτ]οῦ κρίνεσθαι. Wilcken Archiv für Papyrusforschung I p. 154. 71 Si semel controversiam a praefecto decisam resuscitabit eclogista, id irritum erit, si bis, etiam insuper poena afficietur. 72 Cf. U. Wilcken Gr. Ostraka I p. 493 sqq., qui docuit perperam ab hominibus doctis huic magistratui negotium vectigalia colligendi tributum esse verborum λογεύειν (colligere) et λογίζεσθαι (computare) notionibus confusis. Immo illi et quid cuique pendendum esset ratione inita in tabulis perscribebant et rursus tabulas vectigalium numeratorum examinabant. Suum quisque nomus eclogistam habuisse videtur. 73 ΚΑΙ Hoskins, ΚΙ Hyde, . . Ι Cailliaud. ΗΙ et Bissing exhibet et ipse in photographia dispexi. Quod Wilcken in notis manuscriptis interpretatur ἧι i. e. 'qua', quam particulam hic eadem vi atque ἅτε (*quippe*) usurpari nihil habet offensionis. 74 Cum hac paragrapho de privata re principis (cf. not. 18 et Berl. gr. Urk. III p. 321 n. 992, 1 sqq. τέτακται ἐπὶ τὴν ἐν Ἑρμῶνθει τράπεζαν, ἐφ᾽ ἧς Τέως, βασιλεῖ εἰς τὸν ἴδιον λόγον) dicatur, apparet haec praecepta spectare ad lites non de vectigalibus, sed de pecuniis alio nomine imperatori debitis. 75 Infra v. 44 est ὁ γνώμων τοῦ ἰδίου λόγου, Berl. gr. Urk. III p. 188 n. 868, 1 [τῶ]ι κρατίστωι πρὸς τῶι ἰδίωι λόγωι. De hoc magistratu cf. quae exposui n. 188². 76 Apud Bissingium εἰσαγγέλειν est, typothetae errore ni fallor, nam in photographia duplicem consonam agnoscere mihi videor. Ceterum structura paullo impeditior est; nam si τούτῳ κατηγόρῳ coniungas 'huic homini non amplius liceat quicquam deferre', hoc durissimum erit, quia accusatoris antea mentio facta non est; sin vero τούτῳ neutrum existimes ad τι v. 39 initio relatum, dativus pro accusativo gravissimam habebit offensionem. 77 Has querellas de delatorum funestis calumniis quibus Alexandria vexaretur editores intellexerunt perbene convenire cum eis quae de ipsius urbis Romae per Neronis

γωι κατηγόρων ὡς ἑτέρωι συνηγορῶν εἰσάγηι ὑπόθεσιν [78], παρίστασθαι ὑπ' | αὐτοῦ τὸν προσαγγείλαντα [79], ἵνα μηδὲ ἐκεῖνος ἀκίνδυνος ἦι. ἐὰν δὲ ἰδίωι ὀνόματι [80] κατενεγκὼν τρεῖς ὑποθέσεις μὴ⟨ι⟩ ἀποδείξηι, μηκέτι ἐξεῖναι αὐτῶι κατηγορεῖν, ἀλλὰ τὸ ἥμισυ αὐτοῦ | τῆς οὐσίας ἀναλαμβάνεσθαι [81]. ἀδικώτατον γάρ ἐστιν πολλοῖς ἐπάγοντα κινδύνους ὑπὲρ οὐσιῶν καὶ τῆς ἐπιτιμίας αὐτὸν διὰ παντὸς ἀνεύθυνον εἶναι. καὶ καθόλου δὲ ἐ[π]|ικελεύσομαι [82] τὸν γνώμονα τοῦ ἰδίου λόγου [83] [ἀεὶ] [84] τὰ καινοποιηθέντα παρὰ τὰς τῶν Σεβαστῶν χάριτας ἐπανορθῶσαι, περὶ οὗ προγράψω, [ἵνα πᾶσιν φανερὸν ἦι, ὅτι τοὺς [85] ἐ||ν]δειχθέντας
§ 10 συκοφάντας ὡς ἔδει ἐτιμωρησάμην. — οὐκ ἀγνοῶ⟨ι⟩ δ' ὅτι πολλὴν πρόνοιαν ποιεῖσθε καὶ τοῦ τὴν Αἴγυπτον ἐν εὐσταθείᾳ δια[μένειν,] ἐξ ἧς [ἃς εἰς τὸν βίον ἅπαντα] | χορηγίας ἔχετε, ὅσα οἷόν τε ἦν ἐπηνωρθωσάμην. ἐνέτυχον γάρ μοι πολλάκις

---

extremos annos et Galbae initia traderentur. Cf. Tac. Hist. II, 10: *Vibius Crispus, pecunia potentia ingenio inter claros magis quam inter bonos, Annium Faustum equestris ordinis, qui temporibus Neronis delationem factitaverat, ad cognitionem senatus vocabat; nam recenti Galbae principatu censuerant patres, ut accusatorum causae noscerentur.* IV, 42 (in oratione Curtii Montani) *elanguimus, patres conscripti, nec iam ille senatus sumus, qui occiso Nerone delatores et ministros more maiorum puniendos flagitabat.*
78 Cf. n. 665 [18]. 79 I. e. illum, a quo res ipsi indicata est cuique patrocinans (συνηγορῶν) eam ad iudicium detulit. 80 I. e. non ἑτέρῳ συνηγορῶν.
81 Proprium verbum de bonis quae in fiscum rediguntur. Cf. n. 338 [24].
82 Supplevit Bissing; praepositionis vestigia quae in lapide exstant non sinunt dubitari. Neque hoc compositum ullam habet offensionem, etsi etiam [παρα]|κελεύσομαι quod priores editores habent non est reprehendendum. Sed si verum est, παρακελεύεσθαι de eis dici qui aliquem moneant, ut aliquid suscipiat, ἐπικελεύειν de eo qui hortetur ut in re iam incepta elaborare pergat, hoc neutiquam alienum est ab Alexandri praefecti et procuratoris ἰδίου λόγου rationibus. Neque medium verbi genus cum sermonis usu pugnat, etsi activum paullo frequentius est. Cf. Thucyd. IV, 28, 3: οἱ δέ, οἷον ὄχλος φιλεῖ ποιεῖν, ὅσῳ μᾶλλον ὁ Κλέων ὑπέφευγε τὸν πλοῦν καὶ ἐξανεχώρει τὰ εἰρημένα, τόσῳ ἐπεκελεύοντο τῷ Νικίᾳ παραδιδόναι τὴν ἀρχήν. Plutarch. Anton. 77: ἡ Κλεοπάτρα — ἀνελάμβανεν, ἐπικελευομένων τῶν κάτωθεν αὐτῇ καὶ συναγωνιώντων. 83 Cf. not. 75. 84 Supplevi. [πάν]τα καινοποιηθέντα Bissing, qua in lectione male habet defectus articuli. Antiquiorum supplementa in censum non veniunt, quia illi multo maiorem esse sumpserunt lacunam, quam re vera est. 85 Supplevi. Priorum editorum supplementa spatium lacunae (24 litteras) excedunt. Wilckenus (ms.) post προγράψω supplevit [ἀναγκαίως], reliqua intacta reliquit.

οἱ καθ' ὅλην τὴν χώραν γεωργοῦντες καὶ ἐδήλωσαν ὅτι πολλὰ καινῶς κατεκρίθησα[ν, καίπερ δῆλον ὂν ὅσα δεῖ | φέρειν[86]] τελέσματα σιτικὰ καὶ ἀργυρικά[87], καὶ οὐκ ἐξὸν τοῖς βουλομένοις εὐχερῶς καθολικόν τι καινίζειν. ταῦτα δὲ καὶ τὰ τοιαῦτα κατακρίματα οὐκ ἐπὶ τὴν Θηβαΐδα μόνην [εὗρον ἐκτεινόμενα[88] | οὐ-]δὲ ἐπὶ τοὺς πόρρω⟨ι⟩ νομοὺς τῆς κάτω⟨ι⟩ χώρας[89], ἀλλὰ καὶ τὰ προάστια[90] τῆς πόλεως ἔφθασεν τήν τε Ἀλεξανδρέων καλου-

---

86 Supplevi, quia ex illo καὶ οὐκ ἐξὸν apparere mihi videtur, aliud eiusdem generis participium ante scriptum fuisse. Lacunam accurate explet supplementum meum, sed singula verba me praestare nolle non est quod dicam. 87 Cf. n. 90[39]. 88 Supplere conatus sum. Sedecim litteras desiderari observavit Bissing. 89 Hic etiamtum bipartitam divisionem totius terrae comparere monuit Wilcken Gr. Ostraka I p. 425. Nam quaecunque infra Thebaida sita sint hic τῆς κάτω χώρας nomine comprehendi apparet. Ptolemaeorum aetate nusquam inveniri Heptanomidis appellationem notum esse neque quemquam scriptorem ea uti ante Ptolemaeum Geogr. IV, 5, 25 p. 713, 11 τὰ δὲ μεσημβρινώτερα τοῦ μεγάλου Δέλτα καὶ τῆς Κάτω χώρας καλεῖται Ἑπτὰ νομοί. § 31 p. 719, 1 τὰ δὲ ἔτι μεσημβρινώτερα τῶν Ἑπτὰ νομῶν καλεῖται Θηβαῒς καὶ Ἄνω τόποι. Prioribus principatus temporibus illius antiquioris divisionis fortasse vestigium agnoscere licere in papyro anni 52 p. Chr. Oxyrh. pap. I p. 83 n. XXXIX, 6. 7, ubi praefectus Aegypti ἡγεμὼν ἀμφοτέρων dicatur; ibi enim Grenfellium praesidem Aegypti superioris et inferioris intellegere. Sed ipse Wilckenus dubitat, an potius *praefectus Alexandreae et Aegypti* (cf. n. 654[3]) designetur. Utique non post Hadrianum Heptanomida institutam esse multi papyri illius principatus docent, in quibus Ἑπτὰ νομῶν καὶ Ἀρσινοΐτου legitur. Cur hic nomus Arsinoites (*Faijûm*) separatim commemoretur, ambigas, sed proclive est suspicari, primum quidem illos septem nomos ab inferiore terra separatos, deinde demum, cum iam nomen a septenario numero derivatum in usum venisset, Arsinoiten eis adiunctum esse. Quando utrumque factum sit, accuratius definiri nondum licuit, sed Wilcken Ostraka I p. 822 monuit etiamtum anno 129 p. Chr. (Oxyrh. Pap. I p. 156 n. XCV, 3) Oxyrhynchum Thebaidi accenseri (ἐν Ὀξυρύγχων πόλει τῆς Θηβαΐδος), ita ut tum Heptanomis nondum instituta videretur. Qui postea eam divisionem rursus detractis quibusdam nomis mutatam sibi persuasit P. Meyer Philol. LVI p. 211 not. 26, eum errasse demonstravit Wilcken Gr. Ostr. I p. 426 not. 2. Nempe quod legitur Berl. gr. Urk. I p. 26 n. 15 II, 1 Ἑπτὰ νομῶν καὶ Ἀρσινοΐτου χωρὶς Αὐάσεως. ibid. II p. 137 n. 484, 9. 10 ἐπιστρ(ατηγίας) ζ' νομῶν καὶ Ἀρσι(νοΐτου) χωρ[ὶς] Ἡ[ρα]κλεοπολ(ίτου), ea non Oasin aut nomum Heracleopoliten tum ex epistrategia Heptanomidis exemptum indicant, sed hoc ipsum decretum, in quo leguntur, ad illos singulos nomos non pertinere. 90 Haec una est scriptura nominis veteribus nota. Cf. Syll.[2] 647, 19. 817, 27. Meisterhans-Schwyzer Grammatik der att. Inschr.[3] p. 54 not. 455.

μένην χώραν[91] καὶ τὸν Μαρεώτην[92] [λαβεῖν[93]. διὸ κελεύω[94] | το]ῖς κατὰ νομὸν στρατηγοῖς ἵνα[95] εἴ τινα καινῶς τῆι ἔγγιστα πενταετίᾳ[96] τὰ μὴ⟨ι⟩ πρότερον τελούμενα καθολικῶς ἢ⟨ι⟩ πληθικῶς νομῶν ἢ⟨ι⟩ τοπαρ[χιῶν ἢ κωμῶν[97] . . . . . ‖ κα]τεκρίθη⟨ι⟩, ταῦτα εἰς τὴν προτέραν τάξιν ἀποκαταστήσωσιν, παρέντες αὐ-

---

91 Pars terrae Aegypti in proxima Alexandriae vicinia sita. Cf. Plinius N. hist. V, 49, qui inter nomos postremo loco recenset *Gynaecopoliten, Menelaiten, Alexandriae regionem.* Ptolemaeus IV, 5, 18 p. 702, 3 sqq. ἀπὸ μὲν δύσεως τοῦ Μεγάλου ποταμοῦ ἀπὸ θαλάσσης ἀρχομένῳ Ἀλεξανδρέων χώρας νομὸς καὶ μητρόπολις Ἑρμοῦ πόλις μικρά. Wesselingius ab Athanasio Dracontium modo τῆς Ἀλεξανδρέων χώρας sive ἐν τῇ Ἀλεξανδρέων χώρᾳ modo Ἑρμουπόλεως μικρᾶς episcopum appellari observavit. Hoc oppidum vero hodierni *Damanhûr* loco situm fuisse constat. 92 Regio sita ad meridionalem oram notissimi lacus Mareotidos. Ibi urbem Maream fuisse, meridiem et occidentem versus ab Alexandria, constat. Cf. Herodot. II, 18. 30. Thucyd. I, 104, 1. Diodor. I, 68, 5. Athenaeus I, 33 d. Steph. Byz. s. v. Regio circa eam sita quod hic masculine ὁ Μαρεώτης appellatur, id non potest non ad nomen νομός mente supplendum referri. Et re vera eiusmodi nomum novit Ptolemaeus Geogr. IV, 5, 15 p. 698, 10 Μαρεώτου δὲ νομοῦ πόλεις καὶ κῶμαι αἵδε, cum Plinius N. hist. V, 39. 49 Mareotida regionem Libyae dicat, Aegypto conterminam. Quod quoniam Aegypti an Libyae esset ambigebatur, non mirum est eam in reliquis nomorum Aegyptiorum laterculis non inveniri. 93 Supplevi. Editores lacuna nihil haustum esse sibi persuaserunt nisi initium enuntiati proximi. At sic quid sibi vult ἔφθασεν? Nisi verbo φθάνειν τινά significationem tribuas plane inauditam atque incredibilem, hoc enuntiatum sensu cassum sit. Quare infinitivo (qui in huius tituli sermone eadem notione cum φθάνω coniungitur ac participium apud Atticos) opus fuit. Compositum καταλαβεῖν etiam aptius erat, sed id reponi spatii rationes vetant. 94 Supplevi. [παραγγέλλω δὲ καὶ] Bissing minus apte, [διὸ παραγγέλλω] Franz, quod per se placet, sed abiciendum fuit quia antea reponi debebat infinitivus (not. 93). κελεύω cum dativo coniunctum redit infra v. 53 neque omnino illa aetate quicquam habet offensionis. 95 Cf. not. 43. 96 Hoc quinquennium de stata quadam periodo, per quam vectigalium aestimationes repeterentur, interpretari vetuit U. Wilcken Gr. Ostraka I p. 451, quia id in Aegypto potius quattuordecim annis elapsis factum esset. Fortasse proximum huius generis edictum quinto anno ante factum esse aut alia de causa praefecto libuisse proximi potissimum quinquennii res in examen vocare. 97 Hi genetivi quomodo intellegendi sint non assequor. Nam a κατεκρίθη pendere vix possunt, quoniam non nomi, toparchiae, vici, sed singuli homines vectigalia pendere coguntur; si quis vero a καθολικῶς ἢ πληθικῶς pendere statuat ut sententia, sit 'per omnes aut plerosque nomos, toparchias, vicos', vereor ne eiusmodi adverbiorum cum genetivo coniunctio sine exemplo sit.

τῶν τὴν ἀπαίτησιν[98], ἃ καὶ ἐπὶ τὸν διαλογισμὸν ἀχθέντα ἐκ τῶν
§ 11 [------ ἐξαιρεθήτω[99]. — | ἐξήτ]ασα[100] δ' ἔτι καὶ πρότερον καὶ τὴν ἄμετρον ἐξουσίαν τῶν ἐγλογιστῶν[101] διὰ τὸ πάντας αὐτῶν καταβοᾶν ἐπὶ τῶι παραγράφειν αὐτοὺς πλεῖστα ἐκ τῆ[ς ἰδίας ἐπιθυ|μίας[102]·] ἐξ οὗ συνέβαινεν αὐτοὺς μὲν ἀργυρίζεσθαι, τὴν δὲ Αἴγυπτον ἀνάστατον γείνεσθαι. καὶ νῦν τοῖς αὐτοῖς παραγγέλλω μηδὲν ἐξ ὁμοιώμα[τος[103] | ἐπι]γράφειν[104] ἀλ[λ]αχῆι ἄλλο τι τῶν καθόλου χωρὶς τοῦ κρεῖναι τὸν ἔπαρχον. κελεύω⟨ι⟩ δὲ καὶ τοῖς στρατηγοῖς[105] μηδὲν παρὰ ἐγλογιστῶν μεταλαμβάνειν χωρὶς τῆ[ς ἀδείας | τοῦ][106] ἐπάρχου[107]. καὶ οἱ ἄλλοι δὲ πραγ-

---

98 Cum strategi vetentur illa vectigalia, quae iniuria irrogata sint incolis, ab eis petere, recte Wilcken Gr. Ostraka I p. 504 inde collegit, eius quoque magistratus (praeter eclogistas et praefectum) in hoc negotio aliquas fuisse partes. 99 In examine illo administrationis (not. 70) ea vectigalia quae iniuria imposita sint, ex numero eorum quae deberi iudicentur eximenda esse hic indicari persuasum habeo. Quare verbum supplere conatus sum, nomen idoneum ut repperirem non contigit. Antiquiorum, Letronnii (quem Franzius sequitur), Segueri, Rudorffii conatus non est quod recenseam, siquidem ii ad unum omnes multo amplius, ex parte adeo plus quam duplex, lacunae spatium esse sumpserunt, cum re vera quattuordecim modo litterae hoc versu desiderentur. 100 Supplevi. [ἐκόλ]ασα Bissing, [ἔφθ]ασα Wilcken ms., quod sine infinitivo aut participio (not. 93) non existimo ferri posse. In Bissingii supplemento acquiescere nolui, quod homines, de quibus v. 52 legatur καὶ νῦν αὐτοῖς παραγγέλλω, iam antea poenis a praefecto affectos fuisse mihi probabile non videtur. Immo iam antea diligenter examinata re illorum iniurias non ignorasse se profitetur, nunc iam ad medelam his malis afferendam accessurum. 101 Cf. not. 72. 102 Supplevit Wilcken in notis manuscriptis ad exemplum Bissingianum. 103 Supplevit Wilcken ms. ὁμοιωμά[των] Bissing. Nisi fallor hic id indicatur, nonnunquam ab eclogistis vectigalia maiora quam debebant computata esse quia alia similia exempla afferre posse sibi viderentur; sed quid illud ἀλλαχῆι ἄλλο τι τῶν καθόλου sibi velit me non satis perspicere fateor. 104 Cum tres aut quattuor litteras desiderari observasset Bissing, supplevit Wilcken in notis manuscriptis ad illius exemplum. 105 De verbi structura cf. not. 94. 106 Sic Wilcken in notis manuscriptis ad exemplum Bissingii, qui ipse Franzium secutus χωρὶς τῆ[ς ἀδε|ίας] ἐπάρχου dedit. Ac nomen quidem certum videtur, quia Cailliaud etiamtum litteras finales ΙΑΣ agnovit, at articulo careri nullo modo potest. 107 Vetantur hic strategi nomorum quicquam accipere ab eclogistis sine praefecti venia. Si de magistratibus pecunia corrumpendis modo hic diceretur, admodum mirum esset, consentiente praeside id permitti. Sumendum igitur est fuisse etiam condiciones dandi et accipiendi non illicitas neque inhonestas, sed lubricum visum esse ipsorum iudicio hoc committere.

ματικοί, ἐάν τι εὑρεθῶσι ψευδὲς ἢ⟨ι⟩ παρὰ τὸ δέον παραγεγρα-
φότες, καὶ τοῖς ἰδιώταις ἀποδώσουσιν ὅσον ἀπητήθησαν[108] καὶ τὸ
§ 12 [ἴσον[109]] ‖ ἀποτ(ε)ίσουσιν εἰς τὸ δημόσιον. — τῆς δ' αὐτῆς κακο-
τεχνίας ἐστὶν καὶ ἡ⟨ι⟩ λεγομένη⟨ι⟩ κατὰ σύνοψιν ἀπαίτησις, οὐ
πρὸς τὴν οὖσαν ἀνάβασιν Νε[ίλου[110], | ἀλλὰ] πρὸς σύνκρισιν ἀρ-
χαι(ο)τέρων[111] τινῶν ἀναβάσεω[ν]· καίτοι τῆς ἀληθείας αὐτῆς
οὐδὲν δοκεῖ δικαιότερον εἶναι· θαρ[ροῦντας[112] | οὖν ο]ἰκεῖν[113] καὶ
προθύμως γεωργεῖν τοὺς ἀνθρώπους[, εἰδότα]ς[114] ὅτι πρὸς τὸ
ἀληθὲς τῆς οὔσης ἀναβάσεως καὶ τῆς βεβρεγμ[ένης | γῆς,
ἀλλ'[115] ο]ὐ πρὸς συκοφαντίαν τῶν κατὰ σύνοψιν παραγραφο[μέ]-
νων ἡ⟨ι⟩ ἀπαίτησις ἔσται. ἐὰν δέ τις ἐξελεγχθῆι ψευσά[μενος, |
§ 13 . . .]ιον[116] τριπλάσιον[117] ἀποδώσει. — ὅσοι μὲν γὰρ[118] ἐφοβή-

108 Verbi ἀποδώσουσιν subiectum esse οἱ πραγματικοί, passivi ἀπητήθησαν vero οἱ ἰδιῶται vix est quod moneatur. 109 Cum tres aut quattuor litteras desiderari indicasset Bissing, supplevit Wilcken in notis manuscriptis ad illius exemplum. Poena dupli, quam in eiusmodi rebus ubique terrarum antiquitus usitatissimam fuisse constat, afficitur magistratus ea condicione, ut altera pars dimidia homini privato illius iniuria laeso, altera fisco cedat. 110 Nomen fluminis in nullo ex antiquioribus exemplis, quae ne proxime superiorem quidem vocem ΑΝΑΒΑϹΙΝ integram exhibent, servatum restituit Bissing. 111 Commodissimum visum est emendationem retinere, quae certa quidem non sit, sed et sermonis legibus accommodata et a sententia nulli reprehensioni obnoxia. Sane ἀρχαιοτέρων in lapide non est, sed ΑΡΧΑΙΑϹΕΤΕΡΩΝ cum omnes editores, etiam Bissingius, legerunt, tum ipse in ectypo agnosco. At quod Bissingius haec sic recepit ut postea ἀναβάσεω[ς] pro ἀναβάσεω[ν] suppleret, probare nequeo. Nam quid quaeso hoc sibi vult 'ad comparationem antiqui aliorum incrementi' (ἀρχαίας ἑτέρων ἀναβάσεως)? Id unum dubitari licet num forte facilius ex tradita lectione eliciatur ἀρχαι(εσ)τέρων, quod Franzius recepit. Sed cum comparativus legitimus et pervulgatus ἀρχαιότερος v. 62 certus sit, nimiae audaciae esse videtur illum insolitum hic reponere. 112 Supplevit Wilcken (ms.). 113 Cum Wilckenus θαρ[ροῦντας | κατο]ικεῖν proposuerit, mihi simplex praeferendum videtur, quia non video quomodo particula consecutiva careri possit. Sane praeterea etiam verbum quale est κελεύω aut παραγγέλλω desideraveris, cui tamen reponendo neque hic neque medio versu locus est. Et iussum aliquod accusativo cum infinitivo sine verbo regente enuntiari minime rarum est, etsi eiusdem generis exemplum alterum in hoc quidem edicto non invenitur. 114 Supplevit Rudorff. 115 Supplevit Wilcken (ms.), cum Bissing quinque aut sex litteras intercidisse observavisset. 116 Trium modo litterarum lacuna est; quid fuerit, latet. 117 Qui mendaciis et machinationibus efficere conabantur, ut agricolae non pro vera Nili inundatione vectigalia penderent, tantis malis terram affecisse existimabantur, ut hic non sufficeret poena dupli quae ob alia delicta infligebatur

θησαν ἀκούσαντες περὶ ἀναμετρήσεως τῆς ἐν τῆι Ἀλεξανδρέω[ν
χώραι[119] καὶ τῶι] ‖ Μενελαΐτηι[120] ἀρχαίας γῆς, ε[ἰ]ς ἣν οὐδέ-
ποτε σχοινίον κατηνέχθη⟨ι⟩[121], μὴ⟨ι⟩ μάτην ἐνοχλείσθωσαν·
οὔτε [γὰρ][122] τολμήσει [τις ποιεῖσθ|αι][123] τὴν ἀνα[μ]έτρησιν
οὔτε ἐ[πι]θήσεται. μένειν γὰρ ὀφείλει τ[ὰ ἐξ][124] αἰῶνος αὐτῆς
§ 14 δίκα[ια[125]. — τὸ][126] δ' αὐτὸ ἵστημι [καὶ π]ερὶ τῶν το[ύτοις
προστεθ|έν]των[127] προσγενημάτων, ὥστε [μ]ηδὲν ἐπ' αὐτῶν και-
§ 15 νίζεσθαι. — περὶ δὲ τῶν ἀρχαιοτέ[ρων[128] ὑποθ](έ)σεων[129] ἐν-
κει[μένω]ν[130] ὑμῶν, αἷς τε ....|...... νη[...[131] πο]λ-

---

(cf. v. 54 not. 109), sed triplum pendendum esset. 118 Manifesto haec non cohaerent cum proximis, sed μὲν γὰρ locum consueti δέ tenent, quo ad aliam rem transitur. Qui usus sane soloecus est, sed natus videtur ex ea dicendi consuetudine, de qua not. 46 verba feci. 119 Supplevit Letronne, qui addidit καλουμένῃ, cui spatium non sufficit. De hac regione cf. not. 91. 120 Cf. Strabo XVII, 1, 18 p. 801 τὰ δ' ἐν δεξιᾷ τῆς Κανωβικῆς διώρυγος ὁ Μενελαΐτης ἐστὶ νομὸς ἀπὸ τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ πρώτου Πτολεμαίου καλούμενος, οὐ μὰ Δία ἀπὸ τοῦ ἥρωος, ὡς ἔνιοί φασιν, ὧν καὶ Ἀρτεμίδωρος. Ptolemaeus Geogr. IV, 5, 4 p. 680, 8 Μενελαΐτου μητρόπολις Κάνωβος. Terram Alexandrinorum, quacum hic coniungitur, ab oriente attingit, divisus ab ea Canobico Nili brachio, quare in enumeratione apud Plinium Nat. hist. V, 49 haec se excipiunt: *Menelaiten, Alexandriae regionem.* 121 Nunquam dimensi erant illorum nomorum agri, quia nullum pependerant unquam vectigal, quod iam metuebant ne metatione facta imponeretur. 122 τις Letronne. Sed particula quae enuntiata coniungit careri nequit. 123 Retinui Franzii restitutionem, omisso tamen pronomine αὐτῆς post τις inserto, cui spatium non sufficit. 124 Cum antiquiora exempla praepositionem, quae in photographia neque a Bissingio neque a me lecta est, ΕΞ exhiberent, hoc mutare nolui, etsi usitatius est ἀπ' αἰῶνος. 125 Supplevit Letronne in altera editione. δικα[ιώματα] Rudorff, quod spatium lacunae excedit. 126 Supplevit Letronne. 127 Supplevi, cum sumerem a pristinis territoriis (ἀρχαίας γῆς v. 60), quae perpetua immunitate usa essent, alios agros hic distingui, qui postea illis duobus nomis attributi essent ea condicione, ut eodem privilegio uterentur. 128 Letronnius in altera recensione edidit περὶ δὲ τῶν ἀρχαιοτε[λειῶν] ἐτείων, quod non uno nomine pugnat cum legibus grammaticae Graece neque cum eis convenit quae in lapide sunt; nam praeter ΑΡΧΑΙΟΤΕ, de quo inter omnes convenit, etiam ΕϹΕΩΝ vel ΕϹΕΩΝ (sic Bissing) in lapide esse constat. Quare non est cur de supplemento Franzii, quod recepi, dubitetur. 129 Cf. not. 128. 130 Antiquiores querellae (ὑποθέσεις, cf. v. 41. 42 et n. 665[18]) erant, quas repetebant atque identidem inculcabant homines (ἐγκειμένων ὑμῶν, qui videntur genetivi absoluti esse); sed de eis praefectus cum decernere non sui iuris esse intellegeret, ad imperatorem se scripturum pollicetur. 131 In litterarum ductibus et lacunarum ambitu indicando Bissingium secutus sum, neque tamen supplementum idoneum repperi. Etenim quae a prioribus editoribus proposita sunt,

λάκις ὥ[στε οὐ] πλέον περιε[πο]ίησαν πλὴν ἀργυρισμοῦ τῶν πραγμ[ατι]κῶν καὶ τῆς τῶ[ν ἀνθρώ]πων ἐπιτ[ρίψεως[132], Καί|σ]αρι [Σεβ]αστῶι Αὐτοκράτορι γράψ[ας[133] μάλ]ιστα[134] τῶν ἄλλων αὐτῶι δηλώσω⟨ι⟩, μόνωι δυναμ[ένωι] τὰ τοιαῦτα ὁλικῶς [ἐ]κκόπτειν, [οὗ καὶ πε]||ρὶ[135] τῆς πάντων [ἡμ]ῶ[ν] σωτηρίας ἡ⟨ι⟩ δ[ιη]νεκὴς [εὐ]εργεσία⟨ι⟩ καὶ πρόνοιά [ἐστιν[136]. — ἔτο]υς πρώτο[υ] Λουκ[ίου] Λειβίου [Σουλπικίου Γάλ]||βα Καίσαρος [Σεβ]αστ[οῦ] Αὐτοκράτορος[137], Επὶφ[138] ιβ'[139].

---

cum aliis nominibus in reprehensionem incurrunt, tum cum his vestigiis pugnant. 132 Cum ΕΠΙΤ in lapide sit, apparet potius cum Letronnio ἐπιτ[ρίψεως] supplendum esse, quam cum Franzio ἐπ[ηρεί]α[ς]. Adde quod ex loco parallelo v. 52 ἐξ οὗ συνέβαινεν αὐτοὺς μὲν ἀργυρίζεσθαι, τὴν δὲ Αἴγυπτον ἀνάστατον γενέσθαι apparet fortiore vocabulo opus esse quam ἐπήρεια est. 133 Supplevi. Cum Letronnius dedisset γράψ[ω καὶ τὰ μέγ]ιστα, quod spatium lacunae longe excedit, Rudorffius vero γράψ[ω μ]ετά, quod cum litteris in lapide servatis non convenit, Wilcken (ms.) γράψ[ω μάλ]ιστα proposuit. At verba finita γράψω — δηλώσω sic ἀσυνδέτως componi profecto non licet, quare participium praetuli, etsi lacuna vix tot litteras capit. 134 Supplevit Wilcken (ms.). Superlativo haud raro adiungi talem genetivum, qui cum partitivus esse debeat comparativus potius sit, et illud Thucydidis I, 1, 1 ἀξιολογώτατον τῶν προγεγενημένων et innumera alia exempla docent. Quare fieri posse non negandum est, ut hic μάλιστα τῶν ἄλλων 'magis quam quicquam ex aliis rebus' significet. Sane in scribendi verbum huius adverbii significatio minus quadrat, sed si τῶν ἄλλων non neutrum, sed masculinum esse statuas, nullam omnino video probabilem interpretationem aut restitutionem. 135 Cum in fine versus 64 non plus quam decem litteras desiderari constet, antiquiorum supplementa omnia reicienda sunt. Quod recepi, Wilckeni notis manuscriptis debetur. 136 Supplevit Wilcken (ms.). 137 Galbae annus primus ex more Aegyptiorum computatur a die 9. mensis Iunii a. 68 p. Chr., quo Nero occisus est, ad diem 28. m. Augusti, qui fuit in fastis Alexandrinorum dies postremus anni civilis. Hanc vero fastorum formam, quae quarto quoque anno sextam epagomenen intercalatam habebat, hic respici iam Idelerus Chronol. I p. 145 luculentissima ratiocinatione demonstravit. Etenim si diei significatio hic ex antiquiore anno mobili Aegyptiorum, qui sane per totum Ptolemaeorum regnum conservatus est (n. 56[77]) intellegenda esset, duodecimus mensis Epiph dies idem esset ac vicesimus tertius m. Iunii. Tum vero, quattuodecim post Neronis necem diebus, profecto nondum Galbae Augusti auspiciis edictum praefecti Alexandriae proponi poterat. Sane etiam gravius hoc argumentum apud ipsum Idelerum videtur, qui cum errore secundum diem mensis, non duodecimum significari sumeret (cf. not. 138), adeo quadriduum modo inter Neronis mortem et hunc fastorum Aegyptiorum diem intercedere existimavit. Sed sic quoque ratio certissima est. Contra in fastis Alexandrinorum paenultimus anni mensis Epiph a die 25. mensis

Iunii incipiebat, ita ut hoc edictum die 6. m. Iulii propositum sit, quod nihil habet miri. Perperam sane Ideler de edicto die primo mensis Phaophi anni Galbae secundi emisso, in quo alterum antiquius mensis Epiph commemoraretur, dixit. Unum hic est Alexandri edictum, illa vero temporis definitio ad diem quo apographum eius in Oasi propositum est spectat. 138 Cum antiquitus dubitatum esset, utrum I post Φ ad nomen mensis an ad numerum spectaret, ideoque inter secundum et duodecimum diem incerti haesissent homines docti, iam certissima ratione lis diremta est, quoniam U. Wilcken Gr. Ostraka I p. 809 n. 11 docuit, Ἐπίφ vel Ἐπείφ legitimam et perfrequentem, Ἐπιφὶ vero rarissimam nominis formam esse. Itaque duodecimus dies (6. m. Iulii 68 p. Chr.) intellegendus est. 139 LB Bissing. Quod si modo in lapide est, certissimum est ad merum errorem lapicidae referendum et IB emendandum esse. Nam neque secundi anni est edictum, sed primi (v. 65), neque hoc loco annus indicandus fuit, sed dies.

---

670 Fragmenta tria lapidis inaedificata Philis in domibus Copticis. Edd. Lyons et Borchardt Sitzungsberichte der Kgl. Akademie d. W. zu Berlin 1896 p. 469 not. 1 (inde Seymour de Ricci Archiv für Papyrusforschung II p. 435 n. 28).

Αὐτοκρά[τορα Καίσαρα] | Οὐε[σπασιανὸν Σεβαστό]ν[1], | ------- ---------------------[2], | τὸν σωτῆρα καὶ εὐεργέτην, || οἱ ἀπὸ Φιλῶν καὶ Δωδεκασχοίνου[3].

Litterae ЄΠСΩ. Intra orbem litterae O v. 4. 5 init. punctum (⊙). 1 Imperator a. 69—79 p. Chr. n. 2 Quid hoc versu fuerit, latet. Nam quod Ricci Titi ac fortasse etiam Domitiani nomen fuisse conicit, id refellitur versu quarto, qui unius modo hominis hoc fuisse monumentum honorarium demonstrat. 3 Cf. n. 210[5].

---

671 Limen superius portae in aedificio quod fuit Caranide nomi Arsinoitae (*Kôm-Ushîm*) orientem et meridiem versus a templo. Edd. B. P. Grenfell, A. S. Hunt, D. G. Hogarth Fayûm towns and their papyri p. 33 n. III (Revue arch. Troisième série XXXIX 1901 p. 151 n. 94. Seymour de Ricci Archiv für Papyrusforschung II p. 435 n. 29).

Ὑπὲρ Αὐτοκράτορος Καίσαρος Οὐεσπασιανοῦ Σεβαστοῦ[1] καὶ τοῦ

Litterae AΘΠCΩ. Versus tertius post notas numerales IΓ et totus quartus ita evanuerunt, ut omnes eorum litteras praeter PY (v. 3 extr.) incertas significent editores. 1 Vespasianus Augustus (69—79 p. Chr.). Cf. not. 9.

παντὸς | αὐτοῦ οἴκου Πνεφερῶτι[2] καὶ Πετεσούχωι[3] καὶ τοῖς συννάοις θεοῖς μεγίστοις | τὸ δ[ε]ιπνητήριον ιγʹ τραπ[εζῶν][4] Ε[ὐ]φρέ[ας][5] ....]άρχο[υ][6] ὁ [β]ουλ[ευτὴς][7] ----] ομι . χρυ . | ελυ . . . . γ . . ν . . ευε, ἡγουμένου Τατί(ου)[8], ἀ[γα]θῆι τύχηι, (L) ι(α)ʹ[9] [Ἐ]πεὶφ ιεʹ[10].

---

2 Cf. n. 667[2]. 3 Cf. n. 187[3] et addenda voluminis prioris p. 653. Idem redit n. 667, 3. 710, 3. 4 Supplevit de Ricci. 5 Supplere conatus sum; de Ricci [καὶ] φρέα[τα δ]ύο, quod sollerter excogitatum est, sed cum ΤΡΑΠ . Ι ΙΛΕ : ΦΡΕΑΩΑΥΟ enotetur, apparet post τραπ[εζῶν] particulae καὶ reponendae locum non esse. Adde quod utique alicubi indicatum fuit, quis hoc aedificium dedicavisset (cf. n. 710, 4), versu quarto vero tale quid scriptum fuisse ex reliquiis ab editoribus enotatis non videtur. 6 Hic patris nomen fuisse mihi videtur. Si litteram Ω in exemplari maiusculis concepto ex C finali nominis Εὐφρέας et alia littera rotunda conflatum iudicabimus, de Θ[αλι]άρχου aliove simili nomine cogitari licebit, sed id incertissimum est. 7 Supplevi non sine haesitatione. 8 ΤΑΤΙΩΝ. Emendare conatus sum; cum proxima utrimque vocabula certa sint, non video quid hic scriptum esse potuerit nisi nomen proprium. Neque vero de praefecto Aegypti accipi licet, quia sic non ἡγουμένου, sed ἐπὶ — ἡγεμόνος (cf. n. 659, 1. 661, 1. 2. 663, 2. 3. 667, 3. 4. 668, 13. 14. 672, 4 sqq. 673, 4. 5. 675, 2) dicendum fuit ac si iam idem verbo enuntiatum esset, ἡγεμονεύοντος potius quam ἡγουμένου exspectaremus. Cf. Fayûm towns p. 264 adnotationes ad n. CX, 26, ubi editores demonstrant, ἡγούμενος modo cum genetivo coniunctum, modo absolute usurpatum de praesidibus variorum conciliorum itemque de eis qui cuiuslibet generis negotiis praeficiantur haud infrequens esse in papyris. Quare eum potius qui illi aedificationi praefuerit architectum designari existimaverim. 9 Lapis secundum editorum testimonium ΤΥΧΗΙΙΕ . . Ι . Λ . ΠΕΙΦ . ΙΕ habet, ita ut inter τύχηι et mensis nomen septem litterae fuisse videantur. At ἰῶτα bis scriptum esse non improbabile est pro quadratariorum consuetudine. Ex iis quae restant litteris prima Ε lenissima medela in signum L mutatur, et iam de Ricci hic anni numerum scriptum fuisse coniecit. Tum vero quod quinque litterarum loca indicant editores, erravisse videntur. At cum duarum reliquias enotent, tot certe fuisse probabile est. Illa ΙΛ autem ex alio atque ΙΑ numero servata esse incredibile est cum propter similitudinem, tum quia unus Vespasiani annus qui Graece plus una littera indicetur ipse undecimus est idemque supremus (78/9 p. Chr. n.). 10 Epiph mensis undecimus anni Aegyptiaci secundum Alexandrinorum rationem a die 25. mensis Iunii fastorum Iulianorum ad diem 24. mensis Iulii pertinebat. Itaque haec dedicatio die 9. m. Iulii a. 79 p. Chr. n. incisa est. Sane Vespasianus iam die 24. m. Iunii decesserat (cf. H. Dessau Prosopographia imp. Rom. II p. 77 n. 263). Sed nuntium de ea re quindecim diebus post nondum in illud nomi Arsinoitae oppidulum pervenisse non est quod miremur.

672 Stela lapidis calcarii albi cum aëtomate, intra quod clypeus, inventa Schediae, ubi a Nilo flumine diffinditur canalis qui Alexandriam cum illo coniungit, empta Alexandriae ab A. Schiffio; postea in Sieglini possessionem pervenit. Edd. G. Botti Bulletin de la société archéol. d'Alexandrie 1902 p. 44 (Revue arch. Troisième série XLI p. 439 n. 160. Seymour de Ricci Archiv für Papyrusforschung II p. 436 n. 31). Imaginem arte photographica effectam proposuit et commentarium bonae frugis plenum addidit A. Schiff, Beitr. zur alten Geschichte, Festschrift für O. Hirschfeld, p. 374 n. I.

Ἔτους τρίτου[1] | Αὐτοκράτορος Τίτου | Καίσαρος Οὐεσπασιανοῦ | Σεβαστοῦ[2], ἐπὶ Γαΐου || Τεττίου Ἀφρικανοῦ | Κασσιανοῦ Πρίσκου ἡγεμόνος[3] | ὠρύγη[4] Ἀγαθὸς Δαίμων | ποταμὸς[5] ἐπὶ τὰ τρία

Litterae ЄΙΘΠCΩ. 1 Tertius Titi imperatoris annus ex Aegyptiorum fastis a die 29. m. Augusti a. 80 p. Chr. ad diem 28. m. Augusti a. 81 p. Chr. pertinebat. 2 Titus Vespasiani filius, qui die 23. m. Iunii a. 79 p. Chr. patri successit, die 13. m. Septembris a. 81 p. Chr. obiit. 3 C. Tettius Africanus praefectus Aegypti iam ex duobus titulis Latinis notus erat, C. I. Lat. XI, 5382, ubi eum antea praefecti vigilum et praefecti annonae officiis functum esse videmus, et C. I. Lat. III, 35, quam inscriptionem eius uxor Funisulana Vettulla Memnonis statuae insculpsit die 12. m. Februarii a. 82 p. Chr. n. Non diu post hoc tempus in officio permansisse videtur, quoniam in diplomate militari die 9. m. Iunii scripto (C. I. Lat. III Suppl. p. 1962) iam L. Laberius Maximus praefectus Aegypti est. Ex quo tempore Tettius Africanus Aegyptum administraverit, latet. Proximus ante eum praefectus quem noverimus Valerius Paullinus est, quem princeps anno 71 aut 72 p. Chr. in locum Ti. Iulii Lupi, qui in magistratu decesserat, misit (Plinius Nat. hist. XIX, 11. Iosephus Bell. VII, 434). Schiff. Cf. Prosopogr. imp. Rom. III p. 308 n. 100. 4 Hic ut in substantivo ὀρυχή (ὀρυγή) aspiratam antiquiorem esse, sed inferiore aetate magis magisque increbruisse mediam monuit Schiff provocans ad Lobeckii disputationem ad Phryn. p. 318 et ad Hermae Pastorem (Simil. IX, 6, 7 ed. Hilgenf.[2]: καὶ ὠρύγη τὸ πεδίον). 5 Idem nomen legitur apud Ptolemaeum Geogr. IV, 5, 16 p. 699, 16: μέγα Δέλτα καλεῖται, καθ' ὃ ἐκτρέπεται ὁ μέγας ποταμός, καλούμενος Ἀγαθὸς Δαίμων. Nam sic plerique libri mss. legunt, neque video cur recentisissimus quoque editor paucorum lectionem Ἀγαθοδαίμων praetulerit. Haec enim forma labentis Graecitatis est ut Μεγαλόπολις, quod in codicibus Byzantinae aetatis haud raro expulit eam nominis formam, quam unam novit antiquitas, Μεγάλη πόλις. Apud Pseudocallisthenem sane I, 31 p. 33 *b*, 4 Müller, ubi μέχρι τοῦ Ἀγαθοδαίμονος ποταμοῦ τοῦ κατὰ Κάνωβον traditur, haec corruptela scriptori potius quam librariis accepta ferri videtur. Cum inter primaria numina urbis Alexandrinorum fuisset Ἀγαθὸς Δαίμων, hanc fluminis appellationem ex familiari sermone illorum natam ideoque haud mirandum esse,

στερεὰ[6] | καὶ ἐπὶ τὸ ἀρχαῖον ἀπεκατε||στάθη[7] ἕως τῆς πέτρας[8] καὶ | ἐτέθησαν παρ' ἑκάτερα τῶν τοί|χων πλάκες[9] ἐπιγεγραμ-μέ|ναι δεκατέσσαρες.

---

quod inter scriptores soli duo homines Alexandrini eius mentionem facerent, acute observat Schiff, qui idem hoc nomine Canopicum sive Heracleoticum Nili brachium significari demonstravit. Illud vero prae reliquis ipsum Nilum visum esse antiquis, ita ut mirum non esset, amnem cui omnem suam fertilitatem et salutem acceptam ferret tota Aegyptus, ab Alexandrinis eundem cum Genio eius habitum esse. Etsi igitur ποταμός illa aetate etiam canalem arte factum significare potest (n. 54[26]), tamen ea notio hic in censum non venit, ut appareat ὠρύγη non de fossa de integro instituenda, sed de purgando fluminis alveo dici. 6 I. e. in longitudinem, latitudinem, altitudinem. Commodissime Schiff confert Syll.[2] 538, 5: τάφρον ὀρύξαι πλάτος ὀκτὼ ποδῶν, μῆκος τριάκοντα ποδῶν, βάθος μέχρι τοῦ στερίφου. 542, 8: τάφρον ὀρύξαντα μῆκος μὲν τὸ γεγραμμένον, πλάτος δὲ ἀπὸ τοῦ ἀναλήμματος τῆς χαράδρας τεττάρων ποδῶν, βάθος δὲ τρίπουν. Quod ad Euclidis Elem. XI def. 1: στερεόν ἐστι τὸ μῆκος καὶ πλάτος καὶ βάθος ἔχον provocat, item haud inepte facit, sed tenendum est tamen hic plane singularem esse sermonis usum. Etenim Euclides quidem ex more corpus, quod tres dimensiones habet, στερεόν appellat. At hic hae ipsae dimensiones τὰ τρία στερεά vocantur, cuius rei praeter hunc titulum et geminum n. 673, 8 nullum videtur in litteris Graecis exemplum exstare. 7 Duplex augmentum ad eandem sensus grammatici titubationem redit, qua alibi haud raro omittitur augmentum syllabicum (n. 90[101]. 201[18]. 678[5]) et temporale (n. 435[7]). 8 Quod in titulo Attico quem not. 6 attuli est μέχρι τοῦ στερίφου. Schiff. Cf. etiam Syll.[2] 537, 8 ἀνακαθαράμενον ἐπὶ τὸ στέριφον. 587, 47. 77 ἀνακαθήραντι ἐπὶ τὸ στέριφον. Particulam ἕως non coniunctionem temporalem esse, sed pro μέχρι praepositionis instar haberi cum genetivo coniunctam recentiore demum tempore recte observat Schiff. Sed hoc a tempore ad locum transferri non tam rarum est quam illi videtur; immo is usus iam plus quam trium saeculorum ante hunc titulum spatio occurrit. Cf. n. 54, 19. 20 ἕως Βακτριανῆς. 176, 10 ἕως ψυγμοῦ. 178, 11 ἕως δρόμου. 199, 29 ἕως τῶν Σαβαίων χώρας. 201, 16 ἕως Τέλ[μ]εως. 9 Tabula, qualis haec est, Graece στήλη appellatur. Sed apud Alexandrinos tum temporis πλάξ usitatum fuisse praeter hos duos titulos indicari usu Septuaginta interpretum, Novi Testamenti, patrum ecclesiae, ex quo tabulae legum Mosaicarum constanter πλάκες dicantur, observat Schiff. Cf. etiam n. 129, 5.

---

673 Tabula inventa Schediae. Ed. G. Botti Bull. de la societé archéol. d'Alexandrie 1902 p. 45 (Revue arch. Troisième série XLI 1902 p. 439 n. 161. Seymour de Ricci Archiv f. Papyrusforschung II p. 437 n. 34).

Ἔτους ς´ [1] Αὐτοκράτ[ορος] | Καίσαρος [Δομι]τια[νοῦ [2]] | Σεβαστοῦ Γερμανικοῦ, | ἐπὶ Γαΐου Σεπτιμίου || Οὐεγέτου ἡγεμόνος [3] | ὠρύγη [4] ποταμὸς | Φιλαγριανὸς [5] ἐπὶ τὰ | γ´ στερεὰ [6] ἕως τῆς πέτρας [7].

---

1 Supra hunc Graecum titulum eadem Latino sermone exarata sunt hunc in modum: *Anno VI Im[p(eratoris)] [Domitiani] Caesar(is) Aug(usti) Germanic(i) | sub C. Septimio Vegeto praef(ecto) Aeg(ypti) | foditu(m) est flumen Philagrianu(m) | at tria soldu(m) usque ad petras.* Domitiani Augusti annus sextus 86/7 p. Chr. n. est. 2 Nomen consulto deletum, sed ita ut tres litterae adhuc dispiciantur. 3 Proximo anno, m. Martio 88 p. Chr. n., eundem hominem etiamtum praefectum Aegypti fuisse discimus ex n. 675, 2. Tertium testimonium est in diplomate militari C. I. Lat. III p. 856. Cf. Prosopogr. imp. Rom. III p. 216 n. 349. Sed iniuria de eius praefectura Jouguetus ad titulum 675 provocat ad testimonium Suetoni Domitian. 4. Neque enim Septimius Vegetus, sed Mettius Rufus (n. 561[2]) praefectus Aegypti illic commemoratur. 4 Cf. n. 672[4]. 5 Cum Schediae inter se coniungantur Canopicum Nili brachium et canalis qui aquam Nili Alexandriam deducit, illud vero Ἀγαθὸς Δαίμων ποταμός appelletur n. 672, 7. 8 (cf. ibi not. 5), sequitur ut canalis ille Φιλαγριανὸς ποταμός sit, denominatus ni plane fallor ab eo qui eum instituerat. Ab eodem si quid video nomen accepit κώμη Φιλαγρίς nomi Arsinoitae (Fayûm towns and their papyri p. 146 n. XXXIV, 1. 8. p. 218 n. LXXXVI, 12), unde perquam probabiliter conieceris eum hominem Ptolemaei Philadelphi aut Euergetae temporibus eximia auctoritate florentem fuisse. 6 Cf. n. 672[6]. 7 Cf. n. 672[8].

---

674 Stela cum aëtomate, inventa Copti (*Kuft*), exstat in museo oppidi *Cairo*. Edd. Flinders Petrie Koptos p. 22 tab. XXVII cum Hogarthi adnotationibus p. 27 sqq. P. Jouguet Bull. de corr. Hell. XX (1896) p. 169 n. II cum Addendis p. 250. Imaginem photographicam proposuit J. G. Milne History of Egypt V Under Roman rule p. 123 fig. 86. (Ex his exemplis repetiverunt R. Cagnat Revue arch. Troisième série XXIX 1896 p. 407 n. 130 et Seymour de Ricci Archiv für Papyrusforschung II p. 437 n. 37). Cf. quae de titulo disputaverunt M. Rostowzew Mitth. des arch. Inst. Röm. Abtheilung XII 1897 p. 75 sqq. U. Wilcken Gr. Ostraka I p. 347 sqq. 572 cum not. 1.

Ἐξ ἐπιταγῆς ---------------------|----------------------- [1]

Litterae ΑΔЄΘΛΜΝΞΠϹѠ. Vs. 1. 2. 33 nonnulla consulto deleta. 1 Praefecti Aegypti nomen hic fuisse, sed postea erasum esse extra controversiam est, nisi quod de Domitiano imperatore cogitat Jouguet. At id

ὅσα δεῖ τοὺς μισθ[ω]||τὰς τοῦ ἐν Κόπτωι ὑποπείπτον|τος τῆι ἀραβαρχίᾳ[2] ἀποστολίου[3] πράσ||σειν κατὰ τὸν γνώμον[α][4] τῆδε

---

refellitur titulo Latino apud Fl. Petrie Koptos p. 26 n. III, ubi v. 1 illius principis nomen integrum exstat, v. 5 vero praefecti Aegypti nomen deletum est, manifesto idem atque hic, quoniam v. 7 *L. Antistio Asiatico praef(ecto) Beren(ices)* (not. 5. 6) legitur. Quale vero nomen reponendum sit, in medio relinquendum est. Nam quod Hogarthus quidem et P. Meyer Hermae XXXII p. 212 caute et dubitanter pronuntiant, Mettium Rufum hic fortasse intellegendum esse, id probare nequeo, multo vero minus quod Seymour de Ricci haud cunctatus ἐξ ἐπιταγῆς [Μεττίου Ῥούφου ἐπάρ|χου Αἰγύπτου] supplevit. Etenim Hogarthus disputavit ex quattuor qui noti essent Domitiani aetatis praefectis (C. Laelius Africanus, C. Septimius Vegetus, T. Petronius Secundus, M. Mettius Rufus) tres reliquos in titulis Aegyptiis commemorari, ubi nomina non erasa essent, itaque unum in censum venire Mettium. Quae ratio ita sane probanda esset, si constaret nullum fuisse illo principatu praefectum, cuius memoria plane intercidisset. Sed ne posse quidem fieri ut Mettii nomen hic restituatur iure meritoque inde colligas, quod ipsius quoque nomen, non in Aegypto quidem, sed in Lycia, in titulis honoriis intactum mansit. Qui cum Traiani demum principatu incisi sint (cf. n. 561[2]), apparet certe Domitiani saevitia non oppressum Mettium Rufum. De Ricci sane in litura litteras priscae scripturae Μ..τιου...φ...... dispicere sibi visus est, sed nescio an praecepta opinio eum fefellerit. Certe in Milnii exemplo nihil eiusmodi comparet. Utique id apparet, eum qui quondam hic commemoratus fuisset praefectum tum cum nomen deleretur non iam fuisse superstitem. Putaverim eum unum fuisse ex Domitiani asseclis et familiaribus, cuius memoria una cum ipsius imperatoris post illius necem damnata sit.
2 De arabarchi magistratu cf. n. 570[3], unde apparebit cur assentiendum putaverim Wilckeno aliisque, qui hoc titulo probari existiment, origine et propria vi eandem esse vocem ἀραβάρχης et ἀλαβάρχης, potius quam Rostowzewio, qui eam sententiam hac eadem inscriptione luculentissime redargui sibi persuasit. Cum Jouguet ΛΡΑΡΙΑΙΧΙΑ exhibuisset, inter ἀραβαρχίᾳ et ἀραβιαρχίᾳ dubii haeserunt editores. Sed Milnii photographia docet inter Β et Α neque spatium neque vestigium litterae esse. Verbum ὑποπίπτειν hic idem sibi velle atque illud quod frequentius occurrat ὑποκεῖσθαι, adnotat Wilcken allatis papyris Parisiensi Notices et extraits des manuscrits XVIII, 2, 1865 p. 230 n. 17, 12: μισθωτὴς εἴδους ἐγκυκλίου καὶ ὑποκειμένων βασιλικῇ γραμματείᾳ et Berolinensi Berl. gr. Urk. I p. 329 n. 337, 9: ὑποκειμ[ένου κ]ωμογραμματ(είᾳ). v. 18: ὑποκειμένου ἐπιστρατη[γίᾳ]. Additamentum ἐν Κόπτῳ vero W. sine dubio recte eo refert, quod non modo Copti, sed iterum ad Rubrum mare, ubi via per desertum finiebatur, tales pensiones faciendae fuerint.
3 Hoc nomen ceteroqui inauditum Wilcken ab ἀποστολή derivatum significare statuit vectigal quod penderetur praesidii et tutelae causa, quae milites itinera mercatorum comitantes illis praeberent (*Geleitsgeld*). Sed ea interpretatione cogitur duas distinguere partes tabulae, ex quibus in priorem modo (v. 9—20) accurate quadret hic argumenti index, cum altera (v. 21—32)

τῆι | στήληι ἐνκεχάρακται διὰ Λουκίου | Ἀντιστίου Ἀσιατικοῦ[5] ἐπάρχου | ὄρους Βερενείκης[6]·

---

manifesto pensiones pro usu viae (*Wegegeld*) contineat. Quod dicit has duas res tam similes et coniunctas esse, ut earum discrimen in praescriptis neglegi non sit mirandum, ei non obloquor. Paullo graviorem offensionem habet, quod v. 21 initio nullo modo indicatur ad aliud vectigalium genus transiri. Neque video quid aliud moverit Wilckenum, ut eiusmodi discrimen statueret, ac sententia de vocis origine et notione. Sed si memineris ἀποστόλιον aeque bene et ad activum ἀποστέλλειν (mittere) et ad passivum ἀποστέλλεσθαι (proficisci) referri licere, non video quid prohibeat, hic omnia ad unum idemque vectigalis genus, cuius ex reditibus et via muniatur et reficiatur et impensae in militarem viatorum tutelam fiant, referre. Rostowzew ad nomen ἀπόστολος (*classis*) revocare mavolt, qua de re cum eo facere nequeo cum aliis de causis, tum quia *classis* Graece potius στόλος est, ἀπόστολος vero expeditionem quae classe suscipitur indicat. Utrum eis, qui Copto proficiscerentur mare Rubrum versus, an eis qui hinc illuc pervenirent haec portoria imponerentur quaesivit Hogarth et manifesto recte statuit, utrumque viatorum genus aeque haec pendere debuisse. Cf. ex altera parte v. 18, ex altera v. 23 cum notis. 4 Wilckenus p. 347 n. 2 provocat ad lexicon rhetoricum ap. Bekkerum Anecdota I p. 233, 28 γνώμων· σύνταξίς τις γραμμάτων, καθ' ἣν τὰ τέλη πράττεσθαι χρὴ τοὺς ἐκ τῆς ἀλλοδαπῆς εἰσκομίζοντας ὧν ἂν ἐκφέρωνται. Quo testimonio confirmatur Jougueti interpretatio, qui cogitaverat quidem initio de eo magistratu, qui n. 669, 44 γνώμων τοῦ ἰδίου λόγου appellatur, sed recte id reiecit cum intellegeret neque illius officium ad hanc rem spectare neque omnino hominis appellationem hic desiderari, sed rei. Ille γνώμων igitur omnium vectigalium plenum laterculum continebat, hic nonnulla modo excerpta publice proponuntur. Quod quo consilio factum sit, difficile est dictu. Nam Jougueti sententia, ea modo hic recenseri, quae ad usus et necessitates praesidii militaris ad oram Rubri maris collocati spectent, subtilis quidem et acuta est, sed difficultatibus neutiquam caret; ut hoc unum afferam, meretrices (v. 16. 17) et uxores militum (v. 19. 20) commemorari ei consilio accommodatissimum est, sed quod v. 18 de aliis, v. 25. 26 adeo de omnis generis mulieribus (γυναικῶν πασῶν) dicitur, id si quid video cum illa interpretatione adversa fronte pugnat. 5 Cf. not. 1. 6 De hoc praefecto docte et acute disputavit Rostowzew p. 78 sq., qui observavit haud infrequentem eius mentionem esse in titulis Latinis (cf. not. 1), plenissimam vero appellationem esse *praef(ectus) praesidiorum et montis Beronices* C. I. Lat. IX, 3083 (Dessau Inscr. Lat. sel. 2699), 3, alibi *praefectus Ber(e)nicidis* (Dessau 2698, 4. 2700, 3. 4) repperiri. Ruggierii sententiam, qui eum portui Berenices praefuisse statueret, ipsa appellatione refelli. Neque vero praefecturam montis ad ipsarum lapicidinarum regimen referendum, sed potius ad militum qui praesidii causa illic collocati essent imperium. Eos vero non modo metallorum et lapicidinarum securitati prospexisse, sed simul etiam vias per illas montuosas et desertas regiones custodivisse, ut in papyro quem O. Hirschfeld Sitzungsber. der Ak. zu Berlin

κυβερνήτου[7] Ἐρυθραϊκοῦ[8] δρα||χμὰς ὀκτὼ⟨ι⟩ -----[9] |
πρωρέως[10] δραχμὰς δέκα |
[φυλ]άκου[11] δραχμὰς πέντε |
[να]ύτου[12] δραχμὰς πέντε |
[θε]ραπευτοῦ[13] ναυπηγοῦ[14] δραχμὰς || πέντε
χειροτέχνου δραχμὰς | ὀκτώ⟨ι⟩
γυναικῶν[15] πρὸς ἑταιρισ|μὸν[16] δραχμὰς ἑκατὸν ὀκτώ |

1892 p. 817 sqq. edidisset ὀρεοφύλακες ὁδοῦ Ὀάσεως commemorarentur. Horum vero militum praefectum arabarchae imperio subiunctum fuisse. 7 Post nomen Jouguetus TOY addit, quem articulum esse existimat. Sed hic ipsius error est proximi nominis syllabam finalem perperam repetentis, ut apparet ex Petrii exemplo et Milnii imagine photographica. 8 De nomine Ἐρυθρὰ θάλασσα cf. n. 69[6]. 186[4]. 199[48]. Hic quoque commodissime de sinu Arabico intellegitur. 9 Hic [καὶ δέκα] aut [καὶ εἴκοσι] intercidisse Jougueti coniectura est non improbabilis. S. de Ricci haec cum litteris duabus initialibus versus proximi (cf. not. 10) coniungit et supplet [Νείλου δραχμὰς] | ἕξ. Sed neque adiectivum Ἐρυθραϊκοῦ et genetivus Νείλου sic inter se opposita placent, neque omnino hic de navibus Nili dici videtur. Cf. not. 11. 10 Initio versus Jouguet nihil nisi ΠΡΩΡΕΩS habet neque ullam indicat lacunam. At ЄΞΠΡΩΡЄΩC scribit Petrie et adnotat duas primas litteras excisas quidem esse, sed tamen agnosci. Quid iis faciam nescio, sed putaverim hanc lituram longe alius generis esse atque illas v. 1. 2. 33; scilicet nihil fecisse lapicidam nisi ut errorem quem commiserat emendaret. 11 Supplevit S. de Ricci subtiliter neque inepte; certe hoc longe praeferendum est illi quod Hogartho in mentem venerat [Νειλι]ακοῦ, id quod ipse reiecit, quia hic non de Nili navigatione diceretur, sed omnia ad eiusmodi nautas spectarent, qui Copto per desertum proficiscerentur ut in ora maris Rubri in naves conscenderent. Adde quod Νειλιακός sic substantive usurpatum esse de eo qui in Nilo navigationem exerceret incredibile est. 12 ΛΥΤΟΥ Petrie; Jouguet ΥΤΟΥ, neque in Milnii photographia quicquam certi ante prius Υ dispicio. 13 De ЄΥΤΟΥ omnes consentiunt; ante has litteras ΡΑΠ agnovit Petrie, quod in Milnii photographica imagine sane non video. Supplevit Hogarth, neque improbanda videtur eius restitutio. Cum θεραπεύειν notione prope accedat ad ἀκεῖσθαι, quod non modo sanandi sed etiam reficiendi vi volgare est, intellexerim opificem qui non novas naves aedificet, sed quassis aut quolibet damno affectis medeatur. 14 ΝΑΥΙΤΗΓΟΥ Jouguet. 15 Jouguetus non inepte miratur pluralem hic ut v. 18. 19. 25 positum esse. At, qua de re ille dubitare videtur, pecuniae summas hic omnes de singulis mulieribus intellegendas esse certissimum est; nam ut taceam de illo ἀνὰ δραχμὰς τέσσαρας v. 26, quis tandem credet, idem drachmarum centum octo vectigal numerandum fuisse sive quis duas sive viginti meretrices inveheret? 16 De meretricum vectigalibus in universum cf. n. 629[48]. Hic eas intellegi, quae ex oriente navibus advenirent, inde terrestri itinere Copton transportarentur unde Alexandriam atque in alias urbes Aegypti magnas ac luxuriosas in

γυναικῶν εἰσπλεουσῶν[17] δρα|χμὰς εἴκοσι
γυναικῶν στρατι||ωτῶν δραχμὰς εἴκοσι |
πιττακίου[18] καμήλων[19] ὀβολὸν ἕνα |
σφραγισμοῦ[20] πιττακίου ὀβολοὺς δύο |
πορείας ἐξερχομένης[21] ἑκάστου | πιττακίου τοῦ ἀνδρὸς ἀναβαίνον||τος δραχμὴν μίαν

---

lupanaria pervenirent recte iudicavit Hogarth, etsi iniuria de eis modo cogitat, quae a lenonibus adducerentur; immo quae sua sponte se illuc conferebant ut huic quaestus generi operam darent, profecto non minus pecuniae pendebant. Magnam esse summam confitendum est, sed nescio an consulto id institutum sit, ne nimius numerus eiusmodi mulierum in oppida confluеret, qua de re iam Hogarthus cogitavit. 17 Obscurissimum hoc tertium praeter meretrices et militum uxores feminarum genus. Nam quod Jouguet intellegit mulieres nuptas aliis hominibus ac militibus, eius rei ne tenuissimum quidem vestigium est in verbis. Quod vero eas mulieres quae sua sponte venirent qualibet de causa, etiam quae corpore quaestum facere vellent sed non a lenone inveherentur, interpretatur Hogarth, id ne ipsum quidem usquam indicatum neque ulla ex parte credibile est, quandoquidem cur hae non plus pependerint quam militum coniuges, vix quintam partem vectigalis meretricibus quae a lenonibus importarentur impositi, non perspicitur. Ingenue igitur profiteor, me ignorare, quale hic indicetur mulierum genus. Ceterum recte Hogarthus monet γυναῖκας στρατιωτῶν dici de eis feminis, quas milites uxorum instar haberent, nam iusto matrimonio militibus interdictum fuisse usque ad Septimii Severi tempora. 18 Cf. n. 595[33]. Tabellam quadratam significat nomen, quae variis usibus inservire potest. In illo titulo et Polybii loco ibi allato de codicillis vel pugillaribus dicitur, hic manifesto de tessera, quae testetur camelum per illam viam duci licere et vectigal numeratum esse. 19 Huius pluralis eadem ratio esse videtur atque illius γυναικῶν v. 16. 18. 19. 25. Cf. not. 15. Genetivos καμήλων, ὄνου (v. 27), ἁμάξης (ibid.) non intellegendos de mercede, qua haec animalia et vehicula conducantur, sed de vectigali pro viae usu pendendo, ex exiguitate summarum collegit Wilcken Gr. Ostraka I p. 349 not. 1. 20 Datur tessera ei qui camelum ducturus est, numerato obolo; deinde signatur, ut etiam hodie in multis tesserarum generibus usitatum est, ut variis de causis eis signum aliquod imprimatur. Sed cur et quo tempore id in illis camelorum tesseris factum sit latet; denique per ipsam profectionis occasionem (not. 21) tertia eaque maxima pensio drachmae accedit. Quo consilio sane haec ita trifariam divisa, non in unum vectigal uno tempore pendendum contracta sint, id quod et viatoribus et eis qui vectigalia colligerent multo minus molestum futurum erat, non assequor. Vocem σφραγισμός hac vi alibi non occurrere monet Hogarth. Idem observat, plerumque quidem onerum modo portoria exigi, animalia vero quae ea portent aut vehant immunia esse, sed camelorum vectigal etiam in titulo Palmyreno n. 629, 89. 166 commemorari. 21 Cum ἑκάστου πιττακίου idem

γυναικῶν | πασῶν[22] ἀνὰ δραχμὰς τέσσαρας |
ὄνου ὀβολοὺς δύο
ἁμάξης ἐχού|σης[23] τετράγωνον[24] δραχμὰς τέσσαρες[25] |
ἱστοῦ[26] δραχμὰς εἴκοσι
κέρατος[27] δρα||χμὰς τέσσαρες
ταφῆς ἀναφερομέ|νης καὶ καταφερομένης[28] δραχμὴν μ[ί]|αν τετρώβολον

---

genetivus sit quo et hic et alibi indicatur pro quanam re vectigal pendendum sit, πορείας ἐξερχομένης et τοῦ ἀνδρὸς ἀναβαίνοντος si quid video non possunt non genetivi absoluti temporali significatione esse. 'In ipsa profectione et quidem eo ipso temporis puncto quo homo in camelum ascendit'. Nam πιττακίου mentio indicat, haec quoque ad camelos spectare. 22 Hoc quaternarum drachmarum vectigal accessio esse videtur eorum quae v. 16—20 tribus discretis mulierum generibus imponuntur, quorum hic nullum esse discrimen adiectivo πασῶν enuntiatur. Sed quo pacto hae quattuor drachmae praeter illas viginti aut centum octo eis irrogentur, obscurum est. 23 Litterae ΑΜΑΞΗϹΕΧΟΥ in rasura rescriptae sunt. Ceterum Jougueti lectio ΕΙΧΘΥ Petrii testimonio et Milnii photographia refutatur. 24 Tectum vel tabernaculum interpretatur Hogarth, sub quo sederint homines qui curru veherentur. Nam cum mercaturae omnino nulla ratio habeatur in hoc laterculo, currum quoque non mercium vecturae, sed hominum itineribus destinatum hic intellegendum. 25 Perfrequens inferiore aetate ubique terrarum hic nominativi in -ες pro accusativo in -ας cadente usus. Nonnullis Graeciae locis adeo iam antiquitus, certe in hac voce, idem usitatum erat. Cf. Gr. Dialektinschriften II, 1683, 5. 6 [μνᾶ]ς δεκατέτορες. 1612, 6 sqq. τούσδε ἁ πόλις πολίτας ἐποιήσατο συμπολεμήσαντες τὸμ πόλεμον καὶ τὰμ πόλιν συνδιασώισαντες cum iis quae attulit editor in notis. 26 Malus qui Copto ad littus maris Rubri portatur ut illic navi imponatur. Nam quo pacto vice versa accidere potuerit, ut navium partes vel instrumenta ab illa ora in vallem Nili mitterentur, non intellegitur. 27 Antenna. Hac vi sane plerumque nomen derivatum κεραία usurpatur (cf. Syll.² 197, 14 διελέχθη δὲ καὶ ὑπὲρ κεραίας καὶ ἱστοῦ), sed ne a primitivo κέρας quidem eam notionem alienam esse docet Meleagri epigramma Anth. Pal. V, 204, 3. 4 ἀλλ' ἐπὶ μὲν νώτοισι μετάφρενον, ὡς κέρας ἱστῷ, κυρτοῦται et Luciani locus Amor. 6 τὸν ἱστὸν ἐκ τῶν μεσοκοίλων ἄραντες καρχησίῳ τὸ κέρας προσεστείλαμεν. A. Boeckh Urkunden über das Seewesen d. Ath. p. 131. 28 Illa aetate in Aegypto ταφή dici pro τάφος adnotat Hogarth, sed ei significationi hic locum non esse ipse vidit, quia sepulcrum ferri (ἀναφέρεσθαι καὶ καταφέρεσθαι) nequiret. Sed quod ipse interpretari voluit sepulturam, mireris eum fugisse, plane idem etiam in hanc sententiam cadere; rem corpoream, non actionem aliquam aut caerimoniam, indicari ex participiis colligas. Ac Jouguetus quidem sarcophagum (*cercueil*) intellegit. Cui interpretationi quod obmovit H., sic ἀναφερομένης quidem probabilem habere explicationem, neque vero καταφερομένης, quia ex valle Nili hominum defunctorum corpora sursum in

L θ′[29] Αὐτοκράτορος | Καίσαρος [Δομιτιανοῦ] Σεβαστοῦ [Γερμανικοῦ][30], Παχὼν ιε′[31].

---

coemeteria, quae essent in montibus et desertis, deportarentur, sed vice versa non item, id probarem, nisi haec distinctio sursum et deorsum portandi omnino obscurissima esset. Neque enim, de qua re in Aegypto primo aspectu cogitaveris, secundo et adverso Nili fluminis cursu portandi vim habere possunt, ut recte H. admonuit, quia iter per desertum, non navigatio in flumine, hic in censum venit. Sin vero praepositionem ἀνά de escensu ex valle Nili in montes Arabicos, κατά de descensu hinc illuc accipias, non video, quamcunque vim nomini ταφή tribuas, quo pacto omnino descensus notio hic locum habere possit. Quod si in medio relinquamus, ceteroqui probabilissimum mihi videtur, ταφήν hic corpus mortui ad sepeliendum paratum, conditum et involutum (*mumie*) significare. Cuius usus sane aliud exemplum novi nullum, sed per se eiusmodi metonymia nihil habet offensionis, ut vice versa apud nos nomen *Leiche*, quod proprie corpus defuncti significat, volgo de exsequiis usurpatur. Ab Iustiniano interdictum esse, ne usquam eiusmodi vectigal exigeretur, Hogarth observat provocans ad Cod. Iust. III, 44, 15 ἐν οὐδενὶ τόπῳ οὐδὲν τέλος παρ᾽ οὐδενὸς προσώπου ὑπὲρ τῶν διακομιζομένων σωμάτων παρέχεται· *i. e. nullibi ullum vectigal a quoquam pro transferendis corporibus praestatur*. Is sane Latinam modo versionem affert et in ea errore coniunctivum *praestetur* in indicativi *praestatur* locum substituit; sed ni fallor etiam ita ut traditum est hoc decretum, vetandi vim habet. Nam quid attinebat enuntiare, id re vera nusquam terrarum fieri? Utique aliquanto ante Iustiniani principatum fuisse eiusmodi vectigalia testatur alter locus quem item attulit Hogarth, Digest. XI, 7, 37: *funeris sumptus accipitur, quidquid corporis causa veluti unguentorum erogatum est, et pretium loci, in quo defunctus humatus est, vel sarcophagi et vectura, et si qua vectigalia sunt* (Codex haec *et si qua vectigalia sunt* post *humatus est* habet, transponenda esse vidit Mommsen). 29 Domitiani annus nonus est 89/90 p. Chr. n. 30 Nomina erasa, sed de Ricci, cui Milnii photographia ipsa praesto fuit, haec nomina in ea adhuc agnosci testatur. In eo vero imaginis photographae exemplo, quod Milne historiae suae inseruit, nihil certi dispicitur. 31 Pachon, nonus fastorum Aegyptiorum mensis, a die 26. m. Aprilis incipiebat in calendario Alexandrino, quo utebantur aetate principatus. Haec igitur data sunt d. 10. m. Maii a. 90 p. Chr. n.

---

675 Supra portam sacelli siti Ombi iuxta templum magnum a parte meridionali. Ed. P. Jouguet Bull. de corr. Hell. XX (1896) p. 167 n. 1 (Revue archéol. Troisième série XXX 1897 p. 268 n. 13. Seymour de Ricci Archiv für Papyrusforschung II p. 437 n. 35).

Ὑπὲρ Αὐτοκράτορος Καίσαρος Δωμιτιανοῦ [Σ]εβαστοῦ Γερμανικοῦ καὶ τοῦ παντὸς α[ὐτοῦ οἴκου Ἀφ]ροδείτηι[1] θεᾶι μεγίστηι Πετρωνία Μάγνα καὶ τὰ ταύτης | τέκνα τὸ ἱερὸν οἰκοδόμησαν[2] ἐπὶ Γαΐου Σεπτιμίου [Οὐ]εγέτου ἡγεμόνος[3], στρατηγοῦντος[4] Ἀρ[τε]μιδώρου, ἔτους ἑβδόμου[5] Αὐτοκράτορος Καίσαρος Δω[μ]ιτιανοῦ | Σεβαστοῦ Γερμανικοῦ, μηνὶ Φαμενὼθ[6] νουμ[ηνίαι].

Litterae ϵΘCω. Vocabula frequenter, sed non constanter interpunctione < distinentur. Nomen ΔωΜΙΤΙΑΝΟΥ utrobique (v. 1. 2) consulto deletum, sed ita ut omnes litterae praeter unam distincte agnoscantur. Idem in vocem Γερμανικοῦ altero loco (v. 3) cadit. 1 In Aegyptiis templi magni titulis deam *Hator* appellari, ibique eius sacra cum Suchi (*Sbk*, cf. n. 176[2]) coniuncta fuisse observat Jouguet. 2 Cf. n. 426[5]. 3 Cf. n. 673[3]. 4 Nomi Ombitae. Joug. 5 A. 87/8 p. Chr. n. 6 Septimus anni Aegyptii mensis. In ea fastorum forma, quae principatus temporibus una in censum venit, hic mensis a die 26. mensis Februarii initium capit.

---

676 Stela cum anaglyphis duobus ab utraque parte tituli, quorum alterum repraesentat arborem sacram, alterum taurum et adulescentem sinistra manu facem aut baculum gerentem. Silsili (*Djebel Selseleh*). Edd. R. Lepsius Denkmäler aus Aegypten und Aethiopien XII p. 82 n. 188. Accuratius A. H. Sayce Revue des études Grecques VII (1894) p. 297 n. IX. (Seymour de Ricci, Archiv f. Papyrusforschung II p. 439 n. 43.)

Τὸ προσ|κύνημα [Λε]|ωνίδου κυβε|ρνήτου Νείλου ‖ Διὸς[1] καλου[μένου] | Νεφώτου[2] τοῦ | [μ]εγίστου. | L ιʹ Τραϊανοῦ Καί|[σα]ρος τοῦ κυρίου[3].

Litterae ΠCω. 1 Cum hanc vocem et Lepsius et Sayce integram exhibeant, mirum est apud Riccium hoc versu [πρ]οσκαλου[μένου] legi. Neque Nili cognomen hic esse, sed dei cui proscynema fiat, consentaneum est. Quod uterque genetivus, et hominis qui adorat et dei qui adoratur, aeque a nomine προσκύνημα pendet, nihil habet offensionis. At genetivum Νείλου a Διὸς plane separandum et ad κυβερνήτου referendum esse non est quod demonstretur. 2 '*Nep-pet*' i. e. 'dominus caeli' ex Saycii interpretatione. Ab hoc dei cognomine repetendum videtur *Nefotianus* in papyro Latine scripto Fayûm towns and their papyri p. 255 n. CV Col. II, 14. Nam in hoc indice praeter nomina Graeca et Latina etiam haud pauca Aegyptia, ut *Sisois*, *Paninutas*, *Neferos* occurrunt. 3 Annus decimus Traiani ex Aegyptiorum ratione numerandi 106/7 p. Chr. n. est.

677 Cysi (*Douch-el-Qalah*) in epistylio pylonis repperit Cailliaud. Edd. Salt ex Hydii apographo Classical Journal XXIII (1821) p. 368. Cailliaud Voyage à l'Oasis de Thébes tab. XXIII, 1. Hoskins Visit to the great Oasis p. 321. Letronne Recherches pour servir à l'histoire de l'Égypte p. 229 sqq. Recueil des inscr. Gr. et Lat. de l'Égypte I p. 119 n. XIV (J. Franz C. I. G. 4948). Omnium accuratissime G. Schweinfurth ap. Petermann geogr. Mittheilungen XXI 1875 p. 393.

Ὑπὲρ τῆς τοῦ κυρίου Αὐτοκράτορος Καίσαρος Νέρουα | Τραϊανοῦ Ἀρίστου Σεβαστοῦ Γερμανικοῦ Δακικοῦ τύχης, ἐπὶ Μάρκου Ῥουτιλίου Λούπου | ἐπάρχου Αἰγύπτου[1], Σαράπιδι καὶ Ἴσιδι, θεοῖς μεγίστοις, οἱ ἀπὸ τῆς Κύσεως[2], οἱ ἐγείραν|τες[3] τὴν οἰκοδομὴν τοῦ πυλῶνος, εὐεργεσίας[4] χάριν ἐποίησαν, L ιθ' Αὐτοκράτορος Καίσαρος || Νέρουα Τραϊανοῦ Ἀρίστου Σεβαστοῦ Γερμανικοῦ Δακικοῦ[5], Παχὼν α'[6].

Litterae ΘΠCѠ. 1 Cf. H. Dessau Prosopographia imp. Rom. III p. 149 n. 173. Eum iam anno 115 p. Chr. praefectum Aegypti fuisse apparet ex Eusebii narratione, qui Hist. eccl. IV, 2 Iudaeos per hunc eius magistratum seditionem movisse refert, itemque mense Ianuario 117 p. Chr. etiamtum in eodem officio versatum esse docet papyrus Berl. gr. Urk. I p. 131 n. 114 I, 2. 9. 2 Cf. C. I. G. 4949, 3 γαίῃ ἐνὶ Κύσι. Fr. 3 Sic legit Schweinfurth eaque re omnes difficultates expedivit, quas antiquiorum exemplorum lectio γράψαντες editoribus creaverat. Nam verbum γράφειν ne ea quidem vi, quam Letronnius ei tribuerat, hic intellegi licet. Etenim non decernendi, sed rogandi notionem habet, alienissimam illam quidem ab hoc loco. 4 Hoc, non antiquiorum EYCEBEIAC, in lapide esse Schweinfurthii testimonio constat. 5 Undevigesimus Traiani Augusti annus 115/6 p. Chr. n. 6 Pachon nonus Aegyptiorum mensis pertinens ab 26. die mensis Aprilis ad diem 25. m. Maii. Antiquiora apographa diei notam numeralem Λ habent, sed in Schweinfurthii exemplo A est. Itaque die 26. m. Aprilis a. 116 p. Chr. n. haec scripta sunt.

---

678 Epistylium templi Corinthiaci non perfectum, ad montem *Djebel-Fateereh* e regione portus Philoterae, in statione cui nomen Ὕδρευμα Τραϊανὸν Δακικόν. Ex Wilkinsoni schedis ed. Letronne Recueil des inscr. Gr. et Lat. de l'Égypte I p. 153 n. XVI (J. Franz C. I. G. 4713 *f*).

Ὑπὲρ σωτηρίας καὶ αἰωνίου νίκης Αὐτοκράτορος Καίσαρος Τραϊανοῦ Ἁδριανοῦ Σεβαστοῦ[1] καὶ τοῦ σύνπαντος αὐτοῦ οἴκου | καὶ τῆς τῶν ὑπὸ αὐτοῦ ἐπιταγέντων ἔργων[2] ἐπιτυχίας | Διὶ Ἡλίωι μεγάλωι Σαράπιδι[3] καὶ τοῖς συννάοις θεοῖς τὸν ναὸν καὶ τὰ περὶ τὸν ναὸν πάντα | Ἐπαφρόδειτος δοῦλος Σειγηριανός[4], μισθωτὴς τῶν μετάλλων, κατασκεύασεν[5], ‖ ἐπὶ Ῥαμμίωι Μαρτιάλι[6] ἐπάρχωι Αἰγύπτου, ἐπιτρόπου τῶν μετάλλων Χρησίμου[7], Σεβαστοῦ ἀπελευθέρου, | ὄντος πρὸς τοῖς τοῦ Κλαυδια-

---

Litterae ΘοΠϹΩ. Vs. 7 inter ΑΔΡΙΑΝοΥ et ΦΑΡΜοΥΘΙ interposita ꝏSꝏ, quae videntur nullam nisi interpunctionis vim habere. Item v. 5 post ΑΙΓΥΠΤοΥ est ꝏ. 1 Imperator 117—138 p. Chr. 2 In titulo C. I. G. 4713 *e*, 10. 11 legitur ὑπὲρ τῆς σωτηρίας αὐτοῦ (i. e. Traiani imperatoris) πάντων ἔργων. Recte Letronnius et Franzius huius quoque tituli verba de omnibus quae imperator fieri iusserit operibus, non de metallis modo, interpretantur. 3 Eandem formulam habes C. I. G. 4713, 2. 4713 *e*, 1. 2, ex quibus titulis prior dedicatio est alius templi in alio eiusdem regionis loco ab eodem Epaphrodito conditi, magna ex parte ad verbum concinens cum hac, sed in fine mutila. Ille quidem locus a veteribus mons Porphyrites appellabatur (Ptolemaeus Geogr. IV, 5, 12 p. 695, 3), huic vero ὕδρευμα Τραϊανὸν nomen fuisse discimus ex titulo bilingui ibidem reperto C. I. G. 4713 *c*: Ὕδρευμα εὐτυχέστατον Τραϊανὸν Δακικόν. — *Fons felicissimus Traianus Dacicus.* 4 Cf. C. I. G. 4713, 3: Ἐπαφρόδειτος Καίσαρος Σιγηριανός. Servus ex priore Sigeri dominio ad Caesarem pervenerat. Quem Sigerum non diversum esse a Domitiani imperatoris cubiculario qui illum interemit (cf. Prosopographia imp. Rom. III p. 242 n. 500), propter temporum rationes probabiliter statuunt editores. 5 Cum κατ[ε]σκεύασεν emendassent Letronne et Franz, malui tradita retinere memor aliorum exemplorum augmenti syllabici perperam omissi. Cf. n. 90[101]. 6 Q. Rammius Martialis praefectus vigilum fuit annis 111 et 113 p. Chr. (C. I. Lat. VI, 221, 2. 222, 2. Prosopographia imp. Rom. III p. 125 n. 16). Manifesto idem est, quem hic quinquennio post (not. 11. 12) praefectum Aegypti habemus. Dativum et genetivum illa aetate identidem confundi notum est, et hoc ipsum ἐπὶ c. dat. in eiusdem regionis titulis plus semel redire observant Letronne et Franz. Cf. C. I. G. 4713, 3. 4713 *d*, 1 ἐπὶ Λούπωι ἐπάρχωι. 4713 *e*, 5 sqq. ἐπὶ Ἐνκολπίῳ ἐπιτρόπῳ καὶ Κουίντῳ Ἀκκίῳ Ὀπτάτῳ. 4843, 6 [ἐ]πὶ Μάρκωι [Ῥ]ου[τιλίωι Λούπωι] ἐπάρχωι. Apparet hoc nomen, ut proxima Chresimi procuratoris et Aviti centurionis, temporis definiendi causa addi; quare non video unde Letronnius et Franzius collegerint, Rammii Martialis praefecti iussu Epaphroditum haec duo templa consecrasse. Immo mancipem metallorum, quod hominum genus non minus locuples fuisse consentaneum est quam alios publicanos, ipsum de suo haec exstruxisse existimo. Cf. modo quae de C. Vibii Salutaris munificentia leguntur in titulo n. 480. 7 Cf. C. I. G. 4713, 3, 4 Μάρκου Οὐλπίου Χρησίμου ἐπιτροπεύοντος τῶν μετάλλων. Fuit igitur Traiani libertus. L. De omnium per Aegyptum metallorum procuratione

νοῦ[8] ἔργοις Ἀουίτου (ἑκατουτάρχου)[9] σπείρης πρώτης Φλαουίας Κιλίκων ἱππικῆς[10], | [L] β´[11] Αὐτοκράτορος Καίσαρος Τραϊανοῦ Ἁδριανοῦ, Φαρμουθὶ κη´[12].

---

haec intellegenda videntur. Contra singillatim unoquoque loco centurio (not. 9) ad observandos redemptores et operas constitutus fuisse videtur. 8 Sc. ὄρους. De Claudii imperatoris in illis regionibus metallis Letronnius provocat ad Plinium Nat. hist. XXXVI, 57: *rubet porphyrites* (cf. not. 3) *in eadem Aegypto, ex eodem candidis intervenientibus punctis leptopsephos vocatur . quantislibet molibus caedendis sufficiunt lapicidinae . statuas ex eo Claudio Caesari procurator eius in urbem ex Aegypto advexit Vitrasius Pollio, non admodum probata novitate . nemo certe postea imitatus est.* Ab eo locum metallorum nomen proprium montis Claudiani accepisse apparet ex titulo Latino quem not. 9 ascripsi. 9 Hic Χ with Ρ above traditum est, in titulo gemino C. I. G. 4713, 4 legitur ΕΠΙ·Ρ·ΠΡοΚοΥΛΗΙΑΝοΥ. Illic sane editores ἐπὶ Ῥ[ούφου] Προκουληϊανοῦ suppleverunt, sed cognomen sic per compendium scriptum plane abhorret ab usu, neque omnino dubium esse potest, quin illic idem atque hic signum agnoscendum sit. Denique C. I. G. 4713 *e*, 7 apographum Ρ with * above exhibet. Quod Letronne et Franz interpretantur χ(ιλιά)ρ(χφ). Sed mihi quidem nulla ex parte dubium videtur, quin ἑκατόνταρχος (*centurio*) potius significetur. Primum enim ipsa signi figura prodit, Ρ (i. e. ἑκατόν), non Χ eius primariam partem esse; deinde centurionem metallo praefici solitum esse apparet ex titulo eiusdem loci Latino, quem affert Franzius *Annius . Rufus*) (i. e. centurio) *leg(ionis) XV Apollinaris . praepositus ab . Optimo . Traiano . operi . marmorum . monti . Claudiano . v(otum) . s(olvit) . l(ubenti) . a(nimo)*. Denique idem scripturae compendium etiam alibi occurrit, ubi de significatione ἑκατόνταρχος vel ἑκατονταρχία nullo modo licet dubitari. Cf. n. 208[2]. Ceterum cur hic alius esset centurio ac C. I. G. 4713, cum tamen Rammii Martialis praefecti et M. Ulpii Chresimi procuratoris nomina idem tempus indicarent, Franzius ambiguus haerebat. Mihi simplicissima res videtur; cum satis magno spatio inter se distarent haec duo metalla, utrumque suum habuisse custodem centurionem consentaneum est. 10 De cohorte I Flavia Cilicum equitata cf. C. Cichorius ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie IV, 1 p. 269, qui docuit eam cum Flaviorum principatu, utique ante a. 83 p. Chr. n. instituta esset, usque ad Hadriani aetatem in septentrionali, ab anno 130 p. Chr. in meridionali provinciae Aegypti parte tetendisse, recentissimum vero eius vestigium anni 162 p. Chr. n. esse. 11 A. 117/8 p. Chr. n. 12 Pharmuthi, octavus anni Aegyptiorum mensis, in fastis Alexandrinis a die 27. m. Martii incipiebat. Hic igitur titulus die 23. m. Aprilis a. 118 p. Chr. n. incisus est.

---

679 Romae in via Ostiensi. Ex apographis Anonymi Einsidlensis et sylloges Signorilianae post J. Franzium C. I. G. 5900

aliosque ed. G. Kaibel Inscr. Gr. Sic. et Ital. 1085 (R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. I p. 58 n. 136).

Ἀρχιερεῖ Ἀλεξανδρείας | καὶ Αἰγύπτου πάσης[1] Λευκί(ω)ι[2] | Ἰουλίωι Οὐηστίνωι[3] καὶ ἐπισ|τάτηι τοῦ Μουσείου[4] καὶ ἐπὶ τῶ||ν ἐν Ῥώμηι βιβλιοθηκῶν Ῥωμαϊκῶν τε | καὶ Ἑλληνικῶν[5] καὶ ἐπὶ | τῆς παιδείας Ἀδριανοῦ[6], ἐπισ|τολεῖ[7] τοῦ αὐτοῦ αὐτοκράτορος.

Litterae volgares praeter ΘΞΠΣ sunt in exemplo Einsidlensi. In Signoriliano praeterea mira forma ⱶ pro Y occurrit. Ceterum hoc apographum tam corruptum est, ut fere neglegendum fuerit praeter paucos locos ubi exempli Einsidlensis in universum multo accuratioris menda (veluti v. 1 ΑΡΧΙΡΕΙ, v. 2 ΑΙΤΥΠΤΟΥ) ex eo emendare licebat. 1 Hunc summum sacerdotem Romanorum aetate successisse in locum sacerdotis Alexandri et regum Ptolemaeorum, quem habes n. 56, 1. 90, 4, observant Letronne et Franz. Alexandriam ab Aegypto simili ratione disiungi in Latino C. Cornelii Galli titulo (n. 654[3]) et in edicto Ti. Iulii Alexandri praefecti (n. 669, 4) observavit U. Wilcken Zeitschrift für aeg. Sprache XXXV 1897 p. 75 not. 2. 2 ΛΕΥΚΙΟΙ. 3 Cf. Suidas Οὐηστῖνος, Ἰούλιος χρηματίσας, σοφιστής· ἐπιτομὴν τῶν Παμφίλου γλωσσῶν, βίβλους δ′· ἐκλογὴν ὀνομάτων ἐκ τῶν Δημοσθένους βιβλίων· ἐκλογὴν ἐκ τῶν Θουκυδίδου, Ἰσαίου, Ἰσοκράτους καὶ Θρασυμάχου τοῦ ῥήτορος, καὶ τῶν ἄλλων ῥητόρων. De libris Vestini alia testimonia attulit M. Haupt Opusc. II p. 435. Cf. Prosopogr. imp. Rom. II p. 220 n. 409. Ceterum hic videtur ex posteris illius Iulii Vestini esse, quem praefectum Aegypti septimo Neronis anno (60/1 p. Chr. n.) habes n. 667, 3. 4. 668, 13. 14. 4 Cf. n. 104, 4 cum not. 6. 147, 2 cum not. 4. Utrum recte Franzius (C. I. G. III p. 307 *b*. 315 *a*) ex hoc titulo collegerit, regimen Musei cum illo summo sacerdotio perpetuo coniunctam fuisse, an casu tum idem homo Vestinus utrumque gesserit, non facile est diiudicatu; tamen hoc praetulerim, quandoquidem proprium fuit in Museo sacerdotium Musarum (vel Musae 147[4]), quocum illam ἐπιστασίαν coniunctam fuisse probabilius est quam cum illo totius provinciae sacrorum antistitis honore. Utique distinguendus ab his sacerdotibus et praefectis Musei ὁ τεταγμένος ἐπὶ τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ μεγάλης βυβλιοθήκης n. 172, 5. 6. 5 Iam Augustus duas condiderat bibliothecas publicas, quarum utraque et Latinos et Graecos libros habebat, in templo Apollinis Palatini et in porticu Octaviae, eisque usque ad Traiani principatum quattuor aliae accesserant. Accuratiora v. apud K. Diatzko, Pauly-Wissowa's Realencyklopädie III, 1 p. 418 sqq. Qui eis praesunt, Latine procuratores appellari solent. Cf. Diatzko p. 422. 6 A studiis Hadriani Augusti. De hoc officio, quod Claudius instituisse videtur, cf. Seneca Cons. ad Polyb. 6. Sueton. Claud. 28. O. Hirschfeld Unters. zur Röm. Verwaltungsgeschichte I p. 210 not. 2. L. Friedländer Darstellungen aus der Sittengeschichte Roms I[6] p. 108 sqq. Initio liberti Caesaris eo fungebantur, altero et tertio p. Chr. n. saeculis equites Romani. 7 Ab epistulis. Cf.

O. Hirschfeld Verwaltungsgesch. I p. 202 sqq. L. Friedländer Darst. aus der Sittengesch. I^{6} p. 110. Graeca vox ἐπιστολεύς, quae apud Lacedaemonios quondam vicarium nauarchi significaverat (Xenophon Hellen. I, 1, 23. II, 1, 7. IV, 8, 11. V, 1, 5. 6. Plutarch. Lysander 7. Pollux I, 96), de illo principis ministro usurpatur etiam apud Phrynichum p. 379, 15 Lobeck: τοιγαροῦν σὲ (Cornelianum ad quem liber missus est) τῶν μεγίστων ἀξιώσαντες οἱ Ῥωμαίων βασιλεῖς ἀνέθεσαν τὰ Ἑλλήνων ἅπαντα πράγματα διοικεῖν παριδρυσάμενοι φύλακα ἑαυτοῖς, λόγῳ μὲν ἐπιστολέα ἀποφήναντες, ἔργῳ δὲ συνεργὸν ἑλόμενοι τῆς βασιλείας. Kaibel.

---

680 In statua Memnonis. Ex Saltii schedis ed. Letronne Comm. de statua vocali Memnonis p. 135 n. XII (J. Franz C. I. G. 4722). Accuratissime delineatum titulum exhibet R. Lepsius Denkmäler aus Aegypten und Aethiopien XII p. 77 n. 71.

Λούκιος Φουνεισουλανὸς | Χαρείσιος[1], στρατηγὸς Ἑρμων|θείτου Λατοπολείτου,[2] ἤκου|σα Μέμνονος δίς, πρὶν πρώ||της ὥρας καὶ πρώτῃ[3], σὺν | τῇ γυναικί μου Φουλβίᾳ· | Θὼθ η'[4], L ζ' Ἁδριανοῦ τοῦ κυρίου[5].

Litterae ЄΖΘⲘΠΠϹⲰ (sed v. 5 primo loco ⲱ). 1 Homo Graecus, cuius nomen gentile perrarum indicio esse videtur, patrem vel avum civitatem Romanam impetrasse beneficio L. Funisulani Vettoniani hominis nobilis a Neronis principatu usque ad Domitianum in republica versati, de quo cf. Prosopographia imp. Rom. II p. 99 n. 396. Eiusdem Charisii titulum metricum item Memnonis statuae incisum habes C. I. G. 4721, in quo item Fulviae uxoris et strategiae nomorum Hermonthitae et Latopolitae mentio fit. 2 Cum ΤΟϹ legisset Letronne, Λατοπολείτ(η)ς emendavit. Sed ex Lepsii apographo apparet, postremam litteram intercidisse, quae sine dubio Υ fuit. Non igitur Latopolita origine fuit Funisulanus, sed nomis duobus coniunctim praefuit, id quod in his iisdem etiam alibi occurrit; cf. n. 683, 1 sqq. βασιλικὸς γραμματεὺς Ἑρμωνθείτου καὶ Λατοπολείτου. 3 Cf. n. 681[3]. 4 Thoth primus anni Aegyptiaci mensis secundum fastos Alexandrinos, quibus principatus aetate utebantur Aegyptii, a die undetrigesimo m. Augusti initium capiebat. 5 Hadriani annus septimus 122/3 p. Chr. est. Hic igitur titulus (not. 4) die 5. m. Septembris a. 122 p. Chr. n. incisus est.

---

681 In Memnonis statua. Ex Saltii schedis ed. Letronne Journal des Savants 1831 m. Iunio. De statua Memnonis p. 165 n. XXII (J. Franz C. I. G. 4728). Accuratissime delineatum titulum exhibet R. Lepsius Denkmäler aus Aegypten und Aethiopien XII p. 79 n. 103.

[Σα]βεῖνα Σεβαστή[1], | [Αὐτο]κράτορος Καίσαρος | [Ἁδριαν]οῦ[2], ἐντὸς ὥρας | [α'[3] τοῦ Μέμνονο]ς δὶς ἤκουσε‖-------[4]

Litterae ƎΕШ. Vs. 1 fin. et v. 3 fin. sub scriptura huius tituli aliarum litterarum, antiquiorum ut quidem videtur, vestigia apparent. 1 Cf. Prosopogr. imp. Rom. III p. 429 n. 414. Augustae nomen nacta est eodem tempore, quo maritus pater patriae appellatus, 128 p. Chr. secundum Hieronymi chronicorum Eusebianorum versionem, cum Armeniaca 125 p. Chr. habeat (Euseb. ed. Schoene II p. 166 *f.* 167 *h*). Utique eo iam usa est cum Hadrianum anno 130 p. Chr. in Aegyptum comitaretur. Decessit paullo ante maritum, ut quidem videtur a. 136 p. Chr. n. 2 Annis 117—138 p. Chr. n. 3 Sonum illum, quem Memnonis statua edebat, cum solis ortu conexum esse non fugit antiquos; cf. Plinius N. hist. XXXVI, 58: *non absimilis illi narratur in Thebis delubro Serapis, ut putant, Memnonis statuae dicatus, quem cotidiano solis ortu contactum radiis crepare tradunt.* Quare plerumque prima diei hora exauditum esse consentaneum est. Id iam de se ipso monet Strabo XVII, 1, 46 p. 816 Cas. κἀγὼ δὲ παρὼν ἐπὶ τῶν τόπων μετὰ Γάλλου Αἰλίου καὶ τοῦ πλήθους τῶν συνόντων αὐτῷ φίλων τε καὶ στρατιωτῶν περὶ ὥραν πρώτην ἤκουσα τοῦ ψόφου. Item in titulis horae primae haud raro mentio fit. Cf. n. 682, 5. C. I. G. 4719, 4. 4727, 4. 4742, 1. 4753, 5. πρὶν πρώτης ὥρας καὶ πρώτῃ n. 680, 4. 5. Sed item sunt, qui se altera (C. I. G. 4723, 9. 4725, 8. 9. 4726, 7) aut tertia (C. I. G. 4759, 6) hora Memnona audivisse profiteantur. Utrumque coniunctum habes n. 685, 4. 5 ἀναπλέων ὥρας γ', καταπλέων ὥρας β'. 4 Lepsius versus quinti initio has enotat litterarum reliquias: ⊥ΛΙⅠⅠΓ ; quae tam ambiguae sunt, ut a restituendo abstinendum videatur.

---

682 In Memnonis crure sinistro supra titulum n. 683. Edd. Pococke Descr. Or. I p. 10. Descr. Thebarum in Descr. Aeg. p. 112. Jomard in Descr. Aeg. ant. Vol. V, Tab. 55 n. 40. Ex his et Saltii schedis Letronne Comm. de statua vocali Memnonis p. 181 n. XXVIII. Rec. des inscr. Gr. et Lat. de l'Égypte II p. 372 n. CCCLII (J. Franz C. I. G. 4734). Accuratissime delineatum exhibet R. Lepsius Denkmäler aus Aegypten und Aethiopien XII p. 79 n. 102.

Γάϊος Ἰούλιος Διονύσιος | ἀρχιδικαστής[1], Θέωνος | ἀρχιδικαστοῦ ὑὸς καὶ | πατήρ, ἤκουσα Μέμνο‖νος ὥρας πρώτης[2].

Litterae ΑΔΘΛΛΜΝΠΠΕΨΥΩ. Hastae plerumque aliquantum incurvatae. 1 Cf. n. 136[3]. 2 Cf. n. 681[3].

683 In Memnonis crure sinistro. Edd. Pococke Descr. Or. I p. 105. Hamilton Aegypt. p. 174. Ex his et Saltii schedis Letronne Comm. de statua vocali Memnonis p. 178 n. XXVI (J. Franz C. I. G. 4732). Accuratissime delineatum titulum exhibet R. Lepsius Denkmäler aus Aegypten und Aethiopien XII p. 79 n. 94.

Ἀρτεμίδωρος Πτολεμαίου, βασιλικὸς | γραμματεύς[1] Ἑρμωνθείτου καὶ Λατοπο|λείτου[2], ἤκουσα Μέμνονος τοῦ θειοτά|του μετὰ καὶ τῆς συνβίου Ἀρσινόης καὶ ‖ τῶν τέκνων Αἰλουρίωνος[3] τοῦ καὶ Κο|δράτου καὶ Πτολεμαίου, ἔτει ιε' Ἁδριανοῦ | Καίσαρος[4] τοῦ κυρίου, . . Χοιάκ[5].

Litterae ΑΛΔЄΗ (sed semel v. 4 ΤΗϹ est) ΘѠΠϹѠ. 1 Proximus dignitate post strategum (n. 663[6]) cuiusque nomi magistratus, penes quem administratio pecuniaria erat. 2 Cf. n. 680[2]. 3 Nomen ab Aegyptiaco more feles divinis honoribus afficiendi derivatum ideoque vix usquam extra Aegyptum occurrens notavit Letronne. 4 I. e. 130/1 p. Chr. n. 5 Quartus mensis anni Aegyptiorum. Inter diem 27. m. Novembris et d. 26. m. Decembris a. 130 p. Chr. haec exarata sunt.

---

684 In Memnonis crure sinistro, infra n. 683. Non sine mendis ed. Pocock. Descr. Or. I p. 105. Melius, adhibitis Saltii schedis, Letronne Commentatio de statua vocali Memnonis p. 180 n. XXVII (J. Franz C. I. G. 4733). Accuratissime delineatum exhibet R. Lepsius Denkmäler aus Aegypten und Aethiopien XII p. 79 n. 95.

Κόϊντος Ἀπολ(η)ϊανός[1] Βόηθος | ὁμοίως ἤκουσα μετὰ τῶν προγε|γραμμένων[2] τῷ αὐτῷ ἔτει, μηνὶ | τῷ αὐτῷ[3].

Litterae ЄΘΜΠΠϹƆѠ. 1 ΑΠΟΛΠΙΑΝΟƆ in lapide esse testatur Lepsius, quod non Ἀπολλιανός, ut priores editores legerunt, sed Ἀποληϊανός legendum esse cum propterea certum existimo, quia Π multo veri similius est ex Η quam ex Λ errore natum esse, tum quia inter praenomen et cognomen non Graeco nomini locus est, sed Latino, ac proprie quidem gentili. Sed cognomina in *-anus* cadentia haud raro nominum gentilium vicibus fungi in volgus notum est. 2 I. e. cum Artemidoro Ptolemaei f. scriba regio eiusque uxore et filiis. Cf. n. 683, 1 sqq. 3 Mense Decembre a. 130 p. Chr. n. Cf. n. 683[5].

---

685 In statua Memnonis. Ed. Hamilton Aegypt. p. 173 (Letronne Recherches pour servir à l'histoire de l'Égypte p. 274. Walpole

Travels p. 596). Ex Hamiltoni exemplo et Saltii schedis Letronne Comm. de statua vocali Memnonis p. 227 n. LIII (J. Franz C. I. G. 4751). Accuratissime delineatum exhibet R. Lepsius Denkmäler aus Aegypten und Aethiopien XII p. 77 n. 65.

Κλαύδιος Γέμινος, | ἀραβάρχης[1] καὶ ἐπιστράτη|γος Θηβαΐδος[2], ἤκουσα | ἀναπλέων ὥρας γ'[3], ‖ καταπ(λ)έων[4] ὥρας β'.

Litterae ΑλλΑΘΕΘΛΛΝΠΠ(ΕΩ. 1 Cf. n. 570[3]. 2 Cf. n. 103[4]. 3 Cf. n. 681[3]. 4 ΚλΤλΠλΕΩΝ.

---

686 In syringibus. Ex Saltii schedis ed. Letronne Transactions of the R. soc. of litt. II P. I p. 74. De statua Memnonis p. 252 n. 44 (J. Franz C. I. G. 4807).

Νεκτάριος[1] Νεικομηδεὺς | ὁ λαμπρότατος καθολικὸς | Αἰγύπτου[2] ἰδὼν ἐθαύμασα.

Litterae ΔΘΠΕϹѠ et semel v. 1 init. Є, cum praeterea ubique Ε sit. Ο aliquotiens minore modulo exarata. 1 Hoc nominum genus (cf. n. 688, 1 Ἐπιφάνιος. 689, 1 Παλλάδιος. 693, 1 Ἐλπίδιος) non ante postrema saeculi p. Chr. n. tertii decennia usitatum fuit, unde de horum titulorum aetate iudicium ferri licet. Sed eos hic collocavi ne divellerem quae natura et argumento inter se arctissime conexa sunt. 2 Cf. P. Meyer in Beiträge zur alten Gesch., Festschrift für O. Hirschfeld, p. 146 sqq. Qui regum Ptolemaeorum aetate omni totius regni administrationi pecuniariae praefectus fuerat magistratus (διοικητής, cf. n. 59[3]), eius officium paullulum immutata appellatione etiam principatus temporibus conservatum esse apparet; etenim idem sibi velle ὁ κράτιστος ἐπὶ τῶν καθόλου λόγων (n. 715, 3. 2) et *procurator summae rei apud Alexandriam* (Acta Martyrum p. 311 ed. Ruinart) et ἐγκεχειρισμένος τῆς κατ' Ἀλεξάνδρειαν βασιλικῆς διοικήσεως (Eusebius Hist. eccl. VIII, 9) manifesto recte existimat Meyer. Sed inde a Diocletiani aetate cum maiorem dignitatem assecutus esset, Latine *v(ir) p(erfectissimus) r(ationalis) Aeg(ypti)* appellatur (C. I. Lat. III, 17, 6. 7); Graece his accurate respondent ὁ διασημότατος καθολικός, quae in titulis et papyris plus semel leguntur; cf. exempla quae congessit Meyer. Quod hic λαμπρότατος pro διασημότατος est, nihil habet offensionis, quia etiam alibi in illis ordinum dignitatumque vocabulis Graece interpretandis nonnunquam variatur.

---

687 In Memnonis crure dextro. Post Pocockium Descr. Or. I p. 104 aliosque ed. Letronne De statua vocali Memnonis p. 226 n. LI

(J. Franz C. I. G. 4750). Accurate delineatum exhibet R. Lepsius Denkmäler aus Aegypten und Aethiopien XII p. 78 n. 78.

Ἡλιόδωρος Ζήνω|νος Καισαρείας Πα|νιάδος[1] ἤκουσα δ' καὶ | ἐμνήσθην Ζήνωνος ‖ καὶ Ἀϊανοῦ ἀδελφῶν[2].

Litterae ΙΘΠΣ et semel (v. 5 altero loco) Ϊ. 1 Caesarea Panias hoc oppidum praeter duos huius Heliodori titulos (cf. not. 2) etiam apud Ptolemaeum Geogr. V, 14, 17 p. 978, 3. Geogr. Ravenn. II, 15 p. 85 Pinder et in Tabula Peutingerana appellatur. Etiam Lebas-Waddington III 1620 b, 37 Καισάρειαν Πανιάδα β' ἀνδρῶν παγκράτιον legitur. Antea Πάνιον nomen fuit (Polyb. XVI, 18, 2), apud Iosephum plerumque Καισάρεια ἡ Φιλίππου dicitur. Perperam Stephanus Καισάρεια· τρίτη πρὸς τῇ Πανεάδι. Caesareae nomen a Philippo Herodis f. tetrarcha ei impositum est honoris Augusti causa (Ioseph. Ant. XVIII, 28. Bell. II, 168) anno 3 vel 2 a. Chr. n., unde in nummis civitatis anni numerantur. Cf. Benzinger ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie III, 1 p. 1290 n. 9. 2 Eiusdem hominis titulum paene ad verbum consentientem, in insula Philis incisum, habes C. I. G. 4921 et ap. Lepsius Denkmäler aus Aeg. und Aeth. XII p. 88 n. 263: Ἡλιόδωρος Ζήνων|ος Καισαρείας Πανιά|δος ἦλθ(ο)ν καὶ τὸ προ(σ)κύ|νημα ἐποίησα τῶν ἀδελ|φῶν Ζήνωνος καὶ Ἀϊανοῦ.

---

688 In Syringibus. Ex Wilkinsoni schedis ed. Letronne p. 266 n. CCIII. (J. Franz C. I. G. Vol. III Add. p. 1209 n. 4788 *b*). Accuratissime delineatum proposuit R. Lepsius Denkmäler aus Aegypten und Aethiopien XII p. 76 n. 58.

Ἐπιφάνι|ος[1] ἱστόρησα, | οὐδὲν δὲ | ἐθαύμα‖σα εἰ μὴ | τὸν λί|θον[2].

Litterae ΑΛΔΕΘΪΙΠCω 1 Cf. n. 686[1]. 2 Hinc collegeris, nescio quid miri in illis regum antiquiorum sepulcris observare sibi visos esse homines, quod tamen is qui haec insculpserit irrisa volgi credulitate nihil esse profiteretur. Nam certe Wilkinsoni interpretatio haec non ad locum ubi scripta essent, sed ad Memnonis statuam vocalem referentis iure meritoque reiecta est a Letronnio Franzioque. Cf. n. 691[3].

---

689 In syringe Rhamsis V exscripsit Champollion natu minor, cuius ex apographo ed. Letronne Comment. de statua voc. Memnonis p. 254 (J. Franz C. I. G. 4808).

Παλλάδιος[1] δικολόγος[2] Ἑρμοπολείτης ⟨ε⟩ἰδὼν ἐθαύμασα.

---

1 Cf. n. 686 1. 2 *Iuridicum Aegypti* interpretantur Letronne et Franz. Sed sunt quae gravissimam moveant dubitationem. Etenim non modo δικολόγος alibi causidicum potius, quam iudicem significat, sed omnino verbum λέγειν et omnia quae inde derivantur in re iudiciaria semper de partibus litigantibus, quae coram iudice causas orant, non de ipso penes quem iudicandi officium est usurpantur. Deinde nomen terrae omissum offensioni est; denique ethnicum officii nomini subiunctum, non praemissum, in hac quidem vocabuli interpretatione habet quo offendaris. Cf. n. 686, 1 sqq. Νεκτάριος Νεικομηδεὶς ὁ λαμπρότατος καθολικὸς Αἰγύπτου. Quod contra si professionem privatam, non magistratum publicum intellegas, hic verborum ordo defendatur exemplis simillimis n. 691, 1 Βουρίχιος σχολαστικὸς Ἀσκαλωνίτης. 693, 1 Ἐλπίδιος Ἑ[ρμοκρά]τους σχολ[α]στικὸς ῥ[η]τορικὸς Ἀλεξανδρεύς. Quare quin Palladius causidicus vel advocatus fuerit nullus dubito. Longe alia ratio est tituli C. I. G. 4815 Σπουδάσις Παλατῖνος υἱὸς [Τρύ]φωνος, [δι]κολόγου Αἰγύπτου, ἐθεασάμην. Nam illic cum aliis de causis tum propter additum Αἰγύπτου sane iuridicum indicari probabilius est. Sed in titulo neglegentissime inciso et pessime conservato illud ΚΟΛΟΓΟΥ ex [ΔΙ]Κ[Ε]ΟΔΟΤΟΥ depravatum esse non nimis audax videtur coniectura. Fieri sane etiam potest, ut homo indoctus vocabulo Latino, quod ex *iuris* nomine et *dicendi* verbo compositum est, permotus δικολόγος pro δικαιοδότης scriberet. Cf. Marquardt Röm. Staatsverwaltung I p. 453 not. 1.

---

690 In syringibus. Ex Saltii schedis ed. Letronne Transactions of the R. society II, 1 p. 72. De statua vocali Memnonis p. 250 n. 29 (J. Franz C. I. G. 4772).

Ἀλέξανδρος ἔπαρχος | Θηβῶν[1] (ε)ἶδον καὶ ἐθαύμασα. | Κοσμᾶς ὁ τούτου νο[τά]ριος[2] | (κα)ὶ ------[3] Ἀλέξανδρος ἰατρὸς ‖ θ(ε)ιότατον ἔργον[4].

Litterae ΛΕΗΘΘΞΠϹΝѠ. 1 Post totius imperii Romani administrationem a Diocletiano et Constantino de integro ordinatam Aegyptus dioecesis fuit, quam ut antea gubernabat praefectus Aegypti sive Augustalis, divisa in sex provincias, quo in numero Thebais erat. Horum praesides sane solenni nomine ἡγεμόνες appellantur (C. I. G. 4816, 1 Τατιανὸς ἡγεμὼν Θηβαΐδος. 4769, 5 ἡγεμὼν τῆς ἐπαρχίας sc. τῆς Θηβαΐδος), sed neque Thebarum nomen pro tota provincia Thebaide usurpatum, neque appellatio ἔπαρχος, qua uti propter solenne ἐπαρχείας vocabulum proclive erat, illa aetate quicquam offensionis habet. Certe quis alius praefectus Thebarum vocari potuerit frustra quaesiveris. Cf. I. Franz C. I. G. III p. 324. 2 ΝΟVΙΙΡΙΟϹ. Cum Letronnius νό[μα]ρ[χ]ος emendare conatus esset, Franzius νο[τά]ριος scribere maluit, sine dubio recte. Nam neque nomarchi tum temporis

appellabantur qui singulis nomis praeerant (cf. n. 184[2]) neque ellipsis, quam ille statuit, τούτου sc. τοῦ νομοῦ, credibilis est. Immo genetivus ad Alexandrum praesidem spectat, cuius nomini duo homines qui ipsum comitabantur sua adiecerunt, ut etiam alibi in eiusmodi titulis haud raro factum est. 3 Initio versus quarti XIOK est. In duobus prioribus litteris particulam KAI, quam Franzius in fine superioris versus supplere maluit, latere, OK vero nomen gentile Latinum Alexandri medici esse mihi maxime probabile videtur. Nam reliqui versus omnes a dextra integri sunt, neque Franzio Χιὼκ Aegyptiacum illius Alexandri nomen statuenti assentiar. 4 Aut infra hunc versum verbum finitum periit, aut ex praesidis inscriptione v. 2 ἐθαύμασα hic mente supplenda est tertia pluralis numeri persona.

---

691 In Syringibus. Ex Saltii schedis ed. Letronne Recherches pour servir à l'histoire de l'Égypte p. 74. Comm. de statua vocali Memnonis p. 253 n. 51 (J. Franz C. I. G. 4781). Accuratissime delineatam tituli imaginem proposuit R. Lepsius Denkmäler aus Aegypten und Aethiopien XII p. 76 n. 43.

Βουρίχιος σχολαστικός[1] | Ἀσκαλωνίτης[2] ἱστορήσας κατέγνων ἐ|μαυτοῦ διὰ τὸ μὴ ἐγνωκέναι τὸν λόγον[3].

Litterae ΛΛΔΕΚΚΛΛCΩ. 1 Causidicum interpretatur Letronne ex illius aetatis consuetudine, sine dubio recte. Cf. n. 693[2]. 2 De verborum ordine cf. n. 689[2]. 3 Quid hic Burichius sibi ipsi opprobrii det, paullo obscurius est. Sine dubio recte λόγον Letronnius interpretatur rationem, quam se non perspectam habere fateatur advocatus. At quod adiungit fortasse rationem qua haec magnificentissima opera elaborata sint innui, id nequeo probare. Nam haec quidem ratio, nempe ut omnium maximis honoribus afficerentur reges defuncti, profecto ne hebetissimi quidem ingenii hominem fugere poterat. Immo ut n. 688, 3 sqq., sic hic quoque indicari mihi videtur, in syringibus nescio quid miraculi monstrari solitum esse peregrinantibus, simile illius soni quem Memnonis statua edebat; iam cum Burichius persuasum haberet, id ad naturalem aliquam causam utique referendum esse, neque tamen eam enucleare posset, hanc sui ipsius reprehensionem lapidi insculpsit.

---

692 In Syringibus. Cum Letronnius ex Saltii schedis titulo n. 691 adiunctos hos versus dedisset, recte R. Lepsius Denkmäler aus Aegypten und Aethiopien XII p. 76 n. 44 separavit et imaginem tituli accurate delineatam proposuit.

Οὐκ ἀπεδεξάμην σὲ τ(ῆς)[1] ἐ[ν λόγοις[2]] | τριβῆς [ἕνεκεν[3],] | ὦ Βουρρίχιε.

Litteratura cursivae similis; memorabiles litterarum formae ⲗⲉⲇⲉ ⲏ(ῆτα)ⲙⲣ(νῦ)ⲝⲡⲥⲩⲣ(τρ)ⲱ. 1 ΤϚ lapis memorabili scripturae compendio, quod in minuscula medii aevi litteratura redire nemo fere ignorat. 2 Supplevi. Quod Letronnio in mentem venit, hic [παιδο]τρίβης supplendum et ad fratrem Burichii causidici (n. 691, 1) referendum esse, id recte reiecit Franzius, qui huius tituli apographum perquam corruptum cum n. 691 edidit, sed a restituendo prudenter abstinuit. Nam Lepsiani demum exempli ope quid rei sit perspicere licet. Etenim illam ingenuam Burichii confessionem ignorantiae alius homo his subscriptis irrisit, facete ludens ambiguitate nominis λόγος, quod illic quidem (691 3) rationem significat, non minus frequenter vero de oratione usurpatur, cuius rei peritia (τριβῇ) carere sane minime omnium decebat causidicum. 3 Supplevi. Cf. not. 2.

---

693 In Syringibus. Ex Saltii schedis ed. Letronne Transactions of the R. society of litterature II, 1 p. 73. De statua vocali Memnonis p. 251 n. 30 (J. Franz C. I. G. 4788).

Ἐλπίδιος[1] Ἑ[ρμοκρά]|τους[2] σχολ(α)στικὸς[3] | ῥ(η)τορικὸς[4] Ἀλεξαν|δρεὺς[5] ἱστορή[σ]ας ‖ ἐθαύμασα.

Litterae ΑΛⲗⲇⲆⲉⲐⲗⲗⲝ(ξῖ)ⲡⲥⲩⲩ. 1 Cf. n. 686 1. 2 ⲉⲓ |ΤΟΥⲤ lapis. Supplevi. Εὐ[τυ]χοῦς Letronne, Εἰ[σιδό]του Franz, quibus ex supplementis neutrum conciliatur cum terminatione v. 2 init. in lapide conservata. 3 ⲥⲭⲟⲗⲥⲧⲕⲟⲥ. Cf. n. 691 1. Non erat cur Letronne et Franz nomini hic aliam vim tribuerent atque illic. 4 Quod causidicus etiam doctrinae artis oratoriae se operam dedisse gloriatur, nihil habet miri, quare Letronnium et Franzium σχολαστικόν hic non ut alibi advocatum, sed professorem interpretantes non existimo verum vidisse. Ceterum traditur ⲢⲈⲦⲞⲢⲒⲔⲤⲤ. 5 De verborum ordine cf. n. 689 2.

---

694 In syringibus, in tertio sepulcro ad occidentalem vallis partem. Post alios ed. Letronne Journal des Savants 1829 p. 618. De statua vocali Memnonis p. 245 (inde J. Franz C. I. G. 4789). Plenius et accuratius Letronne Recueil des inscr. Gr. et Lat. de l'Égypte II p. 265 n. CCI, tab. XXX, 25 (J. Franz C. I. G. III Add. p. 1209).

Ἑρμογένης[1] Ἀμασ[εὺ]ς | [τὰς] μὲν ἄλλας | σύριγγας | ἰδὼν ἐθαύ‖μασα[2], τὴν δὲ | τοῦ Μέμνονος | ταύτην εἰστο|ρήσας ὑπερεθαύμασα.

Litterae ЄΘΠCω. Letronnii exemplum novissimum repraesentavi, antiquiorum lectione discrepante non enotata. 1 Cum ethnicum accesserit, iam hunc Hermogenem ab illo qui anno 134 p. Chr. Memnonis cruri sinistro titulum C. I. G. 4735 incidit, distinguendum esse apparet. 2 Cf. C. I. G. 4771 Α[ἰ]δέσιος ἐθαύμασα τὴ[ν] σύρι[γ]γα τοῦ Μέμνονος. 4792 Θαύματα συρίγγων ὀρόων μέγ' ἐθαύμ[α]σα Βῆσ[ις,] | τὴν δὲ μάλισθ' ὀρόων ἐθαύμασα Μέμνονος ἐσθλή[ν]. 4805 τὸ προσκύνημα Μέμν(ο)ν(ο)ς κτλ. Hi quattuor tituli videntur in eodem sepulcro inventi esse, etsi nihil accuratius de loco traditur nisi in eo quem hic repetimus (cf. lemma).

---

695 In insula Philis in porticu. Edd. Letronne (ex schedis Lenormanti et Wilkinsoni) Recueil des inscr. II p. 182 n. CXXVII. Bailie Fasc. inscr. III p. 206 (J. Franz C. I. G. Vol. III Add. p. 1226 n. 4922 *d*). R. Lepsius Denkmäler aus Aegypten und Aethiopien XII p. 83 n. 208.

Θεόμνηστος Πτολεμαίου στρατηγὸς Φιλῶν[1] ἦλθον | καὶ προσεκύνησα τὴν μυριώνυμον Ἶσιν[2] καὶ τοὺς | ἐν τῶι Ἀβάτῳ[3] θεοὺς καὶ τὸ προσκύνημα ἐποίησα | Ἀπο(λ)λωνίου[4] καὶ Διονυσίου Ἐπιφανείων[5], τῶν ἐμῶν || ἐπιστατῶν[6], καὶ τῶν τούτων τέκνων καὶ γυναικῶν | καὶ τῶν ἡμετέρων πάντων, L[7] ---------------

Litterae ЄΘΠCω. 1 Cf. n. 202[2]. Etsi unae Philae hic nominantur, tamen eundem nomum significari existimo, qui alibi ὁ περὶ Ἐλεφαντίνην καὶ Φίλας appellatur, praesertim cum etiam vice versa eius designationem omissis Philis ab uno oppido Elephantine aliquando repeti videamus. 2 Idem cognomen est C. I. G. III Add. p. 1232 n. 4941, 1. 3 Cf. n. 138[11]. 4 ΑΠΟΑΛΩΝΙΟΥ Lepsius. 5 Cognomen hereditarium Apollonii et Dionysii agnoscere sibi visus est Franzius. Sed mihi nulla ex parte dubium videtur, quin demoticum hic habeamus. Cf. n. 21[3]. 120[3]. 169[2]. 6 Epistata proximum in quoque nomo locum post strategum tenebat; frequenter commemoratur in papyris. Cf. Franz C. I. G. III Introductio in titulos Aeg. p. 292. 7 Anni dieique notas consulto deletas esse observavit Wilkinson. Commodi potissimum nomen fuisse Letronnius propter spatii rationes probabile existimat.

---

696 Columna parva lapidis calcarii, inventa Copti (*Kuft*), exstat Londinii in collegio universitatis. Ed. Flinders Petrie Koptos tab. XXVIII fig. 8. Cf. Hogarth ibid. p. 34. Seymour de Ricci Archiv für Papyrusforschung p. 563 n. 105.

Θε[ᾷ μεγ]ίστῃ[1] | Ἴσιδι ὑπὲρ | εὐπλοίας | πλοίου Σαρά||πιδος[2] Ἑρμα||[--------]

Litterae volgares praeter ΘΛΠC. 1 ΘC.ΜΕΓΙCΤΗ. 2 Navi ipsi Σάραπις nomen fuisse statuit Hogarth. Mihi probabilius videtur, Σαράπιδος genetivum pendere a πλοίου, ut eius dei sacram esse significetur navem. Cf. n. 56, 51: καὶ ἡ ἀναγωγὴ τοῦ ἱεροῦ πλοίου τοῦ Ὀσείριος εἰς τοῦτο τὸ ἱερὸν κατ' ἐνιαυτὸν γίνεται ἐκ τοῦ ἐν τῷ Ἡρακλείῳ ἱεροῦ. 3 Ἑρμα|[νούβιδος] Jouguet ap. Riccium. Sed sine dubio rectius hominis qui hoc monumentum dedicaverit nomen agnoscunt Hogarth et Ricci supplentque Ἑρμα[ῖος]. Potest sane etiam Ἑρμα|[γόρας] fuisse.

---

697 Columna sepulcralis incertae originis, Parisiis in museo publico. Edd. Clarac Inscr. Gr. et Rom. du musée royal du Louvre p. 441 tab. 58 n. 856 (J. Franz C. I. G. 4712 *b*).

Ἀντιλα(β)οῦ[1], κύριε Σάραπι. Βῆσις | πρεσβύτερος καὶ Βῆσις νεώτε|ρος, ἀμφότεροι Σεντώσυτος[2] | κυβερνήτου ἀπὸ Πτολεμαΐδος, || καὶ Βῆσις Κάρβας[3] ἀδελφὸς τῆς | μητρὸς αὐτῶν, ἐσφαγμένοι ἐν ὅρ|μῳ Πούχεως[4] τοῦ Ἀνταιοπολεί|του νομοῦ[5], καὶ τὸ πλῦ(ο)ν[6] αὐτῶν ἐνπέ|πρηκαν[7].

Litterae ΔΔЄ (sed v. 4 in nomine Πτολεμαΐδος Ε est) ΠΓCϕΦω. 1 ΛΑΡΟΥ. Manifesto hoc verbo deus imploratur, ut causam hominum misere trucidatorum suscipiat eorumque necem ulciscatur. Eandem subveniendi, manum rebus alicuius hominis admovendi notionem ἀντιλαμβάνεσθαι etiam Fayûm towns ad their papyri p. 104 n. XII, 34 habet, ubi litteris petitoriis hominis graves iniurias perpessi subiciuntur verba τούτων δὲ γενομένων ἔσομαι ἀντειλημμένος. Passivi structura personalis, etsi ἀντιλαμβάνεσθαί τινος dicitur, nihil habet offensionis. 2 CЄΝΤωCΥΤΟC lapis, quod mutare non ausus sum. Nam quod apud Franzium emendatur Σεντω(ο)ῦτος, id mulieris potius quam viri nomini convenire videtur (n. 698[3]). 3 Nolui Βῆσις Κάρβας duplex nomen intellegere ut n. 699, 1 Πάππος Θεόγνωστος, sed potius huius Besidis sorori, illorum qui v. 1. 2 sunt matri, Κάρβα nomen fuisse existimaverim. Neque ea res, quod C. I. G. 4890, 7 sane Κάρβας viri nomen esse videtur, sufficit ad hanc interpretationem evertendam. 4 Sine dubio eodem loco, ubi necati erant, etiam sepulti sunt homines quorum hoc est epitaphium. Quare magnopere dolendum est, quod ignoratur ubi lapis inventus sit. 5 De Antaeupoli cf. R. Pietschmann ap. Pauly-Wissowa I, 2 p. 2343. Sita erat in septentrionali Thebaidis parte ad orientalem Nili ripam in loco hodierni *Ḳâu-el-Kebîr*. Nomen derivatum est a deo Aegyptiorum ibi culto, quem Graeci Antaeum appellabant (cf. n. 109[3]). Nomus, cuius caput erat, Ἀνταιοπολίτης vocabatur nomine ab Ἀνταίου πόλις eadem ratione derivato ac Διοπολίτης a Διὸς πόλις (n. 184[3]).

Ceterum ut omnino in nomorum descriptione multae fuerunt vicissitudines, sic hunc ignorant Herodotus et Strabo, sed commemorant Plinius N. hist. V, 49 et Ptolemaeus Geogr. IV, 5, 32 p. 723, 2: Ἀνταιοπολίτης νομὸς καὶ μητρόπολις Ἀνταίου μεσόγειος. Exstant etiam nummi huius nomi cusi Traiani et Hadriani principatu. Cf. Feuardent Numismatique de l'Égypte II p. 301 et quae praeterea affert Pietschmann l. l. 6 ΠΛΥΝ i. e. πλοῖον. 7 Cf. Syll.[2] III p. 237.

---

698 Sarcophagus Graeco more elaboratus, inventus in vico *Gurnah* prope Thebas. Ex schedis Cailliaudi ed. Letronne Obserservationes de repraesent. zodiac. p. 27. Ex Hennekeri libro Notes during a visit to Egypt, Nubia, the Oasis etc. Londinii 1820 p. 136 litteris minusculis repetivit Reuvens Lettres à Mr. Letronne II p. 38 (J. Franz C. I. G. 4822).

Σωτὴρ[1] Κορνηλίου Πολλίου[2], μητρὸς Φιλοῦτος[3], ἄρχων Θηβῶν[4].

Litterae ΘΠϹΩ. 1 Eiusdem familiae homines habes C. I. G. 4823, 1. 2 Σενσαὼς Σωτῆρος Κορνηλίου, μητρὸς Κλεοπάτρας τῆς καὶ Κανδάκης Ἀμμωνίου. 4824, 1—3 Πετεμένωφις ὁ καὶ Ἀμμώνιος Σωτῆρος Κορνηλίου Πολλίου, μητρὸς Κλεοπάτρας Ἀμμωνίου. Quos non fratrem et sororem esse illius Soteris, quem hic habeamus, matris nomen indicat. Sed liberos eius esse (not. 2) statuit Franz, id quod certe perquam probabile est. Tertius filius Heraclius commemoratur C. I. G. 4826, 1. Iam cum Sensaos Soteris filia die 15 m. Iulii a. 109 p. Chr. virgo paullo plus quam sedecim annorum decesserit, Petemenophis filius vero adulescens annos viginti unum natus die 2. m. Iunii 116 p. Chr., apparet hunc titulum utique paullo post a. 100 p. Chr. incisum esse, quandoquidem hominem natione Aegyptium (not. 3) ad talem magistratum paullo provectiore demum aetate pervenisse probabile est. 2 Num recte Letronnius etiam patri nomen Σωτήρ fuisse statuat, iure dubitaveris. Utique filiae et filii tituli C. I. G. 4823, 1. 4824, 1 id non probant, quia in illis commodissime cum Franzio originis designationem Σωτῆρος Κορνηλίου, Σωτῆρος Κορνηλίου Πολλίου ita accipere possumus, ut Soter pater, Cornelius Pollius avus Sensaotis et Petemenophidis habeatur. Etenim articulus τοῦ omissus illa aetate offensionem non habet. Si quis miretur Romana nomina nusquam comparere nisi in illo Soteris patre, Sensaotis et fratrum avo, cum tamen civitas Romana hereditario iure in posteros transierit, ei respondebimus omnino non hic cogitandum de civitate, sed nomina Romana Κορνήλιος et Πόλλιος potius Graecorum nominum quae unius hominis propria sint instar haberi, qui mos principatus aetate neutiquam infrequens est. Cf. Πομπώνιος Ζωστῆρος Γαργήττιος C. I. Att. III, 1023 III, 3. 1104, 25. Πομπώνιος Δίου Σφήττιος C. I. Att. III, 1030, 20. 1114, 61. 3 Ut in reliquis huius familiae titulis (not. 1) Aegyptiaca nomina promiscue cum Graecis usurpantur, sic hic nomen mulieris a Graeca quidem stirpe, sed terminatione

ex indigenarum sermone repetita formatum habemus. Nam nomina feminina in -οῦς, -οῦτος cadentia nusquam usitata fuerunt praeter Aegyptum. Ac pleraque quidem tota Aegyptia sunt, sed similia huius Εὐποροῦς, Εὐποροῦτι, Εὐποροῦν habes Berl. gr. Urk. III p. 5 n. 702, 8. 16. 22. Δημαροῦτος ibid. p. 85 n. 781 VI, 14. Δημητροῦς ibid. p. 137 n. 822, 25. p. 181 n. 859, 4. gen. Δημητροῦτος v. 7. 18. 28. Χαριτοῦν p. 142 n. 827, 28, quod sane etiam a Χαριτώ derivari potest. 4 Cave de municipali civitatis Thebarum magistratu cogitaveris. Nam in hoc genere pluralis ἄρχοντες quidem usitatissimus est in Aegypto, ut omnium magistratuum collegium (συναρχία) significetur, singularis ἄρχων vero de uno certo officio alienus a sollenni sermoni et rarissime neglegentia quadam usurpatus (cf. F. Preisigke Städtisches Beamtenwesen im römischen Aegypten p. 14); adde quod civitas Thebanorum et Ptolemaeorum et Romanorum aetate non Θῆβαι appellatur, sed Διόσπολις ἡ μεγάλη (cf. n. 654[8]). Ex altera parte neque epistrategum Thebaidis neque strategum nomi intellegi licet. Nam post Diocletiani quidem aetatem Θῆβαι pro Θηβαΐς aliquando dictum esse arguit titulus n. 690, 1. 2 ἔπαρχος Θηβῶν. Sed neque hinc colligi licet, iam aliquot saeculis ante hoc licuisse, neque epistrategus aut strategus usquam ἄρχων appellatur. Quare nescio an ἄρχοντα Θηβῶν hic eundem interpretari praestet, qui alibi θηβάρχης audit (cf. n. 190[4]). Sane hoc quoque sine exemplo est, sed similitudo harum duarum appellationum tanta est, ut coniecturae meae fidem facere videatur. Fuit igitur Soter praefectus regius oppidi Thebarum.

---

699 Basis statuae eruta anno 1819 ex aquaeductibus urbis Alexandriae. Edd. Gau Antiquités de la Nubie tab. X n. 27. G. Cordero de' Conti di S. Quintino, Giornale Arcadico 1823 p. 206 sqq. (J. Franz C. I. G. 4684). Cf. Raoul-Rochette Journal des savants Nov. 1824 p. 694. Letronne ap. Bar. de Férussac Bulletin des sciences historiques II p. 262 sqq.

Πάππῳ Θεογνώστῳ[1] Βάσσος Στράτωνος ἐπιμελητὴς τοῦ τόπου[2]

Litterae ΛΑΔΕΘΛΠ(semel v. 3 Γ)CѠ. 1 Medicum intellegunt Letronne et Franz, cui Bassus, cum uxor vel filia ab eo sanata esset, voti solvendi causa hanc statuam dedicaverit. Neque aliam video interpretationis viam, quoniam Πάππῳ Θεογώστῳ utique dei heroisve nomina esse nequeunt. Permirum sane votum homini factum et anathema ei consecratum. Quin Πάππῳ Θεογνώστῳ dicatur pro Πάππῳ τῷ καὶ Θεογνώστῳ non est dubium. Nam si πάππῳ nomen appellativum iudicaveris, non video quomodo titulum intellegere possis. 2 Cum in urbe Alexandria inventus sit lapis, utique de illa nominis τόπος vi, qua partem nomi significat, quae ipsa rursus in plures vicos (κώμας) dividatur (n. 85[4]), hic cogitari non licet. Sed vix melius est, quod Franzius proposuit, curatorem urbis potius intellegendum. Nam Alexandrinorum urbem unquam τόπον appellatam esse omnino

καὶ | ἱερόφωνος[3] τοῦ κυρίου Σαράπιδος[4] εὐχαριστήριον ὑπὲρ Τριπτολέμας[5] | ἀνέθηκα ἐπ' ἀγαθῷ[6].

incredibile est. Immo delubrum Sarapidis cum proximis oppidi partibus significari videtur, ut n. 85, 4. 5 est φυλακίτης τόπου Ἀμμωνιείου. 3 Eum, cuius voce oracula dei pronuntientur, intellegere iubet Letronne, qui aptissime confert vocem ἱερόγλωσσος in epigrammate apud Pausaniam perieg. VI, 17, 6. Non fere discrepat Bassi officium ab eo quod Delphis et alibi προφήτου appellatione significatur. Etiam θεσπιῳδός Apollinis Clarii (n. 530[5]) certe simillimus est. 4 De Sarapidis sacris a Ptolemaeo Lagi f. conditis cf. n. 16[4], de Sarapieo Alexandriae O. Puchstein ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie I, 2 p. 1386. 5 Mireris nullam addi necessitudinis quae huic mulieri cum Basso intercedat significationem. Sed cf. n. 207 Αὐφίδιος Κλήμης — τὸ προσκύνη[μα] ἐπόησα — Πωλλ[ίτ]της καὶ τῶν ἰδίων πάντων. Utrobique uxorem potius intellexerim quam filiam. 6 Formula in titulis Aegyptiis usitatissima, respondens fere illis Latinorum *Quod bonum felix faustumque sit* vel Graecorum ἀγαθῇ τύχῃ. Plerumque a verbis dedicandi similibusque pendet (ἀνέθηκα hic et n. 717, 8, κατεσκεύασεν n. 704, 6, ἀνώρθωσεν n. 710, 5, ἐκτίσθη n. 722, 13). Persaepe totus titulus hic verbis finitur, aliquando nihil nisi temporis nota post ea infertur; multo rarius initio inscriptionis collocantur ut n. 713, 1 εὐτυχῶς καὶ ἐπ' ἀγαθῷ. Cf. C. Wachsmuth Mus. Rh. XXVIII p. 585.

---

700 Ara lapidis granitae rubri inventa Antinoupoli (*Schêch-Abâde*), exstat in museo oppidi *Cairo* n. 9274. Ed. J. G. Milne History of Egypt V. Under Roman rule p. 194 n. 16 *a*.

Ἀντινόωι | Ἐπιφανεῖ[1] | Φεῖδος Ἀκύλας[2] | ἐπιστράτηγος || Θηβαΐδος[3].

Litterae ЄПС. Vs. 2 in syllaba νει ε reliquis litteris multo minor. 1 Cf. P. von Rohden ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie I, 2 p. 2439 n. 5, ubi de divinis honoribus Antinoo post mortem (130 p. Chr. n.) habitis cum alibi, veluti Lanuvii, tum in Aegypto testimonia scriptorum, titulorum, nummorum composita habes. Quo minus mirum est, ipsam urbem Aegypti (cf. n. 701[3]) quam honoris eius causa condiderat imperator (cf. Cassius Dio LXIX, 11, 3 aliaque quae affert v. R. l. l.) Antinoum deum cultum esse; nam deum, non heroa, indicat epitheton ἐπιφανής. Cf. n. 90[19]. 441[89]. 2 Pleno nomine Iulius Fidus Aquila, praeter hunc titulum notus ex inscriptione monumenti quod fratri Q. Iulio C. f. Aquilae ponendum curavit Siccae Veneriae C. I. Lat. VIII, 15872. Cf. H. Dessau Prosopogr. imp. Rom. II p. 191 n. 205. 3 Cf. n. 103[4], ubi sane quod Ptolemaeum V Epiphanem epistrategos primum instituisse dixi, id mera P. M. Meyeri coniectura nititur neque ullo testimonio confirmatur.

701 Basis lapidis calcarii eruta in antiquo Antinoënsium oppido (*Schêch-Abâde*), translatum in museum oppidi *Cairo*. Ed. E. Miller Revue archéol. Nouv. Sér. XXI (1870) p. 313.

Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ, θεοῦ | [Τραϊαν]οῦ Παρθικοῦ υἱός, | θεοῦ Νέρουα υἱωνός, [Τ]ραϊανὸς | Ἁδριανὸς Σεβαστός, ἀρχιερεὺς || μέγιστος, δημαρχικῆς ἐξουσίας | τὸ κα΄, αὐτοκράτωρ τὸ β΄, | ὕπατος τὸ γ΄, πατὴρ πατρίδος[1], | ὁδὸν καινὴν Ἁδριανὴν ἀπὸ | Βερενίκης[2] εἰς Ἀντινόου[3] διὰ || τόπων ἀσφαλῶν καὶ ὁμαλῶν | παρὰ τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν[4] | ὑδρεύμασιν ἀφθόνοις[5] καὶ

Litterae ЄΞΠϹѠΩ. 1 Hadriani tribunicia potestas una et vigesima incipit a die 10. mensis Decembris a. 136 p. Chr. n. (cf. Th. Mommsen Röm. Staatsrecht II, 2[3] p. 801 not. 1), annus imperii vigesimus unus ex Aegyptiorum numerandi ratione (v. 15) a die 29. m. Augusti eiusdem anni. Cf. not. 8. 2 Berenice oppidum in littore maris rubri, in confiniis Aegypti et Trogodytices situm, conditum a Ptolemaeo II Philadelpho et ab eius matre denominatum, florens mercatura Indica, Arabica, Aethiopica cum Ptolemaeorum regno tum, ut hic ipse titulus docet, Romanorum imperio. Cf. Sethe ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie III, 1 p. 280 n. 5. 3 Urbs anno 132 p. Chr. ab Hadriano Augusto condita Antinoi (n. 700[1]) honoris causa, quem ibi ut deum cultum esse ex illo titulo apparet. Cf. R. Pietschmann ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie I, 2 p. 2442 n. 2. Ἀντινόου πόλις est apud Ptolemaeum Geogr. IV, 5, 30 p. 718, 4: ἀπὸ δὲ ἀνατολῶν τοῦ ποταμοῦ νομὸς Ἀντινοΐτης καὶ μητρόπολις ἐπ' αὐτῷ Ἀντινόου πόλις, sed brevioris formae quam hic habemus etiam apud scriptores exempla occurrunt, allata a Pietschmanno l. l. haec: Ἀντινοῦ Chron. Paschal. I, 475. *Antinou* Ammian. Marc. XXII, 16, 2. *Antenou* Itin. Antonini 167, 4. Ἀντίνου Pausan. Perieg. VIII, 9, 7. Ἀντινῶ Hierocles Synecd. 730, 8. *Antino* Tabula Pentingeriana. *Antinoy* Geogr. Rav. 123, 8. Singulare est quod Steph. Byz. habet Ἀντινόεια, πόλις Αἰγύπτου, ἀπ' Ἀντινόου παιδός. τὸ ἐθνικὸν Ἀντινοεύς. ἐκλήθη ἡ πόλις καὶ Ἁδριανούπολις. Situm oppidum in orientali Nili ripa in confiniis Heptanomidis et Thebaidis, ut modo huic modo illi regioni accenseretur. Parietinae exstant prope hodiernum *Schêch Abâde*. 4 Minus accurate dicitur via Hadriani a Berenice usque ad Antinoupolin iuxta littus maris rubri munita esse; nam postrema eius pars per mediam terram a mari ad Nilum (not. 3) ducebat. Etiam illud διὰ τόπων — ὁμαλῶν pro natura regionum non potest de tota via accipi, sed eam modo partem attingit quae in littore maris erat. Ceterum Ἐρυθρὰν θάλασσαν hic ut alibi (cf. n. 69[6]. 199[48]) sinum Arabicum esse vix est quod moneam. 5 Voce ὑδρεύματα et loca littoris, ubi praeternavigantes appellunt aquandi causa, et puteos cisternasque, quae in itineribus per desertum faciendis eidem usui inserviunt, significari monet editor. In illis regionibus mari rubro propinquis novimus ὕδρευμα Τραϊανόν (cf. n. 678[3]).

σταθμοῖς καὶ φρουρίοις δι|ειλημμένην[6] [ἀν]έτεμεν[7] || ἔτους κα', Φαμενὼθ α'[8].

---

6 Distinctam. Commodissime Miller affert Aristotelis Polit. VII, 12, 1331 a 19 ἐπεὶ δὲ δεῖ τὸ μὲν πλῆθος τῶν πολιτῶν ἐν συσσιτίοις κατανενεμῆσθαι, τὰ δὲ τείχη διειλῆφθαι φυλακτηρίοις καὶ πύργοις κατὰ τόπους ἐπικαίρους. 7 Supplevit Miller, compositi exempla afferens Philonis de opificio mundi 69 (I p. 16, 11 Mangey) τέχναις καὶ ἐπιστήμαις πολυσχιδεῖς τε ἀνατέμνων ὁδοὺς καὶ λεωφόρους ἁπάσας et eiusdem scriptoris II p. 362, 6 Mangey ἐν ἀνοδίαις ἴσχυσεν ἀπλανεῖς καὶ λεωφόρους ὁδοὺς ἀνατεμεῖν. Sed quod Latinos sic findendi voce uti dicit allato Vergilii versu Aeneid. VI, 540: *hic locus est, partis ubi se via findit in ambas*, nequeo satis mirari. Nam illic notionem dividendi inesse apparet, quae plane aliena est a Graeco τέμνειν ὁδόν. Hoc simplici plerumque utuntur Graeci, sed cum duas litteras periisse definite testetur Miller, eius supplementum recipiendum fuit. Simili notione idem verbum compositum de sulcis, quos boves arantes ducunt, usurpat Philo de opif. mundi 85 (I p. 20, 25 Mangey): ταῦροι μὲν καταζεύγνυνται πρὸς ἄροτον καὶ βαθείας αὔλακας ἀνατέμνοντες — μακρὸν δόλιχον ἀποτείνουσι. Sane hic codices AP κατατέμνοντες, § 69 ABP διατέμνων habet, sed recentissimus editor utrobique praepositionem ἀνά retinuit. 8 Phamenoth, septimus Aegyptiorum mensis, in fastis Alexandrinis, qui principatus aetate usitati erant, a vigesimo quinto m. Februarii die initium capiebat. Incisa igitur haec d. 25. m. Februarii 137 p. Chr. n. Cf. not. 1.

---

702 Supra portam templi cum anaglyphis repraesentantibus Antoninum imperatorem sacrificantem numinibus Aegyptiis, in loco qui appellatur *Kasr-Zayan* in parte Oasis Thebarum septentrionali, occidentem versus ab *El-Khargeh*. Edd. Salt ex Hydii apographo Classical journ. XXIII (1821) p. 370. Drovetti ap. Cailliaud Voyage à l'Oasis de Thèbes p. 105. Hoskins Visit to the great Oasis p. 320. Letronne Recherches p. 236 sqq. Recueil I p. 124 n. XV. Ex his et Minutolii schedis J. Franz C. I. G. 4955. Omnium accuratissime G. Schweinfurth, Petermanns Geogr. Mitth. XXI 1875 p. 392. Cf. quae de titulo exposuit A. Stein Hermae XXXII p. 666 et ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie Suppl. I p. 228 n. 3.

Ἀγα[θῆι τύ]χη[ι[1].] | Ἀμενήβι[2] θεῶι μεγίστωι Τχονεμύ-

Litterae ΘΠϹѠ. Versus lineis horizontalibus tenuiter sed accurate incisis distinentur. 1 Huius versus relliquias non iam repperit in lapide Schweinfurthius. 2 I. e. Ammon (*Amen*) deus loci *Hibe*. H. Brugsch ap. Schweinfurthium. Cuius interpretatio sine dubio antiquiori, quae apud Franzium est, deorum *Amon* et *Kneph* nomina in unum contracta hic

ρεως[3] καὶ τοῖς | συννάοις θεοῖς ὑπὲρ τῆς εἰς αἰῶνα διαμονῆς Ἀντωνείνου | Καίσαρος[4] τοῦ κυρίου καὶ τοῦ σύμπαντος αὐτοῦ οἴκου ὁ σηκὸς τοῦ ἱεροῦ καὶ τὸ ‖ πρόναον ἐκ καινῆς κατεσκευάσθη ἐπὶ Ἀουιδίου Ἡλιοδώρου[5] ἐπάρχου Αἰγύπτου, | Σεπτιμίου Μάκρωνος ἐπιστρατήγου[6], στρατηγοῦντος Πλινίου[7] | Καιπίωνος, | ἔτους τρίτου[8] Αὐτοκράτορος Καίσαρος Τίτου Αἰλίου Ἁδριανοῦ Ἀντωνείνου | Σεβαστοῦ Εὐσεβοῦς, Μεσορῆ ὀκτωκαιδεκάτῃ[9].

---

haberi, praeferenda est. 3 Loci nomen agnoscit Franz allata simili appellatione Ἴσιδι Φιλῶν i. e. τῇ ἐν Φίλαις. 4 Antoninus Pius (138—161 p. Chr.). Cf. not. 8. 5 Cf. Prosopographia imp. Rom. I p. 187 n. 1168. C. Avidius Heliodorus, Cyrrho Syriae oriundus, rhetor, ab epistulis Hadriani Augusti (Cassius Dio LXIX, 3, 5. LXXI, 22, 2). Praefecturam Aegypti praeter hunc titulum testantur etiam C. I. Lat. III Suppl. 14147, 3. Fayûm towns and their papyri p. 257 n. CVI, 4. 6. Per quadriennium et aliquot menses aut etiam amplius eum in officio fuisse apparet ex papyris qui die 30. m. Martii a. 139 p. Chr. n. (Berl. gr. Urk. III p. 53 n. 747, 1) et die 16. m. Maii 143 p. Chr. n. (Berl. gr. Urk. I p. 130 n. 113, 1) praefectum commemorant. Filium habuit Avidium Cassium hominem nobilissimum, qui anno 175 p. Chr. contra Marcum Aurelium rebellavit et occisus est. Huius rursus filius avitum nomen Heliodorus gerens commemoratur in vita Marci 26 (Prosopogr. I p. 187 n. 1167). 6 ΤΙΓΟΥ Schweinfurth, qui videtur error esse, fortasse ex ligatura Η̅ natus; quare hoc quidem loco antiquiora exempla sequi malui. 7 Sic Schweinfurth, cum quo ex antiquioribus facit Hoskins. Quare errores aliorum (ΠΑΙΜΟΥ Drovetti, ΠΑΙΝΙΟΥ reliqui) neglegendi sunt. Quod Franzius Παινίου praetulit et nominativum Παινίας esse statuit, iure mireris hominem doctum non perspexisse, hoc loco nomen gentile Romanum desiderari. 8 Cum pro antiquiorum lectione ΤΡΙΤΟΥ Schweinfurthius ΙΗΤΟΥ in lapide dispicere sibi visus esset, E. Klebs Prosopogr. imp. Rom. I p. 187 n. 1168 anno 154/5 p. Chr. n. vindicavit titulum. Contra quem Steinius monuit, illius anni praefectum notum esse M. Sempronium Liberalem, atque inter Avidium Heliodorum et Liberalem etiam aliquot praefectos ex papyris innotuisse, ut appareat hic quidem errasse in transscribendo Schweinfurthium, et annum 139/40 p. Chr. n. intellegendum esse. 9 Mesore duodecimus Aegyptiorum mensis in fastis Alexandrinis incipiebat a die 25. m. Iulii. Haec igitur scripta sunt die 11. m. Augusti a. 140 p. Chr.

---

703 Fragmentum basis lapidis granitae, inventum in fundo, cuius dominus est Sheik Mûran, extra oppidum *Menshîjeh.* Ed. P. Jouguet Bull. de corr. Hell. XX 1896 p. 398 (Seymour de Ricci Archiv für Papyrusforschung II p. 441 n. 53).

Ἀγαθῆι τύχηι. | Ὑπὲρ τῆς τύχης Αὐτοκράτορος Καίσαρος Τίτου | Αἰλίου Ἁδριανοῦ Ἀντωνείνου Σεβαστοῦ Εὐσεβοῦς[1] | ἡ πόλις[2] ‖ διὰ Ἀπολλωνίου Ἀπολλωνίου τοῦ Ἑρμογένους | Προπαπποσεβαστείου τοῦ καὶ Ἑρμαίου[3] ὡς ἐν Ἀλεξαν[δρείᾳ,] | ὡς δὲ ἐν Πτολεμαΐδι Κλεοπατρείου. ∟ ια'[4], Θὼθ κα'[5].

Litterae ЄΘΞΠCѠ. 1 Antoninus Pius 138—161 p. Chr. 2 Ptolemaeensium. Nam etsi ex v. 6. 7 apparet Apollonium et illic et Alexandriae iure civitatis usum esse, tamen locus ubi lapis inventus est dubitari non sinit uter ex his populis hic intellegatur. 3 Apparet et Προπαπποσεβαστείους et Ἑρμαίους demos civitatis Alexandrinorum esse, neque duplex eiusdem hominis demoticum offensioni est, quandoquidem talia non rara sunt; frequentissime quidem occurrit Σωσικόσμιος ὁ καὶ Ἀλθαιεύς. Cf. n. 708, 9. Fayûm towns and their papyri p. 231 n. XCIII, 1. 2. Berl. gr. Urk. III p. 13 n. 710, 27. p. 22 n. 717, 2. U. Wilcken Archiv für Papyrusforschung I p. 159. Praeterea Ἁδριάνιος ὁ καὶ Σωσικόσμιος Berl. gr. Urk. III p. 12 n. 709, 24. Ματίδειος ὁ καὶ Καλλιτέχνιος ibid. p. 188 n. 868, 2. Εἰρηνοφυλακείου τοῦ καὶ Μαρωνέως ibid. p. 250 n. 919, 6. Ἀγαθοδοτείῳ τῷ καὶ Ἀλθαιεῖ ibid. p. 306 n. 981, 3. 38. II, 9. 23. Ceterum sine dubio recte Schubartus etiam Berl. gr. Urk. III p. 128 n. 813, 3 [Προπαπ]ποσεβαστείου τοῦ καὶ Ἀλθαιέως supplevit. Noli nomen Προπαπποσεβάστειος mirari; etenim alia demotica novicia vix minus audacter ficta sunt, ut Φυλαξιθαλάσσιος (Archiv f. Papyrusforschung I p. 159), Νειλαναβάτιος (ibid. III p. 244), Σωσικόσμιος, Εἰρηνοφυλάκειος (v. supra). 4 Undecimus Antonini Pii annus 147/8 p. Chr. n. est. 5 Primus anni Aegyptii mensis, in illorum temporum fastis incipiens ab undetrigesimo m. Augusti die. Hic igitur titulus die 18. m. Septembris a 147 p. Chr. n. exaratus est.

---

704 Marmor rectangulum a W. Robertson Smith professore ex Aegypto Cantabrigiam in bibliothecam collegii Christi delatum. Ed. W. H. D. Rouse Journ. of hell. studies XII (1891) p. 384 (Seymour de Ricci Archiv für Papyrusforschung II p. 442 n. 59).

Θεᾷ μεγίστῃ | Εἴσιδι ἐν Μαλάλι[1] | Εἰσίδωρος | Πιαθρήους[2]

Litterae ΑΑΔΔЄΕΘΛΠΣCѠ. Nonnullis locis exstant vestigia coloris rubri. 1 Locus Aegypti ceteroqui ignotus. 2 Hic quoque locum, cuius alibi nulla exstaret memoria, designari sibi persuasit Rouse, additque W. R. Smithium nomini significationem 'locus deae Hathor' tribuere. Sed mea quidem sententia luce clarius est, non loci appellationem hic haberi, sed paterni nominis casum genetivum. Cf. n. 660, 16 Φατρήους. n. 175, 8 Πρεμαρρείους. Berl. gr. Urk. III p. 39 n. 734, 3. 29. p. 220 n. 897, 6. p. 221 n. 898, 16 Ἁτρείους. ibid. p. 123 n. 807, 6 Ἀσιήους. p. 176 n. 854, 5 Πα[πα]σήους. p. 230 n. 906, 23 Μεσωφρήους. Nominativus ni fallor Πιαθρῆς fuit.

κατεσκεύασεν ‖ ἐκ τοῦ ἰδίου[3] εὐσεβείας χάριν | ἐπ' ἀγαθῶι[4]. | L ιθ' Αὐτοκράτορος Καίσαρος Τίτου | Αἰλίου Ἁδριανοῦ Ἀντωνίνου Σεβαστοῦ | Εὐσεβοῦς[5] Φαωφί[6].

3 Cf. n. 476[5]. 4 In formula antiqua ἰῶτα ἀνεκφώνητον conservari, cum praeterea prematur, monet R. 5 Undevigesimus Antonini Pii annus 155/6 p. Chr. n. est. 6 Phaophi secundus anni Aegyptiaci mensis, in fastis illa aetate usitatis incipiens a die 28. mensis Septembris. Inter hunc igitur et diem 27 m. Octobris 155 p. Chr. haec incisa sunt.

---

705 Basis statuae inventa Alexandriae, exstat in museo oppidi *Cairo*. Ed. Nerutsos Bey Bullettino dell' Instituto Egiziano XII p. 77. J. G. Milne History of Egypt V Under Roman rule p. 190 n. 10 (Seymour de Ricci Archiv für Papyrusforschung II p. 443 n. 61).

Θεᾶι μεγίστηι Ἴσιδι Πλουσίᾳ[1] | Τιβ(έριος) Ἰούλιος Ἀλέξανδρος[2], | γενάμενος ἔπαρχος σπείρης α' | Φλαουίας[3], τῶν ἀγορανομηκότων[4], ‖ ὁ ἐπὶ τῆς εὐθ(η)νίας[5] τοῦ β' γράμματος[6], | τὸν ἀν-

Litterae ЄΘ𐅀ΠCω. Hic illic (v. 3. 5. 9) verba punctis singulis distinentur. 1 Isis cum terrae fecundidatem uberemque cuiusque generis fructuum proventum dare existimaretur, frequenter cornu copiae gerens in operibus artis statuariae repraesentabatur. Cf. quae congessit W. Drexler apud Roscher Lexikon der gr. u. röm. Mythologie II, 1 p. 458. Cf. etiam C. I. G. 4925, 1 Ἴσιδι καρποτόκῳ. Itaque etiam divitiae omnes ab ea repetebantur. 2 Aut unus ex posteris illius Ti. Iulii Alexandri, quem habes n. 586, 6. 669, 3, aut homo illius beneficio civitatem Romanam nactus; hoc praestare videtur, quia equitis Romani illustris qui ad praefecturam Aegypti pervenerat progeniem in honoribus municipalibus urbium illius provinciae versatam esse certe non admodum probabile est. 3 Cf. C. Cichorius ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie IV, 1 p. 285, qui iure hic in censum venire negat illas duas cohortes, quae appellationem *Prima Flavia* quidem gesserint, sed in Africa et Germania stationem habuerint, sed sine dubio intellegendam esse cognominem in oriente tendentem (C. I. Lat. III, 600. R. Cagnat L'année épigr. 1897 p. 106), quae etiamtum in Notitia dignitatum Orientis XXXIV, 45 Moleathae in Syria Palaestina in praesidio esse scriberetur. 4 Qui magistratus liturgicos in urbibus Aegyptiis gesserant, Romanorum aetate participio aoristi aut perfecti usi id indicare solebant, cuius rei exemplum antiquissimum F. Preisigke Städtisches Beamtenwesen im römischen Aegypten p. 5 not. 5 esse observat Pap. Lond. II p. 165, 18, ubi ut hic genetivus partitivus usurpatur τῶν γεγυμνασιαρχηκότων (a. 10 a. Chr. n.). Agoranomum vero in ordine horum magistratuum quintum locum tenere post γυμνασίαρχον (1), ἐξηγητήν (2), κοσμητήν (3), ἀρχιερέα (4) demonstravit idem p. 31. 5 ЄΥΘΥΝΙΑC. Idem magistratus alibi εὐθηνιάρχης appella-

δριάντα σὺν τῆι βάσει ἀνέθηκε | L κα´ Αὐτοκράτορος Καίσαρος Τίτου Αἰλίου | Ἁδριανοῦ Ἀντωνείνου Σεβαστοῦ Εὐσεβοῦς[7] | Μεσορῆ ἐπαγομένων γ´[8].

---

tur. Cuius quisnam gradus fuerit in ordine dignitatum (not. 4) non certum est. Agoranomo inferiorem esse Preisigke p. 31 not. 2 probabile existimat, ita ut hic in municipalibus quidem honoribus enumerandis a maiore ad minorem descendatur. At hoc quidem certum est, eutheniarchi officium tum ipsum gessisse cum haec inciderentur, agoranomi vero magistratu iam antea functum fuisse. 6 Cf. Pseudocallisthenes I, 32: θεμελιώσας δὲ τὸ πλεῖστον μέρος τῆς πόλεως Ἀλέξανδρος καὶ χωρογραφήσας ἐπέγραψε γράμματα πέντε· ΑΒΓΔΕ, τὸ μὲν Α Ἀλέξανδρος, τὸ δὲ Β βασιλεύς, τὸ δὲ Γ γένος, τὸ δὲ Δ Διός, τὸ δὲ Ε ἔκτισε πόλιν ἀείμνηστον. In parte urbis quae Δ appellabatur, inter regiam et necropolin orientalem, Iudaeos habitasse observat O. Puchstein ap. Pauly-Wissowa, testes afferens Iosephum Bell. II 488 et Philonem in Flacc. 11; litteram B prope templum Isidis Divitis fuisse ex hoc ipso titulo collegit idem. 7 Annus vigesimus unus Antonini Pii 157/8 est. 8 Die 26. m. Augusti a. 158 p. Chr. n. Cum epagomenae plerumque a mensibus separatae habeantur, nonnunquam ut hic duodecimo mensi Mesore adiunguntur, ita tamen ut nunquam dierum numerus ultra tricenarium continuetur, sed illae semper per se numerentur.

---

706 Incerto loco, fortasse prope Alexandriam. Ed. Muratori p. LXXXV, 1 (Letronne Recueil d'inscr. Gr. et Lat. de l'Égypte I p. 434 n. XLV. J. Franz C. I. G. 4683 *b*).

Εἴσιδι Φαρίᾳ[1] | Εἶσιν τὴν | ἐν Μενούθι[2] | ὑπὲρ σωτηρίας ‖ τοῦ κυρίου ἡμῶν | Αὐτοκράτορος | Ἀντωνείνου[3].

Litterae ЄΘΠCΩ. 1 Cum nihil de lapidis origine memoriae proditum sit, ex argumento tituli eum in delubro Isidis quod esset in insula Pharo collocatum fuisse colligendum est. Quorum sacrorum ni fallor vestigium exstat apud Statium Silvarum III, 2, 101 sq. *Isi, Phoroneis quondam stabulata sub antris, nunc regina Phari.* Nam quod Vollmerus eadem synecdocha atque apud Lucanum VIII, 443 Pharum pro Aegypto dici statuit, id ita modo verum est, ut cognomen deae ab illa insula derivatum in causa fuisse sumendum sit, cur hanc potissimum nominaret. Colebatur vero illic potissimum, quia maris et navigationum regimen habere existimabatur, cuius rei permulta testimonia congessit W. Drexler ap. Roscher Lexikon der gr. und röm. Mythologie II, 1 p. 474 sqq. 2 Cf. Steph. Byz. Μένουθις· Αἰγυπτία κώμη πρὸς τῷ Κανώβῳ. καὶ νῆσος Αἰθιοπίας Μενουθιάς. τὸ ἐθνικὸν Μενουθίτης τοῦ Μένουθις, διὰ τὸν τῆς χώρας χαρακτῆρα, τοῦ δὲ Μενουθιὰς Μενουθιεύς. Templum τῆς Μενουθίτιδος (sc. Ἴσιδος) ab Epiphanio adv. Haereses III p. 1093 commemorari adnotant Letronne et Franz. Ceterum quod

Isis Isidi dedicari dicitur, neque re neque vocabulis dissimile est illius quod Syll.[2] 321, 3. 4 legimus τὸν Ἡρακλῆν ἀνέθηκαν ἀφιερώσαντες Ἡρακλεῖ καὶ Ἰταλικοῖς. 3 Aut Antoninus Pius (a. 138—161 p. Chr. n.) aut Caracalla (a. 211—217 p. Chr.) intellegendus videtur, quia ex omnibus principibus qui hoc nomen gesserunt hi duo frequentissime nuda Antonini appellatione significantur.

---

707 Tyri (*Sour*) Phoenices. Ed. Héron de Villefosse Bulletin de la société nationale des antiquaires de la France 1901 p. 228. Cf. ibid. Addenda p. 322 (Revue archéologique Troisième série XLI 1902 p. 345 n. 50). Seymour de Ricci Archiv für Papyrusforschung II p. 571 n. 151, qui usus est ectypo chartaceo ab Herone de Villefosse confecto.

Τ(ίτωι) Φουρίωι | Οὐικτωρείνωι[1], | ἐπάρχωι Αἰγύπτο[υ[2],] | ἐπάρχωι πραιτωρίου[3], ‖ Φορτουνᾶτος Σεβασ[τοῦ[4]] | ἀπελ(εύθε-

---

Litterae ЄΞΠСѠ. Vs. 1 et 6 compendiaria scriptura singulis punctis media versus altitudine positis indicatur, v. 7 ΑΙΓΥΠΤΟΥ et ΚΑΙ folioli signo distinentur. 1 Cf. Prosopographia imp. Rom. II p. 102 n. 409. Praeter Marci Aurelii biographum qui praefecturae praetorii meminit (not. 3) eius in litteris mentio non fit, nisi forte recte se habet ingeniosa B. Rorghesii coniectura, in vita Pii 8 *in cuius* (Tatii Maximi) *demortui locum duos praefectos substituit Fabium Repentinum et Cornelium Victorinum* scriptum aut certe scribendum fuisse *Cornelium Repentinum et Furium Victorinum.* Cf. Borghesi Memorie dell' inst. arch. II p. 288. O. Hirschfeld Untersuchungen auf dem Gebiet der röm. Verwaltungsgeschichte I p. 226. H. Dessau Prosopogr. imp. Rom. II p. 51 n. 49. 2 Hoc munere prius functum esse Victorinum quam praefectura praetorii cum ex ordine verborum qui hic observatur apparet tum inde quod in hoc officio mortuus est (cf. not. 3). Neque id mirum, quoniam iam pridem praefectus praetorio inter omnes equestris ordinis magistratus summa dignitate esse existimabatur. Initio sane praefectus Aegypti illo etiam nobilior habebatur, ut etiamtum a Claudio hominem ex illo honore ad hunc promoveri videamus. Cf. n. 664[1]. 3 Cf. Script. hist. Aug. Antoninus Philosophus 14: *Lucius quidem* (Verus) *quod amissus esset praefectus praetorio Furius Victorinus atque pars exercitus interisset redeundum esse censebat. Marcus autem — instandum esse ducebat. denique transcensis Alpibus longius processerunt composueruntque omnia quae ad munimen Italiae atque Illyrici pertinebant. placuit autem urgente Lucio ut praemissis ad senatum litteris Lucius Romam rediret. — postquam iter ingressi sunt, sedens cum fratre in vehiculo Lucius apoplexi arreptus periit.* Ex hac narratione apparet, Furii Victorini cladem et necem accidisse paullo post L. Veri ex oriente reditum et triumphum (aestate anni 166 p. Chr. n.), cf. v. Rohden et Stein ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie III, 2 p. 1848),

ρος), ἀρχιταβλάριο[ς] | Αἰγύπτου[5] καὶ | ἐπίτροπος | προσόδων Ἀλεξα[νδρείας][6].

sed non admodum brevi tempore ante eiusdem imperatoris obitum (fere initio m. Februarii a. 169 p. Chr., ibid. p. 1854), ut satis confidenter anno 167 p. Chr. vindicari possit. Initium praefecturae, si Borghesius (cf. not. 1). verum vidit, morte Antonini Pii (die 7. m. Martii a. 161 p. Chr.) prius fuit. 4 CЄPIO. prima editio Héronis de Villefosse, quod ille rettulit ad C. Serium Augurinum cos. 156 p. Chr. n. (Prosopogr. imp. Rom. III 223 n. 387). At neque patronum liberti sic nomine gentili indicari moris est, et plane singulare et incredibile, libertum privati hominis officium architabularii Aegypti gessisse. Quod contra libertos (n. 523, 2, 3. 526, 1) aut adeo servos (n. 550, 1. 2) principum talibus muneribus fungi neutiquam rarum est. Quare O. Hirschfeld rectissime emendavit Σε(βαστ)ο[ῦ], id quod deinde S. de Ricci in ectypo agnovit. 5 Cf. n. 523, 1 sqq. Ἐάρινο[ς] Σεβαστοῦ ἀπελεύθ[ε]ρος, ταβλάριος ἐπα[ρ]χείας Ἀσίας et quae ibi exposui not. 1. 6 Hic idem officium indicari videtur de quo exposui n. 715[1].

708 Basis statuae in superiore margine foliis acanthi ornata. Anno 1886 Xoi (*Sakha*) iacentem vidit Flinders Petrie, nunc exstat in museo urbis *Cairo*. Edd. J. G. Milne Journal of Hellenic studies XXI 1901 p. 275 n. I. Ex imagine photographica a Milnio secum communicata Seymour de Ricci Archiv für Papyrusforschung II p. 446 n. 70. Cf. quae de titulo exposuit P. Meyer, Beitr. zur alten Geschichte I p. 477.

[Ὑπὲρ] σω[τηρί]ας[1] [καὶ] | διαμονῆς τοῦ κυρίου | ἡμῶν Αὐτοκράτ[ο]ρ[ος] | Καίσαρος Μάρκου Αὐ[ρηλ]ίου ‖ [Κομμόδου] Ἀντω[νείν]ου | Σεβαστοῦ Εὐσεβοῦ[ς[2] καὶ] τοῦ | σύνπαντος αὐτ[οῦ ο]ἴκου | Νεμεσιανὸς Ἀρείου τοῦ Πο[σειδωνίου[3]] | Σωσικόσμιος ὁ καὶ Ἀλθαιεύς[4], ἔ[ναρχος[5]] ‖ γυμνασίαρχος[6] τῆς

Litterae ΑΑΔЄΘЗΠCω, altiores et angustiores solito. O in universum, quidem reliquas magnitudine aequiparat, sed aliquot locis, semper in diphthongo oY et plerumque in fine versus, minutissima est. 1 ϹωΙΠΙΑϹ. 2 Commodus Augustus (180—192 p. Chr. n.). Nomen consulto deletum esse definite testatur Milne. 3 Supplevit de Ricci non sine dubitatione. 4 De duplicibus demoticis Alexandriae cf. n. 703[3]. Ceterum ut Apollonius, quem illic habes, Alexandriae et Ptolemaide, sic hic Nemesianus manifesto Alexandriae et Xoi simul civitatem habuit. 5 Cf. n. 715[2]. 6 Gymnasiarchia omnium tum temporis magistratuum liturgicorum in singulis Aegypti civitatibus nobilissimus fuit, ut docte et sagaciter demonstravit F. Preisigke Städtisches Beamtentum im römischen

Ξοϊτῶν[7] πόλεως, | ἀνέθηκα τὸν ἀνδριάντα τοῦ Πολιέως | Σαράπιδος[8], ἐπιδοὺς εἰς τοῦτο μετὰ τὸ | ἐξ ἔθους διδόμενον καὶ τὸ λοιπ[ὸν τ]ὸ | ἀναλωθὲν δαπάνημα ἐ[κ] φιλοτιμίας ‖ ἐπὶ [Οὐετουρίου Μακ]ρίνου[9] ἐπάρχου Αἰγύπτου, | ἐπιστρατηγοῦντος Αὐρηλίου Ἰάσονος[10], | στρατηγοῦντος Ἀρτεμιδώρου[11], | ἔτους κα′[12] Ἐπεὶφ ι′[13].

Aegypten p. 30 sqq. Cf. etiam ibidem p. 53 sqq. 7 Cf. Strabo XVII, 1, 19 p. 802: ἐν δὲ τῇ μεσογείῳ τῇ ὑπὲρ τοῦ Σεβεννυτικοῦ καὶ Φατνιτικοῦ στόματος Ξόις ἐστὶ καὶ νῆσος καὶ πόλις ἐν τῷ Σεβεννυτικῷ νομῷ. Ptolemaeus Geogr. IV, 5, 21 p. 708, 5: Ξοΐτης νομὸς καὶ μητρόπολις Ξόις. Strabonem exscripsit Stephanus Byz. s. v. Apud Hieroclem Synecd. 724, 10 nomen in Ζωῆς corruptum est. Hodierni *Sakha* loco oppidum situm fuisse iam Champollion coniecerat, cuius sententia hoc lapide illic invento confirmatur. 8 Sarapin in universum non solere cognominibus ornari, cum Isis ingenti numero eiusmodi appellationum insignis sit, observat Milne. Vix monendum est, hanc epiclesin repetitam esse a Graecorum Iove, cuius etiam proprium nomen nonnunquam illi imponitur. Cf. C. I. G. III Addenda p. 1186 n. 4683*c*: Διὶ μ[εγάλῳ] βασιλ(ε)ῖ Σαράπιδι. 9 Supplevit P. Meyer ex papyro biennio recentiore quam hic titulus est edito Berl. gr. Urk. III p. 171 n. 847, 3: Οὐετουρίου Μακρίνου. v. 6 κγ′ (ἔτους) Μάρκου Αὐρηλίου Κομμόδου (182/3 p. Chr. n.). Postea idem homo praefectus praetorio fuit. Cf. Vita Didii Iuliani 7: *ipse autem* (Didius Iulianus) *tertium fecit praefectum* (a. 193 p. Chr.) *Veturium Macrinum, ad quem Severus litteras miserat, ut esset praefectus.* Ceterum erasum esse nomen testatur Milne. Quod manifesto factum est propter damnatam memoriam Opellii Macrini Augusti a. 218 p. Chr. necati, perinde ut n. 664, 1. 8 bis Lusii Getae praefecti nomen deletum observamus propter Septimium Getam imperatorem. 10 Epistrategus est Aegypti inferioris (Δέλτα). 11 Strategus nomi, quem Xoiten cum Ptolemaeo (not. 7) intellegere praestabit, quam Sebennyticum secundum Strabonem (ibid.). Neuter quidem scriptor errare videtur, sed uterque de suo tempore verum dicere, quoniam constat nomorum divisionem, fines, nomina haud paucas subiisse mutationes. Atqui titulus Ptolemaeo etiam recentior est. 12 Commodi anni in Aegypto ab initio imperii patris numerantur. Hic igitur annus 180/1 p. Chr. n. indicatur. 13 Epiph, undecimus fastorum Aegyptiorum mensis, illa aetate incipiebat a die 25 m. Iunii. Hic igitur dies 4. m. Iulii a. 181 p. Chr. significatur.

---

709 Alexandriae in ara. Ed. Sc. Maffei Mus. Veron. p. XLI (Inde post alios repetiverunt Letronne Recherches pour servir à l'histoire de l'Égypte p. 294 et J. Franz C. I. G. 4679). Cf. quae adnotaverunt J. G. Droysen Kleine Schriften II p. 371 sqq.

Th. Mommsen Röm. Geschichte V p. 557. G. Lumbroso L'Egitto p. 77 sqq. U. Wilcken Observationes de hist. Aeg. p. 17 sqq. et ap. Droysen l. l. p. 435.

Ἡ πόλις τῶν Ἀλεξαν|δρέων[1] καὶ Ἑρμούπο|λις ἡ μεγάλη[2] καὶ

Litterae ΘΞΠΣ. Fines hastarum apicibus ornati. Vs. 13 ΛΟΓΟΙΣ infra mediam proxime superioris versus partem scriptum, utrimque singula foliola. 1 Quod Mommsenus ante Septimium Severum senatu caruisse colligit ex hoc titulo neque omnino formam, iura, magistratus Graeco more habuisse caput Aegypti existimat, id mihi perquam dubium videtur. Nam utique fuisse homines, quibus liceret civitatis nomine decernere de honoribus in aliquem deferendis, hic videmus. Atqui comitia (ἐκκλησίαν) fuisse neque vero senatum (βουλήν) in nulla civitate Graeca credibile est atque omnium minime Alexandriae. Magistratus sane non a civibus electi, sed ab imperatore nominati esse videntur, quod in urbe quae regis regnique sedes erat, non singulare est, sed idem Pergami iam tertio a. Chr. n. saeculo usu venisse videmus supra n. 267, 21. 22 cum not. 12. 2 Oppidum Heptanomidis situm ad sinistram Nili ripam. Cf. Ptolemaeus Geogr. IV, 5, 30 p. 717, 5 εἶτα Ἑρμοπολίτης νομὸς καὶ μητρόπολις ἀπὸ δυσμῶν τοῦ ποταμοῦ μεσόγειος Ἑρμούπολις μεγάλη. Adiectivum μεγάλη nomini adiungitur etiam in papyris Berl. gr. Urk. III p. 162 n. 842 III, 3. IV, 3. V, 3. VI, 2. 3. VII, 2. 3. p. 224 n. 900, 30. Praeterea cf. Ammian. Marc. XXII, 16, 2 *igitur Thebais* (Heptanomida omnino in hac terrae divisione ignorat scriptor) *multas inter urbes clariores aliis Hermopolim habet et Copton et Antinou.* Itin. Antonini p. 154 *Hermupolis.* Plinius Nat. hist. V, 61 *ab iis* (montibus qui finiunt Thebaidem) *oppida Mercurii, Alabastron, Canum et supra dictum Herculis.* Strabo oppidi quidem mentionem non facit (nam XVII, 1, 18 p. 802. 22 p. 803 ad alteram urbem Ἑρμούπολιν τὴν μικράν spectant), sed castelli prope siti in confiniis Heptanomidis et Thebaidis. Cf. XVII, 1, 41 p. 813: ἑξῆς δ' ἐστὶν Ἑρμοπολιτικὴ φυλακή, τελώνιόν τι τῶν ἐκ τῆς Θηβαΐδος καταφερομένων. Urbs hodie *Aschmunein* appellatur. Cum antiquitus nobilis fuerit, mireris Droysenum eam hic agnoscere noluisse. Sed cum luce clarius sit, omnes qui hanc Aristidis statuam dedicarent Graecos fuisse, Hermupolis magna vero ut reliquorum nomorum metropoles praeter hunc locum nusquam ab Aegyptiis oppidis discernatur, ille Ptolemaida Thebaidis, quae manifesto non origine modo, sed etiam iure et forma administrationis civitas vere Graeca fuit (cf. n. 47 sqq.) designari sibi persuasit. At hoc nomine redarguitur, nam id manifesto a deo Mercurio descendit, cum cognomen Πτολεμαῒς ἡ Ἑρμείου (Ptolemaeus Geogr. IV, 5, 31 p. 720, 2) non possit non referri ad hominem Hermiam, de quo sane nihil aliud compertum habemus. Quare Droyseni sententiam et alii reiecerunt et ipse retractavit Gesch. des Hellenismus III, 1 p. 44. Quo pacto ante medium saeculum p. Chr. n. alterum oppidum antiquum Aegyptiacum in civitatem Graecam conversum sit ignoramus.

ἡ βου|λὴ[3] ἡ Ἀντινοέων νέ||ων Ἑλλήνων[4] καὶ οἱ | ἐν τῶι Δέλτα τῆς Αἰ|γύπτου[5] καὶ οἱ τὸν Θη|βαϊκὸν νομὸν οἰκοῦν|τες[6] Ἕλλη-νες ἐτίμη||σαν Πόπλιον Αἴλιον | Ἀριστείδην[7] Θεόδωρον[8] | ἐπὶ ἀνδραγαθίαι καὶ | λόγοις.

---

3 Hinc Mommsenus collegit, senatu caruisse Alexandriam et Hermupolin, habuisse unam Antinoupolin. Quod cur improbarem exposui not. 1; quod in illis duabus civitas (ἡ πόλις), Antinoupoli vero senatus (ἡ βουλή) honores Aristidis decrevisse dicuntur, eo rettulerim, quod hic quidem uni senatui per se populi nomine talia constituere licuerit, illic vero aliorum consensu opus habuerit. Comitia antiquo more Graecorum tertio quidem a. Chr. saeculo Ptolemaide Thebaidis fuisse constat (n. 47, 1. 2. 48, 1. 10. 11. 49, 6), at id de Alexandria et Hermupoli Antoninorum aetate credibile mihi non videtur. Sed fortasse magistratuum consensu demum senatus decreta rata fiebant. 4 Cf. n. 701[3]. Quia paucis demum decenniis ante conditum erat oppidum, cives νέοι Ἕλληνες appellantur. 5 Civitas Graeca in Delta erat Naucratis, quae ut Ptolemaeorum regno formam antiquam retinuit (cf. n. 120[1]), sic Romanorum principatu idem usu venisse certe non improbabile est. Quod non nominatim commemoratur, eo redire videtur, quod in Delta etiam passim aliis locis, quae enumerare longum erat, singillatim habitabant homines origine et iure Graeci. 6 Hac appellatione contineri Ptolemaeenses, qui inter civitates Graecas Aegypti aegre desiderarentur, conicit Droysen Gesch. des Hell. III, 1 p. 44 not. 3. Causa, cur nomen urbis taceretur, eadem fuisse videtur quam exposui not. 5. 7 De P. Aelio Aristide rhetore nobilissimo cf. W. Schmid ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie II, 1 p. 886 n. 24. Intra annorum 149—154 p. Chr. n. fere spatium in Aegypto commoratus totam terram usque ad fines Aethiopiae quater peragravit atque adeo a Nili valle ad mare pervenire conatus est (Or. XLVIII, 1 p. 264, 11 Keil. § 33 p. 274, 4. § 47 p. 278, 25. § 91 p. 292, 19). Quod familiaritatem cum Avidio Heliodoro (cf. Or. XXVI, 75 p. 444, 14 Keil ἧκει δέ μοι καὶ παρὰ Ἡλιοδώρου τοῦ τῆς Αἰγύπτου ὑπάρχου γενομένου γράμματα ἅμα τοῖς βασιλικοῖς) tunc in Aegypto contractam conicit Schmid, id sane cum temporum ordine pugnare mihi videtur. Nam is quidem fere decennio ante (a. 139—143 p. Chr. n., cf. n. 702[5]) illa praefectura functus erat. Ceterum similem huius Alexandrinae statuam Smyrnae erectam commemoravit Philostratus Vit. soph. II, 9, 1 p. 87, 6 Kayser: ἃ δέ γε ἐπῆλθεν ἔθνη, Ἰταλοί τέ εἰσι καὶ Ἑλλὰς καὶ ἡ πρὸς τῷ Δέλτα κατῳκημένη Αἴγυπτος, οἳ χαλκοῦν ἔστησαν αὐτὸν ἐπὶ τῆς κατὰ τὴν Σμύρναν ἀγορᾶς. 8 Hoc cognomen ipse Aristides narrat ab Aesculapio deo per morbi tempora sibi impositum. Cf. Or. XXVI, 53 p. 439, 8 K. καὶ μὴν τοὔνομά γε ὁ Θεόδωρος οὕτως ἐπωνομάσθη μοι· προσρηθῆναι μὲν ἔδοξα ὡς ἐν Σμύρνῃ ὑπό τινος καὶ μάλα συγχαίροντος· ʽΘεόδωρε χαῖρεʼ —, δέξασθαι δὲ οὕτω τὴν πρόσρησιν, ὡς ἄρα πᾶν τοὐμὸν εἴη τοῦ θεοῦ δωρεά. § 70 p. 443, 3 καὶ τοὔνομα ὡς πρὸς τῷ ἀρχαίῳ τὸν Θεόδωρον προσέθετο (ὁ Ἀσκληπιός). Ceterum Aristidem hoc nomine re vera usum esse uno huius tituli testimonio probatur, ut observaverunt editores.

710 Titulus incisus limini superiori portae inter rudera templi alicuius in vico Caranide nomi Arsinoitae (*Kôm-Ushîm*). Ed. D. G. Hogarth ap. Grenfell et Hunt Fayûm towns and their papyri p. 34 n. IV (Revue archéol. Troisième série XXXIX 1901 p. 151 n. 95. Seymour de Ricci Archiv für Papyrusforschung II p. 447 n. 73).

Ὑπὲρ Αὐτοκράτορος Καίσαρος Μάρκου Αὐρη[λ]ίου [Κ]ο[μό]δου | Ἀντωνίνου Καίσαρος τοῦ κυρίου Εὐτυχοῦς Εὐσεβοῦς Σεβαστο[ῦ [1]] | L(λ′) [2], Ἐπείφ [3], Πετεσούχῳ [4] θεῷ μεγάλῳ καὶ Πνεφερῶτι [5] τὸ π[ρ]οπύλα[ιον] | χρόνῳ [διαφθαρὲ]ν [ἀ]νώρθωσεν ἐκ τοῦ ἰδίου [6] Ἀπολλώνιος [7] || ἐπ' ἀγαθῶι [8].

Litterae ΑΘοΠΣ. Vs. 5 post ΑΓΑΘΩ signum folioli simile. 1 Commodus Augustus (a. 180—192 p. Chr. n.) hic sine dubio designatur. Cognominis v. 1 fin. consulto deleti reliquias ΟΝΟΔΟΥ agnovit editor. M. Aurelius Commodus Antoninus appellabatur inde ab anno 180 p. Chr. usque ad a. 191 p. Chr., quo nomina quae usque ad patris mortem gesserat, L. Aelius Aurelius Commodus, repetivit. Quo tempore hic titulus paullo antiquior est. Cf. notam proximam. 2 Α lapis. Emendavit Hogarth, qui monet in Aegypto Commodi annos numerari solere a patris M. Aurelii imperii initio (die 7. m. Martii 161 a. Chr. n.). Itaque trigesimus eius annus 189/90 p. Chr. n. est. 3 Mensis undecimus anni Aegyptiaci. Hic titulus igitur inter diem 25. m. Iunii et diem 24. m. Iulii a. 190 p. Chr. n. exaratus est. 4 Cf. n. 187[3]. 667, 3. 671, 2. 5 Cf. Vol. I Add. p. 653. n. 667, 3. 671, 2. 6 Cf. n. 476[5]. 7 De huius hominis condicione civili titulo ibidem reperto Fayûm towns p. 34 IV*a* edocemur: Ἀπολλώνιος σιτ(ολόγος) | ἀνέθηκε ἐπ' ἀγαθ[ῷ]. Hogarth. 8 Cf. n. 699[6].

---

711 Basis lapidis porphyritae inventa Alexandriae inter relliquias castrorum Romanorum. Ed. Nerutsos-Bey Revue archéol. Troisième sér. X (1887) p. 209 n. 48. L'ancienne Alexandrie p. 119. Cf. quae de titulo exposuerunt P. Meyer Hermae XXXIII p. 268. Stein ap. Pauly-Wissowa Realencykl. III p. 2720 n. 150 (Repetivit Seymour de Ricci Archiv für Papyrusforschung II p. 562 n. 99).

---------- Σεβαστοῦ | Ἐπειφὶ [1] κ′, | ἐπὶ Κλαυδίου Φίρμου [2] | λαμπροτάτου ἐπανορθωτοῦ [3].

Litterae Є (sed v. 3 init. ΕΠΙ) ΘΠCΩ. 1 De nominis forma cf. n. 639[2]. Undecimus est anni Aegyptii mensis, tum ex Alexandrinorum fastis incipiens a die 25. mensis Iunii. Hic igitur d. 14. m. Iulii indicatur, sed annus ignotus est, quia quodnam principis nomen initio deletum sit definiri nequit. Etenim

Nerutsi et Meyeri coniecturae a prava temporis definitione profisciscuntur. Namque illi quidem Aureliani principatui monumentum vindicant, cum re vera (cf. not. 3) Diocletiani aetate non sit antiquius. 2 Cum Flavius Vopiscus in vita Firmi tyranni c. 3 alius eorundem temporum Firmi mentionem faciat, qui praefectus Aegypti fuerit, hunc in hoc titulo intellegit Nerutsos. Quod contra Meyer scriptorem foedo errore duos distinguere opinatur homines, cum re vera unus idemque fuerit, primo praefectus Aegypti, deinde rebellis principatusque affectator; huic postquam defecisset demum hanc statuam ab ipsius asseclis positam esse. Sed uterque homo doctus de honoris vocabulis quae nomini proprio subiunguntur (not. 3) in manifesto errore versatur. 3 Haec expressa esse ex Latino *illustrissimus restaurator* sibi persuasit Nerutsos, ut indicaretur Firmi praefecti potissimum ope ac merito Palmyrenorum in Aegypto dominationem eversam et Romanorum imperium restitutum esse. At Meyer eum potius significari existimavit, qui Aegyptum Romanis eripuisset atque in libertatem vindicasset. Sed hae interpretationes ut sunt contrariae, sic tamen ab uno eodemque proficiscuntur errore de vocis ἐπανορθωτής natura ac vi. Quae neutiquam in laudum late patentium et parum definitarum numero habenda est, quales sunt εὐεργέτης, σωτήρ similia, sed vocabulum sollenne iuris publici est, expressum ex Latino *corrector*. Quos correctores noverunt in imperio Romano tria prima post Chr. saecula, ei hic in censum non veniunt. Nam illi in provincias mittebantur ad corrigendum statum liberarum civitatum, cui instituto in ea imperii administrationisque forma, quae in Aegypto obtinebat, profecto nullus erat locus. At cum Diocletiani principatu Aegyptus in plures provincias divideretur, provinciam Augustamnicam gubernabat corrector, ut docet Notitia Dignitatis Orientis I, 127 p. 5 Seeck, allata a Steinio, qui primus omnium titulum recte interpretatus est.

---

712 Basis marmoris in fronte hunc titulum, in aversa parte recentiorem Latinum (not. 1) tenens, Alexandriae in museo. Latina edidit Th. Mommsen Ephemeris epigraphica II p. 468 n. 1026. C. I. Lat. III, 6584 et ex Bottii apographo III, 12049, Graeca ex eiusdem exemplo III, 13571 (Seymour de Ricci Archiv für Papyrusforschung II p. 566 n. 127).

Αἴλιον Δημήτριον[1], | τὸν ῥήτορα, | [ο]ἱ φιλόσοφοι[2], | [Φλα]ουΐου

Litterae ϵΘΠϹω. Vs. 2 vocabula TON PHTOPA utrimque singulis signis folioli figura circumdata. 1 Cum huius honoribus nihil necessitudinis intercedit titulo Latino in altera basis parte scripto: *[Domi]num orbis terr[arum | tot]ius . pietatis . Aug[ustum] | Aur(elium) . Val(erium) . Diocletian[um] | patrem . Augustoru[m] | Aur(elius) . Serapion . ve[t]|er[anus -----] o. b.* Titulus Graecus Diocletiani principatu sine dubio aliquanto antiquior fuit, sed utique propter nomen gentile *Aelius* Hadriani aetate non

Ἱέρακος ‖ [το]ῦ συσσίτου[3] ἀναθέντος, | [τὸν φίλον[4] ἑαυτ]ῶν καὶ πατέρα.

---

prior. Hominem ipsum nemo quod sciam commemorat, nam qui apud Laertium Diogenem V, 84 est ὄγδοος ὁ διατρίψας ἐν Ἀλεξανδρείᾳ σοφιστής, τέχνας γεγραφὼς ῥητορικάς, eum multo antiquiorum temporum esse manifestum est quia in homonymorum indice inter Demetrium Byzantium rerum scriptorem (medio saeculo a. Chr. tertio, cf. Susemihl Gesch. der gr. Litteratur in der Alexandrinerzeit I p. 620) et Demetrium Ixiona grammaticum Aristarchi fere aequalem (Susemihl ibid. II p. 164 sqq.) medium locum tenet. 2 Cf. n. 714[4]. Apparet philosophos intellegi qui in Museo una cenabant, qui honore afficiunt hominem ex alia Musei classe, ut voce in hodiernis academiis usitata rem significem. 3 Ambigas utrum hoc ad οἱ φιλόσοφοι referas (τοῦ ἑαυτῶν συσσίτου) an ad Αἴλιον Δημήτριον. Itaque aut unus ex ipsorum numero hanc operam praestitit philosophis, aut homo qui in oratorum syssitio una cum Demetrio cenare solebat. Sed illud mihi quidem probabilius videtur. 4 Supplevi. Proximum pronomen iam Mommsenus restituit, nisi quod αὐτ]ῶν scribere maluit. Aliam viam ingressus est Seymour de Ricci, cum [τὸν διδάσκαλ]ον καὶ πατέρα scriberet. At primum quidem ante KAI Bottii exemplum a Mommseno expressum ωN habet, non ON. Deinde vero, si ut nos fecimus post ἀναθέντος commate distinguas, minus apte omnes philosophi qui in Museo versantur praeceptorem praedicant hominem, qui ipse non sit philosophus, sed rhetor. Sin vero, quae videtur Riccii mens esse, postrema a participio ἀναθέντος suspendas, non recte haec ad eum qui hoc negotium administravit referuntur, cum debuerit eorum potius, qui dedicationis auctores essent, cum Demetrio familiaritas et necessitudo indicari. Amicitia et paternus animus erga philosophos vero etiam in eum hominem cadunt, qui alii Musei classi ascriptus fuerit.

---

713 Marmor, quod inventum quidem esse videtur Alexandriae, nunc vero exstat in museo oppidi *Cairo*. Ed. J. G. Milne Journal of Hellenic studies XXI 1901 p. 283. Ex imagine photographa a Jougueto transmissa Seymour de Ricci Archiv für Papyrusforschung II p. 567 n. 130.

Εὐτυχῶς καὶ ἐπ' ἀγαθῶι[1] Μάρκωι Αὐρηλίωι Μικκάλωνι[2] τῶι

Litterae ΑΔΔЄΘΛΛΜΞΠϹ+(ψῑ)ω. Versus 11 maioribus litteris exaratus. 1 Cf. n. 699[6]. 2 Cum is qui opus dedicavit itemque pater et avus uterque nominibus *Marcus Aurelius* utantur, Seymour de Ricci apud Milnium recte observavit, familiam hanc civitatem Romanam, qua iam per tres aetates utebatur, illa nobilissima imperatoris Antonini constitutione (a. 212 p. Chr. n.) nactam esse, ut titulum anno 250 p. Chr. n. vix antiquiorem esse posse intellegatur.

καὶ Θεοφίλωι, | ἐνάρχωι γυμνασιάρχωι[3] καὶ ἀγωνοθέτη[ι], ἀπὸ τῆς ἱερᾶς θυμελικῆς | καὶ ξυστικῆς συνόδου[4], ψηφίσματι τετιμημένωι, φιλοτίμως | ἀλ(ε)ίφοντι, υἱῶι Μάρκου Αὐρηλίου Θεοφίλου τοῦ καὶ Ἀφροδισίου, ‖ γυμνασιαρχήσαντος καὶ ἀγωνοθετήσαντος, υἱωνῶι Μάρκου | Αὐρηλίου Εὐδαίμονος τοῦ καὶ Ἀφροδισίου, γυμνασιαρχήσαντος | καὶ ἀγωνοθετήσαντος, θυγατριδῷ Μάρκου Αὐρηλίου Ἱέρακος τοῦ | καὶ Εὐδαίμονος, γυμνασιαρχήσαντος καὶ ἀγωνοθετήσαντος |, ἁπάντων[5] ἀπὸ τῆς ἱερᾶς θυμελικῆς καὶ ξυστικῆς συνόδου, ‖ προγόνω[ν γε]γυμνασιαρχηκότων[6], ψηφίσματι τετιμημένων. | [ἔ]τους πρώτου Φαμενὼθ λ΄.

3 Gymnasiarchus dignitate primus est inter magistratus liturgicos urbium Aegyptiacarum. Cf. n. 708[6]. De vocabuli ἔναρχος notione v. n. 715[2]. 4 Hic cum Milnio commate distinguere malui, quod de Ricci omittit. Nam si haec a τετιμημένωι penderent, soloecismus praepositionis ἀπὸ pro ὑπὸ positae quidem illa aetate nullam haberet offensionem, sed infra v. 10 illa προγόνων γεγυμνασιαρχηκότων inter ἀπὸ τῆς — συνόδου et τετιμημένων interposita pessime se haberent. Duae igitur res praedicantur ut de M. Aurelio Miccalone, ita de eius maioribus, eos et synodo illi interfuisse et decretis honorariis ornatos esse. 5 Hi omnes, ut Miccalo, synodi thymelicae et xysticae interfuerunt. 6 Cum hoc singillatim (v. 5. 6. 8) de patre et avo utroque iam enuntiatum sit, mireris de omnibus coniunctim idem repeti. Quare nescio an praestet sic interpretari, illos ipsos maiores iam προγόνων γεγυμνασιαρχηκότων fuisse, i. e. et maternos et paternos Miccalonis maiores iam ante avorum aetatem plus semel gymnasiarchia functos esse.

---

714 Lapis anno 1660 repertus Romae ʻin hortis canonicorum regularium (vulgo S. Petri ad Vincula)ʼ. Ex schedis Lucae Holstenii Barberinianis post alios edd. J. Franz C. I. G. 5914. G. Kaibel Inscr. Gr.. Sic. et It. 1103 (R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. I p. 65 n. 154). Cf. quae exposuit Th. Mommsen Röm. Gesch. V p. 590 cum not. 1.

[Μ(ᾶρκον) Αὐρ(ήλιον) Ἀσκ]ληπιάδην Ἀλε[ξανδρέα, | παγκρατιασ]τὴν περιοδονείκη[ν[1], | πρεσβύτατο]ν νεωκόρον τοῦ μεγά[λου |

Litterae ЄΞΠCѠ. Vocabula non constanter, sed satis frequenter, Romano more singulis punctis distinentur. 1 Cf. Inscr. Gr. Sic. et It. 1102, 1 sqq. Μάρκου Αὐρηλίου Δημητρίου — παγκρατιαστοῦ περιοδονείκ[ου]. Omnino memoria περιοδονεικῶν i. e. hominum qui in omnibus illis quattuor nobilissimis nationis Graecae ludis vicerint, quibus nonnunquam recentiores adiunguntur ut Actia (Olympia V p. 343 n. 230, 3), perfrequens est in titulis agonisticis aetatis Romanae.

Σαράπιδ]ος[2] καὶ τῶν[3] ἐν τῷ Μουσείῳ ‖ [σειτου]μένων ἀτελῶν φιλοσόφων[4], | [ἀρχιερέ]α τοῦ σύμπαντος ξυστοῦ[5], | [διὰ] βίου ξυστάρχην καὶ ἐπὶ | βαλανείων τοῦ Σεβαστοῦ[6], | ἡ σύνοδος[7].

2 Cf. Inscr. Gr. Sic. et It. 1102, 5 ὁ πρεσβύτατος τῶν νεωκόρων τοῦ μεγάλου Σαράπιδος. De Sarapidis fano et cultu in urbe Alexandrinorum cf. n. 699[4]. 3 Genetivum non a νεωκόρον pendere, sed partitivum esse, ut Asclepiadem ipsum e numero philosophorum qui in Museo cenent esse indicetur, vix est quod moneam. 4 Munificentia Caesaris ut antea regis hominibus doctis, qui in Musei societatem recepti erant, duplex beneficium obtingebat, cena in Museo (σίτησις ἐν Μουσείῳ ut quondam Athenis ἐν πρυτανείῳ) et immunitas (ἀτέλεια). Sed totum corpus huius contubernii rursus pro cuiusque studio et arte in plures societates dividebatur, philosophorum quos hic et n. 712, 3 et Bull. de corr. Hell. IV 1880 p. 405 n. 21, 3, cuius tituli admonet Mommsen, habemus; rhetorum (n. 712, 2. Philostratus Vit. soph. I, 22, 3. 25, 3), medicorum (οἱ ἐν Ἐφέσῳ ἀπὸ τοῦ Μουσείου ἰατροί Wood Ephesus, Inscr. from Tombs p. 8 n. 7, 6) poëtarum (C. I. G. 4748, 5 Ἀργείου Ὁμηρικοῦ ποιητοῦ ἐκ Μουσείου. Athenaeus XV, 677e: Παγκράτης τις τῶν ἐπιχωρίων ποιητὴς — Ἁδριανῷ τῷ αὐτοκράτορι ἐπιδημήσαντι τῇ Ἀλεξανδρείᾳ μετὰ πολλῆς τερατείας ἐπέδειξεν τὸν ῥοδιάζοντα λωτόν, φάσκων αὐτὸν δεῖν καλεῖν Ἀντινόειον· — ἡσθεὶς οὖν ἐπὶ τῇ τῆς ἐννοίας εὑρέσει καὶ καινότητι τὴν ἐν Μουσῶν αὐτῷ σίτησιν ἔχειν ἐχαρίσατο). Mommsen. Philosophorum rursus singulae sectae sua discreta syssitia habebant. Cf. Cassius Dio LXXVII, 7, 3 καὶ δὴ καὶ τοὺς φιλοσόφους τοὺς Ἀριστοτελείους ὠνομασμένους τά τε ἄλλα δεινῶς ἐμίσει (Antoninus Caracalla), ὥστε καὶ τὰ βιβλία αὐτῶν κατακαῦσαι ἐθελῆσαι, καὶ τὰ συσσίτια ἃ ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ εἶχον τάς τε λοιπὰς ὠφελείας, ὅσας ἐκαρποῦντο, ἀφείλετο ἐγκαλέσας σφίσιν ὅτι συναίτιος τῷ Ἀλεξάνδρῳ τοῦ θανάτου Ἀριστοτέλης γεγονέναι ἔδοξε. Sed utut hae cenae multifariam divisae erant, nonnunquam tamen omnes, qui hoc beneficio in Museo fruebantur, unum corpus efficiunt, ut Berl. gr. Urk. III p. 33 n. 729, 1 Διονυσίῳ, Δε[ί]ου γενομένου στρατηγοῦ τῆς πόλεως | υἱῷ, νεωκόρῳ τοῦ μεγάλου Σαράπιδος, τῶν δὲ ἐν τῷ Μουσείῳ | σειτουμένων ἀτελῶν ἱερεῖ, ἀρχιδικαστῇ καὶ πρὸς τῇ ἐπιμελείᾳ τῶν χρηματιστῶν καὶ τῶν ἄλλων κριτηρίων. 5 Cf. Inscr. Gr. Sic. et Ital. 1102, 6. 7 ἀρχιερεὺς τοῦ σύμπαντος ξυστοῦ. De ratione quae inter universum xystum et synodum xysticam intercedit cf. not. 6. 7 et Olympia V p. 528 ad n. 436. 6 Verba διὰ βίου ad ξυστάρχην, non ad ἀρχιερέα τοῦ σύμπαντος ξυστοῦ referenda sunt, nam illud quidem officium perfrequenter perpetuum est atque adeo nonnunquam hereditarium (cf. Olympia V p. 117 n. 55, 7 sqq. διὰ τὴν πρὸς τοῦ [Σ]εβαστοὺς γνῶσιν τυχόντα τῆς διὰ γένους ξυστ[α]ρχίας πάντων τῶν ἀγομένων ἀγώνων ἐν Ζμύρνῃ), hoc vero ad unum modo feriarum conventum pertinere videtur, quoniam ξυστικὴ σύνοδος (not. 7) quidem perpetua est, ὁ σύμπας ξυστός vero omnes athletas comprehendere videtur, qui ad quasque ferias concurrerunt. Xystarchae ab imperatore instituebantur (cf. titulum Olympicum quem modo attuli et C. I. Att. III, 1171, 1—3 ὃν βασιλῆς ἔστεψαν ἐπ' εὐδικίῃ βιότοιο καὶ σταδίοις ἱεροῖς στῆσαν ἀεθλοθέτην ξυστάρχην Κεκρόπεσσι καὶ ἀθλητῆρσι, Τρύφωνα); quare huius officii cum cura

balineorum Augusti coniunctio nihil habet miri. Eadem διὰ βίου ξυστάρχην καὶ ἐπὶ βαλανείων Σεβαστῶν redeunt in aliis urbis Romae titulis. Cf. Inscr. Gr. ad res Rom. pert. I p. 63 n. 150, 4 sqq. 151, 3. 152, 13 sqq. 153, 7. p. 65 n. 155, 8. 9. 7 Huius synodi frequens est in titulis memoria. Epistulas imperatorum Hadriani et Antonini Pii ad eam datas habes Inscr. Gr. Sic. et It. 1054 (Inscr. Gr. ad res Rom. pert. I p. 62 n. 149). 1055 (Inscr. Gr. ad res Rom. pert. I p. 62 n. 146) sic inscriptas: συνόδῳ ξυστικῇ τῶν περὶ τὸν Ἡρακλέα ἀθλητῶν ἱερονεικῶν στεφανειτῶν χαίρειν. Cf. etiam Inscr. Gr. Sic. et It. 1109 (Inscr. Gr. ad res Rom. pert. I p. 26 n. 150) ἡ ἱερὰ ξυστικὴ σύνοδος τῶν περὶ τὸν Ἡρακλέα. 1105 (Inscr. Gr. Rom. I p. 65 n. 155), 1. 1107 (Inscr. Gr. Rom. I p. 65 n. 156), 2. Olympia V p. 527 n. 436: [Τῶν ἀπὸ τῆς] οἰκουμένης ἀθλη|[τῶν ὅ τε] σύμπας ξυστός, | [οἱ παραγ]ενομένοι ἐπὶ τὸν | [ἀγῶνα] τῶν Ὀλυμπίων Ὀ|[λυμπι]άδι σις' (85 p. Chr. n.), καὶ ἡ ἱερὰ | [ξυσ]τικὴ σύνοδος. Alia sine dubio est ἡ ἱερὰ θυμελικὴ καὶ ξυστικὴ σύνοδος n. 713, 2. 3. 6, cui non athletae modo intererant.

---

715 Basis marmoris albi inventa anno 1880 Alexandriae cum fundamenta iacerentur hospitalis Graeci ante ecclesiam S. Sabae, inter synagogam Israëlitarum et theatrum *Zizinia*. Ed. Neroutsos-Bey Revue archéol. Troisième sér. IX (1887) p. 203 n. 9.

Αὐρ(ήλιον) Σαβεινιανὸν | τὸν κράτιστον | ἐπὶ τῶν καθ' ὅλου λόγων[1] | Αὐρ(ήλιος) Νεμεσίων || ἔναρχ(ος)[2] ὑπομνηματογράφος[3].

Litterae ЄЄΘΠCω. 1 Idem summus administrationis pecuniariae per totam Aegyptum praefectus, qui Ptolemaeorum aetate διοικητής (n. 536), post Diocletianum καθολικὸς Αἰγύπτου dicitur, hic intellegendus est. Cf. n. 686², ubi aliae eiusdem magistratus appellationes (*procurator summae rei apud Alexandriam*, ἐγκεχειρισμένος τῆς κατ' Ἀλεξάνδρειαν βασιλικῆς διοικήσεως) ex litteris Graecis Latinisque afferuntur. 2 In Aegypto haud raro idem magistratus municipalis pluribus hominibus mandabatur, ut non una officiis eius fugerentur, sed per menses alternarent. Qui quoque mense negotia gerebat, is ἔναρχος appellabantur. Sic F. Preisigke Städtisches Beamtenwesen im röm. Aegypten p. 60 illa ἔναρχος γυμνασίαρχος, ἔναρχος ἐξηγητής, quae in titulis (n. 713, 2) et in papyris obvia sunt, explicavit. Eadem vi ἔναρχος ὑπομνηματογράφος accipiendum videtur. 3 Cf. n. 147⁶. Romanorum dominatione per omnes metropoles Aegypti magistratuum municipalium liturgicorum ordinem ita constitutum esse, ut hypomnematographus infimum locum teneret post gymnasiarchum, exegetam, cosmetam, antistitem sacrorum (ἀρχιερέα), aedilem (ἀγορανόμον), eutheniarcham, probavit F. Preisigke Städtisches Beamtenwesen im römischen Aegypten p. 30 sqq.

---

716 Lapis, quondam apud mercatorem in oppido *Achmîm*, ubi exscripsit Sayce, nunc in museo Berolinensi. Ex Saycii et Schubarti

apographis ed. Seymour de Ricci Archiv f. Papyrusf. II p. 564 n. 114 (Revue arch. Sér. IV T. II 1903 p. 438 n. 228).

Θεὸν μέγαν Ἑρμῆν | Τρισμέγιστο[ν][1] | Γάϊος Ἰούλιος Σεουῆρο[ς] | λεγ(εῶνος) β' Τρ(αϊανῆς)[2] Ἰσχυρᾶς[3] ‖ Γορδιανῆς[4] εὐχ[ὴν] | ἀνέθηκα.

---

1 Antiquitus Aegyptiorum deus Thoth a Graecis Mercurii nomine significabatur (cf. Herodot. II, 138 cum A. Wiedemanni commentario p. 498). At epitheton Τρισμέγιστος recenti demum tempore natum esse observaverunt Letronne et Franz ad titulum Rosettanum (supra n. 90). Inter quos cum conveniret eam vocem Ptolemaeorum quidem aetate omnino nondum fuisse in Graecorum sermone, Letronnius certe anno 68 p. Chr. eam iam usurpatam statuit in edicto n. 669, 4. 5, deceptus apographo priore pro THIMEΓICTHI exhibente TPICMEΓICTHI. Quo exemplo remoto restant antiquissimi testes scriptores librorum qui huius ipsius dei nomen prae se ferunt, in quibus is sane frequenter τρισμέγιστος appellatur. Sed ei eiusdem fere atque hic titulus (not. 4) aetatis sunt. 2 Legio II Traiana ab imperatore Traiano constituta tertio p. Chr. n. saeculo in Aegypto tendebat. Cf. Cassius Dio LV, 24, 3 Τραϊανὸς (συνέταξε) τὸ δεύτερον (στρατόπεδον) τὸ Αἰγύπτιον. 3 In titulis frequenter legio II Traiana cognomen *Fortis* gerit. Cf. Wilmanus Exempla 692, 4. 694, 3. 4. 1254, 15. 16. 1596, 4. 1627, 8. 2733, 3. 4 Inde ab Antonini Caracallae principatu (a. 211—217 p. Chr. n.) omnes legiones praeter antiqua nomina cognomen eius qui tum ipsum regnabat assumebant. Cf. J. Marquardt Röm. Staatsverwaltung II p. 455. Hic igitur titulus Gordiani imperio (a. 238—244 p. Chr.) exaratus est.

---

717 In fronte specus repraesentante aediculam cum duabus ianuis opere Dorico exstructam, in loco *Sekket* sito orientem versus ab Apollonopoli magna (*Edfu*). Edd. Belzoni Voyage en Égypte II p. 87. Cailliaud Voyage à l'Oasis tab. VIII, 5. Ex his et apographis G. Wilkinsoni et Nestoris L'Hôte Letronnius Recueil des inscr. T. I p. 457 n. LI. 459 n. LII, tab. XVI n. 2. 3. 4. 5 (J. Franz C. I. G. 4839).

Litterae AAΔΔЄZΘΛMΜΠCYVω. Totus titulus ita dispositus, ut *a* (v. 1. 2) *b* (v. 3—5) *c* (v. 6—8) in superiore limine dextrae ex duabus portis monumenti incisa sint, atque *a* quidem in summo margine, ubi nihil praeterea scriptum fuit, *b* infra eum, et infra hoc rursus *c*, divisum ab illis tribus versibus linea horizontali; infra ipsum versum octavum porta. In sinistra porta summus quidem margo scriptura caret, *d* vero (v. 9—11) loco et positura accurate respondet parti *b*, itemque *e* (v. 17—14) illi *c*. Qua in dispositione mirum est, initium totius tituli in dextro, alteram vero partem in sinistro lapide esse, cum contrarium ordinem exspectes. Quod Franzius

a Πο[λ]υ--ρανος[1] [ὁ] καὶ Τοῦτος | [L.. Γ]α[λ]λιηνοῦ[2], Μεχεὶρ
b κζ'[3], | [ἐπὶ Πετ]ρωνίου[4], εὐχαριστήσας τῷ | [Σαράπιδι] καὶ τῇ

---

quidem ita expedire conatur, ut scriptorem tituli cum spatium non sufficere sero perspexisset necessitate coactum in alterum lapidem transgressum esse sumeret. Sed tam inconsideratum fuisse hominem, ut non statim intellegeret, dextrum lapidem solum tantum titulum non capere, mihi persuadere nequeo ideoque Letronnii rationem praefero, qui verissime iudicat, versus 1—8 titulum plenum et integrum esse, qui si solus extaret nemo facile eum mutilum esse iudicaverit. Primo igitur nihil aliud incisum esse, deinde demum versus 9—14 additos, qui sane per se stare nequirent sed supplendi et amplificandi pristini tituli causa scripti essent. Ceterum monendum est *a* (v. 1. 2) ab L'Hôtii apographo abesse, ut Cailliaudi, Belzonii, Wilkinsonii Gardneri modo exemplis utamur. 1 Nomen perquam dubium. Πό(πλιος) [Ο]ὐράνιος scripsit Letronne, Π. Ο[ὐε]τρανός Franz. Atque huius quidem supplementum sive nomen appellativum esse volt *veteranus* sive cognomen, improbabile est, de Letronnii invento sagaciter sane excogitato dubites cum quia praenomen Latinum cum cognomine vel signo Graeco non bene coniungitur, tum propter memoriam. Nam Wilkinsoni exemplum, accuratissimum ex eis quibus hic utimur, ΠΟ\VPANOC habet, ut certe terminatio -ιος hic nullam habeat auctoritatem; nam quod apud Cailliaudum est ΠΟ.ΥΡΜΙΟC, in eo ΜΙ manifesto respondent illis ΑΝ, ut ne hinc quidem quicquam auctoritatis illi terminationi accedat. Mihi probabilissimum videtur, Graecum nomen compositum hic fuisse, cuius prior pars esset adiectum πολύς. Sane traditae litterae sine mutatione nullum ex notis nominibus reponi patiuntur. Πο[λ]υ[χά]ρανος vereor ut Graecum sit; emendationes complures in mentem venerunt, veluti Πολυ[φ]άν[η]ς aut Πολυ[ά]ρα[τ]ος, sed res in medio relinquenda videtur. 2 ΜΑΙΗΝΟΥ Wilkinson Gardner, ωΛιΗΝΟΥ Cailliaud. Emendavit Letronne sagacissime, sed quod et ille et Franzius hinc collegerunt, intra annorum 252—268 p. Chr. n. spatium haec incisa esse, id etiam accuratius definiri poterat. Neque enim unius Gallieni nomine annum significari licuit quamdiu ille una cum patre Valeriano imperabat. Is vero paullo post mensem Augustum anni 260 p. Chr. bello contra Persas infeliciter gesto in potestatem hostium pervenit (cf. Prosopographia imp. Rom. II p. 286 n. 178), apud quos captivus usque ad finem vitae permansit. Certa igitur ratione annorum 261 et 268 p. Chr. n. terminis originem tituli circumscribere licet. 3 Mechir, sextus fastorum Aegyptiorum mensis, in ordine anni principatus temporibus usitato a die 26 m. Ianuarii usque ad d. 24 m. Februarii pertinebat. Hic igitur diem 20. m. Februarii tenemus. 4 Letronnius et Franzius cum *a* (v. 1. 2) peculiarem titulum esse sibi persuasissent, hic [Ὁ δεῖνα Πετ]ρωνίου suppleverunt. Sed cum nullam idoneam causam videam cur haec quae in eodem monumento sunt divellamus, praesertim cum idem dies utrobique indicetur (v. 2. 14), praepositionem reponere malui. Sic Petronium illum sive quo alio nomine fuit, praefectum Aegypti fuisse sumendum erit; quod non additur ἐπάρχου vel ἡγεμόνος, offensionem quidem habet, sed non nimis gra-

Ἴσιδι[5] καὶ τῷ Ἀπόλλωνι καὶ ‖ [τοῖς συν]νάοις θεοῖς πᾶσι ἐποίησα
c τὸ ἱερὸν | [ὑπὲρ][6] Βερενείκης καὶ τὸ ζῴδιον[7] καὶ ὀρύξας | [τὸν
λάκκον τοῦ ὑδ]ρεύματος[8] ἀπὸ θεμελίου (ἐ)[κ[9] τ]ῶ[ν | ἰδίων κα]-
d μάτων ἀνέθηκα ἐπ' ἀγαθῷ[10] | σὺν τοῖς τέκνοις καὶ τοῖς σὺν
ἐμοὶ ἐργαζομένο[ις] ‖ καὶ [ἐ]ποίησα (φ)ιά(λ)ιον[11] ἀργυροῦν παρὰ
τῶι θεῷ [Σαρά|πιδι κ]αὶ παρὰ τῇ κυρί[ᾳ] Ἴσιδι τῇ Σενσκειτ[η]-
e νεῖ[12], | ὁμοίως φιάλην ἀργυρᾶν ↑ β'[13], ταῦτα πάντα ἐκ τῶν
ἐμῶν | καμάτων εὐχαριστήσας τῷ Σαράπιδι τῷ Μινιεῖ. ὤρυξα[14] |

---

vem ni fallor. Sane quos novimus Petronios praefectos Aegypti quattuor (Prosopographia imp. Rom. III p. 25 n. 196. p. 27 n. 207. p. 28 n. 212. p. 29 n. 226), ei omnes multo antiquiorum temporum sunt. Neque ipsum nomen certum est; iam Letronnius eodem iure de [Σεμπ]ρωνίου et [Ἀπ]ρωνίου cogitari posse monuit, ac sunt plura, ut [Ἀκερ]ρωνίου. 5 Sic recte L'Hôte. ΙCΙΑΙ Wilkinson. 6 Supplevit Letronne, cum recte negaret de ipsius Berenices delubro cogitandum esse. Quis fuerit haec Berenice, hic non magis definitur quam n. 207, 1 sqq. Αὐφίδιος Κλήμης — τὸ προσκύνημα ἐπόησα — Πωλλ[ίτ]της et n. 699, 2 ὑπὲρ Τριπτολέμας. Sed procul dubio ubique eorum qui dedicationes fecerunt uxores intellegendae sunt. 7 Imaginem Berenices in hac aedicula positam interpretatur Letronne. 8 Supplevit Letronne collatis v. 13. 14. De locis aquationi destinatis (ὑδρεύματα) cf. n. 701[5]. Quorum varia sunt genera, ita ut appareat cisternam (λάκκον) non idem esse atque ὕδρευμα nec in tautologiae crimen incurrat horum nominum coniunctio. 9 ΘΕΜΕΛΙΟΥ·ΟΙ (nihil amplius in hoc versu) |ΑΑΤΩΝ Wilkinson ΘΘΜΕΝΟΥΚιω . Ω |ΜΑΤΩΙΥ L'Hôte. Supplevit et emendavit Letronne. 10 Cf. 699[6]. 11 CΙΔΔΙοΝ Wilkinson. CΙΔΔΩΝ Cailliaud ΠΑΝΙ . Ν L'Hôte. Sagacissime emendavit Letronne; quam facile C ex Φ, ΔΔ ex ΑΛ nasci potuerit non est quod demonstretur. De deminutivo L. provocat ad C. I. G. 2855, 33. 12 CΕΝΕΚΕΙΤ . ΝΕΙ L'Hôte CΕΝCΚΕΙ ΤΗC... Wilkinson CΕΝCΚΕΙΤΗΟ Cailliaud. Aut τῇ Σενσκέιτ[ιδι] aut τῇ ἐν Σκείτῃ legendum iudicavit Letronne. Sed cum omnia apographa inter ΤΗ et ΕΝ exhibeant sigma lunatum volgari forma, non video quo iure L. coniecerit hoc potius ἰῶτα dativi minus accurate exaratum esse posse. Haec igitur ratio reicienda est, alteram iure secutus est Franz, nisi quod syllabam finalem paullo accuratius accommodavit ductibus litterarum traditis, quam Letronnius fecerat. Itaque cognomen deae Σενσκειτηνή est, loci appellatio unde id derivatur Σενσκείτης, id quod perbene quadrat in hodiernum nomen *Sekket*, quod ab illo descendere convenit inter Letronnium et Franzium. 13 Signum ante notam numeralem positum libras significare probabiliter coniecit Letronne. 14 ΤΩΜ//ΝΙΕΝΩΡΥ=Α Wilkinson ΤΩΜΙΝΙΕΥΩΡΥ////Α L'Hôte ΤΩΜΝΙΕΙΩΡΥΞΑ Cailliaud. Hic Letronnius et Franzius Μνιεῖ scribunt. At hoc in deteriore modo Cailliaudii exemplo est, cum Wilkinson inter Μ et Ν litterae deletae locum indicet, L'Hôte vero adeo distincte iota exhibeat, quem sequor. Nam origo et vis nominis obscura est, neque illa levis similitudo,

τὸν λάκκον μηνὸς Παϋνὶ κα'[15], [κ]αὶ [μην]ὸς Μεχεὶ[ρ] (κ)ζ'[16] τὸ ἱερὸν ἐποί||ησα.

---

quam inter hoc et nomen tauri sacri Μνεῦις vel Μνῆυις (n. 56[24]) intercedere observat Letronne, tanti esse videtur ut prae ea apographi fide dignissimi auctoritatem neglegamus. At quod simplex ὤρυξα posuit Franz rectissime fecit. Neque enim ἐνώρυξα usquam traditum est, quandoquidem Wilkinsoni exemplum sane ЄN habet, neque vero post ЄI terminationem nominis proxime superioris, sed pro ea. Adde quod ἐνορύττειν notionem huic loco accommodatam habere non videtur. 15 Payni, decimus anni Aegyptiorum mensis, tum incipiebat a die 26. m. Maii. Cisterna igitur perfecta erat die 15. m. Iunii, delubrum die 20. m. Februarii insequentis anni. Nam si idem annus intellegeretur, hae duae res inverso ordine enumerarentur. 16 Cf. not. 3. NZ L'Hôte. XZ Wilkinson. Cailliaud. Emendavit Letronne.

---

718 Alexandriae in basi columnae lapidis granitae rubri, quae volgo columna Pompei appellatur. Post Pocockium Descr. Or. I p. 8 multosque alios ed. J. Franz C. I. G. 4681. Bailie Fasc. Inscr. III p. 150 (Franz C. I. G. III Addenda p. 1186). Omnium accuratissime G. Botti Fouilles à la colonne Théodosieme p. 15 sqq. (Seymour de Ricci Archiv für Papyrusforschung II p. 451 n. 92). Cf. quae de titulo disputaverunt A. v. Gutschmid ad Sharpii hist. Aeg. II p. 197 not. 2. G. Lumbroso, L'Egitto dei Greci e dei Romani p. 225 sqq. J. P. Mahaffy Athenaeum 27. Febr. 1897 p. 285. Cosmopolis VI (1897) p. 39 sqq. W. M. Flinders Petrie Athenaeum 10. April 1897 p. 485 sq. U. Wilcken Archiv für Papyrusforschung II p. 135.

Τὸν [ὁσ]ιώτατον[1] αὐτοκράτορα, | τὸν πολιοῦχον Ἀλεξανδρείας[2], | Διοκλητιανόν[3], τὸν ἀνίκητον, | Ποσ[είδι]ος[4] ἔπαρχος Αἰγύπτου |

Litterae ЄΞΠCⲰ. 1 TON ... ⲰTATON pleraque apographa, nisi quod lacunae ambitum non omnia eundem indicant et litteram tertiam N nonnulla omittunt. Reliquorum, praecipue Pocockii, errores enotare inutile est. 2 Anno 302 p. Chr. Alexandrinos rebelles domuit et castigavit Diocletianus (Io. Malalae Chronica p. 308 ed. Bonn.), deinde vero pane distributo clementem se eis praebuit (Chron. Pasch. ann. 302. Procop. Hist. arcan. c. 26 p. 149 ed. Bonn.). Huius beneficii causa tum πολιοῦχος Ἀλεξανδρείας appellatus est ad exemplum deorum, in quorum tutela urbes esse existimabantur. Franz. Ceterum de ΠΟΛΙΟΥΧΟΝ fere omnes consentiunt, unus Hammer Topogr. Ansichten p. 186 ΠΟΛΙΑΡΧΟΝ exhibet perperam. 3 Imperator a. 284—305 p. Chr. 4 Hic discedunt apographa, ut nonnulla la-

cunosum exhibeant nomen, alia integrum. Sed haec quidem adeo inter se discrepant, ut neminem lapidem hoc loco integrum vidisse, sed nonnullos titulum audacissime interpolasse appareat. Etenim Wilkinsonius ΠΟΥΒΛΙ ΟϹЄΠΑΡΧΟϹ habet, Köhler ΠΟΠΑΙΟϹЄΠΑΡΧΟϹ, Joliffe et Salt ΠΟϹΙΔΙΟϹ ЄΠΑΡΧΟϹ. De litteris binis initialibus et finalibus plane constat, media pleraque iam primorum apographorum aetate evanida fuisse manifestum est. De una tertia ab initio littera dubites; quae cum apud Wilk. Υ, apud Koehlerum Π, apud Saltium et Pococke Ϲ sit, proclivis est suspicio ipsam quoque merae coniecturae deberi. At Botti et Mahaffy lapide diligenter examinato ΠΟϹ certa esse pronuntiaverunt ideoque ad Saltii lectionem Πο-σ[είδι]ος redeundum esse. Non dico supplementum certum esse, verum eodem iure Πόσ[τουμ]ος (Leake), Ποσ[τόμι]ος, vel si quinque litteris spatium sufficiat Ποσ[ιδώνι]ος reponere licebit. Nam si illius aetatis homo nobilis Romanus uno nomine appelletur, Latina Graeca, gentilia cognomina aeque in censum venire non est quod demonstretur. At reicienda iam sunt omnia supplementa, quae cum illorum lectione pugnant, etiam Wilckeni, qui unus omnium praefectum aliunde notum agnoscit, cum Πο[μπηϊαν]ός scribat. Etenim Valerium Pompeianum in illo officio fuisse a. 288/9 p. Chr. n., id quod appareret ex Amherst papyri II p. 168 n. CXXXVII, 25. At praeter literam Ϲ etiam spatii rationes impediunt, quominus hoc nomen restituatur. Quod vero Mahaffy etiam supplemento Πο[μπήϊ]ος spatium sufficere negat, mireris, quia nomen ab ipso repositum Ποσείδιος una littera plus habet. Sed propter elementum Ϲ servatum hoc quoque reiciendum est, neque ullam ei addit fidem nomen iampridem volgatum monumenti. Nam quicumque id primum ei imposuit, manifesto de Pompei Magni sepulcro cogitavit. Quam memoriam plane ficticiam esse nemo negabit, sed eam ex titulo ortam esse admodum probabile est. Neque vero recte inde colligas, nomen Πομπήιος tum cum haec fama oreretur etiam integrum in basi exstitisse; nam non minus verisimile est, illa quae nunc etiam exstant ΠΟ . . . . . ΟϹ a nescio quo mera coniectura ita suppleta esse ut hominis nobilissimi, quem prope Alexandriam necatum esse constaret, monumentum recuperaret. Quanto enim studio ei qui primi titulos Graecos conquirebant hominum clarorum, quos ex scriptorum libris cognoverant, vestigia in lapidibus repperire conati sint, Cyriaci Anconitani exemplum docet. Titulum Pompeio Magno plus quam tribus saeculis recentiorem esse in propatulo est, sed utrum ipsum monumentum eiusdem aetatis esset necne, aliquot adhinc annis acri contentione quaesitum est. Accusativus nominis imperatoris indicat, illius statuam quondam in capite columnae collocatam fuisse. At Mahaffy non effectum tum demum totum opus, sed ex antiquiore obelisco in columnam Corinthiam mutatum, statuam impositam, dedicationem incisam esse. Cui coniecturae ansam dedit locus Plinii Nat. hist. XXXVI, 67. 68: *Alexandriae statuit unum* (obeliscum) *Ptolemaeus Philadelphus octoginta cubitorum. ceciderat eum Necthebis rex purum maiusque opus in devehendo statuendove inventum est quam in excidendo. a Satyro architecto aliqui devectum tradunt rate, Callixenus a Phoenice, fossa perducto usque ad iacentem obeliscum Nilo, navesque duas in latitudinem patulas pedalibus ex eodem lapide ad rationem geminati per duplicem mensuram ponderis*

oneratas ita, ut subirent obeliscum pendentem extremitatibus suis in ripis utrimque; postea egestis laterculis adlevatas naves excepisse onus; statutum autem in sex talis e monte eodem, et artificem donatum talentis quinquaginta . hic fuit in Arsinoeo positus a rege supra dicto munus amoris in coniuge eademque sorore Arsinoë. Cum omnes reliqui obelisci, quos Plinius enumerat, aetatem tulerint, hunc omnium magnificentissimum neque exstare neque usquam de eius interitu quicquam traditum esse miratur Mahaffy ideoque suspicatus est hanc columnam ex eo factam esse, eamque opinionem ipsius monumenti condicione accurate examinata confirmatam esse professus est. Verum enimvero reliquos obeliscos Plinii conservatos esse, hunc unum intercidisse non magis mirum aut incredibile est, quam forte fortuna nullam ad nostram aetatem pervenisse memoriam. Neque id nullius momenti esse exstimaverim, quod Plinius in Arsinoëo fuisse dicit obeliscum, non esse. Ipsum monumentum vero Flinders Petrie, cum Mahaffyi commentationem manu teneret, diligenter perscrutatus est docuitque columnam neque ex obelisco in hanc formam mutatam neque aliunde illuc translatam esse, sed pristinum locum tenere, in quo tamen non ante tertium p. Chr. n. saeculum erecta esse posset. Itaque certum videtur, hoc totum opus aetatis Diocletianae esse.

---

719 Lapis arenaceus inventus Philis prope murum Romanum, translatus Londinium in museum Britannicum. Edd. G. Ebers ap. Baedeker, Aegypten 1875 p. 302. Eisenlohr, Baedeker Oberaegypten 1894 p. 329 not. Ex suo apographo Seymour de Ricci Archiv für Papyrusforschung II p. 451 n. 93.

[Οὐαλέριον] Διοκλητιανὸν [1] [Σεβαστὸν | καὶ Οὐαλ]έριον Κωνστάντι[ον -------]

---

1 Neque antiquiorem esse titulum calendis Martiis a. 293 p. Chr., quibus Galerius et Constantius Caesares appellati sint, neque recentiorem calendis Maiis a. 305 p. Chr., quibus Diocletianus imperio se abdicaverit, apparet. Ceterum ut in re incertissima repetivi Riccii supplementa, etsi sunt quae lapidem multo latiorem fuisse indicare videantur, quam ille sumpserit. Etenim cum per totum Diocletiani principatum constet Maximianum et superstitem fuisse et una cum illo imperasse, eius nomen aegre hic desideres. Eum post Constantium demum commemoratum fuisse incredibile est propter aetatis et dignitatis ordinem, sed non credibilius in monumento orientali Augustum qui orienti praeesset una cum eo ex duobus Caesaribus, cuius imperium ad occidentem spectaret, repraesentatos fuisse. Sed ut certa ratione in integrum restituatur titulus fieri posse non videtur.

720. 721 In syringibus. Ex Saltii (n. 721 etiam ex Champollionis natu minoris) apographo ed. Letronne Transactions of the Royal society of Litt. Vol. II P. I p. 69 et Comm. de statua vocali Memnonis p. 242 n. 1. 43. 50. Journal des Savants 1844 p. 45 sqq. (J. Franz C. I. G. 4770). Titulum alterum (n. 721) accuratissime delineatum exhibet R. Lepsius Denkmäler aus Aegypten und Aethiopien XII p. 76 n. 49. 50.

(720)

῾Ο δᾳδοῦχος τῶν ᾿Ελευσινίων[1] Νικαγόρας[2] Μινου|κιανοῦ[3] ᾿Αθηναῖος ἱστορήσας τὰς θείας | σύριγγας ἐθαύμασα.

Litterae ΑλΔδЄΘ-Θ-ΛШΠСω. 1 Apparet nomen ᾿Ελευσίνια, quod proprie ad ferias ac potissimum quidem ad certamina Eleusine Cereri et Proserpinae habita spectet, hic de sacris mysticis dearum Eleusiniarum in universum usurpari ut respondeat illi quod n. 721, 1. 2 est πῶν ἁγιωτάτων ᾿Ελευσῖνι μυστηρίων. De daduchia cf. quae exposui Hermae XX p. 10 sqq. 2 Una cum patre Minuciano commemoratur apud Himerium Or. XXIII, 21; quem Wernsdorfius ipsius Himerii socerum fuisse conicit; quam coniecturam probat Franz non inepte. Sed quae inde collegit de Himerii aetate, perquam lubrica sunt. Sumit enim huius tituli tempore (v. not. 5) Nicagoram, quippe qui daduchus esset, non minus quinquaginta annos natum fuisse. Sed hic manifestus error est, quoniam sacerdotium perpetuum fuit et hereditarium, ut quolibet aetatis anno fieri potuerit ut quis illud nancisceretur. Cum maiores per quattuor aetates (not. 3) rhetoricae arti operam dederint, veri non absimilis est Franzii coniectura hunc quoque Nicagoram eiusdem studiosum fuisse, etsi tituli quidem argumentum philosophum Platonicum potius indicat quam rhetora. 3 De patre cf. Suidas Μινουκιανός, Νικαγόρου τοῦ σοφιστοῦ, Ἀθηναῖος, σοφιστής, γεγονὼς ἐπὶ Γαλλιηνοῦ (a. 260—268 p. Chr. n.). τέχνην ῥητορικὴν καὶ προγυμνάσματα καὶ λόγους διαφόρους. Avum Nicagoram sophistam appellant Porphyrius ap. Eusebium Praep. Evang. X, 3, 1 et Suidas, hieroceryca Philostratus Vit. soph. II, 33, 4. Utrumque confirmat titulus Syll.[2] 382: Νικαγόρας ὁ τῶν ἱερῶν κῆρυξ καὶ ἐπὶ τῆς καθέδρας σοφιστής. Eum Suidas Νικαγόρας Philippi principatu (a. 244—249 p. Chr. n.) floruisse testatur. Iam cum idem huius Nicagorae patrem Mnesaeum rhetora fuisse referat, acutissime Mnesaeum rursus eius Minuciani rhetoris, quem Hermogenes Tarsensis impugnaverit (cf. Rhetores Graeci II p. 683, 28 Walz.: πρῶτος δὲ Μινουκιανὸς ἐξέθετο περὶ τῶν ιγ′ στάσεων· ἔπειτα γενόμενος ὁ Ἑρμογένης τούτου πολλῆς ἀσαφείας κατέγνω· αὐτὸς δὲ μετὰ ἀκριβείας ἐξέθετο, ὡς τοῦ Μινουκιανοῦ προκρίνεσθαι, et quae afferuntur ibidem in indice vol. IX p. 645) filium fuisse conicit Letronne. Ceterum hierocerycis ex filio nepotem daduchum non debebat mirari Franzius. Quod enim dicit, daduchum Eumolpidarum fuisse, nequaquam verum est; immo utrumque sacerdotium inde ab antiquissimis temporibus a Cerycum gente gestum esse constat. Cf. Hermae XX p. 10 sqq.

(721)

Ὁ δᾳδοῦχος τῶν ἁγιωτά|των Ἐλευσῖνι μυστηρίων [Νικαγόρας] | Μινουκιανοῦ Ἀθηναῖος ἱστορήσας | τὰς σύριγγας πολλοῖς ὕστερον || χρόνοις μετὰ τὸν θεῖον Πλάτω(ν)α[4] | ἀπὸ τῶ[ν] Ἀθηνῶν ἐθαύμασα καὶ χάρι[ν] | ἔσχον τοῖς θεοῖς καὶ τῶι εὐσεβεστάτωι | βασιλεῖ Κωνσταντίνωι[5] τῶι τοῦτό μοι | παρασχόντι. || ἵλεως ἡμῖν Πλάτων[6] | καὶ ἐνταῦθα.

4 Iure improbabile existimat Franzius, iam Platonem syringas adiisse, nam ab eis tum temporis prohibitos esse profanos. Sed iniuria negat id indicare voluisse Nicagoram, quem illam rem aut ignorasse aut neglexisse neutiquam improbabile est. In lapide ΓΛΑΤΩΙΙΚΔ legere sibi visus est Lepsius. 5 Constantinum I Magnum (306—337 p. Chr. n.) intellegi certum est; sed perquam probabiliter tantum favorem erga paganae religionis asseclam et sacrorum antistitem in ea modo tempora, quibus ille nondum aperte Christianam fidem professus esset (306—315 a. Chr. n.) quadrare iudicavit Letronne, id quod perbene convenit cum eis quae Suidas de Nicagorae patris avique temporibus (not. 3) memoriae prodidit. 6 Ut deum igitur Platonem coluit Nicagoras. Letronne. Franz.

---

722 Lapis qui quondam antiquioris monumenti Aegyptiaci fuit, quo ex usu exstat nomen Apriae regis hieroglyphis expressum, inventus Athribi, exstat in museo urbis *Cairo*. Ex Harrisii apographo ab H. Brugsch transmisso ed. E. Curtius Abhandl. der Kgl. Ak. der Wiss. zu Berlin 1854 p. 287. A. Kirchhoff C. I. G. 8610. Accuratius exscripsit G. Ebers, cuius apographum minusculis litteris publici iuris fecit C. Wachsmuth Mus. Rhen. XXVIII p. 581. Ex suo apographo maiusculis J. G. Milne History of Egypt. V Under Roman rule p. 193 n. 15 (Seymour de Ricci Archiv für Papyrusforschung II p. 452 n. 96).

Τοῦ παν[τοκράτορ]ος θεοῦ θελήσαντος καὶ | τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, ἐπὶ τῆς πανευδαίμονος | βασιλείας τῶν τὰ πάντα νεικώντων δεσποτῶν | ἡμῶν Οὐαλεντινιανοῦ καὶ Οὐάλεντος || καὶ Γρατιανοῦ, τῶν αἰωνίων Αὐγούστων[1], | ἐν τῇ εὐτυχεστάτῃ αὐτῶν δε-

Litterae ΑΛΕΘΠСѠ. 1 Hi tres una imperatores fuerunt per annos 367—378 p. Chr. n. Eadem δεσποτῶν et αἰωνίων Αὐγούστων praeconia et n. 723, 2. 4 in Valentiniano Theodosio Arcadio redeunt et omnino inde a saeculo p. Chr. n. quarto frequentissima sunt, τῶν τὰ πάντα νικώντων fere ad

καετηρίδ⟨ε⟩ι[2], τετρά|πυλον[3] ἐπώνυμον τοῦ θειοτάτου βασιλέως ἡμῶν Οὐάλεντος | ἐκ θεμελίων ἐκτίσθη ἐπὶ τῆς ἀρχῆς[4] τοῦ κυρίου[5] | λαμπροτάτου ἐπάρχου τῆς Αἰγύπτου Αἰλίου ‖ Παλλαδίου[6],

---

idem redit ac n. 723, 2 τροπαιούχους, quod epitheton item Byzantinorum aetate semper in usu mansit. 2 Cum hinc Curtius collegisset medio inter decennalia (a. 374 p. Chr. n.) et Valentis necem (a. 378 p. Chr. n.) tempore tetrapylum conditum et titulum incisum esse, id pugnat cum tituli verbis, quae id potius per ipsum decennalium tempus accidisse produnt. Quare recte Wachsmuthius anno 374 p. Chr. n. titulum vindicavit observans paullo neglegentius decennalia etiam ad Gratianum referri, qui anno 367 p. Chr. demum Augusti dignitatem imperiumque nactus esset. 3 Vocabula similiter formata de munimentis usitata esse, ut πεντάπυλον (Plut. Dion. 29) et ἑξάπυλα (Diodor. XIV, 18, 3) Syracusis, ἐννεάπυλον Athenis (Clidemus in Bekkeri Anecd. p. 419, 29. Suid. s. ἄπεδα et ἠπέδιζον. Fragm. hist. Gr. I p. 363 n. 22 περιέβαλλον δὲ ἐννεάπυλον τὸ Πελαργικόν) observat Wachsmuth, sed iure negat, de eo usu hic cogitandum esse. Immo portas magnificas in locis frequentissimis urbis exstructas, per quas a quattuor partibus transitus pateret, hoc nomine indicari. Omnium eiusmodi aedificiorum nobilissimum, porticibus magnificentissime exornatum, Constantinopoli fuisse, sed etiam in ipsa urbe Alexandrinorum Leonte I (457—474 p. Chr. n.) imperatore talem portam commemorari in Euagrii historia ecclesiastica II, 8, 8 (p. 41, 25 ed. Vales. Oxon. 1844), ubi corpus Proterii necati omnibus ad spectandum propositum esse referatur ἀνὰ τὸ καλούμενον τετράπυλον, atque etiamtum septimo p. Chr. saeculo eius mentionem facere Ioannem Moschum in Prato spirituali (λειμωναρίῳ), Magna bibl. veterum patrum XIII. Parisiis 1644 p. 1086 A. Cum utrobique simpliciter τὸ τετράπυλον dicatur, id omnium nobilissimum ideoque in celeberrimo urbis loco, fortasse ubi duae primariae viae recto angulo concurrerent, situm fuisse videri. Quae cum omnia singulari doctrina et acie ingenii disputata sint, nihil habeo quod addam, nisi inde quod Euagrius et Ioannes Moschus accuratiore definitione abstineant commodissime colligi unum modo tetrapylum Alexandriae fuisse, hoc ipsum Valentis Augusti. Nam quam Wachsmuthius ut diversam hoc ab illo demonstraret attulit narrationem Alexandrinorum apud Ioannem Moschum de Ieremiae prophetae corpore ab Alexandro Magno illic sepulto, ei tantum tribuendum mihi quidem non videtur. 4 Sic Harrisii et Ebersii apographa. Apud Milne ЄΠΙΤΗCЄΠΑΡΧΗC est, errore si quid video. 5 Post hoc nomen Wachsmuthius etiam μο[υ] habet, ut Harrisius. Sed apud Milnium nihil amplius scriptum est nec video quo pronomen referri possit. 6 Aelium Palladium, cui cognomentum esset tonsor (κουρεύς), annis 371, 372, 373 p. Chr. n. praefectum Aegypti fuisse Wachsmuthius demonstravit ex epistulis S. Athanasii, quae exstarent Syriace versae in codice monasterii S. Mariae in valle Nitria, unde a Curetone a. 1848 editae et a Larsowio a. 1852 versae essent. Nam illorum trium annorum epistulas ipsas quidem intercidisse, sed exstare earum summaria (κεφάλαια), quae illius praefecti nomen haberent (p. 45 n. XLIII. XLIV. XLV ap. Larsow.). Illo vero cognomento hunc

λογιστεύοντος[7] καὶ ἐπικειμένο[υ] | τῷ κτισθέντι τετραπύλῳ Φλαουίου | Κύρου πολιτευομένου[8], ἐπ' ἀγαθῷ[9].

Aelium discerni ab Olympio Palladio Samosatensi, qui ante eum item Aegyptum administrasset (ibid. p. 45 n. XLII. XLIII). Ad utrum Palladium Cod. Theod. VIII, 5, 37 spectet, sibi non liquere fatetur Wachsmuth. Sed apud Socratem hist. eccl. IV, 21 et in Excerptis latinis barbari (Euseb. Chron. ed. Schoene I p. 238, 62 *b*, 1) in narratione de rebus post Athanasii mortem gestis manifesto illum 'tonsorem' intellegi iudicat. 7 Utrum cura huius officialis ad commercium hominum et vehiculorum per illud tetrapylum transeuntium an ad aliam rem spectaverit se ambigere profitetur Wachsmuth. Is igitur propter participium aoristi κτισθέντος haec necessario ad ea quae iam perfecto aedificio facta sint referenda existimat. Sed cum participium non enuntiati temporalis vices gerat, sed articulo addito ad tetrapylum definiendum spectet, nihil impedit quominus de ipsius aedificationis regimine interpretemur verba tituli. Neque λογιστεύοντος καὶ ἐπικειμένου duo discreta officia significare videntur, sed unum idemque hominis qui redemptores observet et opus examinet probetque, ut ipsi omnium quae in aedificatione gerantur ratio (λόγος) ab illis reddenda sit. Utique de logista vel curatore reipublicae (n. 492[2]) hic non dici in propatulo est. 8 Sic Milne, cum reliqua apographa ΠΟΛΕΙΤΕΥΟΜΕΝΟΥ exhibeant. Civitatem urbis Mempheos Flavio Cyro tribui recte iudicat Wachsmuth. Nam quod Kirchhoffius Φλαουίου [--------, τοῦ τῆς] | Κύρου πολειτευομένου supplet et decurionem civitatis Cyrrhi Ephratesiae interpretatur, id cum aliis nominibus improbabile est tum quia versum 12 integrum esse consentientibus exemplarium Ebersiani et Milneiani testimoniis confirmatur. 9 Cf. n. 699[6].

---

723 In parte aversa arae cuius frons habet dedicationem Iulii Fidi Aquilae n. 700. Inventa Antinoupoli (*Schêch-Abâde*), exstat in museo oppidi *Cairo* n. 9274. Ed. C. Wescher Bullettino dell' instituto arch. Rom. 1866 p. 150. De argumento tituli egregie disputavit Th. Mommsen ibid. p. 238. Illius prioris editionis ignarus J. G. Milne, A history of Egypt V Under Roman rule p. 195 n. 16 *b* expressit exemplum illo Wescheriano multo minus accuratum. Cf. Seymour de Ricci Archiv für Papyrusforschung II p. 452 n. 95.

Τοὺς τῆς ὑφ' ἡλίῳ γῆς αὐτοκρά|τορας καὶ τροπαιούχους[1] δεσπότας | ἡμῶν Οὐαλεντινιανόν, Θεοδόσιον, | Ἀρκάδιον[2], τοὺς αἰω-

Litterae ϪΛΕΘΠCΩ. 1 Cf. n. 722[1]. 2 Titulus neque anno 383 p. Chr., quo Gratianus obiit et Arcadius Augustus nominatus est, antiquior, neque nece Valentiniani II (392 p. Chr. n.) recentior est. Mommsen.

νίους Αὐγούσ‖τους[3], καὶ Φλαύιον Ὀνώριον, τὸν | ἐπιφανέστατον, Φλ(αύιος) Εὐτόλμιος | Τατιανός[4], ὁ λαμπρότατος ἔπαρχος | τοῦ ἱεροῦ[5] πραιτωρίου, τῇ συνήθει | καθοσιώσει[6] ἀφιέρωσε(ν)[7] ἐπὶ Φλαυΐου[8] ‖ Σεπτιμίου Εὐτροπίου τοῦ λαμπροτάτου | ἡγεμόνος[9].

---

3 Hoc nomen totidem litteris exaratum habet Wescheri exemplum. Milne non modo in imagine tituli exhibet ΑΥΤΟΥΡ|ΓΟΥC, sed hoc etiam in exemplo minusculis expresso retinet, cum tamen emendationem certissimam ei non succurrisse mirum sit. Cf. n. 722, 5. 4 Huius nomina omnia excisa sunt, sed tamen a Weschero lecta, cum Milne paucas modo litteras ex parte evanidas viderit hasce: ϕ//////////|ΤΑ/////ΟC, quae nulla ex parte ab illius exemplo discrepant. Nomen Εὐτόλμιος neque huic homini nisi raro alibi tribuitur neque praeterea notum esse videtur, sed similitudine permultorum eiusdem aetatis eadem ratione formatorum defenditur. Homo ipse notus est, sed alibi plerumque simplici nomine *Tatianus* indicatur. Consul ordinarius fuit a. 391 p. Chr., post consulatum praefectus praetorio Orientis, sed Rufini malis artibus in exilium actus, Proculus vero filius eius adeo supplicio affectus a. 392 p. Chr. n. Hac de causa et hic patris et in obelisco, qui Constantinopoli in hippodromo constitutus est, filii nomen consulto deletum (C. I. G. 8612. C. I. Lat. III, 737) in epigrammatis Graeci versu tertio, Latini quinto. Sed illud quidem restitutum est, cum Rufino deleto illius memoria instauraretur. Ceterum Tatiani nomina acute restituit Wescher in titulo C. I. G. 4693, 1. 2 Φλ(αύιος) Εὐτόλ[μιος ὁ λαμπρότα]τος ἔπαρχ(ος) τοῦ ἱ(ε)[ροῦ πραιτωρίου]. Traditur TCYIΘ. 5 Cf. Syll.[2] n. 415[1]. 6 Cf. Syll.[2] n. 423[6]. Hic tamen vocabulum religionis vel pietatis potius quam maiestatis aut dignitatis notionem habere videtur. 7 ΑϕΙΕΡѠCΕΙ Milne. ΑϕΟ CΙѠCΕΙ Wescher, Terminationem -ΕΙ uterque exhibet, uterque etiam in exemplo minusculo retinet. Sed cum neque dativum nominis neque verbi futurum hic suo loco esse perspicerem, lenissima medela aoristum restitui. In stirpe verbi hic sane Milnium sequi praestat, quia Wescheri lectionem proclive est ab errore oculorum ad proximam vocem aberrantium repetere. 8 Sic Wescher, ΚΛΑΥΔΙΟΥ Milne. 9 Praefectus Aegypti ceteroqui ignotus.

IX.

Appendix.

724 Marmor candidum, inventum incerto Aegypti inferioris loco, exstat Alexandriae in museo. Ed. G. Botti Catalogue du musée d'Alexandrie 2 n. 570. Bulletin archéologique d'Alexandrie IV 1902 p. 62 (M. L. Strack Archiv für Papyrusforschung II p. 539 n. 5).

Ὑπὲρ βασιλέως Πτολεμαίου | καὶ Ἀρσινόης Φιλαδέλφου[1] | Σωτήρων[2] Διονύσιος Ποτάμωνος.

1 Brevi post mortem Arsinoës (270 a. Chr.) haec scripta existimat Strack; quare auctorem tituli etiamtum incertum de divinis Arsinoës honoribus fuisse, ita ut appellationem θεᾶς omitteret. At id multo facilius expedias, si superstitem reginam fuisse quo tempore monumentum erigeretur statuas. Neque de ea re dubitari licet, quandoquidem praepositio ὑπὲρ indicio est, pro salute Ptolemaei et uxoris hoc opus dedicari, id quod non cadit hercle in defunctam. Cognomen Φιλάδελφος vero tum demum reginae datum, cum sacra eius constituerentur mortuae, Strackius sumpsit quidem neque vero probavit. Cf. Vol. I p. 648. Nulla igitur ex parte dubium est, quin intra annorum 274—270 a. Chr. spatium hoc monumentum dedicatum sit. 2 Et hic et n. 725, 3 si quis Ptolemaeum Lagi f. eiusque uxorem Berenicen intellegat, ut paterna Ptolemaei Philadelphi et Arsinoës origo genetivo ab illorum nominibus pendente indicetur, id plane refelli quidem non possit, quoniam sola appellatio Σωτῆρες sine nominibus propriis regis et reginae etiam n. 22, 1 sic ponitur. Sed multo minus artificiose et contorte tamen verba structa esse quivis concedet, si Σωτήρων appositionis locum tenere et ad Philadelphum Arsinoënque referri statuamus, quos hoc cognomine ornari sane praeter hos duos titulos nusquam videmus.

725 Ara inventa in Serapeo Alexandriae pristino etiamtum loco posita, exstat ibidem in museo. Ed. M. L. Strack Archiv für Papyrusforschung III p. 126 n. 1.

Βασιλέως Πτολεμαίου[1] | καὶ Ἀρσινόης Φιλαδέλφου[2], | θεῶν Σωτήρων[3].

1 Ptolemaeus II Philadelphus (285—247 a. Chr. n.). 2 Arsinoë II soror uterina Ptolemaei Philadelphi, quae fratri nupsit anno 274 a. Chr. n., defuncta est a. 270. Hic quoque titulus superstite regina exaratus videtur. 3 Cf. n. 724 2.

726 Lapis inventus Schediae. Ed. G. Botti Bulletin de la société archéologique d'Alexandrie IV 1902 p. 49 (U. von Wilamowitz-Möllendorff Sitzungsberichte der Kgl. Ak. d. W. zu Berlin 1902 XLIX p. 1094. M. L. Strack Archiv für Papyrusforschung II p. 541 n. 15).

Ὑπὲρ βασιλέως | Πτολεμαίου[1] καὶ : | βασιλίσσης | Βερενίκης ἀδελ||φῆς[2] καὶ γυναικὸς καὶ | τῶν τέκνων | τὴν προσευχὴν[3] | οἱ Ἰουδαῖοι[4].

1 Ptolemaeus III Euergetes (246—221 a. Chr. n.). 2 Cf. n. 60[3]. 3 Cf. n. 96[4] et Vol. I Addend. p. 651. 4 Apparet igitur iam medio saeculo a. Chr. tertio in Aegypto tantum fuisse Iudaeorum numerum ut eis oratoria condenda viderentur.

---

727 Titulus in exteriore parte turris cuiuspiam in arce urbis Lissatarum. Edd. R. Heberdey et E. Kalinka, Denkschriften der Kaiserl. Akademie zu Wien XLV, 1 (1897) p. 19 n. 1 (Primam partem usque ad v. 5 inde repetivit M. L. Strack, Archiv für Papyrusforschung II p. 542 n. 16).

Βασ[ιλ]εύοντος Πτολεμαίου τοῦ Πτολεμαίου [καὶ] | Ἀρσιν[ό]ης, θεῶν Ἀδελφῶν, ἔτους δευτέρου[1], μηνὸς Πε[ρ]ε[ι]τίου[2] τριακάδι· ἔδοξε Λισσατῶν τῶι δήμωι [κ]υρί[ας ἐκ]|κλησίας γενομ[έν]ης· ἐπειδ[ὴ] Πανταλέων Με[ν]ε[κ]ράτου[ς] || Λισσάτης ἀνὴρ ἀγαθὸς

Litterae volgares praeter Γ et ΘΟΩ reliquis minores. 1 Decretum Lissatarum, quod praeterea nihil memorabile habet, propterea magni momenti est, quia litem de eiusdem generis et civitatis decretorum n. 57. 58 aetate dirimit. Etenim hae Pantaleontis laudes anno 246/5 a. Chr. decretae sunt; at cum n. 57, 3 patrem Menecratem eisdem honoribus a civibus affici videamus, iam apparet illic cum Niesio et Mahaffyo Ptolemaeum II Philadelphum agnoscendum esse, ita ut ille quidem titulus anni 278/7, alter vero geminus de Agepolidis Lampronis f. Rhodii meritis (n. 58, 3) anni 275/4 a. Chr. n. sit. Strack. 2 Quartus anni lunisolaris Macedonici ab aequinoctio auctumnali incipientis mensis, respondens ille quidem Atticorum Gamelioni, Romanorum fere Ianuario, ita ut circa ipsum initium anni Iuliani 245 a. Chr. n. haec incisa esse videantur. Nam quod in Aegypto tum admodum turbatum fuisse scimus fastorum Macedonicorum ordinem (cf. n. 56[6. 8] et Addenda voluminis prioris p. 649 sqq.), id nullius momenti est in decretis civitatis Lyciae.

ὢν διατελεῖ[3], χρ[ε]ίας παρεχόμεν[ος | κ]αὶ κοινῆι τῶι δήμωι καὶ ἰδίαι ἐκ[άσ]τοι[ς τῶν] πο[λι]τῶ[ν,] | στεφανῶσαι α[ὐτ]ὸν θ[α]λλοῦ στ[εφάνωι ἀρετ]ῆς ἕ|νεκεν καὶ εὐνοία[ς,] ἧς [ἔχ]ων διατελ[εῖ εἰ]ς [τὸν δῆμο]ν τὸν | Λισσ[α]τῶν. εἶν[αι] δ' αὐτὸν καὶ εὐερ[γέτην τοῦ δήμου]. ἀνα||γρά[ψ]αι δὲ τὸ ψήφισμα εἰς στήλην λιθίν[η]ν κ[αὶ στῆσαι] οὗ [ἂ]ν | αὐ[τ]ῶι δόξηι. συντελε[σ]άτω δὲ ταῦ[τα] ὁ ἐ[φ]ε[σ]τη[κ]ὼ[ς][4] Λ[έ]ων.

3 Aut participium ὢν per se enuntiati secundarii vices gerere, παρεχόμενος vero a διατελεῖ pendere statuendum est, aut vice versa. Mihi hoc magis probatur, maxime propter simillimum patris titulum n. 57, 4. 4 Participium hic eandem vim habere videtur atque Athenis et alibi (n. 219 1) nomen verbale ἐπιστάτης, ut eum qui comitiis praesideat indicet.

---

728 Marmor inventum Ptolemaide Thebaidis (*Menshijeh*), translatum Alexandriam, ubi exstat in museo. Ex Milnii apographo a Riccio secum communicato ed. M. L. Strack Archiv für Papyrusforschung II p. 539 n. 8.

Ἔδοξεν τῆι βουλῆι καὶ τῶι δήμω[ι, πρυτάνεων] | γνώμη· ἐπειδὴ Λυσίμαχος Πτολε[μαίου[1]] | Σωστρατεύς[2], ὁ τῆι βουλῆι γραμμα[τεύων] | τὸ δέκατον ἔτος[3], προέστη τῶν κα[θ' αὐτὸν[4]] || ἀξίως τῆς πόλεως, καὶ ἰδίαι δὲ ἑκά[στωι τῶν] | πολιτῶν καὶ κοινῆι ἐν τοῖς καθ' α[ὐτὸν[5]] | διετέ[λει παρε]χόμενος ἐν ἀγο[ρᾶι[6]] | ἣν ἐν[όμιζεν[7] --------------]

1 Cf. n. 51 2. 2 Cf. n. 51 3. 3 De Euergetae potius quam Philadelphi regno hoc videtur intellegendum esse, ut magistratus, propter quem Lysimachus hic collaudatur, anni 238/7 a. Chr. n. sit. 4 Supplevi. τῶν κα[λῶς καὶ] Ricci. Sed sic articulus τῶν non habet quo referatur. Multo aptius Wilcken τῶν κα[θηκόντων]. Sed vereor ne hoc lacunae ambitum excedat, neque mihi dubium videtur, quin v. 6 extrem., quem locum editores non attigerunt, idem atque hic scriptum fuerit. Illic vero ΚΑΘΑ traditum est. Ea quae ad ipsius officium pertinent commode τὰ καθ' αὐτόν appellantur. 5 Supplevi. Cf. not. 4. 6 Supplevi. 7 Supplevi. Si quid video a παρεχόμενος pendebat substantivum feminini generis, quod post v. 8 lacuna haustum est; ad id rursus referebatur enuntiatum relativum ἣν ἐν[όμιζον] cum infinitivo. Nam hoc ad ἀγοράν spectare neutiquam probabile est.

729 Marmor candidum, inventum Alexandriae anno 1901, exstat ibidem in museo. Ed. G. Botti, Catalogue des monuments exposés au musée d'Alexandrie p. 553 n. 142. Bulletin de la société arch. d'Alexandrie 1902 IV p. 94 (U. von Wilamowitz-Möllendorff Sitzungsberichte der Kgl. Ak. d. W. zu Berlin 1902 XLIX p. 1095. M. L. Strack Archiv für Papyrusforschung II p. 544 n. 22. Cf. quae exposuit idem Zeitschrift für die neutestamentliche Wissenschaft und die Kunde des Urchristenthums IV 1903 p. 213 sqq.).

Ὑπὲρ βασιλέως Πτολεμαίου
καὶ βασιλίσσης Ἀρσινόης,
θεῶν Φιλοπατόρων[1], Ἀνούβει
οἱ πρεσβότεροι[2] τῶν ὀλυροκό-
πων[3]. ἱερεὺς[4] Ἀμεννεύς
Παχώς Παᾶπις
Παψώβθης Παθβοῦς
Πετοσῖρις Πεσιέχων

1 Ptolemaeus IV Philopator (221—205 a. Chri p.) eiusque uxor eademque soror Arsinoë. 2 Cf. Vol. I Addenda p. 653 sq. 3 Vocabulum ὀλύραι frumenti genus significat idem, quod hodie *Durrah* appellatur. Cf. A. Wiedemann Herodot's zweites Buch p. 158. Hoc Aegyptios vesci solitos iam Herodotus refert II, 36: ἀπὸ πυρῶν καὶ κριθέων ὤλλοι ζώουσι, Αἰγυπτίων δὲ τῷ ποιευμένῳ ἀπὸ τούτων τὴν ζόην ὄνειδος μέγιστόν ἐστι, ἀλλὰ ἀπὸ ὀλυρέων ποιεῦνται σιτία, τὰς ζειὰς μετεξέτεροι καλέουσι. c. 77 ἀρτοφαγέουσι δὲ ἐκ τῶν ὀλυρέων ποιεῦντες ἄρτους, τοὺς ἐκεῖνοι κυλλήστις ὀνομάζουσι. Qui quod tritico et hordeo illos usos negat, sane fallitur. De olyrae usu vero cum eo consentit Plinius N. Hist. XVIII, 62 *farina in Aegypto ex olyra conficitur.* 92 *haec enim est quam* (Homerus) *olyram vocat . eadem in Aegypto facilis fertilisque.* Has qui comminuebant et panes ex eis faciebant opifices, qui nostris molitoribus et pistoribus respondebant, ὀλυροκόπους appellatos esse ex hoc titulo videmus. 4 Sacerdotem collegii pistorum, qui simul etiam magister vel praefectus eius collegii fuisse videtur, recte agnovit Strack; nam aliter non nudo nomine ἱερεύς contentum futurum, sed τοῦ Ἀνούβιδος aut aliam accuratiorem definitionem additurum fuisse tituli auctorem. Memorabile est, hos omnes opifices natione Aegyptios esse.

---

730 Lapis subcaeruleus, inventus in insula Siphno. Exstat ibidem in museo. Ex F. Hilleri von Gaertringen apographo ed. M. L. Strack Archiv für Papyrusforschung II p. 545 n. 23, deinde ipse Hiller Inscr. Gr. ins. V p. 124 n. 481.

[῎Εδοξεν τεῖ βουλεῖ καὶ τῶι δήμωι· ἐπειδὴ πρέσβεις[1] | ἦλθον εἰς τὴν πόλι]ν ἡμ[ῶ]ν [ο]ἱ ἀ[γγέλλοντες[2] νικᾶν[3] μὲν | βασιλέα Πτολεμα]ῖον[4], ὑγιαίνει[ν δὲ καὶ αὐτὸν καὶ | τὴν βασίλισσ]αν Ἀρσινόην[5] καὶ τ[ὰ]ς δ[υ]ν[άμεις, ‖ μετὰ τούτ]ων δὲ [κα]ὶ Περιγένης Λεοντίσκου [Ἀλεξαν|δρεὺ]ς[6] συ[νε]υα[ρεσ]τ[ῶν] τοῖς προσηγγελ[μέ]ν[οις ἑαυτὸν] | ἐπιδίδωσιν τεῖ πόλει, ὥστε αὐλίσ[ασθα]ι [αὐτόθι | ἐν ἡ]μ[έ]ραις δυσί[ν,] βουλόμενος ἀπο[δ]ει[κ]ν[ύνα]ι τ[ήν τε | εὔ]νοι[αν κα]ὶ ε[ὐσ]έβ[ε]ι[αν] εἴς τε τὸν βασιλέα καὶ τὴν [βασίλισσαν ‖ κ]αὶ τὴν πόλιν τὴ[ν] ἡμετέραν· ὅπως οὖν κ[α]ὶ ἡμεῖς [φαινώ]‖με[θ]α τιμῶντες τοὺς εὐχαριστοῦντας[7] εἴς [τε τὸν βασι]‖λέα Πτολεμαῖον καὶ εἰς τὴν βασίλισσαν καὶ ε[ἰς τὴν πό]‖λιν τὴν ἡμετέραν, τύχει τεῖ ἀγαθεῖ, δε[δ]όχθ[αι τεῖ βουλεῖ] | καὶ τῶι δήμωι, συνησθῆναι μὲν ἐπὶ τοῖς ἠγγελμένοι[ς ὑ‖π' αὐ]τοῦ, ἐπαινέσαι δὲ κ[α]ὶ Περιγένην Λεοντίσκου Ἀλ[ε|ξα]νδρῆ καὶ στεφανῶσαι χρυσῶι στεφάνωι ἀ[πὸ | δ]ραχμῶν δισχι-

---

Supplementa fere omnia Hilleri sunt. 1 Quod Strackius dicit sibi legatos post victoriam suspectos esse, non intellego, neque supplementum ab eo propositum ἐπειδὴ ἦλθε τὸ ναυτικὸν εἰς τὴν πόλιν ὃ νικᾶν ἐπαγγέλλει τὸν βασιλέα Πτολεμαῖον probare possum cum aliis de causis tum quia classem in urbem venisse insolite et si quid video prave dicitur. Etiam illud [μετὰ τούτ]ων δὲ v. 5 init. indicio est, antea non de omnibus regis copiis navalibus sed de paucis hominibus qui cum Perigene Siphnum venissent dictum fuisse. 2 Sic malui supplere quam [ο]ἱ λ[έγουσιν, quia et participium enuntiato relativo frequentius et verbum ἀγγέλλειν in hac sententia usitatius est. Spatium idem esse sumpsi ideoque articulum τὸν ante βασιλέα, quem H. habet, omisi. 3 De victoria ad Raphiam parta a. 217 a. Chr. n. (Polyb. V, 82, 2 sqq. B. Niese Gesch. der gr. und maked. Staaten II p. 380 sqq.) hic dictum fuisse ex Perigenis mentione (not. 6) collegerunt Hiller et Strack. 4 Ptolemaeus IV Philopator (221—205 a. Chr. n.). Cf. not. 3. 5. 6. 5 Cum et Ptolemaeo II Philadelpho et Ptolemaeo IV Philopatori uxor fuerit Arsinoë nomine, tamen hanc non illam significari propter certissima aetatis indicia quae titulus habet (not. 6) statuendum est. 6 Cf. Polyb. V, 68, 3 εὐθαρσῶς ὁ Νικόλαος (Ptolemaei Philopatoris exercitus dux) εἰς τὸν πόλεμον ἐνέβαινε, πρὸς πᾶν τὸ παραγγελλόμενον ἑτοίμως αὐτῷ συνεργοῦντος Περιγένους τοῦ ναυάρχου· τοῦτον γὰρ ἐπὶ τῶν ναυτικῶν δυνάμεων ἐξαπέστειλαν οἱ περὶ τὸν Πτολεμαῖον. 69, 7. 11. Quae hic narrantur gesta sunt anno ante proelium ad Raphiam, 218 a. Chr. n. Cf. Niese Gesch. der gr. und maked. Staaten II p. 377. Proximo anno mari nihil memorabile gestum esse observat Hiller, sed Perigenes superioris anni rebus nobilis cum haud procul a Siphno cum classe constitisset, cum legatis illuc venisse videtur. 7 Qui animo propenso et benevolentiae pleno erga regem sunt. Nam de gratia referenda, quae est notio verbi εὐχαριστεῖν inferiore aetate pervolgata, hic non dici

λίων ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ φιλ[αγαθ]ί[ας ἧς | ἔ]χει περί τε τὸν βασιλέα καὶ τὴν βασίλισσαν κ[α]ὶ [τὴν πό]|λιν τὴν [ἡμετέρα]ν, καὶ ἀνακηρῦξαι τὸν στέφανον [ἐν τῶι] ‖ θεάτ[ρω]ι [Διον]υ[σ]ί[ο]ις τραγωιδῶν τῶι ἀγῶνι. εἶναι δὲ [Περι]|γένην πρόξε[ν]ο[ν] τ[ῆ]ς πόλεως ἡμῶν καὶ αὐτὸν καὶ | τοὺς ἐγγόνους αὐτοῦ, καὶ ὑπάρχειν αὐτοῖς εἴσ|πλουν καὶ ἔκπλουν καὶ πολέμου καὶ εἰρήνης καὶ | ἐν σύλοις[8] ἀσυλίαν καὶ προεδρίαν ἐν τοῖς ἀγῶσιν ‖ οἷς ἡ πόλις τίθησιν καὶ πρόσοδον πρὸς τὴν βου|[λ]ὴν καὶ τὸν δῆμον, ἐάν του δέωνται, πρώτοις με|τὰ τὰ ἱερά. ἀναγράψαι δὲ τόδε τὸ ψήφισμα τοὺς | πρυτάνεις εἰς τὸ περίφραγμα[9] τοῦ Διονύσου.

apparet. Cf. quae de cognomine Εὐχάριστος adnotavi n. 90[20]. 8 Simplici asyliae significatione raro in titulis honorariis additur ἐν σύλῳ vel ἐν σύλοις. Notum est, moris fuisse ut populi, quorum cives in alia urbe laesi et ius suum in iudicio persequi prohibiti erant, unicuique permitterent privatim civibus illius populi bonisque eorum per vim potiri. Tale decretum verbis σῦλα σύλας) διδόναι significatum esse constat. Cf. Demosth. XXXV, 26 δεδομένων σύλων Φασηλίταις κατ' Ἀθηναίων. Syngrapha apud eundem § 13 ἐξελόμενοι ὅπου ἂν μὴ σῦλαι ὦσιν Ἀθηναίοις. Pseudoaristoteles Oeconom. II p. 1347 *b* 22 ἀνήγγειλαν οὖν (Χαλκηδόνιοι) εἴ τις τῶν πολιτῶν ἢ μετοίκων σῦλον ἔχει κατὰ πόλεως ἢ ἰδιώτου ἢ βούλεται λαβεῖν, ἀπογράψασθαι. Sed qui asyliae privilegio ornatus erat, eum ne sic quidem comprehendi aut spoliari licebat. Idem igitur valet hoc ἐν σύλοις atque ἐὰν σῦλα δοθῇ ἐν Σίφνῳ κατ' Ἀλεξανδρέων. 9 Murus quo area sacra circumdatur, alibi plerumque περίβολος.

---

731 Basis lapidis granitae inventa Alexandriae ad portam Rosettanam, exstat ibidem in museo. Ed. G. Botti Bull. de la soc. arch. d'Alexandrie IV 1902 p. 94 (U. von Wilamowitz-Möllendorff Sitzungsber. der Kgl. Ak. d. W. zu Berlin 1902 XLIX p. 1095. M. L. Strack Archiv für Papyrusforschung II p. 548 n. 27).

[Βασιλέα] Πτολεμαῖον θεὸν Ἐπιφανῆ καὶ Εὐχάριστον[1] | [καὶ] τούτου γονεῖς βασιλέα Πτολεμαῖον καὶ | [βασί]λισσαν Ἀρσινόην, θεοὺς Φιλοπάτορας[2], | ------ώτης[3] Ὥρου καὶ Τεαρόως ἀδελ-

1 Ptolemaeus V Epiphanes (205—181 a.Chr. n.). De duplici cognomine cf. n. 90[20]. Cum hic nondum commemoretur uxor, annorum 205—193 a. Chr. n. terminis originem tituli contineri apparet. 2 Ptolemaeus IV Philopator (221—205 a. Chr. n.) cum uxore eademque sorore Arsinoë. 3 [Νησι]ώτης Botti sagaciter, sed recte Willamowitz observat patrem et fra-

φός, (ἰ)λάρχαι[4] ‖ [κ]αὶ ἡγεμόνες[5] τῶν περὶ αὐ(λ)ὴν[6] ἐπιλέκτων[7] | μαχίμων[8] εὐεργεσίας ἕνεκεν τῆς εἰς αὐτοὺς καὶ τοὺς οἰκείους.

trem nomina Aegyptiaca gerere, ut hic item barbarum potius nomen restituendum sit. 4 ἀλάρχαι lapis, errore manifesto. 5 Cf. n. 69[3]. 86[9]. 6 αὐδήν lapis. Hi igitur circa ipsum regem custodiae causa versabantur. W. 7 Praetorianos ex toto exercitu selectos fuisse hic videmus, sed eos non omnes prope regem in aula stationem habuisse. 8 Cf. n. 90[68]. Etiamtum Ptolemaei Epiphanis regno antiquam huius appellationis vim, qua indigenas Aegyptios qui militaris ordinis essent significabat, non evanuisse nomina barbara ilarcharum (not. 3) luculentissime demonstrant, ita ut emendetur P. Meyeri de hac re sententia.

---

732 Lapis calcarius, *Ny-Carlsberg* in glyptotheca. Ed. Valdemar Schmidt Det gamle Glyptothek paa Ny Carlsberg p. 393 n. 474 (M. L. Strack Archiv für Papyrusforschung III p. 127 n. 3).

Βασιλεῖ Πτολεμαίωι | θεῶι Ἐπιφανεῖ καὶ Εὐχαρί|στωι καὶ βασιλίσσηι Κλεο|πάτραι[1] Ἀπολλώνιος Ἀν‖τιπάτρου, γραμματεὺς | Ὀρνυμένους[2], ὁ καὶ τὸ ἱ|ερὸν τοῦ Λέοντος[3] καὶ | τἆλλα τὰ προσκύροντα[4] | τῶι ἱερῶι ἱδρυμένος ὑ‖πὲρ αὐτῶν.

1 Post nuptias Ptolemaei V Epiphanis (a. 193/2 a. Chr. n.), sed priusquam liberi ex hoc matrimonio nati essent, i. e. utique ante 187/6 a. Chr. n., haec incisa esse perspexit Strack. 2 Rarissimum nomen, quod in nummo Milesio ap. Mionnetum III p. 164 n. 743 recurrere adnotat Str. 3 Cf. Strabo XVII, 1, 40 p. 812: τινὰ μὲν γὰρ τῶν ζῴων ἅπαντες κοινῇ τιμῶσιν Αἰγύπτιοι —· ἄλλα δ' ἔστιν, ἃ τιμῶσι καθ' ἑαυτοὺς ἕκαστοι, καθάπερ Σαΐται πρόβατον κτλ., ἀετὸν δὲ Θηβαῖοι, λέοντα δὲ Λεοντοπολῖται. Quem locum qui affert Strack, idem ab Aeliano Hist. anim. XII, 7 tradi, sed illic etiam Heliopolitas commemorari, qui item leones colerent, observat. In alterutro igitur oppido hoc monumentum quondam locum habuisse, sed probabilius de Leontopoli cogitari. Monumenti, in quo Ptolemaeus rex leoni rem divinam faceret, cum titulo neglegenter inciso οἰκία τῆς ταφῆς τῶν | λεόντων ἱερά ex Iougueti descriptione manuscripta a Riccio secum communicata mentionem facit Strack. 4 Cf. n. 65[5].

---

733 Marmor album, emptum Alexandriae, ubi nunc est in museo. Ed. G. Botti Catalogue du musée d'Alexandrie 2 n. 573. Bulletin de la soc. d'Alex. I 1898 p. 41 (M. L. Strack Archiv für Papyrusforschung II p. 547 n. 25).

Ὑπὲρ βασιλέως Πτολεμαίου, τοῦ βασιλ[έως] | Πτολεμαίου καὶ βασιλίσσης Ἀρσινόης [θεῶν] | Φιλοπατόρων, καὶ βασιλίσσης Κλεοπ[άτρας,] | τῆς βασιλέως Πτολεμαίου ἀδελφῆς καὶ γ[υναικός,] || θεῶν Ἐπιφανῶν καὶ Εὐχαρίστων[1], καὶ τοῦ υἱο[ῦ αὐτῶν] | Πτολεμαίου[2] Διὶ Σωτῆρι καὶ θεᾶι Συρίαι[3] κα[ὶ θεοῖς] | συννάοις Ἀπολλώνιος καὶ Μαχάτ[ας καὶ -------] | Μαχάτου[4] Μακεδόνες, οἱ ἱερεῖς.

---

1 Ptolemaeus V Epiphanes (205—181 a. Chr. n.) cum uxore Cleopatra Antiochi III filia. Cum unus filius (Ptolemaeus VI Philometor) commemoretur, anno 186 a. Chr. n., quo is natus est, neque antiquior esse potest titulus, neque multo recentior, nam liberorum natu minorum, Cleopatrae II et Ptolemaei VIII Euergetae II natales non multis annis ab illis fratris maximi distabant. Str. 2 Hic titulus docet, non Cleopatram, sed Ptolemaeum Philometora maximum natu ex Epiphanis liberis fuisse; nam si illa tum iam fuisset, non probabile est futurum fuisse ut ab auctoribus dedicationis neglegeretur. Strack. 3 In papyro Magdolae (*Medinet-en-Nahas*) reperto, quem edd. P. Jouguet et P. Lefebure Bull. de corr. Hell. XXVI 1902 p. 102 n. II, 1 sqq., haec legi observavit Strack: τοῦ γὰρ ἀνδρὸς Μαχάτου σταθμοδο⟨τη⟩θέντος ἐν κώ[μηι] Πηλουσίωι καὶ διελομένου αὐτοῦ πρὸς τὸν Πόωριν καὶ ἀνοικοδομήσαντος ἐν τῶι αὐτῶι τόπωι ἱερὸν Συρίας θεοῦ καὶ Ἀφροδίτης Βερενίκης. Quae cum Ptolemaei III Euergetae regno, circiter 230 a. Chr. n. scripta sint, perquam probabilis est Strackii coniectura, tum quidem Machatam Macedona, fortasse uxori ex Asia oriundae gratificantem, deae Syriae sacellum privatum condidisse, postea vero filios nepotesve illius hereditarium gessisse sacerdotium, sed sacra ita mutata et amplificata esse, ut et Iuppiter Graecorum summus deus illam deam Syriam primo loco expelleret et ipse cultus horum numinum ex privato publicus fieret. 4 Utrum tertius sacerdos, cuius nomen v. 7 extr. intercidit, illorum duorum frater an secundi filius fuerit, diiudicari posse recte negat Strack.

---

734 Lapis incisus limini superiori portae alicuius, Cusis (*El-Kursijeh*) nomi Hermopolitae vel Lycopolitae. Ed. J. Clédat Bulletin de l'inst. Français d'archéologie du Caire 1902 p. 43 (M. L. Strack Archiv für Papyrusforschung II 1903 p. 549 n. 30. P. Perdrizet Revue des études anciennes VI 1904 p. 157). Ectypum chartaceum lapidis, qui nunc Alexandriae in museo asservatur, G. Lefèbvre transmisit Perdrizeto isque benignissime mihi utendum concessit.

Litterae ΑΞΕΕΘΞΠΡΣΦΩ. Hastae extremae lineolis transversis ornatae.

Ὑπὲρ βασιλέως Πτολεμαίο[υ κ]αὶ βασιλίσσης Κλεοπάτρας, θεῶν | Φιλομητόρων[1], καὶ Πτολεμαίου τ[οῦ] ἀδελφοῦ[2] Λυσίμαχος Βαστα|κίλου Θρ[ᾶ]ιξ[3] καὶ Βαστακ[ί]λας καὶ [Εὔρω]μος[4] οἱ υἱοὶ αὐτοῦ Διὶ Σωτῆρι | τὸ πρόπυλον [καὶ τὸ] θύρωμα.

1 Non ante nuptias Ptolemaei VI Philometoris et Cleopatrae sororis (a. 172 a. Chr. n., cf. n. 106[1]) haec incisa esse monet Str. Sed cum liberi non commemorentur, per prima illius matrimonii tempora monumentum dedicatum esse apparet, id quod etiam alio argumento (not. 2) confirmatur. 2 Ptolemaeus VIII Euergetes II, qui aliquantisper una cum fratre natu maiore, post illius mortem vero per satis magnum temporis spatium regnavit, manifesto tum cum haec scribebantur, regio nomine carebat. Atqui eum inde ab anno 169 a. Chr. una cum illo regem fuisse constat usque ad a. 164 a. Chr.; iam cum post hunc quidem annum ea de causa haec exarata esse nequeant, quia nulli commemorantur liberi (not. 1), sequitur ut origo monumenti annorum 172 et 169 a. Chr. n. terminis contineatur, id quod iam Strackio maxime probabile visum est. 3 ΟΡ////Ξ Clédat. Quod cum neque ille neque Strackius quid sibi vellet perspexisset, ethnicum Θρᾶιξ agnovit Perdrizet, cuius emendatio ectypo chartaceo, in quo littera Θ distincte legitur, comprobata est. Ceterum nominis Thracii Βαστακίλας priorem partem redire in appellatione reguli Thracis, cuius nummi exstarent fere anno 400 a. Chr. n. cusi, Βασταρεύς (Bull. de corr. Hell. V 1881 p. 329) et in epiclesi Bacchi prope Philippos culti *Tasibastenus* (C. I. Lat. III 703, 6. 704, 5. 6.) acute observavit idem. 4 Cum Clédatus \ΜΟΣ exhibuisset, aut [Σά]μος aut nomen nescio quod Thracium in -λμος cadens fuisse coniecit Perdrizet. Sed cum in ectypo ante Μ certissima litterae Ω vestigia agnoscantur, per litteras mihi significavit, nomen aliquod eiusdem barbarae gentis hic fuisse sibi videri, cuius altera pars -κωμος eadem esset ac prior nominum notorum Κομοσαρύη (Syll.[2] 133, 1) et *Comosicus* (Tomaschek II, 2 p. 49). Haec subtiliter neque improbabiliter disputata sunt. Sed cum pater Graecum, frater barbarum nomen gesserit, certe in altero fratre utrumque aeque probabile est. Quare cum Graecum nomen praesto esset et vestigiis litterarum superstitibus et spatii rationibus accurate respondens, id reponere non dubitavi.

---

735 Stela marmorea inventa Therae. Ed. F. Hiller von Gaertringen Festschrift für O. Hirschfeld p. 88 (M. L. Strack Archiv für Papyrusforschung II p. 550 n. 31). Imaginem photographica arte effectam proposuit Hiller I. G. XIII, 3 p. 284 n. 1296.

Ἀγαθῆι τύχηι. [ἔδοξεν τῶι κοινῶι τῶν] | Βακχιστῶν[1], ἐν [νο-

Litterarum formae notabiles ΑΞΠΣ. Rotundae litterae ΘΟΩ reliquis aliquanto minores. 1 Cultores Bacchi non Theraeos esse ex sermone

μαίαι συνόδωι[2]· ἐπειδὴ] | Λάδαμος Διονυσ[οφάνου[3] Ἀλεξανδρεὺς[4]] | τῶν περὶ αὐλὴν δια[δόχων[5], ὁ τεταγμέ]‖νος ὑπὸ τῶν βασιλέων[6] [ἐπὶ Θήρας[7],] | εὔνους ὑπάρχων τοῖς Βα[κχισταῖς] | πολλὰς καὶ μεγάλας ἀποδ[είξεις πε]‖ποίηται τῆς εἰς τὰ πραγματ[α ὁρμῆς] | ἔν τε τοῖς πρότερον χρόνοις πο[λλῶι τε] ‖ μᾶλλον ἐν τοῖς νῦν περιστᾶσι και[ροῖς[8]] | ἐξαποσταλείς τε ὑπὸ τῶν βασιλ[έων] | καὶ ταγεὶς ἐπί τε τῆς πόλεως καὶ ἡμῶ[ν[9]] | καθ' ἅπαντα τρόπον κατακολουθῶν τῆι τῶ[ν] | βασιλέων προ[α]ιρέσει καὶ τῆι αὐτοῦ καλο‖καγαθίαι πρό[ς τε] ἡμᾶ[ς] καὶ τοὺς ἄλλους | ἅπαντας π[ε]ρ[ιφ]ε[ρ]όμενος[10] διατελεῖ | φιλανθρώπως,

---

tituli non Dorico collegit H. Atqui cum alii peregrini profecto non multi in illa insula consedissent, admodum probabiliter hanc sodalitatem ad milites praesidii quo Ptolemaei reges insulam tenuissent referri. Bacchi vero potissimum sacris eos studuisse quia is regiae stirpis auctor haberetur. Cf. quae exposui n. 54[6]. 2 Sic probabilius in altera editione restituit H., cum in priore Ἐν[-------γνώμη legisset. 3 Inter milites mercennarios, qui aliquanto ante huius tituli tempus nomina lapidi incidenda curaverunt, I. Gr. XII 3 p. 75 n. 327, 20 Λάδαμος, v. 290 Διονυσοφάνης esse observavit H. et inde collegit, hunc Dionysophanem primo una cum patre militem gregarium fuisse, deinde ad satis altum imperii militaris et civilis gradum evectum. Cum nomina satis rara sint, non improbabilis est ea opinio, sed Dionysophanem tituli illius fratrem potius quam patrem Ladami existimaverim. 4 Supplevit Hiller. 5 Cf. n. 100[5]. 6 Cum catalogum in quo Ladamus et Dionysophanes milites mercennarii recensentur (cf. not. 4) intra annorum 164/3 et 160/59 a. Chr. n. spatium incisum esse constet, hunc quidem titulum aliquot annis recentiorem esse sponte patet. Ex altera parte Ptolemaei Philometoris nece (146/5 a. Chr.) utique antiquiorem iure existimat Hiller, quia post illud tempus reges Ptolemaei quicquam potentiae Therae aut omnino in insulis maris Aegaei conservasse neque traditum est neque ulla ex parte probabile. Pluralem βασιλεῖς, quem de Ptolemaeo Philometore eiusque sorore et uxore intellexit Hiller, mihi per illos postremos regni Philometoris annos probabilius videtur illum una cum filio Ptolemaeo VII Eupatore, quem aliquantisper regni paterni socium fuisse constat (cf. n. 126[1]), designari. 7 Supplevit Hiller in altera editione. Cf. n. 102, 1 ὑπὲρ Ἀρισ[τίππ]ου τοῦ Θεοξένου Ἀλ[εξαν]δρέως τῶν διαδόχων, το[ῦ τετ]αγμένου ἐπὶ Θήρας. Antea [ἐπὶ τῆς πόλεως] suppleverat, quod re ad idem redit. 8 Supplevit U. Wilcken apud Hillerum, qui antea adiectivum περιστασικο[ῖς] agnoscere sibi visus erat. 9 Et civitati et militibus praefectus erat. Eandem administrationis civilis et imperii militaris coniunctionem habes in eadem insula n. 102, 3. 11 sqq. Cf. ibi notam 9. 10 Dubitanter suppleverunt B. Keil et W. Schulze ap. Hiller. Recte προσφερόμενος dicendum fuit, neque negandum est fieri posse, ut quae enotata sit ab Hillero littera tertia P potius O fuerit. In imagine photographa Hilleri hoc loco omnino

σπουδῆς καὶ φιλοτιμίας | ἐν οὐθενὶ καιρῶι παραλείπων οὐθέν· | ὅπως οὖν καὶ τὸ κοινὸν φαίνηται τοὺς προ‖εστηκότας ἀπὸ παντὸς τοῦ βελτίστ[ου[11]] | τιμ[ῶ]ν, δεδόχθαι Λάδαμον Διονυσοφά-ν[ου] | καὶ αὐτὸν καὶ γυναῖκα καὶ ἐνγόνου[ς[12]] | εἶναι θιασίτας, καὶ μετουσίαν αὐ[τοῖς | ὧ]νπ[ερ κ]αὶ τοῖς ἄλλοις θιασίτ[αις μέτε]‖στιν· ἐπάγειν δὲ [αὐτ]οῦ κ[αὶ ------------ | ---------]ων ἐν τῆι συνόδωι --------------------------- | ------ περὶ τῶν βασιλέ[ων --------------- πεντετη|ρί]δι καὶ τριετηρί[δι ------- ------------ | . . . ,] ὁμοίως καὶ [-------------- ‖ ὑ]πὲρ δὲ τῶν ------- | βασιλε--------------- | αὐλ[η-----------]

nihil certi dispicere possum. 11 Insolentius hoc dictum iudicat Hiller, et ἀπὸ παντὸς τοῦ βελτίστου cum τιμῶν coniungit. Neutrum recte, si quid video. Nam formula laudis non inusitata in actis publicis est, quam ad προεστηκότας pertinere apparet. Cf. Syll.^{2} 216, 7: ἀ[εὶ ἀπὸ π]αντὸς τοῦ βελτίστου ποιησάμενος τὰς κρίσει[ς]. v. 42 sqq. ὅτι χρησίμως αὐτῶι τε καὶ τῶι δήμ[ωι πε]ποίηται τὰς κρίσεις καὶ ἀπὸ παντὸς τοῦ βελ[τίστου]. 278, 7: οἱ οὐκ ἀπὸ τοῦ βελτίστου εἰωθότες ἀναστρέφεσθαι. Fayûm towns and their papyri p. 103 n. XII, 6. 7 οὐκ ἀπὸ τοῦ βελτ[ί]στου ἀναστρεφομένων. 12 Certa est haec scriptura in titulis Samio Syll.^{2} 183, 25 et Smyrnaeo C. I. G. 3185, 3. Nullum hic esse nomen cum praepositione ἐν compositum omnium certissimum existimo. Id unum ambigi licet, utrum mero errore eorum qui scripturam γγ ambiguam male de nasali cum media coniuncta potius quam de media geminata interpretarentur nata sit, an pronuntiationis vicissitudine ex *gg* natum sit *ng* plane ut ex *bb* haud raro *mb* (cf. Σαμβάτιος, Βαμβύκη, Μαμβογαῖος, Ἀμβακούμ n. 573[2]) fit. Sed cum ἔγγονος frequentissimum sit, ἔνγονος perrarum, malim de lapicidae exemplum sibi traditum perperam interpretantis errore cogitare.

---

736 Stela inventa Euhemeriae (*Kasr el Banat*) in nomo Arsinoïte (*Faijûm*), translata in museum urbis *Cairo*. Edd. B. P. Grenfell et A. S. Hunt, Fayûm towns and their papyri p. 48 (M. L. Strack Archiv für Papyrusforschung II p. 555 n. 38).

---------------------|ιμ . . . . ιο . . σμ . . . . σιμν . . . ον | ----- --- ἐπιτελῶνται[1] κτ[ι]σθέντος τοῦ σημαι|νο⟨με⟩μένου ἱεροῦ[2] ὑπὲρ

Litterae ΑΘΞΠΣ. 1 Supra v. 1 haud exigua pars tituli periit. 2 Ex loco ubi lapis inventus est iure editores primi collegerunt, de delubro Euhemeriae condito hic verba fieri. Neque vero hoc principale illius oppiduli templum fuisse, Sucho (n. 176[2]) et Isidi consecratum, sed aliud recentius privata unius hominis, fortasse sacerdotis, munificentia constitu-

τε σοῦ[3] καὶ τῶν προ|γόνω[ν σ]οῦ, μενούσης καὶ τῆς παρὰ ‖ τῶν πλησίων ἱερῶν συνκεχ[ωρ]ημένης | ἀσυλίας[4], μηδενὸς εἰσ[βιαζο]μένου[5] | μηδ' ἐκσπᾶν τοὺς ἐν τῷ ἱ[ερ]ῷ καὶ | παστοφόρους[6] καὶ τοὺς δ[ο]ύλ[ου]ς[7] | τοὺς κατ[αφ]εύγοντας καθ' ὁνδηπο‖τοῦν τρόπον δέομ(αι) (σ)οῦ[8] τοῦ νικη|φόρου θεοῦ[9], εἰ δ[οκ]εῖ [ἐπιγν]οὺς[10] τοῦ | πράγματος υ....ο [---------------[11]] | ἔχεις πρὸς τὸ ἱερὸν εὐ[σέβ]ε[ιαν] προσ|τάξαι : Ἥριδι[12] τῶι συγ-

---

tum ex toto titulo apparere, qui petitionem illius hominis una cum responso hypomnematographi regii contineret. 3 Regem, cuius annus tertius decimus v. 26 indicaretur, si tertio a. Chr. n. saeculo titulum vindicaremus, aut Epiphanem aut Philometora esse, ut annus 193/2 aut 169/8 a. Chr. intellegendus esset, sin autem ad primum a. Chr. saeculum descenderemus, unum Ptolemaeum XIII qui volgo Auletes vocaretur in censum venire et annum 69/8 a. Chr. n. adnotaverunt G. et H. Sed ipsi propter tituli litteraturam et sermonem hoc multo probabilius existimaverunt, et confidentius etiam Strackius titulum primo a. Chr. n. saeculo incisum iudicavit. 4 Primi editores id hic enuntiari sibi persuaserunt, non infringi debere hoc novo delubro constituto asyliam, qua antiquiora fana vicina fruerentur. Sane sic potius τῆς τοῖς πλησίοις ἱεροῖς συγκεχωρημένης ἀσυλίας dicendum fuisse eos non fugit. At quo artificio hanc difficultatem vitare conati sunt, ut asyliam quae ab illis templis praebita esset supplicibus interpretarentur, eo vereor ut cuiquam persuadeant. Immo homo qui novum fanum constituturus erat, antea vicinorum templorum sacerdotes rogaverat, ne obloquerentur si ipse novum asylum conderet. Cuius precibus illos morem gessisse hic definite enuntiatur, quia huius hominis intererat id non in oblivionem venire. 5 ΕΙΣΤ.... ΜΕΝΟΥ, quod primi editores non attigerant, ingeniose supplevit Strack. 6 Cf. Syll.[2] 559[3] et huius collectionis n. 56[13]. 7 Δ.Υ...Σ Gr. et H. non sine haesitatione suppleverunt, quia ductus litterarum perquam evanidi essent et spatium paullo amplius. Sed utique sententiae perbene convenit servorum mentio. Cf. Syll.[2] 653, 80 φύγιμον εἶναι τοῖς δούλοις et alia permulta scriptorum et titulorum testimonia. 8 ΔΕΟΜΕΝΟΥ. Emendaverunt Gr. et H., probavit Str. 9 Cf. n. 89[1]. 10 Supplevit Strack. Sane sic anacoluthia nascitur, quia infinitivus προστάξαι v. 13. 14 accusativum flagitat. Sed ea pro huius tituli sermonis genere (cf. not. 27) neutiquam intolerabilis est. 11 Hoc versu post ΠΡΑΓΜΑΤΟΣ nihil enotatur nisi Υ...Ο........ΡΙΝΟ, quibus quid faciam non video. Utique Υ errore pro Τ lectum videtur, nam cum ἐπιγνῶναι cum genetivo coniungi nequeat, hic fuisse videtur nomen cum articulo accusativo casu enuntiatum, unde rursus penderet τοῦ πράγματος. 12 Hoc pro Ἡρώδῃ, ac v. 26 nominativum Ἥριδος pro Ἡρώδης scriptum coniecerunt editores Britanni, quibus iure meritoque obloquitur Strackius monens fieri potuisse ut Ἧρις aeque atque Ἡρᾶς hypocoristicum nominis Ἡρακλῆς fingeretur, ut constaret Βῆσις non minus quam Βησᾶς usitatum fuisse. Sed poterat confidentius loqui, quia testatum habemus nomen Graecum Ἧρις. Cf. Syll.[2]

γενεῖ[13] καὶ ὑ[π]ομνη‖ματογράφωι[14], ὅπως γράψῃ τῶ[ι] τ[ο]ῦ νομοῦ | στρατηγῶι[15] καὶ οἷς καθήκει, ἵν' εἰδὼ[ς] | πο[ιού]μενον[16] τὰ (τ)ῆς[17] ἀν[ιερώσεω]ς[18] | προν[οή]σῃ[19] [γρ]α[φῆς] εἰ(ς)[20] τ[ὸν τῆ]ς[21] ἀσυ|λίας τόπον, ἣ ἐνκ[ολαφθ]ή[τω[22] ἐν τ]ῆι[23] ‖ ὑπ' ἐμοῦ στήλῃι ἀνατεθεί[σῃι[24]] | περιέχουσα[25] τῆς ἐντε[ύ]ξεως[26] |

267, 5. 15 Ἧρις Κόθωνος Βυζάντιος. ibid. 692, 18 Ἧρις Καλχηδόνιος. De spiritu sane ambigi licet hic non minus quam illic. 13 Cf. n. 104[2]. 14 Probe distinguendum ab hypomnematographis Alexandriae aliorumque oppidorum (n. 147[6]) hunc magistratum superiorem regium monuit Strack, eiusdem generis hypomnematographorum exempla afferens Amphiclem (Archiv für Papyrusforschung I p. 61) et Crocum, in cuius titulo supra n. 140, 6 P. Meyeri supplementum ὑπ[ομνηματογράφον] nunc probat. Qua de re cur nequeam cum eo facere exposui illic not. 1. Sed utique Amphicles, qui ut Heris συγγενὴς καὶ ὑπομνηματογράφος dicitur, eiusdem generis magistratus regius egregiae dignitatis est. In eodem plane sententiarum conexu n. 139, 13 sqq. δεόμεθ' ὑμῶν — συντάξαι Νουμηνίωι τῶι συγγενε[ῖ] κα[ὶ ἐπιστο]λογράφωι γράψαι Λόχωι κτλ. legi et aliis nonnullis titulorum et papyrorum locis (veluti n. 194, 24) redire illa ὁ συγγενὴς καὶ ἐπιστολογράφος observavit Strack, unde collegit, illud hypomnematographi regii officium dignitate et usu simillimum atque adeo fortasse unum idemque fuisse atque hoc epistolographi. 15 De nomorum strategis cf. n. 184[2]. Nomum vero hic intellegi Arsinoiten vix est quod dicam. 16 Vs. 16 fin. ΕΙΔΩΕ, vs. 17 ΠΟΝ . . ΜΕΝΟΝ lapis Editores primam personam εἰδῶ agnoverant, reliqua non attigerant. At cum de litteris ad strategum nomi dandis dicatur, consentaneum est eas scribi non ut petitor, sed ut ipse strategus certior fiat, quare lenissima medela εἰδὼς ex ΕΙΔΩΕ restitui. Ad participium mente addendum est ἐμέ; sed utrum πον[ού]μενον an πο[ιού]μενον restitui praestaret ambiguus haesi. 17 Emendavi. ΤΑΓΗΣ lapis ex Grenfellii et Huntii testimonio. 18 Supplevi. 19 Supplevi. 20 Emendare conatus sum. Strategus iubetur curare, ut scriptura quaedam fiat, quae stelae incisa in loco asylo erigatur, continens illa quidem et petitionem et responsionem ad illam a rege datam. Structura προνοεῖν τινος 'curare ut aliquid comparetur' non aliena a sermonis Graeci consuetudine. Sane emendatio γραφῆς εἰς pro illis quae ex lapide enotantur ΝΑΙΩΣΜΕΙΚ satis violenta est, neque hoc potissimum nomen fuisse praestiterim. 21 Supplevi. 22 Supplevi. 23 Supplevi. 24 Supplevi. Primi editores intactum reliquerunt, Strack restituit ἀνατεθεῖ[σθαι]. Sed sic structura evertitur et v. 21 nominativus περιέχουσα non habet quo referatur. Traiectio vero τῇ ὑπ' ἐμοῦ στήλῃ ἀνατεθείσῃ pro τῇ ὑπ' ἐμοῦ ἀνατεθείσῃ στήλῃ vel apud optimum quemque scriptorem Atticum neutiquam infrequens est. Cf. Demosth. XX, 84: τὸ τῷ Χαβρίᾳ ψήφισμα ψηφισθέν. Apparet, strategum quidem imperare vel potius permittere, ut haec lapidi inscripta in delubro proponantur, conditorem fani vero suis impensis stelam conficiendam et titulum insculpendum curare. 25 Strackius cum hoc ad στήλῃ referendum existimaret, περιεχούσα(ι) emendavit, non curans

καὶ τῆς[27] πρὸς αὐτὴν χρηματισμοῦ | τὸ ἀντίγραφον. τούτου δὲ γενο|μένου ἔσομαι εὐεργετημένος[28]. || διευτύχει. |
∟ ιγ´ Ἥριδος· γεινέσθω[29]. |
ἔγραψεν Πτολεμαῖος Διδύμου | κοινὸς γραμματεύς.

---

vocalem α pro η ab huius tituli sermone profecto alienissimam. Nominativum ad ἣ pronomen (v. 19) relatum recte se habere non est quod demonstretur. 26 Cf. n. 138[10]. 27 Gravissimus soloecismus, lapicidae potius quam ei qui haec composuit vitio vertendus. 28 Cf. papyros Fayûm towns p. 102 n. XI, 33 τούτων δὲ γενομένων ἔσομαι βεβοηθημένος, p. 104 n. XII, 34: τούτων δὲ γενομένων ἔσομαι ἀντειλημμένος, ubi ἀντιλαμβάνεσθαι succurrendi vel adiuvandi notionem habet. Cf. n. 697[1]. 29 Cf. not. 14. Genetivum hic esse, non nominativum ut primis editoribus visum erat, apparet. Cf. not. 12.

---

737 Stela gracilis cum aëtomate triquetro, inventa in vico *Mit-Rahineh* sito inter rudera veteris Memphidis. Ed. Maspero, Annales des services des antiquités de l'Égypte 1901 II p. 285 (M. L. Strack Archiv für Papyrusforschung III p. 128 n. 6).

Ἔτους ἕκτου[1]. ἐπὶ συναγωγῆς | τῆς γενηθείσης ἐν τῶι ἄνω Ἀπολλ[ω]|νιείωι τοῦ πολιτεύματος[2] καὶ τῶν | ἀπὸ τῆς πόλεως

---

1 Annum sextum aut Ptolemaei VI (Philometoris) i. e. 176 a. Chr. n., aut Ptolemaei VIII (Euergetae II) 165 a. Chr., aut Ptolemaei X (Soteris II) 112 a. Chr. n. esse observat Strack. Neque enim antiquiorem esse posse propter nomen συγγενής v. 5 (cf. n. 104[2]), neque ad inferiora etiam tempora descendi licere propter litteraturam, quam Maspero adeo tertii a. Chr. saeculi esse iudicaverit. 2 Strackius ambiguus haeret inter duas huius vocis significationes. Aut enim civitatem (Memphin) intellegi, ut nihil discriminis inter πόλιν et πολίτευμα intercedat, aut corpus vel collegium, hic quidem militum Idumaeorum. Huius significationis unum modo se exemplum novisse, neque id plane certum, Tebtunis papyri p. 125 n. 32, 17 ἀπὸ τῶν ἐπικεχωρημένω[ν] τῶι πολιτεύματι τῶν Κρητῶν ἀνδρῶν φ´. Sed ea neutiquam tam rara est, quam illi videtur, praesertim si de corpore peregrinorum ex alia civitate oriundorum verba fiunt, qui alicubi consederunt. Cf. n. 192, 5 cum Addendis vol. I. p. 653. n. 658[1]. Quod in milites mercennarios, quorum corpora nomen gentium unde oriundi erant gerere solerent, non minus cadere quam in mercatores aliosve peregrinos in urbe aliqua consistentes, iure meritoque ex n. 143, 4. 145, 2 τὸ κοινὸν τῶν ἐν Κύπρῳ (ἐν τῇ νήσῳ) τασσομένων Θρᾳκῶν (Ἰώνων) καὶ τῶν συμπολιτευομένων collegeris. At in hunc titulum ea notio quadrare nullo modo videtur. Nam quod v. 24 legitur ἡ πόλις, ab eo ista notionis ambiguitas plane aliena est; quo pacto vero exemplum decreti Dorioni dari potuit ut perspiceret gratum c i v i t a t i s

Ἰδουμαίων[3]. ‖ ἐπεὶ Δωρίων[4] ὁ συγγενὴς[5] καὶ στρατηγὸς | καὶ ἱερεὺς[6] τοῦ πλήθους τῶν μαχαιροφόρων[7] | ἐν πολλοῖς εὐεργετηκὼς ἐφαίνετο καὶ κοινῆι | καὶ κατ' ἰδίαν ἕκαστον, εὐσεβῶς τε διακείμενος | πρὸς τὸ θεῖον προθύμως πεπόηται μετὰ πολλῆς ‖ καὶ δαψιλοῦς δαπάνης τήν τε καταλιφὴν καὶ | κονίασιν τοῦ δηλουμένου ἱεροῦ καθάπερ καὶ | πᾶσι πρόδηλόν ἐστιν· ἔδοξεν τὰς μὲν ἄλλας | ἃς ἔχει τιμὰς μένειν αὐτῶι διὰ βίου· καὶ ἐπὶ | τῶν δὲ ἀεὶ γινομένων θυσιῶν ἀναγορεύ‖εσθαι αὐτῶι θαλλὸν κατὰ τὸν πάτριον νόμον. | καὶ ἐπιτάξαι τοῖς ἱερεῦσι καὶ ἱεροψάλταις[8] | ἐπὶ τῶν ὕμνων μεμνῆσθαι αὐτοῦ· ἔτι δὲ καὶ |

---

animum, nisi ipsa civitas illud decreverat? Cur illic τοῦ πολιτεύματος neque vero τοῦ δήμου dicatur, dubium est, sed putaverim ideo factum, quia potestas de eiusmodi rebus decernendi non penes totum populum tum esset, sed angustioribus finibus circumscripta. Cf. Aristoteles Politic. III, 6, 1278 b, 10 κύριον μὲν γὰρ πανταχοῦ τὸ πολίτευμα τῆς πόλεως. V, 6, 1306 a, 14 τοῦτο δ' ἐστὶν ὅταν τοῦ παντὸς πολιτεύματος ὀλίγου ὄντος τῶν μεγίστων ἀρχῶν μὴ μετέχωσιν οἱ ὀλίγοι πάντες. IV, 6, 1293 a, 15. 13, 1297 b, 9 οἱ μετέχοντες τοῦ πολιτεύματος. III, 13, 1283 b, 22 οἱ ἐν τῷ πολιτεύματι. 3 Ut alibi Cretenses, Thraces, Iones, Cilices mercennarii in titulis Ptolemaeorum repperiantur, sic hic de militibus Idumaeis qui Memphi essent dici perquam probabiliter coniecit Strack. 4 Nomen in Aegypto frequentissimum. Cf. n. 120[2]. 5 Cf. n. 99[1]. 104[2]. 6 De ducis et sacerdotis officiis coniunctis cf. n. 84[1]. 230[2]. 7 Utrum μαχαιροφόροι et Ἰδουμαῖοι (v. 4) eidem sint, an haec duo hominum genera distinguere praestet, dubitat Strack. Mihi res satis simplex videtur; illud praesidium Idumaeorum, quod Memphi stationem habebat, sane constabat ex machaerophoris. Dorio vero, homo nobilissimi in aula regia ordinis (συγγενής), non huius unius praesidii praefectus (φρούραρχος) erat, sed summus omnium per totam Aegyptum eius armaturae militum dux. Quem Memphi, quod erat antiquum totius regni caput et commodissime ad adeundam inferiorem et superiorem Aegyptum situm, sedem habuisse certe non improbabile est, neque magis ut eum honoribus afficerent convenisse inter milites illic collocatos qui sub ipsius imperio essent et civitatem, cuius securitatem et opes tutarentur. Hunc enim fuisse eius generis usum extra controversiam est, etsi dissentitur utrum a militibus discernendi sint machaerophori, an ipsi quoque in militum numero habendi, quae est Strackii sententia probabilior si quid video. De officiis eorum cf. epistulam nescio cuius superioris magistratus ad epistatas aliosque officiales τῆς Πολέμωνος μερίδος τοῦ Ἀρσινοΐτου νομοῦ Tebtunis papyri I p. 131 n. 35, 12. 13 πεπόμφαμεν δὲ τούτου χάριν καὶ τοὺς μαχαιροφόρους. p. 536 n. 251 μαχαιρο(φόρωι) κω(μάρχου). p. 139 n. 39, 20. p. 155 n. 48, 18. p. 476 n. 112, 85. Iam intellegitur, quid Dorioni necessitudinis intercedat cum Idumaeis et cur tamen priore loco Ἰδουμαῖοι, altero μαχαιροφόροι commemorentur. 8 Eidem qui alibi fere ὑμνῳδοί appellantur. Neque enim, ut ex nominis origine collegeris, fidibus modo cecinisse hos homines apparet ex illis ἐπὶ τῶν ὕμνων μεμνῆσθαι.

ἐπὶ τῶν τοῦ πολιτεύματος εὐωχιῶν στε|φανοῦσθαι διὰ παντὸς ἐξάλλωι[9] στεφάνῳ. ‖ τὸ δὲ ψήφισμα ἐνγράψαντας εἰς στήλην | λιθίνην ἀναθεῖναι ἐν τῶι ἐπιφανεστάτωι | τοῦ ἱεροῦ τόπωι καὶ μεταδοθῆναι αὐτοῦ ἀντί|γραφον τῶι Δωρίωνι, ἵν' εἰδῆι ἣν ἔσχηκεν | πρὸς αὐτὸν ἡ πόλις[10] εὐχάριστον ἀπάντησιν.

9 Quae pretio et magnificentia aliis praestet. Cf. Polybius VI, 7, 7: ἐξάλλους μὲν ἐσθῆτας ὑπέλαβον δεῖν ἔχειν τοὺς ἡγουμένους τῶν ὑποταττομένων, ἐξάλλους δὲ καὶ ποικίλας τὰς περὶ τὴν τροφὴν ἀπολαύσεις καὶ παρασκευάς. 10 Cf. not. 2.

---

738 Tabula lapidis calcarii inventa Schediae, exstat Alexandriae in museo. Edd. G. Botti Bulletin de la soc. arch. d'Alex. IV 1902 p. 49 (P. M. Meyer, Beiträge zur alten Gesch. II 1901 p. 478. U. von Wilamowitz-Möllendorff Sitzungsber. der Ak. zu Berlin 1902 XLIX p. 1095). Imaginem accuratam tituli proposuit et illustravit A. Schiff, Festschrift für O. Hirschfeld p. 385 (M. L. Strack Archiv für Papyrusforschung II p. 554 n. 37).

[Ὑπὲρ βασιλίσσης Κλεοπάτρας | καὶ βασιλέως Πτολεμαίου[1],] | θεῶν Φιλομητόρων Σωτή|ρων[2], οἱ ἀποτεταγμένοι[3] | ἐπὶ

Litterae volgares praeter ΑΘΠΣ. Hastae, quae rectae esse debebant, hic illic paullulum incurvatae. Unusquisque versus inter duas lineas horizontales non profunde sed accuratissime incisas, itemque a sinistra eiusdem generis linea titulus a loco vacuo disterminatus. 1 Initium tituli supplevit Schiff. 2 Cleopatra III eiusque filius natu maior Ptolemaeus X Soter II una regnaverunt inde ab anno 115 a. Chr. n. Quod vero Schiffius hoc vel proximo anno titulum incisum statuit, nescio an nimis angustis finibus eius tempus circumscripserit. Nam anno 108 a. Chr. demum Soter Aegypto expulsus Cyprum se contulit ibique regnare coepit, frater minor natu Ptolemaeus XI Alexander vice versa ex illa insula Alexandriam redux cum matre regnavit. Illo igitur anno hic titulus antiquior est, sed cur anno 114 recentiorem esse neget Schiff non assequor. At cum hucusque Schiffii sententiam secutus utique maiorem fratrem Ptolemaeum X Sotera agnoscendum esse sumpserim, ingenue profiteor, me nullam videre causam, cur titulum non etiam ad minoris Alexandri regnum referri posse negetur. Nam eum et una cum matre in Aegypto regnantem (a. 108—101 a. Chr.) et postea cum uxore regni societate coniunctum (a. 101—88 a. Chr. n.) nominibus θεοὶ Φιλομήτορες Σωτῆρες indicari certissimum est. Cf. M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 185. 203 et titulum huius collectionis n. 740, 3. 4. 3 Praesidium a maiore aliquo militari corpore Schediam missum hoc verbo indicatur.

Σχεδίᾳ[4] στρατιῶται, ὧν | ἡγεμὼν[5] καὶ χιλίαρχος[6] Σωσίπατρος, ‖ τὸ Κλεοπάτρειον[7].

4 De situ Schediae cf. lemma tituli n. 672. 5 Cf. n. 69[3]. Non quemlibet chiliarchum etiam ἡγεμόνα fuisse, sed eum modo, qui ut hic numero militum non cum aliis eiusdem generis coniuncto, sed uno per se totum praesidium alicuius loci efficienti praeesset, haud improbabiliter disputavit Schiff. 6 Cf. n. 119[4]. 7 Delubrum Cleopatrae reginae. Similes voces templa regum reginarumque Aegypti indicantes Schiffius attulit *Arsinoeum* apud Plinium Nat. hist. XXXVI, 68 (Alexandriae) et Λάγειον in oppido Arsinoë Berl. gr. Urk. I p. 14 n. 9 Col. II, 19. Ipsum Κλεοπάτρειον monet exemplum eiusmodi τεμενικῶν exhiberi a Theognosto grammatico (Cramer Anecd. Ox. II p. 129) et apud Arsinoitas ἄμφοδον Κλεοπατρίο(υ) et πλατεῖ[α]ς Κ[λεο]πατρί[ου] esse in papyris Berl. gr. Urk. II p. 64 n. 404, 3. p. 101 n. 445, 6.

---

739 Lapis calcarius, inventus incerto loco, exstat in museo oppidi *Cairo*. Inscriptiones habet Graecam, hieroglyphicam, demoticam, ut n. 56 et 90. Ex Milnii et Jougueti apographis, ex quibus hoc quidem a Riccio acceperat, ed. M. L. Strack Archiv für Papyrusforschung II p. 551 n. 33.

Βασιλευόντων Κλεοπάτρας κα[ὶ] Πτολε[μαίου, θεῶν] | Φιλομητόρων Σωτή[ρ]ων[1], ἔτους ἕκτου[2], [Φ]αω[φὶ . .[3],] | ἐπὶ ἱερέως Ἀρτεμιδ[ώρο]υ τοῦ Σωτίωνος Ἀλ[εξάν]δ[ρου] | καὶ θεῶν Σωτή[ρ[ων κ]αὶ θεῶν Ἀδελφῶν καὶ θεῶν Εὐερ‖γετῶν καὶ θε[ῶν Φιλοπα]τόρων καὶ θεῶν Ἐπιφανῶν κ[αὶ] | θε[οῦ] Εὐπά[τ]ορ[ος[4] καὶ θεοῦ] Φιλομήτορος[5] καὶ θεοῦ Νέου | [Φι]λοπάτορ[ος][6] καὶ [θεοῦ Εὐεργ]έτου[7] καὶ θεᾶς Εὐεργέτιδος | [τῆς] καὶ [Φιλ]ομή[τορος Σωτ]είρας[8], ἱεροῦ πώλ[ου Ἴσιδο]ς | [θεᾶς] με[γάλης μητρὸς θεῶν

1 Cleopatra III eiusque filius natu maior Ptolemaeus X Soter II, qui a. 115—108 a. Chr. n. una regnaverunt. 2 Sextus Cleopatrae III annus 112/1 a. Chr. n. est. 3 Mensis secundus anni Aegyptiorum. Qui annus cum tunc a die 20. mensis Septembris initium ceperit, intellegitur haec posteriore m. Octobris aut priore m. Novembris parte a. 112 a. Chr. n. scripta esse. 4 Cf. n. 125[1]. 5 Philometor hic sine uxore commemoratur, ut n. 137, 6. 7, quia illa postea eius fratri Euergetae nupsit. Sed cf. not. 7. 8. 6 Cf. n. 168[48]. 7 Memorabile est, non θεοὺς Εὐεργέτας hic una comprehendi. Sed cum Cleopatra III, quae item Euergetae uxor fuerat, tum etiam regnaret, fortasse huic displicuit illius matrimonii mentio. 8 Verum quidem est nomina θεὰ Εὐεργέτις ἡ καὶ Φιλομήτωρ Σώτειρα et in Cleopatram II matrem et in Cleopatram III filiam aeque quadrare. Tamen non video quo pacto Str. dubius haereat, utra intellegenda sit. Nam defunctorum regum

-----------------,] ‖ ἀθλοφόρου Βερενίκης Εὐεργέτιδος[9] Κρατέας τῆς Δευτέρου, | [κανηφόρου] Ἀρ[σι]ν[όης] Φιλαδέλφου [Διονυσίας τῆς | Διονυσί]ου[10], ἱερείας [Ἀρσινόης Φιλ]οπάτορος [Ἀρετίνης τῆς Σέλωτος[11]].

hoc est sacerdotium, Cleopatram III vero tum etiam vixisse et regnasse v. 1 prodit. Confidenter igitur ad Cleopatram II Epiphanis filiam, quae deinceps fratrum germanorum Philometoris et Euergetae II coniux fuit, hunc tituli locum referemus. 9 Cf. n. 90, 5. 10 Supplevit Strack ex exemplo demotico. 11 Supplevit Strack ex exemplo demotico. Nomina sane parum Graeca videri, ut dubitari liceat num recte excepta sint, fatetur idem. Decretum simile illorum, quae sunt n. 56 et 90, post haec praescripta intercidisse magnopere dolendum est.

---

740 Lapis inventus Magdolae (*Medinet-en-Nahasch*) in nomo Arsinoitico (*Faijûm*). Ed. P. Jouguet Comptes rendus de l'ac. des inscr. et belles lettres 1902 p. 353. (M. L. Strack Archiv für Papyrusforschung III p. 130 n. 7). Cf. quae adnotavit P. Perdrizet Revue des études anciennes IV 1904 p. 36 sqq.

Ὑπὲρ βασιλέως Πτολεμαίου τοῦ κ[αὶ] | Ἀλεξάνδρου καὶ βασιλίσσης [Κ]λ[εο|πάτρας] τῆς ἀδελφῆς, θεῶν Φιλομητό|ρων Σωτήρων[1], καὶ τῶν τέκνων καὶ τῶν ‖ [ἐκ]γόνων Ἥρωνι[2] θεῶι μεγάλωι | Φαμενὼθ[3] α΄.

1 Ptolemaeus XI Alexander cum uxore Cleopatra Berenice post mortem matris Cleopatrae III (101 a. Chr.) regnavit dum aestate 88 a. Chr. expulsus est. Cf. Strack Dynastie der Ptolemäer p. 205 not. 37. 2 Hic deus est, cuius delubrum nuper Magdolae (*Medinet-en-Nahasch*) ab Jougueto et Lefebvro erutum est. Cum Thracium deum eodem nomine fuisse constet neque negari liceat multos Ptolemaeorum aetate in Aegypto fuisse Thracas, illum ipsum hic agnoscere sibi visus est Jouguet. Sed Perdrizet monuit, de numine sine controversia Aegyptio haud raro hoc nomen usurpari, ut in papyro magico musei Britanici esset ἐγώ εἰμι Ἥρων ἔνδοξος, ᾠὸν ἴβεως, ᾠὸν ἱέρακος κτλ. (Kenyon Catal. I p. 72); cum Iside eum coniungi in litteris alchymicis ap. Berthelot Alchimistes Grecs p. 214; ap. Ammianum Marcellinum legi in Hermapionis versione Graeca inscriptionis obelisci XVII, 4, 18. 20. 23 Ἀπόλλων κρατερὸς φιλαλήθης υἱὸς Ἥρωνος. Huic deo apud indigenas nomen fuisse *Thom*, unde oppidum *Pi-thom* nomen accepisset, Graece Ἡρώων πόλις appellatum. Num recte frequentiam nominum Ἥρων et Ἡρώδας (-ης) in Aegypto item ab huius dei sacris repetiverit P., sane dubitaveris. Sed cur illud potissimum nomen deo Aegyptiorum imposuerint Graeci, hic non magis

scimus quam in Antaeo (n. 109[3]). 3 Phamenoth septimus est Aegyptiorum mensis, illa aetate in anno mobili a medio fere mense Martio incipiens.

---

741 Stela lapidis calcarii supra arcuata. Ed. G. Botti Bull. de la société arch. d'Alexandrie IV 1902 p. 96 (U. Wilamowitz-Möllendorff Sitzungsberichte der Ak. zu Berlin 1902 XLIX p. 1096. M. L. Strack Archiv für Papyrusforschung II p. 558 n. 40). Cf. quae adnotavit P. M. Meyer Beiträge zur alten Geschichte II p. 478.

Ὑπὲρ βασιλέως Πτολεμαίου | θεοῦ νέου Διονύσου[1] καὶ τῶν | τέκνων αὐτοῦ θεῶν νέων Φιλ|αδέλφων[2] Εἴσιδι θεᾷ μεγίστῃ || Νεφερῶς Βαβαῦτος ἐκομίσα|το[3] τὸν ἱερὸν τόπον τοῖς κυρίοις θ|εοῖς μεγίστοις. | L κθ´[4], Παχὼν⟨ι⟩ κθ´[5].

---

1 Ptolemaeus XIII (80—51 a. Chr. n.). Cf. n. 182[1]. 2 Anno proximo (51 a. Chr.) decedens Ptolemaeus quattuor liberos reliquit, duos filios, quorum utrique Ptolemaeus nomen erat, duasque filias, Cleopatram et Arsinoën. Quos omnes hic intellegere malim cum Meyero, cum Wilamowitz et Strack de eis modo duobus qui post patrem regnaverunt, Cleopatra et Ptolemaeo XIV, cogitent. 3 Locum sacrum, qui abalienatus erat, recuperaverunt et deis restituerunt. 4 Anno 53/2 a. Chr. n. 5 Pachon nonus erat mensis anni Aegyptiaci, qui tum etiam intercalatione carebat (cf. n. 56[9]). Itaque eius dies undetrigesimus totius anni ducentesimus undeseptuagesimus est, i. e. dies 31. mensis Maii a. 52 a. Chr. n.

---

742 Lapis calcarius conchyliates, inventus Alexandriae. Exstat ibidem in museo. Ed. G. Botti Bull. de la soc. arch. d'Alexandrie IV 1902 p. 86 (U. von Wilamowitz-Möllendorff Sitzungsber. der Kgl. Ak. zu Berlin 1902 XLIX p. 1094. P. M. Meyer Beitr. zur alten Gesch. II p. 479. M. L. Strack Archiv für Papyrusforschung II p. 559 n. 41).

[Ὑπὲρ] βασ[ιλίσ|ση]ς καὶ β[ασι|λ]έως[1] θεῶι [με]|γάλωι[2] ἐ[πηκό]ωι[3] Ἄλυπ[ος[4] τὴν] || προσε[υχὴν[5]] | ἐπόει. | L ιε´ Με[χεὶρ . .[6]].

---

1 Cleopatram III et Ptolemaeum XI Alexandrum intellegit Wilamowitz, ut annus 102/1 a. Chr. n. sit. Sed Strackius monuit, hunc annum potius matris sextumdecimum eundemque filii tertiumdecimum numerandum fuisse (cf. Dynastie der Ptolemäer p. 185), hic vero intellegi Cleopatrae VII et Ptolemaei XVI Caesarionis (cf. n. 194[2]) commune regnum annumque 36 a. Chr. n.

2 Deus Iudaeorum, cuius proprium nomen effari nefas habebatur. Cf. n. 73[1]. 96[5]. 573[3]. 3 Supplevit Strack. 4 Supplevit Wilamowitz, cum Botti Ἀλόπ[ιος] scripsisset, quod genus nominis tum temporis nondum erat. 5 Cf. n. 96[4]. 6 Mensis anni Aegyptiaci sextus, qui anno 36 a. Chr. n. (not. 1) a die 29. m. Ianuarii ad diem 27. m. Februarii pertinebat.

---

743 Lapis granites niger; ubi inventus sit, non constat. Exstat Alexandriae in museo. Ed. G. Botti Notice du musée d'Alexandrie, 1893, p. 138 n. 3053. Catalogue du musée d'Alexandrie 2 n. 253. (M. L. Strack Archiv für Papyrusforschung III p. 134 n. 13.)

Πτολεμαῖος | στρατηγὸς | πόλεως[1].

1 Editores regum Ptolemaeorum aetate haec incisa iudicant propter litteraturam, itemque S. de Ricci apud Strackium primo a. Chr. n. saeculo vindicat. Tam antiquo tempore sane alibi nusquam occurrit haec magistratus significatio, quam U. Wilcken Gr. Ostraka I p. 624 in papyris annorum 133 et 144 p. Chr. n. (Berliner gr. Urk. III p. 33 n. 729, 1. Pap. Oxyrhynch. I p. 163 n. C, 2) legi observavit. Utrum hic idem sit ac νυκτερινὸς στρατηγός (Strabo XVII, 1, 12 p. 797) an alius magistratus regius, qui in urbe idem fere officium habuerit atque in reliqua terra strategi nomorum (n. 184[2]) ambigit Strack. Nomen πόλεως vero, quia ignoretur ubi lapis inventus sit, aut ad Alexandriam aut ad Ptolemaida referendum, probabilius vero illud esse.

---

744 Basis marmorea, quae quondam statuam aheneam magnitudinis plus quam humanae sustinebat, eruta Mileti septentrionem versus a curia (βουλευτήριον). Ed. Th. Wiegand Sitzungsberichte der Kgl. Ak. d. Wiss. zu Berlin 1904 III p. 75.

Βασιλέα Σέλευκον[1]
ὁ δῆμος ὁ Μιλησίων
Ἀπόλλωνι.

1 Quin Seleucus I Nicator (306—280 a. Chr. n.) significetur nihil dubii relinqui propter litteraturam observat editor.

---

745 Basis magna et pulcra marmoris candidi, quae exstat inter rudera ecclesiolae sitae meridiem versus a templo Apollinis Didymei. Ed. B. Haussoullier Études sur l'histoire de Milet et du Didymeion p. 60.

[Βασίλισσαν Ἀ]πάμην[1] βα[σιλέως Ἀντιόχου[2] | ὁ δῆμος] ὁ Μιλησίων Ἀρ[τέμιδι Πυθείηι[3]].

1 De Apama Antiochi I et Stratonices filia cf. U. Wilcken ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie I 2 p. 2662 n. 3, qui eam fere 291 a. Chr. n. natam esse, non post 274 a. Chr. Magae Ptolemaei II fratri nupsisse demonstrat. Cum Magas Cyrenarum rex a. 258 a. Chr. decessisset, illa Demetrium Antigoni Gonatae fratrem arcessivit, ut filiam ex Maga procreatam Berenicen in matrimonium duceret regnumque Cyrenarum tutaretur. At ille incesto socrus amore adeo incendit Cyrenaeorum odium, ut coniuratione facta, cui ipsa Berenice sponsa ab illo spreta intererat, necaretur. Apamae sane pepercit filiae pietas, sed post illud tempus nusquam eius mentio fit. Hoc monumentum dedicatum videtur ante matrimonium Magae, cum quia mariti mentio non fit, tum quia postea vix erat cur Milesii eam statuae honore afficerent. Reginae appellationem sane ab Haussoulliero recte repositam esse docent spatii rationes. Sed eam etiam virginibus stirpis regiae tribui consuesse docent tituli. Cf. n. 35[1]. 2 Antiochus I Soter (280—261 a. Chr. n.). 3 Cf. n. 35[3]. 226[1].

746 Titulus insculptus in porta oppidi Xanthi, a sinistra parte, consulto excisus, sed ita ut tamen omnes litterae adhuc dispiciantur. Ex apographo et ectypo, quae coniuncta opera confecerant R. Heberdey et J. Zingerle, ed. O. Benndorf Beitr. zur alten Gesch., Festschrift für O. Hirschfeld p. 77 C.

Βασιλεὺς μέγας Ἀντίοχος[1] | ἀφιέρωσεν τὴν πόλιν | τῆι Λητῶι καὶ τῶι Ἀπόλλωνι | καὶ τῆι Ἀρτέμιδι[2] διὰ τὴν || πρὸς αὐτοὺς συνάπτουσαν | συγγένειαν[3].

Litterae ΑΠΣ. 1 Vere anni 197 a. Chr. n. Antiochus III Magnus cum magna classe ex Syria profectus est, ut eas partes orae meridionalis Asiae minoris, quae tum Ptolemaeis Aegypti regibus parebant, occuparet; in eo numero tum etiam Lyciam fuisse constat. Cf. n. 54[8]. Eodem tempore Ardys et Mithridates regis filii cum exercitu terrestri Sardes usque progredi conati sunt. Cf. Livius XXXIII, 19, 9. 10. 11. Sed haud paucas ex illis civitatibus a Rhodiis fortiter ac strenue adiutas libertatem feliciter tutatas esse refert idem c. 20, 11—13. De Lycia id modo memoriae proditum est, Patara tum in potestatem regis venisse (Liv. XXXIII, 41, 5); Xanthi per illa tempora mentio non fit, sed hic titulus docet, eam urbem magis specie quam re (cf. not. 2) ab Antiocho captam esse. Benndorf. 2 Cum rex ab oppido plane infecta re discedere nollet, Xanthii vero obsidionem diutius tolerare molestum existimarent, convenit inter eos, ut nomine quidem urbs regi dederetur, sed ea condicione, ut ille deis tutelaribus

gentis Lyciorum eam consecraret, i. e. in libertatem restitueret. Benndorf. 3 De Seleucidarum origine ab Apolline deo repetita cf. n. 219[18].

---

747 Susis invenit W. K. Loftus et edidit Travels and Researches in Chaldaea and Susiana, Londinii 1857 p. 403 (Inde repetivit B. Haussoullier Revue de philologie XXVI 1902 p. 98).

Πυθαγόρας Ἀριστάρχου | σωματοφύλαξ[1] Ἀρρενείδην | Ἀρρενείδου, τὸν στρατηγὸν[2] | τῆς Σουσιανῆς, τὸν ἑαυτοῦ φίλον.

1 Cum in regno Lagidarum ἀρχισωματοφύλακες inter summas dignitates aulicas sint (cf. n. 99[1]), simplex σωματοφύλαξ apud reges Pergamenos fere eandem vim habuisse videtur, quoniam Cleo Stratagi f. Pergamenus, qui per sedecim annos regum auspiciis Aeginam insulam gubernavit, τῶν τοῦ βασιλέως Ἀττάλου Φιλαδέλφου σωματοφυλάκων appellatur. Cf. n. 329, 5. 6 cum not. 4. Eandem vocabuli vim etiam apud Seleucidas fuisse hic videmus. 2 Sollennis provinciarum appellatio in regno Seleucidarum σατραπεία fuit, sed qui eas regebant, στρατηγοί appellabantur. Apud scriptores sane passim etiam σατράπης occurrit. Cf. n. 225[31].

---

748 Tabula marmorea eruta Cyzici ad portum interiorem. Inversa positura terrae immissa erat, ita ut superior pars tertia scripturae lateret et optime conservaretur, cum reliqua fere omnia evanuerint. Edd. C. Smith et R. de Rustafjaell Journal of Hellenic studies XXII 1902 p. 193 n. 3.

Τάδε ἔδωκεν Φιλέταιρος | Ἀττάλου[1] δωρεὰν τῶι δήμωι·[2] |

Litterae volgares Ionicae, qualibus quarto a. Chr. n. saeculo fere utebantur, praeter Ξ. Litterae Γ dextra hasta ubique multo brevior quam dimidia pars sinistrae, aliquot locis tam brevis, ut non multum discriminis sit inter Γ et Γ. Brachia litterarum M et Σ plerumque magis minusve divergentia, sed nonnunquam plane parallela. 1 Hunc esse conditorem opum Pergamenarum, qui a. 281—263 a. Chr. n. imperavisset, perspexerunt primi editores. Etenim in alterius Philetaeri quem noverimus paterna origine definienda non licuisse omitti appellationem βασιλέως, neque quemquam fuisse praeter illum antiquum huius nominis principem, qui de sua terra dicere posset (ἐκ τῆς αὐτοῦ v. 12). Denique etiam litteraturam (v. supra) priori tertii a. Chr. n. saeculi parti multo melius convenire quam Attali I et Eumenis II aetati. Sed ex quo hic titulus repertus est, etiam in aliis monumentis nomen Φιλέταιρος Ἀττάλου, quod ad id tempus de tertio Attali I et Apollonidis filio intellectum erat, ad illum antiquissimum principem Pergamenorum potius spectare perspectum est. Cf. Vol. I Addenda p. 655. 2 Cyzicenorum.

annus a. Chr. n.

280/79 Ἐπὶ Γοργιππίδου τοῦ Ἀπολλωνίου | ἱππάρχεω[3] εἰς ἀγῶνας[4] 5 ἀργυρίου || τάλαντα Ἀλεξάνδρεια[5] εἴκοσιν | καὶ εἰς φυλακὴν τῆς χώρας ἵππους[6] | πεντήκοντα. |

279/8 Ἐπὶ Βουφαντίδου, πολεμηθείσης | τῆς χώρας[7], ἀτέλειαν τῆς

Cum hoc populo postea Attalidis regibus amicitiam fuisse in volgus notum est. Sed hinc discimus eam non ab Attali I regis matrimonio cum Apollonide Cyzicena demum originem cepisse, sed iam a Philetaero quasi hereditate acceptam fuisse. Neque vero huic modo civitati ille favebat, sed eum omnino Graecas urbes in vicinis regionibus sitas opibus suis adiuvisse intellegimus ex n. 335, 135: δόντος [εἰς τ]αῦτα Πιταναίοις καὶ Φιλεταίρου τ[άλαντα ---------]. S. et R. 3 Hipparches eponymus Cyzicenorum magistratus erat. Etsi passim volgaris flexio invenitur, tamen longe plurimi tituli usque ad principatus Romani aetatem genetivum Ionicum ἱππάρχεω retinent. Cf. Syll.[2] n. 348, 6. 365, 1. 366, 1. 4 Editores primi haec certamina, quia nulla accuratior definitio adderetur, ipsas maximas Cyzicenorum ferias, i. e. Olympia esse statuerunt. Iam ea quarto quoque anno celebrari solita esse, et in annum 171 p. Chr. eiusmodi Olympiada incidisse, de qua re provocat ad Aristidis rhetoris testimonia allata ab J. Massono de Aristidis vita collectanea historica p. CXXXV sqq. Dindorf. Cf. Aristides XXVII, 10. 11 (vol. II p. 454, 24 sqq. Keil) δευτέρᾳ δὲ ἢ τρίτῃ ἡμέρᾳ παρελθὼν τὴν πατρῴαν οἰκίαν γίγνομαι ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου. — περιόντι δὲ τῷ ἔτει καὶ μηνὶ μάλιστα θᾶττον ἦγον Κυζικηνοὶ τὴν ἱερομηνίαν τὴν ἐπὶ τῷ νεῷ. C. I. G. 2810, 16. 3676, 6 Κύζικον Ὀλυμπία. 3428, 8. 9 Ὀλύμπια ἐν Κυζίκῳ. 3672, 6 δοιῶν — Ὀλυμπιάδων. Quare, si modo legitimum quadriennii spatium per tot saecula religiose servatum esset, iam anno 281 a. Chr. n. eiusmodi ludos habitos videri, ad quos referenda esset haec Philetaeri munificentia. Sed in hac tota argumentatione neglectum est in titulo legi εἰς ἀγῶνας sine articulo, ut appareat non statos ludos significari, sed eo ipso consilio pecuniam dedisse Philetaerum, ut Cyziceni, fortasse ob victoriam aut aliam quamlibet rem laetam, certamina extraordinaria haberent. 5 Frequentissima inde ab Alexandri Magni regno est δραχμῶν Ἀλεξανδρείων appellatio, qua idem significari atque antiquo drachmarum Atticarum nomine nemo fere ignorat. Rarius idem in talenti vocabulo fit. S. et R. 6 Epigramma sepulcrale Arcesilai apud Diogenem Laertium IV, 30: Πέργαμος οὐχ ὅπλοις κλεινὴ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἵπποις | πολλάκις αὐδᾶται Πῖσαν ἀνὰ ζαθέην non inepte conferunt editores, etsi sane ex pentametro, quem illi non exscripserunt, apparet non bellicum usum sed ludorum certamina equestria spectasse poëtam. 7 Cum v. 18. 19 demum ἐν τῷ πολέμῳ τῷ πρὸς τοὺς Γαλάτας legatur, consentaneum est hoc quidem bellum biennio antiquius contra alium hostem gestum esse. Atque editores quidem aptissime cogitant de eo bello, quod Antiochus I contra Nicomedem Bithynum et Antigonum Gonatam gesserit (B. Niese Gesch. der gr. und maked. Staaten II p. 76). Cuius memoria etsi tenuissima et obscurissima est, tamen id annis 280/79 et 279/8 a. Chr. n. gestum esse certum videtur. Ac mihi quidem maxime pro-

λείας ‖ καὶ τῶν λοιπῶν ὧν ἀπεσκεύασαν[8] | καὶ βοῶν ὧν ἀγοράσαντες | ἐκ τῆς αὐτοῦ ἐξηγάγοντο[9]. |

278/7 Ἐπὶ Φοίνικος[10] φυλακὴν τῆς χώρας | καὶ τὰ ἀναλώματα τὰ εἰς ταύτην γινόμενα. ‖

277/6 Ἐπὶ Ποσειδῶνος[11] εἰς ἔλαιον καὶ [σ]υναγω[γὴν] | τῶν νέων[12] ἀργυρίου τάλαντα Ἀλεξάνδρεια | εἴκοσιν ἕξ. |

276/5 Ἐπὶ Διομέδοντος ἐν τῶι πολέμωι | τῶι πρὸς τοὺς Γαλά-

---

babile videtur, altero ex his annis Buphantidam hipparchen fuisse, ita ut Gorgippidae magistratus, a quo hic munificentiarum laterculus incipit, 280/79 a. Chr. n. sit. Nam quod S. et R. p. 199 suspicantur, annorum 285 et 275 a. Chr. n. res in hoc titulo commemoratas esse, non ab omni parte probandum est; etenim priusquam Philetaerus a Lysimacho deficeret, pecuniae quas ille in arce Pergami custodiebat non ipsius erant, sed regis. Per belli inter Seleucum et Lysimachum gesti vero tempora sponte patet tali munificentiae locum non fuisse. Quare vehementer dubito, num ullo ante 280/79 a. Chr. n. tempore data esse possint quae hic enumerantur. Ceterum passivum πολεμεῖσθαι iam Atticis familiare est, cum πολεμεῖν τινα inferiore demum aetate usurpetur. 8 Praeter praedam hic in censum veniunt ipsorum Cyzicenorum res quas illi securitatis causa alibi deponunt. Cf. Polyb. IV, 81, 11: οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι, δείσαντες τὴν τοῦ Φιλίππου παρουσίαν, τἀπὸ τῆς χώρας ἀπεσκευάζοντο καὶ τὸ τῶν Μεγαλοπολιτῶν Ἀθήναιον κατασκάψαντες ἐξέλιπον. Proprium de hac re, usitatissima ea quidem apud Graecos, vocabulum est ἐκθέσθαι, ὑπεκθέσθαι. Cf. quae adnotavi Syll.² n. 122[4] ad foedus Hermiae et Erythraeorum, ubi ut hic rebus sic submotis immunitas portoriorum conceditur. 9 Obsidionem metuentes pecora ex propinquis regionibus coëmisse videntur Cyziceni. 10 Hunc hipparchen iam notum esse observant editores ex titulo Cyziceno Mitth. des arch. Inst. in Athen X 1885 p. 201 n. 29 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 857 n. 1224): Ἐπὶ Φοίνικος ἱππάρχου στρατηγοὶ καὶ φύλαρχοι Ἡρακλεῖ, quae verba excipiunt duorum praetorum et novem phylarchorum nomina. Quin ille titulus eiusdem aetatis sit atque hic, non esse cur dubitetur rectissime iudicant editores. Annus, si vera sunt quae not. 7 disputavi, 278/7 a. Chr. n. est. 11 Cum Ποσειδῶν hominis nomen perrarum sit, editores hic deum magistratus eponymi vice fungentem agnoscunt. Cuius rei exempla perfrequentia quidem sunt (cf. n. 530[3]), sed omnia quod sciam haud exiguo temporis spatio recentiora quam hic titulus. Quare hic homo potius esse videtur quam deus. Ceterum hunc annum 277/6 a. Chr. esse probabile est. Cf. not. 7. 12 Et verbum συνάγειν et nomen συναγωγή haud raro de conviviis et comissationibus, ut hic, usurpari notum est. Cf. Strabo XIV, 1, 20 p. 640 τότε δὲ καὶ τῶν κουρήτων ἀρχεῖον συνάγει συμπόσια καί τινας μυστικὰς θυσίας ἐπιτελεῖ. Athenaeus V, 192 b πᾶσα δὲ συμποσίου συναγωγὴ παρὰ τοῖς ἀρχαίοις τὴν αἰτίαν εἰς θεὸν ἀνέφερε. Ceterum nescio an etiam in Philetaeri munificentia de epulis sacris cogitandum sit.

τας[13] γ[ενομένωι] ‖ πυρῶν μεδίμνους [----------- καὶ | κρι]θῶν μεδίμνους [-----------|--- ὑπη]ρετικὸν δω[------ --|----- κ]ατασκευὴν -------|-----ιο . . ς ο----στη---- ‖ ------------- | -------δ---------- | ------σχ------

13 Galli Leonnorio et Lutario ducibus anno 278/7 a. Chr. n. in Asiam transierunt (cf. Syll.[2] 210[1]. B. Niese Gesch. der gr. u. makedon. Staaten II p. 78 not. 2). Sed primo quidem tempore in Bithynia Nicomedi contra Zipoeten auxilium tulerunt, deinde demum in vicinas regni Antiochi regiones irruperunt. Quare cum rerum gestarum memoria minime pugnare videtur, si ex ea ratiocinatione, quae not. 7 exposita est, Diomedontis hipparchae annum 276/5 a. Chr. n. esse statuamus.

---

749 Basis lapidis albi sine ornamentis, inventa in vico *Palaio-Karata* prope Thespias. Ed. P. Jamot Bull. de corr. Hell. XXVI (1902) p. 156 n. 6.

Φιλέτηρος Ἀτ|τάλω Περγα|μεὺς[1] ἀνέθει|κε τ[ὰ]ν γᾶν τοῖ ‖ Ἑρμῇ[2] ἐν τὸ [ἐ]|ληοχρίστιον[3] | ἱαρὰν εἶμεν | ἐν τὸν ἅπαντα | χρόνον.

Litterae volgares praeter Σ; πῖ v. 2 Γ est, v. 8 Π. 1 Conditor opum Pergamenarum, qui a. 281—263 a. Chr. n. imperavit. Cf. n. 266[3] et Addenda voluminis prioris p. 655. 2 Ab eodem Philetaero Musis Heliconiadibus item terram in agro Thespiensi dedicatam et sodalitatem eius nomine institutam esse docent tituli n. 310. 311. 3 Primae litterae E in fine versus quinti exstat una hasta directa I. Nomen redit Syll.[2] 176, 32 et I. G. Sept. I, 3091, 4 hac forma Boeotica. Volgaris scriptura ἐλαιοχρίστιον est in titulo Cyprio Journal of Hellenic studies IX p. 231 n. 15, 1. Locum significat ubi oleo unguntur qui corpora exercent in gymnasio. Unde apparet, cur Mercurio potissimum rei gymnasticae patrono (ἐναγωνίῳ) ille fundus consecretur.

---

750 Stela inventa anno 1889 in vico *Episkopi* prope Thespias. Ed. P. Jamot Bull. de corr. Hell. XXVI (1902) p. 155 n. 5.

[Φ]ιλέ[τ]αι[ρ]ο[ς] Εὐμένου[1] | Περγαμεὺς[2] Μούσα[ι]ς. | [Κ]α[φ]ισίας | ἐποίησε[3].

Litterae volgares, nisi quod o reliquis paullo minore modulo exaratum est. 1 Cum Eumenes I (263—241 a. Chr.) patre usus sit Eumene fratre Philetaeri, hunc Philetaerum aut Eumenis I fratrem fuisse aut eiusdem filium rectissime statuit Jamot. Si filius fuit, utique ante patrem decessit, nam

aliter non fratrem patruelem Attalum I sed filium Philetaerum Eumeni successurum fuisse consentaneum est. Certissimum igitur est, hunc titulum anno 241 a. Chr. n. antiquiorem esse. 2 Cf. Vol. I Addenda p. 655 sqq. 3 ΧΑΙΙΣΙΑΣ Jamot. Sed cum Χαρισίας statuarius ignotus sit, Caphisiam habemus in titulo Tanagraeo I. Gr. Sept. I, 530, 6 Καφισίας ἐπόεισε. Quare Jamotus, cum prima et tertia nominis littera incertissima sit, inclinat ad emendandum [Κ]α[φ]ισίας. Scrupulum tamen ei movet littera altera Α, quia ἐποίησε certissimum est, ita ut appareat artificem in signatura sua non usum esse dialecto Boeotica. Itaque exspectari Κηφισίας. Sed haec difficultas nulla est; nam in nominibus hominum propriis persaepe etiam tituli volgari recentioris aetatis sermone concepti proprietates dialectorum, ac maxime quidem ᾱ pro Ionico η, conservant, id quod magno exemplorum numero congesto probavi Olympia V p. 308 sqq. ad n. 179. — Infra hunc titulum epigramma quattuor versuum accurate incisum, sed litterarum formis aliquanto recentioribus quam ille (ΑΘΞΠΣ), quod sic se habet: [Τ]ὸν θρασὺν εὐμόλπην ἄ[φ]θογγον νῦν με[τ'] ἀοιδὴν | λεῦσσ'· ἔτι γὰρ Μούσαις εἰς ἔριν ἠντίασα, | [π]ηρὸς δ' ὁ Θρῄξ Θαμύρας φό[ρ]μιγγι παρ(ε)ῖμαι, | [ἀ]λλά, θεαί, μολπῆς ὑμετέρης ἀΐω. | Ὀνέστου. Primum versum Jamotus cum Εὐμόλπην scriberet et μὲ[ν] ἀοιδήν suppleret, de Eumolpo interpretatus est. At neque Εὐμόλπης nominis forma usquam occurrit, neque quicquam hic est, quod in illius fabulam quadret. Immo totum epigramma Thamyram pronuntiantem facit poëta et ad eius unius res spectare vult. Initium vero, cum manifesto εὐμόλπην ἀοιδήν coniungenda sint, hanc habet sententiam 'Adspice me, qui post pulchra sonantem cantum nunc mutus sum'. Honestus vero poëta Romanus, cuius nomen subscribitur, idem est qui epigrammata Musarum Thespiensia I. Gr. Sept. I, 1797—1805 composuit.

---

751 Lapis inventus ad montem *Asar-Dagh* inter parietinas oppidi veteris, quod Amblada fuisse ex hoc titulo apparet. Edd. J. Jüthner, F. Knoll, M. Patsch, H. Swoboda, Vorläufiger Bericht über eine archäologische Expedition nach Kleinasien, Pragae 1903, p. 22.

Ἄτταλος[1] Ἀμλαδέων[2] τῆι πόλει καὶ τοῖς γεραιοῖς[3] [χα]ίρει[ν·] |

1 Cum Attalus I in censum non veniat quia eius regno Amblada nondum Pergamenorum imperio subiecta erat, Attalum alterum potius quam tertium indicari editores recte collegerunt ex belli Galatici mentione (not. 7). Eo finito haec scripta sunt, sed utique ante Eumenis mortem, quia Attalus regio nomine etiamtum caret. Continetur igitur epistulae tempus annorum 165—159 a. Chr. n. terminis. Fratrem regis de tantis rebus statuere non novum esse observant editores; nam quantae eius tam partes fuerint in reipublica gubernanda, apparere ex Polybio XXX, 2, 4: ὅτι κατὰ μὲν τὸ παρὸν συμβασιλεύει τἀδελφῷ, τούτῳ διαφέρων ἐκείνου, τῷ μὴ διάδημα περιτίθεσθαι

οἱ παρ' ὑμῶν πρεσβευταὶ Ὀπρασάτης[4] Κιλα-----------|νου,
Ναλαγλόας Κιλαρίου, Μεννέας συνμείξ[αν]τε[ς ἡμ]ῖν | [κ]αὶ
[δι]αλεγέντε[ς] περὶ ὧν ἐνετετάλ[κ]ειτε αὐτοῖς ἠξίουσα[ν][5] ||
ὅμηρα τε ὑμῶν ἀπολυθῆναι[6] [κ]αὶ ἐν τῶι Γαλατικῶι πολέμωι[7] |

μηδὲ χρηματίζειν βασιλεύς, τὴν δὲ λοιπὴν ἴσην καὶ τὴν αὐτὴν ἔχων ἐξουσίαν. Etiam ad litteras Attali n. 315, 27 sqq. 39 sqq. non inepte provocant editores. 2 De hoc oppido cf. G. Hirschfeld ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie I, 2 p. 1804. Genuina nominis forma praeter hunc titulum comparet in nummis ΑΜΛΑΔΕΩΝ inscriptis (B. V. Head Hist. nummorum p. 589). Praeterea ubique Graecorum more (cf. μέμβλωκα, ἄμβροτος) interiecta inter nasalem et liquidam media scribitur Ἄμβλαδα. Strabo Pisidiae urbem dicit, sed Phrygiae et Cariae vicinam, XII, 7, 2 p. 570: φησὶ δ' Ἀρτεμίδωρος τῶν Πισιδῶν πόλεις εἶναι Σέλγην, Σαγαλασσόν — Πιτυασσόν, Ἄμβλαδα, Ἀνάβουρα κτλ. — εἰσὶ δὲ τοῖς Φρυξὶν ὅμοροι καὶ τῇ Καρίᾳ Τάβαι καὶ Σίνδα καὶ Ἄμβλαδα, ὅθεν καὶ ὁ Ἀμβλαδεὺς οἶνος ἐκφέρεται πρὸς διαίτας ἰατρικὰς ἐπιτήδειος. Item Ptolemaeus Geogr. V, 4, 9 p. 857, 7 sub titulo Πισιδίας μέρος καὶ πόλεις recenset proximo post Antiochiam Pisidiae (n. 536[1]) loco; sed Hierocles Synecd. 675, 4 Lycaoniae provinciae attribuit. De situ oppidi pridem acriter dissenserunt homines docti, sed nunc hoc titulo reperto omnis lis composita est. 3 Gerusiam hic non civium aetate provectiorum collegium esse, sed consilium summae in rei publicae auctoritatis observant editores. Quod institutum etiam alibi in Asia minore aetate Romanorum occurrere docet titulus 488, 2. Cf. ibi notam 3. Sed memorabile est, illius consilii homines non γέροντας hic appellari, sed γεραιούς. Quod nomen etiam in nonnullis Lyciae oppidis usitatum fuisse probant exempla quae attuli n. 534[3]. 4 Ex v. 12 collegeris, hunc principem factionis, quae Romanis faveret, fuisse. Quo homine, cum veniam a Romanis peterent cives, imprimis legato et deprecatore usos esse recte statuerunt editores. Nomen simillimum illi Ὀπραμόας in vicina Lycia principatus aetate usitatum. Cf. Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 265 n. 739. 5 Idem ἠξίουσαν habes Syll.[2] 260, 4. Verborum non contractorum imperfecta in -οσαν frequentia sunt (Syll.[2] III p. 234), item non rarum εἴπασαν Syll.[2] 300, 51. 307, 21. 6 Obsides regem petivisse quia fides Ambladensium per belli Galatici tempora aliquando suspecta eis videretur statuerunt editores. Sed mihi adeo aliquando ad Galatas defecisse videntur Ambladenses (not. 10), tum vero cum ad fidem redire cogerentur, obsides eis imperatos esse. 7 Verissime editores iudicant unum hic in censum venire tumultum Galatarum contra Eumenem rebellantium, qui cum necopinato exoriens Pergamenis terrorem incussisset et multis malis eos affecisset, aliquot annis post oppressus est (a. 168—165 a. Chr. n. Cf. B. Niese Gesch. der gr. u. maked. Staaten III p. 199 sqq.). Illa novem milia drachmarum, quae inde ab illius belli tempore eos regi debuisse hic et v. 14. 15 refertur, editores fortasse de vectigali eius belli causa imposito, quale Erythris fuisse scimus (n. 223, 26 sqq. ἀφορο[λογ]ήτους εἶναι συγχωροῦμεν τῶν τε ἄλλων ἁπάντων καὶ τῶν εἰς] τὰ Γαλατικὰ συναγομένων) intellegenda coniciunt. Sed mihi potius

ἃς προσωφείλετε δραχμὰς ἐνακισχιλίας, ἐπ(έ)σκ(η)[ψαν[8] | δ]ὲ καὶ ἀπὸ τῶν δύο ταλάντων ἃ τελεῖτε κατ' ἐνιαυτὸν [κου]|φίσαι ὑμᾶς, ἐπεὶ θλιβέντες ἐμ πλείοσιν ἀσθενῶς [σχή]|σετε[9]. θεωρῶν οὖν ὑμᾶς μετανενοηκότας τε ἐπὶ τοῖ[ς] ‖ προημαρτημένοις[10] καὶ τὰ ἐπιστελλόμενα ὑφ' ἡμῶν | προθύμως ἐπιτελοῦντας πρόνοιαν ὑμῶν ἔ[σχον[11] καὶ] | χαρισάμενος τῶι τε Ὀπρασάτ[ηι] καὶ τῆι πό[λει προσ]|τέταχα[12] ἀφελεῖν ἀπὸ τοῦ φόρου κα[ὶ] τε[λέ]σ[ματ]ος | [δραχ]μὰς τρισχιλίας[13] καὶ ἄλλας δραχμὰς ἐνακισχιλίας [ἃς ‖ προσ]ωφείλετε ἡμῖν. ἀπέλυσα δὲ καὶ ὅ[μηρ]α ὑμῶν ----------

multa indicari videtur quae Ambladensibus post defectionem (not. 10) a rege irrogata sit. 8 Emendare conatus sum non sine haesitatione. ἐπισκευ in lapide esse referunt editores, sed ita ut postremam litteram incertam significent; ac certe Ψ pro Υ facillime emendatur. Sed quod praeterea Ε pro Ι et Η pro Ε scribendum est, sane molestum videtur. Quare fuit cum ἐπισκέ[ψασθαι | δ]ὲ supplere mallem; nempe Ambladenses rogasse Attalum ut animum induceret tributum levare. At quod sciam ἐπισκοποῦμαι ποιεῖν τι nusquam legitur, quia verbum non tam cogitandi quam deliberandi notionem habet, cui convenit enuntiatum interrogativum inde pendens, neque vero infinitivus. 9 Supplevi, cum sumerem id potissimum Ambladenses Attalo significasse, se iam aliis multis oneribus pressos plane debilitatum et ad summam inopiam redactum iri, si etiam in posterum tempus totum duorum talentorum vectigal pendere cogerentur. Cui sententiae et futurum verbi tempus et forma σχήσω (non ἕξω, cf. Kühner-Blass Gr. Gramm. I, 2 p. 112 not. 3) perbene ni fallor conveniunt. 10 Quod aliquantisper vectigal pendere supersederint, quae est primorum editorum sententia, vix προημαρτηκέναι eiusque rei nunc paenitentia affecti esse dici possunt Ambladenses. Immo ex his verbis necessario colligendum est eos aliquando ad Galatas defecisse. Cum armis coacti essent ad fidem et obedientiam redire, obsides eis imperati et magna multa irrogata est, quae nunc petentibus Attali misericordia et mansuetudine remittitur. 11 Sic supplere malui quam ἔ[χων καὶ] cum primis editoribus, qua in lectione praeter inconcinnam participiorum praesentis et aoristi coniunctionem id male habet, quod quaenam ratio inter ἔχων et θεωρῶν intercedat non perspicitur. 12 Supplementum priorum editorum recepi, nisi quod illi [ἐπι]τέταχα potius scribunt. 13 Quarta igitur pars tributi annui (v. 7) remittitur.

752 Basis lapidis calcarii inventa Hieropoli Ciliciae (*Budrun-Kalessi*). Edd. R. Heberdey et A. Wilhelm Denkschriften der K. K. Akad. der Wissensch. zu Wien phil.-hist. Cl. XLIV 1896 VI p. 28 n. 63 (R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 343 n. 901).

Ὁ δῆμος ὁ Ἱεροπολιτῶν τῶ[ν] | πρὸς τῶι Πυράμωι[1] τῆς ἱερᾶς κα[ὶ] | ἀσύλου Ταρκονδίμωτον[2] Στράτων[ος] | υἱὸν τοπάρχην[3], τὸν εὐεργέτη[ν] || καὶ κηδεμόνα τοῦ δήμου.

Litterae ΑΗΠΣ. 1 Oppidum, cuius relliquias accuratissime descripsit Bent Journal of Hell. studies XI 1890 p. 234 sqq., antiquitus Castabala appellatum (cf. n. 754[6]), caput illius regionis et regiam Tarcondimoti et successorum fuisse cum parietinae aedificiorum magnificorum produnt, tum hi tituli confirmant. 2 Cf. Strabo XIV, 5, 18 p. 676: εἶτ' Ἀμανίδες πύλαι, ὕφορμον ἔχουσαι, εἰς ἃς τελευτᾷ τὸ Ἀμανὸν ὄρος ἀπὸ τοῦ Ταύρου καθῆκον, ὃ τῆς Κιλικίας ὑπέρκειται κατὰ τὸ πρὸς ἕω μέρος, ἀεὶ μὲν ὑπὸ πλειόνων δυναστευόμενον τυράννων, ἐχόντων ἐρύματα· καθ' ἡμᾶς δὲ κατέστη κύριος πάντων ἀνὴρ ἀξιόλογος καὶ βασιλεὺς ὑπὸ Ῥωμαίων ὠνομάσθη διὰ τὰς ἀνδραγαθίας Ταρκονδίμοτος (ταρκοδίμεντος, ταρκοδήμεντος codd.), καὶ τὴν διαδοχὴν τοῖς μετ' αὐτὸν παρέδωκε. Inter socios Romanorum recensetur apud Ciceronem ad Fam. XV, 1, 2: *cum exercitum in Ciliciam ducerem, in finibus Lycaoniae et Cappadociae mihi litterae redditae sunt a Tarcondimoto, qui fidelissimus socius trans Taurum amicissimusque populi Romani existimatur.* Quam societatem homines docti perquam probabiliter ab illo tempore repetendam existimant, quo Cn. Pompeius Mithridate devicto res Asiae ordinaverit (64 a. Chr. n.). Qua de causa bello civili Caesariano primo a partibus Pompei stabat, sed cum post proelium Pharsalicum a Caesare in regno conservatus esset, egregiam fidem ei praestitit (Cassius Dio XLI, 63, 1). Post illius necem coactus cum C. Cassio se coniunxit (Cassius Dio XLVII, 26, 2: κἀκ τούτου καὶ τὸν Ταρκονδίμοτον τούς τε Ταρσέας καὶ ἄκοντας ἐς τὸ συμμαχικὸν προσηγάγετο). Deinde ab Antonio benignissime habitus, civitate Romana donatus (Eckhel D. N. III p. 82. B. Head Hist. num. 618) et ut quidem videtur (not. 3) nomine regio ornatus est. Pro eo pugnans Actiaco proelio 31 a. Chr. n. mortem oppetiit (Cassius Dio L, 14, 2. Plutarch. Anton. 61). Memorabile est, hic nomen per Ω scribi, n. 753, 4. 6 per O. Sed correptam vocalem rectius habere, cum Ciceronis testimonium propter litteraturae Latinae naturam, Strabonis et Plutarchi propter manifestam corruptelam nullius momenti sit, apparet ex nummorum inscriptionibus et Cassii Dionis memoria, cuius libri omnibus sex locis O exhibent (cf. Boissevain ad XLI, 63, 1). De hac tota regulorum stirpe perbene exposuit J. Marquardt Röm. Staatsverwaltung I, 386, quem et Heberdey et Wilhelm in horum titulorum interpretatione secuti sunt et nos sequimur. 3 Cum hoc monumentum dedicaretur, regio nomine nondum utebatur Tarcondimotus, qui et in nummis (Eckhel III p. 82) et infra n. 754, 4 rex appellatur. Sed eum honorem supremo vitae decennio nactus videtur; nam M. Antonium per illa tempora, quibus orientem gubernabat, huius honoris perquam prodigum fuisse constat. Cum hinc appareat, n. 754 recentiorem esse quam n. 752, tamen litteratura simillima paucos modo annos intercedere probat.

753 Bases duae lapidis calcarii inventae in parietinis Hieropolis Ciliciae. Edd. R. Heberdey et A. Wilhelm Denkschriften der K. K. Akademie der Wissenschaften zu Wien, phil.-hist. Cl. XLIV 1896 VI p. 28 n. 64. 65 (R. Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 343 n. 901).

I Μᾶρκος Κερκήνιος[1] Τήρης | Στύρακα[2], τὸν πατέρα τῶν | βασιλέων[3].

II Λάϊον Ταρκο(ν)διμότου[4] ‖ [Φιλοπάτωρ[5] καὶ] | Ἰουλί[α][6] οἱ Ταρκονδιμότου, | [ο]ἱ ἀδελφοί, | κατὰ διαθήκην[7].

Litterae ΑΠΣ; praeterea Η et Κ habet titulus I, Η et Κ tilulus II. 1 Nomen gentile perrarum quidem, sed neutiquam inauditum. Cf. C. I. Lat. VI, 451, 5 *L. Cercenius L. lib. Hermes.* 2 Homo ceteroqui ignotus. 3 Cum Styrax ipse non dicatur rex, sed pater regum, Heberdey et Wilhelm eum non regiae stirpis fuisse, sed virginem ex Tarcondimoti progenie in matrimonium duxisse ex eaque filios procreasse qui deinde regnarent, coniecerunt admodum probabiliter. Nam si quis malit ita statuere, Styracem minorem regis cuiuspiam filium decessisse ante maiorem qui regnaret et orbis fratris defuncti liberis regnum relinqueret, id improbabile sit cum quia haec mortui imagini subscripta esse nullo certe vestigio indicatur, tum quia paternam originem silentio premit Styrax, quod eum, si a Tarcondimoto generis originem repeteret, facturum fuisse non est probabile. Styracis uxorem Iuliam (v. 6) potissimum fuisse Heberdeyii et Wilhelmi coniectura est non certa quidem, sed perquam probabilis. Quae si recte se habet, non video cur viri doctissimi τῶν βασιλέων ad homines ceteroqui ignotos referant. Multo probabilius est, Philopatora II, postremum qui nomine tenus notus sit huius stirpis regem (not. 5), Styracis et Iuliae filium existimandum. Pluralis non obstat, quia is fratrem habuisse potest, qui initio cum eo coniunctim regnaret, sed ante eum supremum diem obiret. 4 Homo in litteris antiquis nusquam commemoratus, quem probabile est iam ante patrem decessisse, quia in rebus ante ipsum proelium Actiacum et proximo post illud tempore gestis fratrum Philopatoris I et Tarcondimoti II (not. 5), neque vero usquam illius mentio fit. 5 In hoc versu neque litterarum relliquias neque vestigia rasurae apparere asseverant Heberdey et Wilhelm, sed cum superficies lapidis magnopere detrita et exesa sit, id non mirandum esse, atque utique hic aliquid excisum videri. Nam et integri versus spatium vacare et plurales οἱ Ταρκονδιμότου v. 6, οἱ ἀδελφοί v. 7 indicio esse, Iuliam una cum fratre hoc monumentum dedicasse. Atqui constat duos fuisse Tarcondimoti I filios, Philopatora I et Tarcondimotum II, qui post cladem Actiacam patrisque necem ab Antonio defecissent (Cassius Dio LI, 7, 4), sed tamen ab Augusto regno privati essent (Cassius Dio LI, 2, 2, qui sane nominatim Philopatoris modo mentionem facit). Anno 29 a. Chr. n. demum minori ex eis pars magna regni paterni reddita est. Cf. Cassius Dio LIV, 9, 2: ὥστε πολέμου μὲν οὐδὲν τότε γ' ἐφήψατο, δυναστείας δὲ δὴ Ἰαμβλίχῳ τε τῷ Ἰαμβλίχου

τὴν τῶν Ἀραβίων τὴν πατρῴαν καὶ Ταρκονδιμότῳ τῷ Ταρκονδιμότου τὴν τῆς Κιλικίας, ἣν ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἔσχε, πλὴν παραθαλασσιδίων τινῶν ἔδωκε. Ceterum non amborum fratrum nomina hic fuisse spatii rationes demonstrant, utrum vero Φιλοπάτωρ an Ταρκονδίμοτος fuerit, pro certo explorari nequit. Post hos unus huius stirpis regulus nominatim commemoratur Philopator II et in nummis (Eckhel D. N. III p. 83. B. Head Hist. numm. 68) et apud Tacitum Ann. II, 42: *per idem tempus Antiocho, Commagenorum, Philopatore, Cilicum regibus, defunctis turbabantur nationes, plerisque Romanum, aliis regium imperium cupientibus.* Quem Tarcondimoti II successorem fuisse perquam probabile est. Sed quod eiusdem filium opinantur Marquardt, Heberdey, Wilhelm, id post hos titulos repertos non existimo amplius tenendum esse. Nam cum ex matrimonio Iuliae cum Styrace (not. 3) liberos natos esse sciamus qui postea regnarent, simplicissimum videtur statuere Tarcondimoti I filios omnes sine progenie decessisse, et filium Iuliae avunculi Philopatoris nomen gerentem illis successisse. 6 ΙΟΥΛΙΛ. Hoc nomen testimonium fidei ac pietatis esse qua pater Caesarem prosequebatur observant H. et W. 7 Laius testamento constituerat, ut frater et soror sibi statuam ponerent. Id factum esse non modo ante a. 31 a. Chr. n. (not. 4), sed etiam priusquam M. Antonius Tarcondimotum I regio nomine exornaret, inde iure collegeris, quod nemo ex his omnibus hominibus in titulo rex appellatur.

---

754 Basis lapidis calcarii magnopere detrita, Hieropoli Ciliciae. Edd. R. Heberdey et A. Wilhelm Denkschriften der K. K. Akademie der Wissensch. zu Wien phil.-hist. Cl. XLIV 1896 VI p. 28 n. 66 (R. Cagnat Inscr. Gr. ad res rom. pert. III p. 343 n. 901).

Ὁ δῆμος ὁ Ἱεροπολιτῶν[1] | Ἰσίδωρον Νικίου, τὸν δημιουργὸν[2] | καὶ τῶ[ν] πρώτω[ν καὶ] προ[τ]ιμωμένω[ν φ]ίλων[3] | τοῦ [β]ασιλέως[4], [τὸ]ν στρα[τη]γ[ὸν] τῆς πόλεως[5] ‖ καὶ φυλακάρ[χη]ν τῆς Κασταβαλίδος[6], | τεταγμένον δὲ [καὶ] ἀρχυπηρέτην[7] | τῶν κατὰ τὴν β[α]σιλείαν δυνάμεων, | [ἄ]νδρα ἀγαθὸν γεγε[νημένο]ν.

Litterae ΑΗΘΠΣ. 1 Cf. n. 752[1]. 2 Cf. Syll.[2] III p. 156. G. Gilbert Gr. Staatsalterthümer II p. 422. 3 Vides vel illos regulos ordinem aulae ad Seleucidarum et Ptolemaeorum exemplum constituisse (n. 99[1]. 104[2]) atque adeo magnificentiam appellationis additamento καὶ προτιμωμένων auxisse. 4 Cf. n. 753[3]. 5 Cf. n. 743[1]. 6 Oppidum Ciliciae Castabala commemoratur ap. Appianum Mithr. 105 ἔδωκε δὲ (Pompeius Ariobarzani Cappadociae regi) καὶ τῆς Κιλικίας πόλιν Καστάβαλα καὶ ἄλλας. Plin. Nat. hist. V, 93: *intus* (i. e. in mediterraneis Ciliciae regionibus) *autem dicendi Anazarbeni qui nunc Caesarea, Augusta, Castabala, Epiphania* etc. Ptolemaeus Geogr. V, 7, 7 p. 900, 6 (sub titulo τῆς ἰδίως Κιλικίας μεσόγειοι) Καστάβαλα. Q. Curtius III, 7, 5: *Pyramo amne ponte iuncto ad urbem Mallum pervenit, inde alteris castris ad oppidum Castabulum.* Hierocles Synecd. 706, 2 Κασταβάλλα sub

indice ἐπαρχία Κιλικίας, ὑπὸ ἡγεμόνα, πόλεις θ′. Non confundendum cum hoc oppido aliud eiusdem nominis, situm in Cappadociae regione quae Cataonia appellatur, cuius mentionem faciunt Strabo XII, 1, 4 p. 535. 2, 7 p. 537 et Plinius Nat. hist. VI, 8. Illa vero Ciliciae Castabala postea nomen Ἱερόπολις accepisse, quod iam Imhoof-Blumer Zeitschr. f. Numismatik 1883 p. 267 coniectura assecutus erat, his titulis confirmatur. H. et W. 7 Cf. G. Lumbroso Recherches sur l'économie pol. de l'Égypte p. 202. Hic etiam imitatio institutorum Aegyptiorum cernitur; nam illic complura huius magistratus exempla exstant in papyris Parisinis (Notices et extr. des manuscr. XVIII, 2, 1865 p. 179. 204) et Londinensibus (II, 93, 118). De quo quid statuerent cum nescirent Letronne, Franz, alii, Lumbroso papyro ap. Mai Class. aut. V p. 352. 356 usus demonstravit, qui militibus stipendium numerarent, ὑπηρέτας appellatos esse (ut etiam ὑπηρετεῖν sine obiecto nonnunquam 'pecuniam qua opus sit erogare' est, cf. Syll.[2] 139, 14), eorum praefectum ἀρχυπηρέτην, quod huc optime quadrare apparet.

---

755 Lapis in ea parte oppidi Mileti, quae spectat inter meridiem et occidentem solem, inaedificatus in ecclesia initio aetatis Byzantinae exstructa. Ed. Th. Wiegand Sitzungsber. der Kgl. Ak. d. Wiss. zu Berlin 1904 III p. 87 n. 1.

Τὸν ἱερέα τοῦ ἁγιωτά|του [Θεοῦ Ὑψί]στου Σωτῆρος[1] | Οὔλπιον Κάρπον | βουλευτὴν ὁ στατίων[2] ‖ τῶν κατὰ πόλιν κηπου|ρῶν[3] τὸν ἴδιον εὐεργέτη[ν] | ὑπὲρ τῆς ἑαυτῶν σωτηρί[ας].

1 Quo loco iam initio aetatis Byzantinae ecclesia Christiana instituta est (v. lemma), antea Θεοῦ Ὑψίστου delubrum fuisse hic titulus et n. 756 docere videntur. W. 2 De notione vocabuli et de masculino genere cf. n. 595[4]. 3 Hinc Wiegand colligit, multos tum fuisse in agro Milesio hortos.

---

756 Lapis inaedificatus Mileti in ecclesia aetatis Byzantinae initio exstructa, sita in extrema oppidi parte meridiem et occidentem versus. Ed. Th. Wiegand Sitzungsber. der Kgl. Ak. d. Wiss. zu Berlin 1904 III p. 87 n. 2.

Οὔλπιον Κάρπον[1], | τὸν προφήτην[2] τοῦ | ἁγιωτάτου Θεοῦ |

1 Cf. n. 755, 3. 2 Quod hic προφήτης audit qui n. 755, 1 ἱερεύς vocatur, nihil habet offensionis, quia hac latius patente appellatione etiam illa accuratior continetur. Cf. n. 530[9].

Ὑψίστου[3], ‖ ὁ στόλος τῶν σωληνο|κεντῶν[4] τὸν ἴδιον εὐ|εργέτην διὰ πάντων.

3 Cf. n. 755[1]. 4 De conchyliorum genere, quod σωλήνων nomine a Graecis significabatur, Wiegandus provocat ad Athenaeum III, 85 d, ubi in Epicharmi versu est τούς τε μακρογογγύλους σωλῆνας, et 90 d: οἱ δὲ σωλῆνες μὲν πρός τινων καλούμενοι, πρός τινων δὲ αὐλοὶ καὶ δόνακες καὶ ὄνυχες πολύχυλοι καὶ κακόχυλοι, κολλώδεις. Qui eos captabant, σωληνισταί vel σωληνοθῆραι appellabantur. Cf. Ath. III, 90 e: σωληνισταὶ δ' ἐκαλοῦντο οἱ συνάγοντες τὰ ὄστρεα ταῦτα, ὡς ἱστορεῖ Φαινίας ὁ Ἐρέσιος ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Τυράννων ἀναίρεσις ἐκ τιμωρίας γράφων οὕτως· Φιλόξενος ὁ καλούμενος σωληνιστὴς ἐκ δημαγωγοῦ τύραννος ἀνεφάνη, ζῶν τὸ μὲν ἐξ ἀρχῆς ἁλιευόμενος καὶ σωληνοθήρας ὤν. Quod hic compositum nomen usurpetur, cuius altera pars descendat a verbo κεντεῖν, id ad consuetudinem animalia tridentum ope a saxis quibus adhaererent avellendi, quam etiamnunc in omnibus orientis portubus observare liceat, refert Wiegand. Idem vero capturae genus ni plane fallor iam Aristoteles tangit Hist. anim. IV, 8 p. 535 a, 14: δοκοῦσι δ' οἵ τε σωλῆνες ἄν τις ψοφήσῃ καταδύεσθαι, καὶ φεύγειν κατωτέρω ὅταν αἴσθωνται τὸ σιδήριον προσιόν.

---

757 Abydi Aegypti in cella Hori. Ed. A. H. Sayce Proceedings of the society of biblical archaeology X 1888 p. 380.

Τῶν Γαλατῶν[1] Θόας Καλλίστρατος[2] [καὶ] | Ἀκάννων Ἀπολλώνιος ἦλθον ἐν[θάδε] | καὶ ἀλώπεκα ἔλαβον ἐνθάδε.

1 Articulus docet, non ab aliquot hominibus Galatis, qui singillatim nescio quo casu illuc delati essent, haec insculpta esse, sed eos corporis vel numeri militaris Galatici tum temporis in Aegypto tendentis fuisse. Ac Saycius quidem admodum probabiliter de illis copiis Galatarum mercennariorum cogitat, quas Dionysio Thrace duce Ptolemaeus IV Philopator in bello contra Antiochum III Magnum habuerit anno 218 a. Chr. n. Cf. Polybius V, 65, 10: συνήχθη δὲ καὶ Θρᾳκῶν καὶ Γαλατῶν πλῆθος, ἐκ μὲν τῶν κατοίκων καὶ τῶν ἐπιγόνων εἰς τετρακισχιλίους, οἱ δὲ προσφάτως ἐπισυναχθέντες ἦσαν εἰς δισχιλίους, ὧν ἡγεῖτο Διονύσιος ὁ Θρᾷξ. Sane illos non tum primum in Aegyptum venisse κατοίκων et ἐπιγόνων mentio docet. 2 Duos homines esse statuit Sayce binis nominibus ita usos, ut priore loco Gallicum, altero Graecum ponerent. At hoc quidem in Acannona modo cadit, nam Θόας non minus Graecum est, quam Καλλίστρατος. Ceterum si re vera post Καλλίστρατος tres litterae interciderunt, Saycii interpretatio probanda est, neque offensioni esse debet in eiusmodi titulo formula ὁ καί omissa. Si de illa re editor erravit, sane multo proclivius est quattuor homines Thoanta, Callistratum, Acannona, Apollonium intellegere.

758 Abydi Aegypti in cella templi Isidis. Ed. A. H. Sayce Proceedings of the society of biblical archaeology X 1888 p. 381. Cf. quae de titulo disputavit P. M. Meyer, Das Heerwesen der Ptolemäer und Römer in Aegypten p. 59 not. 201.

Φιλοκλῆς Ἱεροκλέους Τροιζήνιος παρεγενέθην προσκυνῶν τὸν Σάρα[πιν] | ἐπὶ τῆς Ἀβύδου[1] πολιορκίας, L κʹ[2] Παῦνι κηʹ[3].

1 Abydus, caput nomi octavi Thebaidis, sita erat in occidentali Nili ripa prope hodiernum vicum *Arabat-el-madfune*. Cf. Strabo XVII, 1, 42 p. 813: ὑπὲρ δὲ ταύτης (i. e. Πτολεμαΐδος) ἡ Ἄβυδος, ἐν ᾗ τὸ Μεμνόνιον, βασίλειον θαυμαστῶς κατεσκευασμένον κτλ. — ἔοικε δὲ ὑπάρξαι ποτὲ ἡ Ἄβυδος πόλις μεγάλη, δευτερεύουσα μετὰ τὰς Θήβας, νυνὶ δ' ἐστὶ κατοικία μικρά. Cf. R. Pietschmann ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie I, 1 p. 130, qui quod Strabonis testimonium de prisca oppidi magnitudine in dubium vocat aut certe ad unam sacrorum illius loci sanctitatem et celebritatem refert, nescio num ab omni parte recte iudicaverit. Sed pertinaci rebellium defensione (not. 2) et victoris regis crudelitate adeo vastatum esse oppidum, ut etiam aliquot saeculis post nihil nisi tenuis quaedam umbra pristinae magnitudinis restaret, minime incredibile mihi videtur. 2 Sayce hic aeram, cuius initium esset obsidio Abydi, invenisse sibi videtur. Sed neque obsidio, quippe quae non uno temporis puncto fiat sed per longius spatium trahatur, ei usui idonea est, neque omnino erat cur eiusmodi rei memoriam annis inde numeratis diligenter conservarent. Denique sic non ἐπὶ τῆς πολιορκίας dicendum fuit, sed ἀπὸ τῆς πολιορκίας. Verum vidit Meyer. Annus est regni, ex pervulgato Aegyptiorum more; regem Ptolemaeum V Epiphanem fuisse certissimum est, siquidem de longinqua Aegypti superioris rebellione, quae eo regnante fuit, memoria exstat. Qui tum illic regnabant, eorum anni duodeviginti numerantur, quorum series ab ipso illius regni initio incipere videtur. Quare anno vigesimo illius regis, qui est 186/5 a. Chr. n., Abydum etiamtum ab illius exercitu obsessam, sed eodem aut certe proximo anno tandem expugnatam esse non abhorret a veri specie. 3 Payni decimus est anni Aegyptiorum mensis. Iam cum anno 186/5 a. Chr. n. calendae mensis Thoth in diem 8. m. Octobris inciderint, sequitur ut haec die 2. m. Augusti a. 185 a. Chr. n. incisa esse statuendum sit.

---

759 Abydi Aegypti titulus leviter insculptus parieti templi. Ed. A. H. Sayce Proceedings of the society of biblical archaeology X 1888 p. 383.

[Τὸ προσκ]ύνημα Ἀμμωνίλλας | [παρ]ὰ τῷ κυρίῳ Βήσᾳ[1].

1 De hoc deo eximio studio ab Aegyptiis culto cf. Steuding ap. Roscher Lexikon der gr. u. röm. Mythologie I, 1 p. 784. Sethe ap. Pauly-Wissowa

Realencyklopädie III p. 324. Eum Abydi sacra celeberrima habuisse testatur Ammianus Marcellinus XIX, 12, 3: *oppidum est Abydum in Thebaidis parte situm extrema . hic Besae dei localiter adpellati oraculum quondam futura pandebat, priscis circumiacentium regionum caerimoniis solitum coli.* Quae scriptoris narratio et hac et multis similibus inscriptionibus illic a Saycio repertis confirmata est.

---

760 Lapis qui quondam exedrae partem efficiebat, inventus in fundo Alipharmakis cuiusdam sito iuxta castellum dirutum Chalcide Euboeae. Omnino ex tribus lapidibus, ex quibus integra exedra composita erat, duo aetatem tulerunt, quibus incisa sunt plebiscita Chalcidensium quattuor. Hoc decretum ed. G. A. Papavasiliu Ἐφ. ἀρχ. 1903 p. 117 n. 1. Docte et sagaciter illustravit A. Wilhelm ibidem 1904 p. 97 n. II.

Ἐπὶ ἡγεμόνος[1] Ἐπανδρίδου. | Μικυθίων Χαριδάμου[2] εἶπεν· ἐπειδὴ Ἀρίστων Ἡρακλείδου Σολεὺς εὔνους ὑπάρχων διατελεῖ | τῶι δήμωι τῶι Χαλκιδέων καὶ πολλοῖς τῶν πολιτῶν χρήσ(ι)μος[3] γίνεται εἰς ἃ ἄν τις αὐτὸν | παρακαλῇ, ἐκπεμφθεὶς δὲ καὶ ὑπὸ τοῦ βασιλέως Πτολεμαίου τοῦ πρεσβυτέρου[4] ἐπὶ τῆς ‖ σιτικῆς

Litterae ΑΞΠΣ. 1 In decreto Chalcidensium tertii p. Chr. n. saeculi Syll.^{2} 607, 2 ἐπὶ ἡγεμόνος Κλ(αυδίου) Ἀμιάντου est, quod cum ἡγεμών magistratus Graeci nomen tum inauditum esset, de proconsule Achaiae interpretatus sum, quia praesides provinciarum cuiuslibet ordinis ἡγεμόνας appellari constat. Sed nunc magistratum eponymum civitatis Chalcidensium potius hac appellatione usum esse apparet cum ex hoc decreto tum ex aliis eiusdem generis. Cf. Ἐφημ. ἀρχ. 1903 p. 119 n. 2, 1 ἐπὶ ἡγεμόνος Ἀρχίου. p. 123 n. 3, 1 ἐπὶ ἡγεμόνος Δεξιτέλου. n. 4, 1 ἐπὶ ἡγεμόνος Ἀν[τιλέ]οντος. 2 Micythio Micylionis f. princeps tum erat factionis Romanae inter Chalcidenses (Liv. XXXV, 38, 1. 46, 9. 50, 10. 51, 6. XLIII, 7, 5. Syll.^{2} 268, 231). Eius rogatione a populo propter gymnasiarchiam bene gestam honoribus affectus est Charidamus Demetrii f. (Ἐφ. ἀρχ. 1892 p. 169). Hos duumviros sine dubio arctiore quadam generis necessitudine attingebat hic Micythio Charidami f., ipse quoque Romanarum partium assecla. 3 ΧΡΗΣΜΟΣ. 4 Cum iam Papavasiliu eo inclinasset, ut Ptolemaeum VI Philometora intellegeret, Wilhelm gravissimis argumentis effecit, neminem alium in censum venire. Etenim in eiusmodi decreto solenni talis appellatio locum non habebat nisi quo tempore duo Ptolemaei una regnabant; id vero per eam aetatem, de qua hic omnino cogitari licet, non usu venit nisi per annos 169—163 a. Chr. Recte igitur U. Koehler, ad quem provocat W., ad hunc eundem rettulit C. I. Att. II, 968, 44 κέλητι πωλικῶι βασιλεὺς Πτολεμαῖος βασιλέως Πτολεμαίου πρεσβύτερος. Cf. Polyb. XXIX, 23, 4: ἤδη γὰρ συνέβαινε τότε

δωρεᾶς τῆς ἀποσταλείσης Ῥωμαίοις[5] καὶ παραγενόμενος εἰς τὴν ἡμετέραν | πόλιν τήν τε ἀναστροφὴν ἐποιήσατο ἐν τῆι ἐπιδημίαι ἀξίως τοῦ τε πέμψαντος | βασιλέως καὶ τῆς ἡμετέρας πόλεως, δεδόχθαι τῆι βουλῆι, πρόξενον εἶναι καὶ εὐερ|γέτην τοῦ δήμου τοῦ Χαλκιδέων Ἀρίστωνα Ἡρακλείδου Σολῆ καὶ αὐτὸν καὶ ἐγγόνους | αὐτοῦ, καὶ εἶναι αὐτοῖς γῆς καὶ οἰκίας ἔγκτησιν καὶ ἀσφάλειαν καὶ ἀσυλίαν καὶ πολέμου ὄντος ‖ καὶ εἰρήνης, καὶ τἆλλα ὑπάρχειν αὐτοῖς πάντα ὅσαπερ καὶ τοῖς ἄλ(λ)οις προξένοις καὶ εὐεργέταις | τοῦ δήμου τοῦ Χαλκιδέων γέγραπται.

τὸν νεώτερον Πτολεμαῖον ὑπὸ τῶν ὄχλων ἀναδεδεῖχθαι βασιλέα διὰ τὴν περίστασιν, τὸν δὲ πρεσβύτερον ἐκ τῆς Μέμφεως καταπεπορεῦσθαι καὶ συμβασιλεύειν τἀδελφῷ. § 9: ἀμφότεροι γὰρ εἶχον τό τε διάδημα καὶ τὴν ἐξουσίαν. 5 Non Romam propter inopiam frumenti, sed Chalcida exercitus Romani qui ibi consedisset nutriendi causa illud donum a rege missum perspexit Wilhelm. Iam Chalcida per bellum Persei primariam fuisse copiarum Romanarum per Graeciam sedem ac potissimum quidem classem ibi constitisse constare (B. Niese Gesch. der gr. u. maked. Staaten III p. 126. 128. 145). Eodem vero tempore illos duos reges, qui in gratiam rediissent ac iam una regnarent, propter Antiochi IV Epiphanis imminentes inimicitias et Achaeos et Romanos precibus adiisse (hieme 169/8 a. Chr. n. ex sententia Niesii III p. 174), ut perquam probabile ac paene certum sit tum ipsum maiorem ex fratribus frumento Chalcida misso Romanis gratificatum esse. Iniuria igitur Papavasilium post pugnam ad Pydnam commissam demum, quo tempore profecto non iam erat cur Romani Chalcide commeatu adiuvarentur, haec gesta opinari.

---

761 Lapis calcarius inventus in oppido *Benha*, exstat in urbe *Cairo* in museo n. 31089. Tres titulos habet, summo loco hieroglyphicum, medio demoticum, infimo Graecum. Ed. W. Spiegelberg Catalogue général du Musée du Caire. I. Die demotischen Inschriften. Lipsiae 1904 p. 20. Demoticae et Graecae inscriptionis imaginem arte photographica effectam exhibet idem tab. III.

Βασιλεὺς Πτολεμαῖος ὃς καὶ Ἀλέξανδρος[1] | Πτολεμαίου τοῦ

Litterae ΑΛΘΚΚΞΠΣ; ὢ μέγα in universum quidem antiquiorem formam Ω habet, sed v. 3 ΤΩΝ et ΗΜΩΝ legitur. Memorabile est in eodem versu Ι esse in voce μείζονα. Ο modo reliquarum litterarum altitudinem aequiparat, modo minor est, sed non multo. 1 Ptolemaeus XI Alexander I (108—88 a. Chr. n.). Cf. n. 175[2]. Cum titulus Graecus itemque demoticus accuratiore temporis nota careant, ex hieroglyphico discimus, anno regis duodevigesimo, die undecimo mensis Phamenoth haec data esse. Qui est dies 24. m. Martii a. 95 a. Chr. n.

συγγενοῦς[2] καὶ διοικητοῦ[3] προσανενέγκαντος [ἡμ]ῖν πᾶσι | μὲν τοῖς κατ' Αἴγυπτου ἱεροῖς ἔτι[4] [ὑ]πὸ τῶν προγόνων ἡμῶν μεί-ζονα φιλάνθρω|πα ἐπικεχωρῆσθαι, ἔνια δὲ τῶν ἐπισήμων καὶ ἄσυλα γεγονέναι, τὸ ἐν Ἀ||θρίβει[5] τοῦ Ἁρκεντεχθαὶ[6] τὸ μὲν πρῶτον καὶ λόγιμον ἀρχ[α]ιότατόν τε κα[ὶ] ἐνδο|ξότατον τῶν πλείστων ὑπάρχον τῶν μὲν ἄλλων τιμῶν τετευχέν⟨ι⟩αι, λεί[πε-σ]θ||[α]ι δὲ τῷ μὴ εἶναι ἄσυλον, προσ(τε)τάχαμεν[7] ἐπιχωρῆσαι καὶ τούτῳ τῷ ἱερῶι | [ἐντ]ὸς[8] αὐτοῦ περιβόλου[9] τὴν ἀσυλίαν καθάπερ ἐπὶ[10] τῶι ἐν Μέμφει[11] καὶ Βου|σίρει[12] καὶ ἑτέροις[13] καὶ τῶν ἄλλων ἱερῶν· γινέσθω οὖν ἀκολούθως.

---

2 Cf. n. 99[1]. 104[2]. 3 Cf. n. 53[6]. 59[3]. 4 Haec vox clare dispicitur in imagine, cum praepositionis ΥΠΟ prima littera plane obscurata sit. Quomodo explicem sane non habeo, nisi errore adverbia temporis inter se opposita ἔτι et ἤδη ab auctore tituli confusa esse iudices. 5 Oppidum Aegypti inferioris, caput nomi Athribitae, hodie *Atrîb* prope *Benha*, orientem versus ab eo Nili brachio, quod antiquitus Ἀθριβιτικὸς ποταμός appellatum hodie oppidi *Damiette* nomine significari solet. Cf. n. 96, 5. R. Pietschmann ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie II, 2 p. 2070 n. 1. 6 Sine dubio hoc nomen ut Ἅρμαχις vel Ἅρβακτις (n. 52, 3. 666, 17), Ἁρποχράτης (n. 61, 4. 62, 5. 175, 5), Ἁροῆρις (n. 114, 1. 167, 2) ita compositum est, ut prior pars sit appellatio dei Hori (Aegyptiorum sermone *Ḥor*, in compositis *Ḥar*, cf. E. Meyer ap. Roscher Lexikon der gr. u. röm. Mythologie I, 2 p. 2744). In hieroglyphico et demotico huius tituli exemplis est *Ḥ*^{a}*r-ḫ*^{e}*nt-Ḫt*^{a}*j*, quod editor interpretatur 'Horus loci Chtai', ut cognomina a locis ubi dei coluntur repetita apud Aegyptios non minus frequentia sunt quam apud Graecos. Cf. n. 702[2. 3]. 7 Reduplicationem a lapicida omissam supplevit Wilcken. 8 Supplevit Spiegelberg. Cum aliquando usu venisset, ut ius asyli longe extra terminos periboli sacri extenderetur, veluti Didymis (n. 473, 10), Ephesi (Strabo XIV, 1, 23 p. 641), Hierocaesareae (Tacitus Ann. III, 62), definite hic enuntiandum existimavit rex, illud privilegium sacrae areae terminis contineri. 9 Sic legit Wilcken, περιβόλῳ Spiegelberg; ipse me nihil certi in imagine tituli perspicere posse fateor. 10 Sic legit Wilcken, εἶ[ν]αι Spiegelberg. Equidem nihil certi dispicio nisi ΕΙ/////, sed tribus potius quam quinque litteris inter ΚΑΘΑΠΕΡ et ΤΩΙ locum esse certissima ratione docet imago tituli a Sp. proposita. Sane genetivum potius quam dativum hac vi praepositioni adiungi exspectaveris, sed hos casus tum temporis iam perfrequenter confusos esse constat. 11 Sarapieum, quo etiam multa aliorum deorum delubra, fortasse adeo illud antiquissimum et sanctissimum Volcani (*Phthah*) templum continebatur. Cf. n. 90[34]. 12 Cf. Sethe ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie III, 1 p. 1074. Nomen ab Osiridis dei appellatione descendit, quem in omnibus urbibus quae eo nomine uterentur sacra habuisse probabile est. Hic tamen cum delubrum prae aliis per totam Aegyptum nobile commemorandum fuerit, sine dubio de urbe nobilissima in medio Delta

ad brachium Nili (Βουσιριτικὸς ποταμός) sita cogitandum est. Illic Osirin sepelivisse ferebatur Isis, qua de causa deae templum magnificum exstructum erat, cuius mentionem facit Herodotus II, 59. 61. Id manifesto hic intellegitur. 13 Horum verborum ratio ac structura stare nequit nisi καὶ post ἑτέροις interpreteris 'etiam' et genetivum τῶν ἄλλων ἱερῶν partitive intellegas: 'fano Sarapidis quod est Memphi et Isidis quod est Busiri et aliis nonnullis etiam ex reliquorum templorum numero'.

---

762 Lapis calcarius albus, qui partem antae efficiebat, inter rudera iacentia infra aedificium situm inter parietinas Cibyrae, meridiem et occidentem versus a theatro magno, meridiem versus ab odeo, ab occidente attingens viam ex vico *Chorzum* venientem. Exscripsit R. Heberdey, cuius benignitati apographum quod hic exprimitur acceptum fero.

[------- τῶι δήμ]ωι [τ]ῶι [Ῥω]μα[ί]ω[ν [1] μ]έ[ν]ειν [2]. [ἐ]ὰν δὲ

Litterae ΑΘΠΣ. Memorabilis antiquior forma Ξ. Littera Ο plerumque reliquis aliquanto minor. Vs. 4 post ΕΥΚΑΙΡΟΝ, vs. 5 extr. inter Τ et ΩΙ singularum litterarum spatia vacua relicta, v. 10 inter ΕΞ et ΕΣΤΩ octo, v. 11 inter ΤΑΙΣ et ΣΥΝΘΗΚΑΙΣ trium vel quattuor. Cum his omnibus locis neque quicquam desideretur, neque paragraphorum aut capitum divisio sit, partes superficiei ad litteras incidendas minus idoneas a lapicida vitatas esse existimaverim. 1 Horum vocabulorum relliquiae exstant haece: ιωι Ιωι ‿Μ/.Ϲ. Cibyratarum cum Romanis foedus hic lapis habebat, de quo nulla quidem apud scriptores exstat memoria, sed brevi post annum 188 a. Chr. n. factum esse conicit B. Niese Gesch. der gr. u. maked. Staaten III p. 61, quem Heberdey et Zingerle de hoc lapide invento certiorem fecerant. Cuius opinioni palaeographicae quidem et orthographicae rationes (cf. not. 3) favent. Sed quod dicit, pace anni 188 a. Chr. Cibyratida suum conservasse dynastam et cum Romanis foedus peculiare fecisse, id ab huius quidem tituli argumento alienissimum est. Quomodo enim fieri potuit, ut inter utrumque populum de foedere conveniret nulla cuiusquam praeterea hominis mentione facta, si tum etiam Cibyratae sub tyranni dominatione fuissent? Sane Livius XXXVIII, 14, 3 de anno 189 a. Chr. haec habet: *haud procul a Cibyra aberant, nec legatio ulla a Moagete tyranno civitatis eius, homine ad omnia infido atque importuno, veniebat.* Deinde narrat, quomodo Cn. Manlius Volso consul ab eo pacis pretium centum talenta et decem milia medimnum tritici extorserit. Cum igitur constet, non cum tyranno hoc quod tenemus foedus factum esse, amplius quaerendum erit, quo tempore tyrannidi Moagetae finis impositus sit. Qua de re satis definite dicit Strabo XIII, 4, 17 p. 631: ἐπὶ Μοαγέτου δ' ἡ τυραννὶς τέλος ἔσχε, καταλύσαντος αὐτὴν Μουρήνα καὶ Λυκίοις προσορίσαντος τὰ Βάλβουρα καὶ τὴν Βουβῶνα· οὐδὲν δ' ἧττον ἐν ταῖς μεγίσταις ἐξετάζεται διοικήσεσι τῆς Ἀσίας ἡ Κιβυρατική. At Murenam Romanorum

[τ]ις πρότερος πόλε|μον ἐπιφέρηι τῶι δήμωι τῶι Ῥωμαίων ἢ τὰς συν|θήκας παραβῇ[3], τότε ὁ δῆμος ὁ τῶν Κιβυρατῶν τῶ[ι] | δήμωι τῶι Ῥωμαίων βοηθείτω κατὰ τὸ εὔκαιρον, ὃ ‖ [ἂ]ν ἐκ τῶν συνθηκῶν καὶ ὅρκων ἐξῆι Κιβυρατῶν τῶι | δήμωι ποιεῖν[4]. καὶ ἐάν τι πρὸς ταύτας τὰς συνθήκας | ὁ δῆμος ὁ Ῥωμαίων καὶ ὁ δῆμος ὁ Κιβυρατῶν κοινῆι | βουλῆι προσθεῖναι ἢ ἐξελεῖν βούλωνται, κοινῆι βουλῆι δη|μοσίαι ἑκατέρων θελόντων ἐξέστω. ἃ δ[ὲ] ‖ ἂν προστιθῶσιν ἐν ταῖς συνθήκαις, ἐνέστ[ω] | ἐν ταῖς συνθήκαις, ἃ δὲ ἂν ἀφέλ[ω]σιν τῶν συνθ[η]|κῶν, ἐκτὸς ἔστω. ταύτας δὲ τὰς συνθήκας εἰς χ[άλ]|κωμα[5] ἀναγραψάτωσαν καὶ ἀναθέτωσαν ἐμ μ[ὲν] | Ῥώμηι ἐν τῶι ἱερῶι τοῦ Διὸς τοῦ Καπε-

---

exercituum ducem in Asia neminem novimus ante annum 87 a. Chr. n. (cf. Drumann Gesch. Roms IV p. 184 n. 4), neque ulla ex parte credibile est hominis cui talia per illas regiones constituere licuisset memoriam plane intercidisse. Sed si geographo credemus, bellorum Mithridaticorum demum temporibus tyrannida Cibyrae abolitam esse, primum quidem hic Strabonis Moagetes ab illo Antiochi Magni aequali, quem praeter Livium etiam Polybius XXI, 34, 1 commemorat, distinguendus erit, etsi Strabonis ipsius verba indicare videntur, neminem ante illum eiusdem nominis principem Cibyratarum fuisse. Deinde vero hoc foedus a civitate iam libera cum Romanis factum Sullanis temporibus recentius esse propter scripturae genus incredibile est. Quare mihi quidem Strabo errasse videtur, cum Murenae hic mentionem iniceret. Immo si Moagetes postremus fuit Cibyratarum tyrannus, non post medium saeculum a. Chr. n. alterum dominatio eius abolita esse potest. Cum anno 167 a. Chr. n. narretur Cibyratas frustra Cauniis contra Rhodios auxilio venisse (Polyb. XXX, 5, 14. Liv. XLV, 25, 13) nulla tyranni mentione, tum iam populum sui iuris fuisse probabile est, neque quominus hoc foedus illo anno antiquius esse statuamus quicquam obstat. Nam is erat tum Romanorum in Rhodios animus, ut improbabile sit illos impedituros fuisse Cibyratas quominus socios horum rebelles adiuvarent. Etiam quae Polyb. XXX, 9, 13 sqq. de Polyarati Rhodii Cibyram adventu et captivitate narrat, urbem tum et liberam a tyrannide et cum Romanis foedere coniunctam fuisse indicare videntur. Sed quonam potissimum intra annos 189—167 a. Chr. n. tempore et Moagetes depositus et hoc foedus factum sit, in medio relinquendum. 2 ¦I . ⊏IΝ Heberdey, qui adnotat alteram hastam litterae E esse videri. Quare non video quid fuisse possit praeter [μ]έ[ν]ειν aut [φ]έ[ρ]ειν. Utrum fuerit, incertum, quia ignoramus argumentum totius enuntiati. 3 Praeter hanc vocem nusquam in hoc titulo iota mutum neglegitur. 4 Apparet τῶν συνθηκῶν καὶ ὅρκων non posse ad hoc ipsum foedus referri, sed ad alia antea a Cibyratis cum aliis populis facta, quae ne hoc pacto rumpantur cavetur. 5 Post praepositionem ΕΙΣ nihil nisi lineam obliquam ∖ exstare testatur Heberdey, sed eam ita comparatam ut nullius litterae nisi X esse possit.

τωλίου, ἐν δὲ [Κιβύραι] ‖ ἐπὶ τῆς βάσεως τῆς Ῥώμης[6], ἣν ἐψηφίσαντο χρυσ[ῆν].

6 Neque hic lapis basis est, sed antae pars (cf. lemma), neque de titulo lapidi incidendo praecipitur, sed de tabula ahenea basi apponenda, i. e. anticae planiciei paullulum excavatae immittenda. Cur tamen duo huius foederis exempla Cibyrae publice proposita sint, me ignorare fateor. An Cibyratae de forma et loco inscriptionis consilium mutaverunt?

---

763 Inter rudera Mileti antiquae, meridiem versus a stadio, in vico hodierno *Balad*, inventae sunt relliquiae basis rotundae compositae ex multis magnis marmoribus, quae partim in aratione ex agro extracta sunt, partim in antiquo templo Islamico inaedificata fuerunt. In antica parte basis per tres lapidum ordines percurrente scriptura incisus est hic titulus. Primus de eo rettulit et v. 11—13. 60—68 publici iuris fecit Th. Wiegand Sitzungsberichte der Kgl. Akademie der Wissenschaften zu Berlin 1904 III p. 14 sqq. Deinde lapide Berolinum translato benignissime eiusdem hominis docti apographum minusculis litteris exaratum cum supplementis haud paucis itemque imago tituli accuratissime delineata et ectypum chartaceum mihi transmissa sunt.

a Βασιλεὺς Ε[ὐμένης[1] Ἰώνων τῶι κοινῶι χαίρειν[2]·] | τῶν παρ᾽ ὑμῶν πρεσβευτῶν Μενεκλ[ῆ]ς [μὲ]ν | οὐ συνέμειξέ μοι, Εἰρη-

Quinque lapides sunt; duo summum, duo infimum ordinem efficiunt, cum medius uno duplicis latitudinis lapide constet. Per hos scriptura in duas columnas divisa ita percurrit, ut initium (*a* v. 1—14) in sinistro summi ordinis lapide, media pars primae columnae (*b* v. 15—28) in sinistra parte lapidis medii, infima eiusdem (*c* v. 29—43) in sinistro lapide inferioris ordinis sit. Altera columna incipit in lapide dextro superiore (*d* v. 44—57), inde transgreditur in medii lapidis partem dextram (*e* v. 58—71), in qua finitur. Dexter lapis infimi ordinis scriptura caret, nisi quod hic, ut etiam in lapide dextro summi ordinis usu venit, paucae litterae cuiusque versus extremae partis *c* in lapidem vicinum transgrediuntur. Litterarum formae notabiles ΑΙΖΘΞΞΠ. Elementi Σ brachia modo paullulum divergentia, modo plane parallela. Litterae Μ hastae obliquae et nonnunquam curvatae. Fines hastarum dilatati. Supplementa, de quorum origine nihil adnotavi, omnia Wiegandii sunt. 1 Eumenes II (197—159 a. Chr. n.). Accuratiora de tituli aetate v. not. 5. 2 Supplevit Wiegand.

νίας[3] δὲ καὶ Ἀρχέλα[ο]ς | ἀπαντήσαντες ἐν Δήλωι[4] ἀπέδωκαν || ψήφισμα καλὸν καὶ φιλάνθρωπον, ἐν ὧι | καταρξάμενοι διότι τὰς καλλίστας ἀπὸ τ[ῆ]ς | ἀρχῆς ἑλόμενος πράξεις καὶ κοινὸν ἀναδείξας | ἐμαυτὸν εὐεργέτην τῶν Ἑλλήνων πολλοὺς μὲν | καὶ μεγάλους ἀγῶνας ὑπέστην πρὸς τού[ς] || βαρβάρους[5], ἅπασαν σπουδὴν καὶ πρόνοιαν ποιού[με]||νος, ὅπως οἱ τὰς Ἑλληνίδας κατοικοῦντες πόλ[εις] | διὰ παντὸς ἐν εἰρήνῃ καὶ τῆι βελτίστηι καταστάσ[ει] | ὑπάρχωσιν, ἀντικαταλλασσόμενος [δὲ πρὸς[6]] τ[ὸν] |
b ἐπ[ακολουθ]οῦντα[7] κίνδυνον κ[αὶ . . . .||. . . . . .

---

3 Cf. Syll.² 314, 41 ἐπὶ στεφανηφόρου (Μιλησίων) Εἰρηνίου τοῦ Ἀσκληπιάδο[υ], ubi not. 3 nomen ceteroqui rarissimum etiam apud Lebas-Waddington Inscr. III, 1568 *bis*, qui titulus item Milesius est, occurrere observari. Sane etiam in oppido finitimo Heracleotarum ad Latmum Εἰρηνίας Ἐπικράτους stephanephorus recensetur supra n. 459, 23. Sed illum Milesiorum magistratum paullo ante a. 135 a. Chr. n. (cf. Syll.² 314[6]) eundem esse cum hoc Ionum legato coniecit E. Ziebarth in litteris ad me datis, quae sententia certe temporum rationibus accommodata est. Cf. not. 5. 4 Per quam occasionem tum temporis Delum venerit Eumenes rex, incertum est. 5 Vix alia natio barbara hic in censum venire potest ac Galatae, quos cum irruptionem subitam in regnum Pergamenum fecissent et omnibus longe lateque incolis ingentem terrorem incussissent, anno 166 a. Chr. ab Eumene victos esse constat (B. Niese Gesch. der gr. und maked. Staaten III p. 202 cum not. 2). Non multo post Ionicae civitates eo decreto, quod rex in responso suo fere ad verbum oratione obliqua repetit v. 5 sqq., Eumeni gratias egisse videntur. Confirmatur haec temporis definitio observatione acutissima Wiegandii, animum gratissimum, quo tum Graecos erga regem fuisse praedicetur, perbene convenire cum Polybii testimonio XXXI, 10, 6: ὅτι καθ' ὅσον ἐδόκουν οἱ Ῥωμαῖοι βαρύτερον τῷ Εὐμένει προσφέρεσθαι, κατὰ τοσοῦτο συνέβαινε τοὺς Ἕλληνας προσοικειοῦσθαι, φύσει τῶν ἀνθρώπων ἀεὶ τῷ θλιβομένῳ τὴν εὔνοιαν προσνεμόντων. Nam haec manifesto scriptor dicit de eo tempore, quo Romani Galatis victis ne nimis molestas pacis condiciones imponeret rex intercesserunt atque adeo C. Sulpicium Gallum legatum miserunt, qui homines undique Sardes evocabat ut illic in publico sedens crimina eorum in regem audiret (cf. Polyb. XXXI, 10, 1—5). Atqui hoc anno 165 a. Chr. n. accidisse constat (cf. Niese l. l. p. 203). 6 Supplevit Wiegand. Non videtur enuntiatum sic refingi posse, ut verbum ἀντικαταλλασσόμενος suum habeat obiectum, sed id existimaverim ex proxime superioribus facile mente suppleri. Nempe id quod efficere cupit, pacem et felicitatem civitatium, permutasse dicitur periculis quae in se suscepit. 7 Supplevi. Post ΕΠ una littera intercidit, post quam exstat finis superior hastae directae paullulum supra reliquas prolongatae, quam Wiegand ad imaginem exempli minusculis conscripti ex Ι aut Φ superesse adnotat, sed non video quid prohibeat eam etiam ad Κ referri. Recte ni fallor periculum

προε]λόμε[νος[8] ἐν τ]ο[ῖς[9] πρὸς τὸ κο]ινὸν[10] ἀκολού|θως τῆι τοῦ πατρὸς[11] π[ροα]ιρέσει ἐν πολ[λ]οῖς φανερὰς | πεποίημαι τὰς ὑπὲρ τούτων ἀποδείξεις κοινῆι τε | καὶ κατ' ἰδίαν πρὸς ἑκάστην τῶν πόλεων εὐνοϊκῶς | διακείμενος καὶ πολλὰ τῶν πρὸς ἐπιφάνειαν ‖ καὶ δόξαν ἀνηκόντων συνκατασκευάζων | ἑκάστηι· ἅπερ διὰ τῶν ἔργων τὴν ἐμήν τε φιλοδο|ξίαν [ἔδειξε]ν[12] καὶ τὴν εὐχαριστίαν τοῦ κοινοῦ· | διόπερ ἔ[δοξ]εν ὑμῖν[13], ὅπως αἰεὶ φαίνησθε τὰς | καταξίας τιμὰς τοῖς εὐεργέταις ἀπονέ‖μοντες, στεφανῶσαι ἡμᾶς χρυσῶι στεφά|νωι ἀριστείωι[14], στῆσαι δὲ εἰκόνα χρυσῆν ἐν ὧι ἂμ | βούλωμαι τόπωι τῆς Ἰωνίας, ἀναγγεῖλαί τε τὰς τιμὰς | ἔν τε τοῖς ὑφ' [ὑ]μῶν συντελουμένοις ἀγῶσιν | καὶ κατὰ τὰς πόλεις ἐν τοῖς τιθεμένοις ἑκάστηι ‖ [ἀγῶσιν[15].

c πεμφθῆναι[16] δ]ὲ παρὰ το[ῦ] κοινοῦ [πρεσβευτὰς[17] . . . | . . . .]μεν[. τ]οὺς ἀναγκαίους[18] ε . ρ . . . . | τὰ πράγματα κατὰ λόγον παρακαλεῖν τ[ε ἐμὲ θεωροῦντα[19]] | τὴν εὐχαριστίαν τοῦ πλήθους τὴν κ[αθήκουσαν[20] πρό]|νοιαν[21] ποιεῖσθαι, δι' ὧν τὸ κοινὸν τῶν Ἰ[ώνων ἐπαυξηθή]‖σεταί[22] τε καὶ διὰ παντὸς ἐν τῆι ἀρί[στηι καταστάσει ὑπάρ]|ξει[23]. οὕτω γὰρ καὶ μετὰ ταῦτα μεταν[. . . . .[24] τῶν] | εἰς τιμὴν καὶ δόξαν ἀνηκόντων. ἀ[κολούθως[25] δὲ καὶ[26]] | τοῖς κατακεχωρισμένοις[27] καὶ οἱ

---

dicitur illum civitates adiuvandi conatum sequi, i. e. necessario cum eo coniunctum esse. 8 Supplevi. Obiectum huius verbi inter versuum 14 et 15 reliquias intercidit. 9 Supplevi. 10 Supplevi. 11 Attalus I (241—197 a. Chr. n.). 12 Supplevi. . . . . . I\ Wiegandii delineatio. 13 Ante IN unam litteram iam antiquitus erasam esse testatur Wiegand. Manifesto igitur lapicida primo per errorem YMEIN inciderat. Ceterum vides hic ipsius decreti verba διὸ δεδόχθαι τῶι κοινῶι regem ante oculos habuisse. 14 Cf. Syll.[2] 86, 32. 202, 44 et huius collectionis 248, 33. 46. 332, 7. 45. 771, 24 cum not. 10. 15 Supplevi. 16 Supplevi. 17 Supplevi. 18 Hic nescio an de Eumenis necessariis, inter quos Attalum fratrem fere omnem regni curam una cum ipso gessisse constat (n. 751[1]), verba facta fuerint. Quare fuit cum de tali supplemento cogitarem quale est [πεμφθῆναι δ]ὲ παρὰ το[ῦ] κοινοῦ [πρεσβευτὰς ὥστε | δεξιοῦσθαι ἐ]μὲ (καὶ) τοὺς ἀναγκαίους ἐ[π]ὶ [τῶι κεχωρηκέναι] τὰ πράγματα κατὰ λόγον, παρακαλεῖν τ[ε] κτλ. Sed haec non sine violentia quadam cum litterarum relliquiis in lapide conservatis conciliari possunt. 19 Supplevi. 20 Supplevit Wiegand. 21 Supplevit Wiegand. 22 Supplevi. 23 Supplevit Wiegand ex v. 12. 24 Quale verbum hic fuerit non assequor. 25 Supplevit Wiegand. 26 Trium litterarum spatium quod post suum supplementum etiam vacare indicat W., explere conatus sum. 27 Hic absolute usurpatur verbum; ex volgari dicendi usu potius τοῖς ἐνθάδε κατακεχωρισμένοις exspectaveris.

πρ[εσβευταὶ[28] μετὰ πλεί]|ονος[29] σπουδῆς διελέχθησαν ἐξηγο[ύ-
μενοι[30] σύμπαν]||τος[31] τοῦ πλήθους πρὸς ἡμᾶς ἐκτενε[στάτην[32]
τε καὶ[33]] | εἰλικρινῆ τὴν εὔνοιαν, τά τε τίμια φιλο[φρό-
νως[34] ἀποδέ]|χομαι[35] καὶ οὐδέποτ' ἐλλελοιπὼς κατά [γε[36] τὴν
ἐμὴν[37]] | δύναμιν εἴς τὸ περιποιεῖν ἀεί τι καὶ κ[οινῆι ἅπα-
d σιν[38]] | καὶ κατὰ πόλιν ἑκάστοις τῶν πρὸς [τιμὴν καὶ δό||ξαν[39]
ἀν]ηκόντων[40] πειράσομαι καὶ νῦν τῆς | τοιαύτης προθέσεως μὴ
ἀφίστασθαι. | γίνοιτο δὲ τῆι βουλήσει μου καὶ τὰ πράγματα |
συνεξακολουθεῖν· οὕτω γὰρ ὁμολογουμέ|νην λήψεσθε μᾶλλον δι'
αὐτῶν τῶν ἔργων || τῆς ἐμῆς προαιρέσεως τὴν ἀπόδειξιν. |
ὅπως δὲ καὶ εἰς τὸ λοιπὸν ἐν τῆι πανηγύρει | τῶν Πανιωνίων
ἡμέραν ἐπώνυμον[41] ἄγοντες | ἡμῖν ἐπιφανέστερον τὴν ὅλην
ἑορτὴν συν|τελῆτε, προσόδους ὑμῖν τὰς ἱκανὰς ἀνα||[τίθημι][42],
ἀφ' ὧν ἕξετε τὴν καθήκουσαν ἡμῖν | [ἀποδιδό]ναι[43] μνήμην.
τὸν δὲ χρυσοῦν ἀνδρι|[άντα ποιή]σω[44] μὲν ἐγὼ προαιρούμενος
ἀδα||[πάνως[45] . . . . .]εσσ[. . κ]αὶ ν[ῦν κ]αὶ[46] τῶι . . . . . . | ἀνα-
e τεθῆναι δ' αὐτ[ὴν[47] βούλομαι ἐν τῶι ἐψη]||φισμένωι ἡμῖν ὑπὸ
Μιλησ[ίων τε]μένει. [ὅ]|τε[48] γὰρ ἐν ταύτηι πόλει συντελοῦν-

At cf. n. 224, 6 κατακεχώρισται τὸ ἀντίγραφον. n. 262, 2 ἐδόθη ὁ κατακεχωρισμένος ὑπομηματισμός. 28 Supplevit Wiegand. 29 Supplevit Wiegand. 30 Supplevit Wiegand. 31 Supplevit Wiegand. 32 Supplevit Wiegand. Etsi non elegans est haec superlativi est positivi coniunctio, tamen de restitutione non videtur dubitandum. 33 Supplevit Wiegand. 34 Supplevit Wiegand. 35 Supplevit Wiegand. 36 Adverbium addidi cum propter spatii rationes (not. 37) tum quia id in eiusmodi formulis haud infrequens est. 37 κατὰ [τὴν ἡμετέραν] δύναμιν Wiegand. Sane v. 24 ἡμᾶς est, sed praeterea ubique singulari de se utitur Eumenes, neque hic certe iuxta ἐλλελοιπώς omnino plurali locus fuit. 38 Supplevit Wiegand. 39 Supplevit Wiegand. 40 Supplevit Wiegand. 41 Cf. n. 90, 47. 194, 29. 233, 16. 326, 36. 352, 39. 42 Supplevit Wiegand. 43 Supplevi. Etsi plane idem alibi legi non memini, tamen similitudo locutionis χάριν ἀποδιδόναι aliarumque similium mihi sufficere videtur ad lectionem meam defendendam. Quod contra ἀνατεθῆναι, quod W. proposuit in exemplo minusculis litteris exarato, mihi et propter genus verbi tempusque et propter ipsius verbi notionem huic loco minus accommodatum videtur. 44 Supplevit Wiegand. 45 Supplevit Wiegand. Sequebatur sine dubio infinitivus ad quem hoc adverbium referebatur. 46 Supplere conatus sum non sine haesitatione, nam conexio et sententia enuntiatorum obscurissima est. 47 ΑΥΤΙ///// in lapide esse constat, etsi exspectaveris αὐτ[όν] i. e. τὸν ἀνδριάντα. Supplevi cum sumerem nominis synonymi εἰκών genus lapicidae errori ansam dedisse. 48 Supplevi. [ἅ]τε Wiegand. Sed ea quidem particula non poterat non ad participium συντελοῦντες referri, ita ut ἐψήφισθε enuntiati quod sui iuris esset praedicatum

τες | τὴν πανήγυριν ἐψήφισθε τὴν τιμὴν ἡμῖν, | τῆς πόλεως μόνης τῶν Ἰάδων μέχρι τοῦ | παρόντος τέμενος ἀναδεδειχοίας[49] ἡμῖν ‖ καὶ συγγενοῦς κρινομένης διὰ Κυζικηνούς[50], | ἔνδοξα δὲ πολλὰ καὶ ἄξια μνήμης ὑπὲρ τῶν | Ἰώνων πεπραχυίας, οἰκειοτάτην ἐλογιζόμην | τὴν ἀνάθεσιν ἔσεσθαι ἐν ταύτηι. τὰ δὲ κατὰ | μέρος ὑπὲρ τῆς ἐμῆς εὐνοίας κοινῆι τε ‖ πρὸς πάντας ὑμᾶς καὶ καθ' ἑκάστην πόλιν | ἀκηκοότες οἱ πρεσβευταὶ δηλώσουσιν | ὑμῖν. ἔρρωσθε.

---

haberi deberet. At id non licet, quia manifesto a verbis οἰκειοτάτην ἐλογιζόμην v. 66 incipit apodosis. Quod contra coniunctio temporalis ὅτε, quae haud raro causalem particulae ἐπειδή vim habet, ut Latine 'quando' pro 'quoniam' usurpatur, aptissime cum ἐψήφισθε coniungitur: 'Etenim quandoquidem in hac urbe per ferias congregati mihi honores decrevistis, — aptissimum existimavi ibi statuam collocari'. 49 Participii perfecti activi femininum praeter formam in -υῖα cadentem, quam unam noverunt grammatici, frequenter altera utitur cuius terminatio est -εῖα. Cf. Meisterhans-Schwyzer Grammatik der att. Inschr.³ p. 168 not. 1410. E. Schweizer Grammatik der pergam. Inschr. p. 192 § 72. Tertia hic occurrit ceteroqui inaudita, in quam haud scio an vocalis ο irrepserit ex masculino et neutro. 50 Cyzicena erat Eumenis mater Apollonis. Cf. Polyb. XXII, 20, 1 ὅτι Ἀπολλωνὶς (Ἀπολλωνιάς) ἡ Ἀττάλου τοῦ πατρὸς Εὐμένους τοῦ βασιλέως γαμετή, Κυζικηνὴ ἦν. Strabo XIII, 4, 2 p. 624 κατέλιπε δὲ (Attalus I) τέτταρας υἱοὺς ἐξ Ἀπολλωνίδος, Κυζικηνῆς γυναικός. Plutarch. de fraterno amore 5 p. 480 C Ἀπολλωνίδα — τὴν Κυζικηνήν, Εὐμένους δὲ τοῦ βασιλέως μητέρα καὶ τριῶν ἄλλων. Cyzicum vero a Milesiis conditam esse constat testimonio Anaximenis Lampsaceni apud Strabonem XIV, 1, 6 p. 635 Cas. Cf. etiam Plin. Nat. hist. V, 142: *ultra insula quam continenti iunxit Alexander, in qua oppidum Milesiorum Cyzicum.*

---

764 Fragmentum tabulae marmoris albi in aliquo ex conclavibus quae sunt ad septentrionalem partem planiciei mediae gymnasii in urbe Pergamo. Margo non exstat nisi a parte sinistra. Ed. Br. Schroeder, Mitth. des d. arch. Instituts in Athen XXIX 1910 p. 152 n. 1.

Litterae ΑΔΘΛΞΠΣ. Elementa rotunda ΘΟΩ modo eadem ac reliqua magnitudine incisa, modo aliquanto minora. Extremae hastae lineolis transversis ornatae. Cum vel illic, ubi latissimum est fragmentum, fere tertia cuiusque versus pars interciderit, plerisque locis vero etiam maior, sponte patet fieri non potuisse, ut omnia in integrum restituerentur. Quare Schroederus, adiutus hic illic ab Hillero, satis habuit ea refecisse, quae aliquam veri speciem haberent, neque in ea re ubique ipsa verba pristina

------------ ο ----------------------- | ------- ἁπλότητα[1]
τῶν . . . . . ν . ε [---------------------- | κ]αθίδρυται. [πρ]ὸς
[δὲ][2] τὰς κατεπ(ε)ιγούσας τῆι [πόλει χρείας -----------------
-- πρεσ]||βυ-
τέροις[3] καὶ τοῖς ἐλευθέροις παισὶν[4] τὸ ἄλειμμα δι' ὅλης [τῆς
ἡμέρας --------------------------- διὰ δὲ ὅλου τοῦ ἐνιαυ||-
τ]οῦ τοῖς ἀλειφομένοις ἐν τῶι πανηγυρικῶι γυμνασίωι[5] τίθεσ[θαι

---

recuperasse sibi visus est, sed certe sententiam indicasse. Quare plerumque eum secutus sum neque ab eius inventis probabilibus usquam recessi nisi certis rationibus ductus quas ubique indicavi. 1 De argumento non magis quicquam dubii relinquitur quam de aetate. Etenim gymnasiarcho hos honores decerni cum totum argumentum indicat tum v. 26 definite enuntiatur. Regnante vero Attalo III Philometore (139—133 a. Chr. n.) haec incisa esse ex v. 20. 39. 48 cognoscitur. 2 Supplevi particulam et post [κ]αθίδρυται puncto distinxi, cum Schroeder haec omnia eiusdem enuntiati esse ratus duarum litterarum lacunam non expleverit. 3 Corpus civium aetate provectiorum (γερουσία) commemoratur v. 18. Eos etiamtum exercitationibus gymnasticis operam dedisse hic videmus. 4 Cf. Syll.[2] 365, 23 ἀγαγεῖν δὲ ἐπὶ τὴν ὑπάντησιν καὶ τὸν ἐφήβαρχον τοὺς ἐφήβους καὶ τὸν παιδονόμον τοὺς ἐλευθέρους παῖδας. 523, 3: ἵνα δὲ πάντες οἱ ἐλεύθεροι παῖδες πα[ιδε]ύωνται καθότι Πολύθρους Ὀνησίμου προνοήσας ἐπηγγείλατο τῷ δήμῳ; v. 61: τὸ ἀργύριον τὸ ἐπιδοθὲν ὑπὸ Πολύθρου τοῦ Ὀνησίμου εἰς τὴν παιδείαν τῶν ἐλευθέρων παίδων. Adiectivo addito opus esse videbatur, quia παῖς in cotidiano sermone perfrequenter de servo usurpabatur. Neque neglegendum est, inferiore aetate contra antiquum morem in nonnullis civitatibus servos ad exercitationes gymnasiorum admissos esse; cf. n. 479, 8 γυμνασίαρχος ἐκ τῶν ἰδίων ἐλευθέρων καὶ δούλων. Quo minus alibi, ubi id non licebat, distinctione careri poterat. 5 Quattuor tum fuisse Pergami gymnasia discimus ex v. 58. Iam cum tituli doceant, illic ut alibi tres aetates παίδων, ἐφήβων, νέων distinctas esse, horum gymnasia tria in tribus planiciebus quarum una supra alteram sita erat fuisse perbene docuit Schroeder. Nempe in infima ex eis τὸ γυμνάσιον τῶν παίδων fuisse apparere ex monumento illic effosso cum titulo edito Mitth. des arch. Inst. in Athen XXIX 1904 p. 170 n. 14: βασιλεύοντος Ἀττάλου Φιλαδέλφου καὶ | Εὐεργέτου, τεσσαρεσκαιδεκάτου ἔτους (147/6 a. Chr. n.) | παιδονομούντων Ἡροδότου τοῦ Ἀθηναίου, | Μητροδώρου τοῦ Κύδου, Ἀρίστωνος τοῦ | Ἀσκλάπωνος, Ἀσκληπιάδου τοῦ Διοδώρου, | οἱ ἐκκριθέντες ἐκ τῶν παίδων εἰς τοὺς | ἐφήβους εἰς τὸ πεντεκαιδέκατον ἔτος, | γυμνασιαρχοῦντος Ἡρακλέωνος τοῦ | Μενεκράτου, Ἀττάλωι βασιλέως Εὐμένου. In media vero planicie gymnasium epheborum fuisse, id quod appareret ex multis fragmentis laterculorum epheborum ibi repertis (Mitth. des arch. Inst. Athen. Abt. XXVII 1902 p. 106 sqq.). Denique in summa ex tribus planiciebus iam priore aetate γυμνάσιον τῶν νέων (cf. infra v. 17) repertum esse. Quibus quartum nunc ex huius tituli testimonio addendum esse gymnasium panegyricum. Sane si quis ex nomine colligat eius usum non quotidianum fuisse sed per feriarum

ἔλαιον ἐκέλευσεν ἐκ τῶν ἰδίων[6] ---------------- καθηκόντων δὲ γίνεσθαι τῶν] | μυστηρίων κατὰ τὰ πάτρια τοῖς μεγάλοις θεοῖς Καβείροις[7] κα[ὶ ------------------------------------ --- ἧι]||περ ἐπιβάλλον ἦν ἡμέραι[8] τὴν τῶν ἐφήβων μύησιν ἐπιτε[λεῖσθαι, ἐπετέλεσε τὴν μύησιν[9] -------------------------------- καὶ οὐκ ἐάσας αὐτοὺς[10]] | τὰ πρὸς τὴν τελετὴν ἀνήκοντα πάντα παρ' ἑαυτῶν προσενε[γκεῖν μόνος ἀνεδέξατο, ὥστε καὶ δοῦναι τὸ καθῆκον ἀνάλωμα πρὸς τὸ συντελεῖν τοῖς] | θεοῖς τὴν θυσίαν διπλάσίονα[11] τό τε τῆς μυήσεως ἕνεκεν ἀθρο[ισθὲν πλῆθος ἐδείπνισεν ἐν τῶι ---------· συνετέλεσεν δὲ καὶ τὰ ἄλ]||λα τὰ νομιζόμενα πάντα πρῶτος καὶ μόνος καὶ τῆς τοιαύτης [---------- -- ---------------- | τ]ύχην ἀγαθοῖς αὐτὸν κεκοσμῆσθαι[12]. τὰ δ'

---

modo certamina id civibus patuisse, hoc ipso tituli loco redarguatur. Sed cuinam potissimum civium generi aut aetati id destinatum fuerit non assequor. 6 Supplere conatus sum ita, ut certe sententiam enuntiati indicarem. 7 De Cabirorum sacris Pergamenis Schr. provocat ad Blochii commentationem apud Roscherum Lexikon der gr. u. röm. Mythologie II, 2 p. 2534 et ad titulum Alterthümer von Pergamon VIII, 2 p. 183 n. 252, 26: ἐν τοῖς Καβειρίο[ις μεγαλομερῶ]ς τῆι χορηγίαι χρησάμενος ο[ὐ]κ ὀλίγας ἀνεδέξατο δαπά[νας]. Idem ex v. 7 [ἧ]περ ἐπιβάλλον ἦν ἡμέραι collegit plurium dierum fuisse ferias, quarum unus ephebis initiandis destinatus esset. Unde illa sacra Pergamum pervenissent, nondum exploratum esse, sed tribuum Pergamenarum nomina Καδμηΐς, Θηβαΐς (M. Holleaux Revue des études Grecques XV 1902 p. 302) Boeoticam potissimum originem indicare videri. 8 Cf. not. 7. 9 Supplevit F. Hiller von Gaertringen ap. Schroederum. 10 Supplevit idem. 11 ΔΙΠΛΑΣΙΟΝΛ lapis. Schroeder διαλάσιον legit et post hanc vocem litteram λάμβδα mero lapicidae errore interpositam opinatur. At utique adiectivum ad θυσίαν, non ad ἀνάλωμα referendum est, ut certe διπλασίαν exspectes, sed notum est inferiore aetate pro διπλάσιος perfrequens esse διπλασίων (cf. Lobeck ad Phrynichum p. 411), cuius accusativum quin hic teneamus non videtur dubium. 12 Quod his verbis finitur enuntiatum quomodo redintegrandum sit non video. Nam quod Schroederus reposuit καὶ τῆς τοιαύτης [εἰς τοὺς πολίτας φιλαγαθίας τὸ παράδειγμα παρέχων διὰ τὸ πᾶσι τοῖς κατὰ | τ]ύχην ἀγαθοῖς αὐτὸν κεκοσμῆσθαι, id ferri nequit quia in enuntiato sic conformato accusativus αὐτὸν peccat contra leges syntaxeos Graecae; aut nominativo utendum fuit aut, quod etiam melius se haberet, pronomen omnino omittendum. Quare longe aliam fuisse verborum et sententiarum conexionem apparet, sed quae potissimum fuerit non perspicio. Ceterum cum ¯ΥΧΗΝ in lapide sit, fortasse [κατ' ε]ὐχὴν potius scribendum est, ut indicentur omnia quae quis optare possit. Cf. Aristoteles Polit. II, 1 p. 1260 b, 27: ἐπεὶ δὲ προαιρούμεθα θεωρῆσαι περὶ τῆς κοινωνίας τῆς πολιτικῆς,

αὐτὰ καὶ Ῥωμαίων τοῖς μ[υηθεῖσι[13] μετέδωκε -------------- ---- καὶ ταῖς πα]||ραγεγενημέναις θεωρίαις εἰς τὰ Νικηφόρια[14] καὶ μυηθείσαις[15] κα[ὶ ------------------------------------ καὶ τοῖς ἄλλοις ξένοις τοῖς παραγεγενη]||μένοις καὶ τοῖς ἄρχουσιν πᾶσιν καὶ βουλευταῖς καὶ τοῖς νενικη[κόσι τὰ Νικηφόρια -- καὶ] | τοῖς παιδευταῖς[16] καὶ τοῖς ἄλλοις πολίταις πᾶσιν τοῖς συνελθοῦσιν [πρὸς τὴν τελετὴν τῶν μεγάλων θεῶν Καβείρων[17], μηδένα βουλόμενος ἀμοιρεῖν τῆς[18]] || τῶν ὑπ' αὐτοῦ συντελουμένων ἱερῶν μεταλήψεως. τῆι τε πέμπτη[ι τοῦ -------μηνὸς -------- ---------------------- παρασταθεισῶν[19] καὶ ἄλλων θυσι]||ῶν ὑπ' αὐτοῦ τοῦ καθήκοντος γίνεσθαι τῶι Ἀριστωνίδαι[20] ἐναγισμ[οῦ[21] ἐπεμελήθη ------------------------------------

ἡ κρατίστη πασῶν τοῖς δυναμένοις ζῆν ὅτι μάλιστα κατ' εὐχήν. 13 Supplevit Schroeder sagaciter et verisimiliter, etsi fieri etiam potest ut fuerit τοῖς μ[ετέχειν βουλομένοις. Cf. v. 19 Ῥωμαίων τοῖς ἐπιθυμοῦσιν. 14 De Nicephoriis Pergamenorum cf. n. 299, 4. 15. 322, 6. 324, 5. 513, 17. De theoris a Delphorum populo ad ea missis Syll.² 295, 21, de Pergamenorum legatis quae ea indicerent ibidem v. 23 verba fieri observavit Schroeder. Idem iure meritoque ex hoc titulo collegit, non magnum temporis intervallum inter Nicephoria et Cabiria intercessisse. 15 Cum E. Lisco apud Schroederum καὶ μυηθείσαις κα[ὶ ἀμυήτοις supplevisset, mihi maxime propter participium aoristi, non perfecti, usurpatum probabilius visum est priore καὶ simpliciter illi παραγεγενημέναις annecti participium μυηθείσαις: 'Quae legationes ad Nicephoria venerunt et per eam occasionem mysteriis Cabirorum initiatae sunt'. Altero κα[ὶ] deinde ad aliud hominum genus commemorandum transitur. Nam cur legatos qui initiari noluissent item ad sacras dapes invitarent Pergameni profecto non magis erat quam in Romanis (v. 11). 16 Omnes qui omnibus aetatibus puerorum, epheborum, iuvenum praeessent in gymnasiis, ut paedonomos, ephebarchum, alios, hac voce comprehendi sibi persuasit Schroeder. Sed memorabile est, Athenis eandem usitatam fuisse non de eis, quibus epheborum mores et disciplina curae essent, cosmeta, sophronistis, hyposophronistis, sed de magistris qui singillatim in exercitationibus gymnasticis et militaribus eos instituerent, quo in numero fuerunt παιδοτρίβης, ὁπλομάχος, καταπαλταφέτης sive ἀφέτης. Cf. C. I. Att. III, 1080, 8. 1085, 12. 1089, 5. 1091, 11. 1094, 7. 1098, 7. 1102, 15. 1104 III, 1. 1106, 10. 17 Supplere conatus sum. 18 Supplementum Schroederi recepi, nisi quod pro verbo minus apto καθυστερεῖν substitui ἀμοιρεῖν. 19 Malui παρασταθεισῶν scribere pro illo quod Schr. habet κατασταθεισῶν. Reliquis in rebus Schroederum secutus sum. 20 Heros de quo nulla alia exstare videtur memoria. 21 Sic scribere malui quam ἐναγίσμ[ατος] cum Schroedero, nam illud quidem ipsam sacra faciendi actionem, hoc magis victimam quae immolatur indicare videtur, ut θῦμα.

---------- παράδειγμα παρέχων] | δυσεπίβλητον[22] ἑτέροις· τοῖς τε γὰρ μεταλαβοῦσιν[23] ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς [Καβειρίοις γενομένων ἱερῶν δεῖπνον παρέσχεν[24] καὶ τοῖς ἀλειφομένοις[25]] | ἐν τῶι τῶν νέων γυμνασίωι[26] καὶ πολίταις καὶ ξένοις καὶ τῆι γε[ρουσίαι καὶ ----------------------------- τοῖς ἄλλοις ἄρχουσιν πᾶ]||σιν καὶ Ῥωμαίων τοῖς ἐπιθυμοῦσιν καὶ τοῖς ἐλευθέροις παισίν[27]· τοῦ [δὲ θεοῦ βασιλέως Εὐμένου καὶ τοῦ θεοῦ Ἀττάλου[28] καὶ τοῦ Φιλεταί]||ρου[29] τοῦ Εὐεργέτου καὶ τοῦ Ἀττάλου τοῦ Φιλομήτορος βασιλέως ἀγά[λματα ἀνατιθέναι[30] ----------

---

22 Nusquam alibi hanc vocem legi observavit Schroeder. 23 Hoc non potest non ad mysteriorum sacra referri. Qui eorum participes fuerunt, eos ad epulas vocatos esse a gymnasiarcho indicatur. 24 Hic aliquantum discedendum existimavi a Schroederi supplementis, qui nihil habet nisi ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς [------ γενομένων ἱερῶν -------- δεῖπνον παρέσχεν] | ἐν τῷ τῶν νέων γυμνασίῳ. Sed gymnasium iuvenum non locum esse, ubi epulae habitae sint, mihi ex proximis καὶ πολίταις καὶ ξένοις κτλ. apparere videtur. Nam si Schroederum sequemur, ea necessario de omnibus civibus et peregrinis accipienda erunt. At quomodo sic etiam gerusia, magistratus, Romani, pueri liberi commemorari possunt, qui tamen omnes illa civium et peregrinorum notione continentur? At in meo supplemento illa καὶ πολίταις καὶ ξένοις referuntur ad proxime superiora 'omnibus, quicumque in gymnasio iuvenum exercentur, sive cives sunt sine peregrini'. 25 Supplevi. 26 Cf. not. 5. 27 Cf. not. 4. 28 Supplementa Schroederi hic non ab omni parte certa sunt. Nam duos quidem reges praeter Attalum III superstitem et Philetaerum stirpis auctorem hic commemoratos fuisse, v. 47 vero unum modo, propter lacunarum ambitum perquam probabile est. Sed neque utrum illi uni Attalus an Eumenes nomen fuerit, neque quo ordine hic illa duo nomina se exceperint definiri licet, quae res propterea magni momenti est, quia si Schroederi ratio recte se habet Attalus II Philadelphus (159—139 a. Chr. n.), sin contrarius fuit ordo, Attalus I (241—197 a. Chr. n.) intellegendus est. 29 Nomen Schroeder ex v. 36. 39 hic et v. 47 reposuit, recte sine dubio, sed erravit cum illud ad tertium Attali I et Apollonidis filium referret. Nam quo pacto credibile est, regis Attali III patruum, qui nunquam regnaverat et tum iam pridem supremum diem obierat (cf. n. 295[9]), tantis honoribus affectum a Pergamenis, cum fratris minimi Athenaei, qui illi utique superstes fuit, memoria plane silentio premeretur? At illius antiqui Philetaeri, qui principatus Pergamenorum auctor fuerat, sacra etiamtum mansisse nulla ex parte veri dissimile est. Cf. n. 748[1]. Etiam articulus additus, qui bis servatus (v. 36 τοῦ Φιλεταίρο[υ]. 39 τῷ τε Φιλεταίρῳ καὶ Ἀττάλῳ τῷ Φιλομήτορι βασιλεῖ), bis suadentibus spatii rationibus suppletus est (v. 19. 47), multo melius in hunc quam in illum quadrare mihi videtur. 30 Hoc supplere malui quam ἐπισκευάσαι cum Schroedero. Nam id statuas antiquiores refici indicat, qua de re si hic verba fierent, articulo τὰ ἀγάλματα opus esset.

------------------------ χρεὼν ἡγη]|σάμενος εἶναι διὰ τὸ τοῦ δήμου πρὸς τοὺς γεγονότας εὐεργέτας ε[ὐχάριστον ---------- καὶ οὐ μόνον πᾶν τὸ λειπόμενον διὰ τὸ[31] χρείαν εἶ|ν]αι[32] πλειόνων χρημάτων ἀναδεξάμενον[33] ἀνάλωμα, ἀλλὰ καὶ [-- καὶ ἐπιμελη|θ]εὶς καὶ τούτων ὡς ἐπεδέχετο κάλλιστα καὶ παραστήσας θυσίαν αὐτοῖς [ὡς καλλίστην μετέδωκεν ἀπ' αὐτῆς εἰς ἔπαθλα τοῖς τε ἐφήβοις] | καὶ νέοις εἴς τε διαδρομὰς καὶ τοὺς διὰ τῶν ὅπλων ἀγῶνας. βουλόμενος δὲ [----------------- τοῖς τε νομιζομένοις κατὰ τὰ πάτρια ‖ ἐπ]ακολουθεῖν καὶ ἀγαγεῖν εἰς ἀνανέωσιν τὰ διὰ τοὺς καιροὺς ἐπεισχημένα χάριν το[ῦ --[34] ὑπ' αὐ]|τοῦ συντελεσθέντων ἐν τῆι γυμνασιαρχίαι σὺν τοῖς ἄλλοις, οἷς κακεῖνος φιλοδ[οξήσας[35] -- καὶ ἐπαγγειλάμενος | π]οιῆσαι καὶ τὰ κριοβόλια[36] τῆς τῶν ἐφήβων μεταπαιδιᾶς[37] πρὸς ἀλλήλους ἕνεκεν [--------------------- καὶ παραστήσας[38] κριὸν ὡς κάλλιστον κεχρυσω]|μέ-

31 Supplevit Hiller apud Schroederum acutissime. 32 Sic scribere satius duxi, quam Hillerum sequi [μὴ τετυχηκέ|ν]αι legentem. Nam illius infinitivi subiectum vix aliud cogitari potest atque ille gymnasiarchus, quem sumptum in se suscepisse quia non maiorem pecuniam nactus esset vix recte et perspicue dicitur; sed eum, quia maioribus summis quam aerarium publicum praebere poterat opus erat, de suo id quod deesset dedisse bene enuntiatur. 33 Quantum in mutila lapidis condicione de structura enuntiati iudicium ferre licet, hunc accusativum errore pro nominativo ἀναδεξάμενος incisum existimaverim. 34 Hic Schroederus πολλῶν εὐεργεσιῶν reposuit cum neglegeret, sic συντελεσθεισῶν dicendum fuisse. Immo participii forma indicio est id ad illa τὰ διὰ τοὺς καιροὺς ἐπεισχημένα referri, ita ut fere τούτων πάλιν κατὰ τὸν ἀρχαῖον νόμον ὑπ' αὐ]|τοῦ συντελεσθέντων fuisse videatur. 35 Participium reposui relatum ad verbum finitum quod post illud scriptum fuit; φιλοδ[οξίαν ἐνεδείξατο Schroeder, qui οἷς manifesto dativum instrumenti existimat. Sed pro consuetudine dicendi, quae in eiusmodi litteris obtinet, multo aptius videtur οἷς attractione pro ἅ dictum statuere et deinde verbum transitivum qualia sunt ἐποίησεν, συνετέλεσεν supplere. 36 Hoc longe antiquissimum quod novimus κριοβολίων exemplum non de illis labentis antiquitatis caerimoniis crioboliorum similium tauroboliis interpretandum esse perspexit Schr., sed ludum vel certamen epheborum quo aries captus et domitus ad aram adduceretur ibique mactaretur, simillimum illum quidem ei exercitationi quae ταυροκαθαψίων nomine significaretur. 37 Novum nomen certum esse recte observat Schroeder, quia divisim μετὰ παιδιᾶς legi vetet vox ἕνεκα subiuncta. 38 Sic legere malui quam ἐπαγαγών cum Schroedero, cuius reliqua supplementa recepi.

νον τὰ κέρατα χάριν (τοῦ)[39] κρατηθέντος ὑπὸ τῶν νέων αὐτοῦ καὶ καλλιερηθέ[ντος -- διένειμεν δὲ τὰ] | ἀπὸ τῆς θυσίας εἰς ἔπαθλα τοῖς τε ἐφήβοις καὶ νέοις εἴς τε διαδρομὰς καὶ τοὺς διὰ τῶν ὅ[πλων ἀγῶνας, κατέστησεν δὲ καὶ τὴν ἡμέραν, καλλίστην] ‖ ἡγησάμενος εἶναι τὴν ὀγδόην τοῦ Ἀπολλωνίου μηνός[40], ἐν ἧι τελέσας ἐπιτυχῶς ἐν [-------- τὴν στρατείαν ὁ βασιλεὺς Ἄτταλος Φιλομήτωρ[41] κατῆλ]|θεν[42] εἰς τὴν πόλιν, ἱεράν τε αὐτὴν ψηφισάμενος ὑπάρχειν διὰ παντὸς καὶ τἆλλα ἐ[πεδέξατο τὰ γεγραμμένα καὶ ὅσα διὰ τοῦ γεγενημένου ἐν τῶι ἐπὶ[43] Ἀ]|ριστοβούλου τοῦ Βίωνος τοῦ καὶ Τεύθραντος ἐνιαυτῶι ψηφίσματος κατακεχώρισται, [καὶ ---------------[44] ἐν τῶι ναῶι τοῦ Ἀσκληπι]|οῦ[45] τῷ καθιερωμένωι αὐτοῦ[46] ἀγάλματι, καὶ παρασταθείσης θυσίας παρὰ τῆς πόλεως μ[ετέδωκεν ἀπ' αὐτῆς τοῖς γυμνασίοις εἴς τε διαδρομὰς τῶν παί]|δων τε καὶ ἐφήβων καὶ ἀνδρῶν καὶ τοὺς διὰ τῶν ὅπλων ἀγῶνας, μερισθέντων εἰς τὰ ἔπαθλα τῶν [-------------------------------- ποιησα]‖μένων τὴν ἐνδημίαν. τῶν δὲ νέων τηρούντων τὸ πρέπον καὶ τὸ πρὸς αὐτὸν εὐχάριστον διὰ τὸ τῆς ἀγ[ωνοθεσίας φιλάνθρω-

39 Genetivum articuli hic neglegentia quadratarii excidisse, a quo penderet infinitivus in altera versus parte deletus, sumpsi, quia aliter χάριν nullam haberet explicationem. 40 Cf. n. 332, 13 τὴν δὲ ὀγδόην, ἐν ᾗ παρεγένετο εἰς Πέργαμον, ἱεράν τε εἶναι [εἰ]ς ἅπαντα τὸν χρόνον. Nomen mensis ex hoc demum titulo innotuit. 41 Recepi supplementa Schroederi, nisi quod hic cognomen addidi cum quia ne reliquis quidem locis huius tituli eo caret, tum quia proximis (not. 42) supplementum multo brevius adhibendum existimavi quam ille. 42 Supplevi. παρεγένετο ἐκεῖ]|θεν Schroeder. 43 Supplevit Schroeder. 44 Hic Schroederi supplementa [ἐπηύξατο, καὶ στεφάνωσιν κατέστησεν ἐν τῷ ναῷ τοῦ Ἀσκληπι]οῦ primam partem probare nequeo. Nam si ἐπηύξατο, ut debet, a verbo ἐπεύχομαι repetitur, quid sibi velit ὅσα — διὰ τοῦ — ψηφίσματος κατακεχώρισται, ἐπηύξατο, non perspicio. Quare suspicor illum de ἐπαύξω cogitasse, unde profecto hic aoristus medii derivari non potest. Neque est cur augendi notionem in hoc enuntiatum inferamus. Omnino verbum finitum ad proxime superiora spectans hic scriptum fuisse non existimo, sed inter se accurate respondere καὶ τἆλλα τὰ γεγραμμένα — καὶ ὅσα διὰ τοῦ ψηφίσματος κατακεχώρισται. Quod de corona capiti statuae imponenda cogitavit Schroeder, non inepte fecit, sed quibus potissimum verbis id enuntiatum fuerit latet. 45 Supplevit Schroeder. De nobilissimis Aesculapii sacris Pergamenis cf. Syll.[2] 592 cum testimoniis scriptorum, inter quos praecipue Aristides rhetor est, et titulorum illic allatis. 46 Regis Attali, non Aesculapii. Cf. n. 332, 7: καθιερῶσαι δὲ αὐτοῦ καὶ ἄγαλμα πεντάπηχυ τεθωρακισμένον καὶ βεβηκὸς ἐπὶ σκύλων ἐν τῷ ναῷ τοῦ Σωτῆρος Ἀσκληπιοῦ.

πον ------------ καὶ φιλο]|τιμότατα καθιδρυκότων τὸ ψηφισθὲν ὑπ᾿ αὐτῶν ἄγαλμα ἐν τῆι ἐξέδραι ἐν ἧι τὸ τοῦ Φιλεταίρο[υ[47] ἄγαλμα καθίδρυται --------------------------- παρίσ]|τασθαι μὲν ὑπ᾿ αὐτοῦ καὶ ὑπὸ τὸν τῆς ἀναθέσεως καιρὸν θυσίαν τὴν καλλίστην, τεθέν[τος δὲ τοῦ ἀγάλματος παρὰ τὸ ----- τὸ ὑπὸ ---------- ἐκ]|τισμένον[48] καὶ τὰς διαδρομὰς γεγονέναι καὶ τοὺς διὰ τῶν ὅπλων ἀγῶνας προαιρεῖσθ[αι[49] --------------------- ------------------- πα]|ραστήσας θυσίας ὡς καλλίστας τῶι τε Φιλεταίρωι[50] καὶ Ἀττάλωι τῶι Φιλομήτορι βασιλεῖ καὶ τῶι το[ύτου πατρὶ θεῶι Εὐμένει[51] ἐν τῶι βωμῶι τῶι καθιδρυμέ]||νω[ι] ὑπὸ τῶν νέων ἐπιτελέσαι[52] τὰ καθήκοντα συντετελέσθαι ἐν τῶι ἐπάνω μηνὶ τῆι [ὀγδόηι[53] -- ἐκ]|τισμένου[54] καὶ συντελέσας μεγαλομερῶς καὶ μάλιστα ἐν τῆι τῶν ἐπάθλων θέσει καὶ ἐν τ[ῆι τοῦ δείπνου παροχῆι[55] τὴν εἰς τὴν πόλιν εὔνοιαν[56]] | ἐνεδείξατο τῆι τε καθιδρυμένηι ἐν τῶι ξυστῶι εἰκόνι βασιλέως Πτολεμαίου[57] καὶ ------------------- ------------------------,[58] | οὗ ἐπετέλεσεν τὴν διαδρομὴν καὶ

---

47 Cf. not. 29. 48 Supplere conatus sum. Schroeder κατηρ]|τισμένον legit, reliqua non attigit. Fuit sane cum cogitarem de supplemento μετὰ τὸ τὸν ἀγῶνα τὸν ὑπὸ ---- ἐκ]|τισμένον καὶ τὰς διαδρομὰς γεγονέναι. 49 Hic Schroeder addit βουλόμενος. At προαιρεῖσθαι βούλομαι mihi in tautologiae crimen incurrere videtur. 50 Cf. not. 29. 51 Supplevi. Quod Schroeder posuit καὶ τῶι το[ύτου ἀγάλματι — τῶι καθιδρυμέ]|νωι ὑπὸ τῶν νέων, probare nequeo. Nam quis unquam audivit separatim et ipsi deo vel heroi et eius simulacro rem divinam factam esse? 52 Unde hic infinitivus pendeat non liquet. 53 Supplevit Schroeder. De hoc dicendi genere cf. n. 55, 27. 212, 11 et Thucydidis locum quem illic ascripsi not. 16. 54 Cf. not. 48. 55 Supplevi. τῆ[ι τῶν ἀγαλμάτων καθιδρύσει] Schroeder. Sed haec res non tam arcte coniuncta est cum sacrificiis et ludis, et v. 42 separatim commemoratur statua regis dedicata. 56 Supplevit Schroeder. 57 Ptolemaeus VIII Euergetes II (145—116 a. Chr. n.). 58 Schroeder καὶ [τῶι παρασταθέντι (quod de victimis dici solet, non de certaminibus) ἐν τῆι τῆς καθιδρύσεως ἡμέρᾳ γυμνικῷ ἀγῶνι,] | οὗ ἐπετέλεσεν τήν τε διαδρομὴν καὶ τὰς λαμπάδας. Is manifesto οὗ genetivum partitivum pronominis relativi existimavit. Sed quomodo certamine gymnico toto voluntatem suam indicasse gymnasiarchum praedicari potest, si is duas modo partes eius, cursum et lampada, instituit? Quare nescio an praestet οὗ intellegere adverbium, ut in lacuna periisse statuamus significationem loci vel aedificii quod ille in eum usum reipublicae donasset? Neque vero certum est, illud OY a quo versus 43 incipit omnino integram vocem esse; immo eodem iure terminatio genetivi nescio cuius nominis habetur. Quare in summa totius rei obscuritate satius visum est supplendi conatu abstinere.

τὰς λαμπάδας ὃν τρόπον ἐπέβαλλε. καθηκούσης δὲ [τῆς ------ -------------------------------- ἑορτῆς] | ἐπιτελεσθῆναι ἐν τῶι ἐνεστῶτι μηνί, εἰς ἣν μισθουμένης παροχῆς[59] χάριν τῆς ἀπὸ τῶν [θυομένων ἱερείων ἑστιάσεως[60], αὐτὸς προϊὼν ἀπὸ τῶν ἑαυτοῦ || δια]φόρων[61] ἐξωδίασε τὸ δαπάνημα. ἠθέλησεν[62] καὶ ἐν τούτοις στοιχοῦσαν τοῖς προπε[πραγμένοις ἐν παντὶ τῶι βίωι παρέχεσθαι τοῖς πολίταις | τὴν] αὑτοῦ διάληψιν, καὶ ἐφιλοτιμήθη προγραφῆναι[63] περὶ τούτων ψήφισμα καὶ περὶ τῆς παρασταθ[ησομένης[64] θυσίας Ἀθηνᾶι τε Νικηφόρωι καὶ Διὶ Ὀ|λυμ]πίωι, οὗ καὶ κυρωθέντος τῇ μὲν τεδράδι[65] ἀναγαγὼν ἐκ τοῦ ἰδίου[66] ταύρους δύο καὶ καλλιερή[σας τῶι θεῶι βασιλεῖ Ἀττάλωι[67] καὶ τῶι Φιλεταίρωι[68] | τῶι Ε]ὐεργέτηι καὶ βασιλεῖ Ἀττάλωι Φιλομήτορι καὶ Εὐεργέτηι ἐπετέλεσεν ἀπ᾽ αὐτῶν τάς τε διαδρομ[ὰς καὶ τοὺς διὰ τῶν ὅπλων ἀγῶνας ----------- | ποιῶ]ν ἀπ᾽ αὐτῶν μετάδοσιν τοῖς τε ἐφήβοις καὶ τοῖς παιδευταῖς[69]. τῇ δὲ πέμπτηι ὁμοίως ἀναγαγὼ[ν ταύρους δύο καὶ καλλιερηθέντων αὐτῶν || συν]τελέσας λαμπάδα καὶ τὴν ἀπὸ τούτων ὡσαύτως ἐποήσατο τοῖς αὐτοῖς μετάδοσιν. τῆι τε ἕκ[τηι ἀναγαγὼν βοῦς θηλείας δύο ὡς καλλίστας τῆι Νι|κηφό]ρωι Ἀθηνᾶι καὶ βουθυτήσας τήν τε μετά-

---

59 De victimis ad sacra publica praebendis haud raro usurpatur cum verbum παρέχειν tum nomen παροχή. Cf. Syll.^{2} 653, 72 τὰ δὲ θύματα αὐτοὶ παρεχόντω. 616, 21. 47. 51. 57. 59. 62. 617, 2. 4. 7. 16 θύει — καὶ ἱερὰ παρέχει. 616, 26 Κῴοις παρέχω τὸν βοῦν. 653, 64. 65 θυμάτων παροχᾶς· — τὰν παροχὰν τῶν θυμάτων. Quam rem Pergami ut in aliis civitatibus, certe in quibusdam sacris, a republica privatis locari consuesse hic tituli locus docet. 60 Supplevi. 61 Supplevi. Cum locarentur victimae praebendae, gymnasiarchus conductor exstitit, at ea condicione ut pretium non ex aerario acciperet, sed suis impensis victimas emeret. Similis munificentiae exempla haud rara sunt in titulis Graecis. 62 Asyndeton ἐξωδίασε — ἠθέλησε merae neglegentiae deberi videtur. 63 Rogatio publice scripta proponitur (προγράφεται) ante comitia, in quibus deinde civium suffragiis comprobatur (κυροῦται v. 47). 64 In universum hic Schroederi vestigia pressi; sed aoristum παρασταθ[είσης] nolui cum eo reponere. Neque enim de peractis sacrificiis decreverunt Pergameni, sed de peragendis. Sane participium futuri tribus litteris longius est, sed has compensavi cum pro Schroederi τῆι τε Νικηφόρωι Ἀθηνᾶι supplerem Ἀθηνᾶι τε Νικηφόρωι, id quod etiam proximo καὶ Διὶ Ὀλυμπ]ίωι, quod Schr. supplevit, magis accommodatum est. 65 Tertiam litteram Δ esse certissimum est. Tenuis et mediae vicissitudo in hoc vocabulo inaudita, sed etiam alibi perrara. Schroeder provocat ad E. Schweizer, Grammatik der pergamen. Inschr. p. 106. 66 Cf. n. 476^5. 67 Cf. not. 28. 68 Cf. not. 29. 69 Cf. not. 16.

δοσιν ὁμοίως ἐποήσατο καὶ γυμνικὸν ἔθηκεν ἀ[γῶνα --. | --] ἔπαθλα κατ' ἐξοχὴν καλὰ καὶ ἄξια τῆς τε πρὸς τοὺς θεοὺς καὶ τοὺς εὐεργέτας τιμῆς ἐποή[σατο ---------------------------- ὡς | προσή]κει[70], καὶ ἐν τούτοις τοῦ περὶ τὴν πόλιν πρέποντος τὸν πάντα ποιησάμενος λόγον. τῆι τε ἑβ[δόμηι παραστήσας ταύρους δύο καὶ[71] καλλιερήσος Διὶ | Ὀλυμ]πίωι ἐκ τοῦ ἰδίου[72] ἐκρεαδότησεν ἀπὸ τῆς θυσίας τοὺς τροχάσαντας[73] τὴν λαμπάδα -------------------------------- ------------- || ------------ ἐμέρισεν τὰ ἀπὸ τῆς θυσίας εἰς τὰ ἔπαθλα, τό τε τῆς μεγίστης ἐπιμε[λείας[74] δεόμενον[75] ----- ------------------------------ | -------------------------- -----]|τον φυλάσσεσθαι ἀναθεὶς καθιέρωσεν ἀργυρίου δρ[αχμὰς -- | ---------- --------- ἐπὶ κατασκ]ευὴν[76] καὶ ἐπὶ θεραπείαν αὐτοῦ, ἐφ' οἷς τὸν δ----------------- | ----------------------------------- ----ιποι τὴν εἰς τὰ τέσσαρα γυμνά[σια[77] -------------------- ---------- | ------------------------------]υμενος --ετο---

70 Supplevi. 71 Supplevi. τῆι δὲ ἑβ[δόμηι βουθυτήσας ταύρους δύο------ τῶι Διὶ] | Ὀλυμπίῳ Schroeder. 72 Cf. n. 476[5]. 73 Vides κρεαδοτεῖν τινα hic dici ut alibi μισθοδοτεῖν τινα. Quare subnascitur mihi suspicio, nimiam fuisse severitatem in damnando illo δικαιοδοτεῖν τινα n. 448[2]. 74 Supplevit Schroeder. 75 Supplevi. 76 Supplevi. ⁻YHN exstat in lapide, quod quid fuisse possit praeter [ἐπι]σκευήν aut κατασκευήν non video. Ex eis vero hoc praetuli, quia ἐπισκευή fere ad idem redit ac θεραπεία. 77 Cf. not. 5.

---

765 Lapis erutus Prienae, ubi pavimento ecclesiae insertus erat, qua de causa scriptura magna ex parte extrita est, delatus Berolinum in museum regium. Benignitate eorum qui museo praesunt mecum communicata sunt apographum a Prottio confectum, ab Hillero von Gaertringen iterum cum lapide collatum, et exemplum minusculis scriptum ab Hillero cum multis eisdemque utilissimis supplementis.

Litteratura Ionica volgaris, ab ea quae quarto a. Chr. n. saeculo usitata fuerat non fere discrepans nisi in elementi Σ forma, quod quantum ex Prottii apographo perspicitur brachia parallela habere videtur. Cum scriptura multis locis evanuerit, de titulo in integrum restituendo desperandum

[Ἐπὶ στεφ]ανηφόρ[ο]υ[1] Ποσ[ειδωνίου[2]] μη[νὸς ----ῶ]νος, [ἔδοξεν | τῆι βουλῆι κ]αὶ [τῶ]ι δή[μωι· ἐπειδὴ Σωτᾶς ἔν τ]ε τοῖς πρό[τερον | χρόνοις ---------]σωιτα ---- κοου---------- φιλίαι καὶ ----- | ---------ω αὐτὸν εἰς [------------------ τῶ]ι δήμωι καὶ ν[ῦν || δέ[3], ὅτε οἱ Γ]αλάται παρε[γένοντο εἰς τὴν χώρα]γ καὶ πο[λ|λοὺς μὲν αἰχμαλώτους ἔλαβον] τῶν ἐν τῆι χώραι κατ[οικούντων πο]λιτῶν --------- | ----- παρανόμως πρὸ[ς] τὴγ χ[ώραν αὐτ]όματο[ι ---------, ἕνεκα δὲ τῆς | πρὸς τοὺς ἁλισ]κομένους[4] ὠμότητος μηθένα ἀντιτάσσεσ[θαι τολμᾶν -------- | -------] οὐ μόνον δὲ ἐν τῆι χώραι εἰς το[ὺς π]ο[λί]τας παρε[ν]ό[μουν ------- || ----- ἀλλὰ κ]αὶ τὸ θεῖον ἠσέβουγ[5] χείρο[ντ]ες τ[ὰ] τεμένη καὶ [κατα|καίοντες[6]] τοὺς ναοὺς καθα-------------------ο[ν]ες | -----------ς τῆς εἰς τὸ θ[εῖ]ον [ἀν]αισ[χυντί]ας[7]. [φεύ]γο[ν]τες [δὲ --- | ------ τά τε ἐ]παύλια ἐνέπ[ρη]σαν[8] [κα]ὶ

---

fuit atque in universum quidem in eis acquiescendum quae Hillerus et Wilamowitzius suppleverant. A quibus si quando discedendum existimavi, id accurate indicavi. 1 De Prienensium stephanephoris cf. n. 215, 19. 27. Gr. inscr. in the British Museum III, 1 p. 31 n. CCCXVI, 9. 2 Supplevit Hiller. Annum huius magistratus ignoramus, sed res a Sota gestas, de quibus hic verba fiunt, proximis post huius gentis in Asiam transitum (278/7 a. Chr. cf. n. 748[13]) annis vindicandas esse demonstrat cum litteratura (v. supra) et orthographia, tum argumentum, ex quo luculentissime apparet, quam recens tum in Asia Gallorum immanitas et incolarum terror fuerit. Partem eorum tum in ipsam Ioniam irrupisse definite testatur Livius XXXVIII, 16, 12: *Trocmis Hellesponti ora data, Tolostobogii Aeolida atque Ioniam, Tectosages mediterranea Asiae sortiti sunt.* Tolistobogii igitur erant cum quibus Sotas conflixit. 3 Tale aliquid scriptum fuisse mihi probabilius videtur, quam quod Hiller reposuit καὶ π[όλιν]. Etenim in agrum quidem Prienensem sine dubio pervenerunt Galli, at eos in ipsam urbem penetrasse neutiquam verisimile mihi videtur. 4 Supplevi. ἀφι]κομένους Hiller. Sed hoc quidem verbum necessario ad ipsos Gallos referretur ut certe τῆς τῶν ἀφικομένων ὠμότητος exspectes. 5 Etsi plerumque ἀσεβεῖν εἴς τινα, περί τινα, πρός τινα dicitur, tamen passim etiam transitivae structurae exempla vel apud antiquos scriptores Atticos inde ab Aeschylo inveniuntur. 6 Hoc loco participium reponere malui, quam cum Hillero καθάψ[αντες] supplere versu proximo. Nam molestissima in illa lectione videtur praesentis et aoristi vicissitudo, neque littera Ψ certa est, quia Prottii apographum nihil habet nisi ΚΑΘΛΥΛ. 7 ΣΤΗΣ ΕΙΣ ΤΟϹ..ΟΝ ..ΑΙΣ..ΛΣ Prottii apographum. Utrum meum supplementum [ἀν]αισ[χυντ]ίας recte se habeat an Hilleri [ἀν]αιδ[εί]ας, merito dubites. Nam hoc quidem lacunae spatio, illud vero litteris servatis quas Pr. enotavit accommodatius est. 8 Cum Prottius ΕΝΣΠΥΙ ΛΝ enotasset, Hiller ἐνεπύ[ρω]σαν

[τ]ὰς [ο]ἰκίας[9] [ἐπ]υ[ρ]πό[λησαν[10] | ὥστε τῶν Ἑλλ]ήνων τῶν τὴν Ἀσίαν κατοικούν[τ]ω[ν] φθαρῆν[αι πολλούς, || μάχεσθαί δ](ὲ)[11] πρὸς τοὺς βαρβάρους [κ]αὶ [ἀντιτά]τ[τ]εσθαι [μη]δ[ένα | βούλεσθα]ι, αὐτός τε ἀντετά[ξ]ατο πρὸς τοὺς βαρβάρους ἀ[τ]ιμ[άζον|τάς[12] τε ἡμᾶς[13]] καὶ εἰς τὸ θεῖον ἀσ[ε]βοῦντα[ς][14] καὶ εἰς τοὺς Ἕλληνας [πα|ρανομοῦντας,] ἐκπέμψας μ[ισ]θ[ο]φόρους τῶ[μ] πολιτῶν πεζοὺς [καὶ | δούλους οἰκο]τρόφους καὶ [τοὺς βαρβάρους κακῶς ἐπ]οίει[15]. Σωτᾶς δὲ[16] συνα[γεί||ρας τῶν τε πο]λιτῶν τοὺς [ἐθέλοντας] καὶ τ[ῶν] ἀπὸ τῆς χώρας [τοὺς | προθύμους ὄ]ντας αὐτοῖς συ[γκιν]δυ[ν]εύε[ιν] π[ρ]ὸς τοὺς βαρβ[ά]ρους | κ[α]ὶ σώ[ιζειν] προελόμενος [τ]οὺ[ς πολίτ]ας τοὺς ἐν τ[ῆ]ι χώραι α[ὐ]||τοὺ[ς] κ[αὶ τέ]κνα καὶ γυναῖκας κ[αὶ τοὺς ἐν τ]ῆι χώρ[α]ι[17], ὅπως ἅ[π]α[ντας | ------] εἰς τὴμ πόλιγ κατ[αγάγηι τοὺς] ἐν τῆι χώραι ---αυ || ------- τῶν τόπων ὡς συν--------------οις ------- | -------σε μετὰ

---

restituere conatus est. Sed hoc verbum num fuerit in sermone Graeco dubium est, ac tam exiguo discrimine illa YI distant a PI[H], ut non dubitaverim verbum de ea re usitatissimum reponere. 9 Supplere conatus sum. IΛ_.I...Ξ v. Prott. 10 Supplevit Hiller. 11 Supplevi et emendavi (E pro Σ quod traditur). Hiller sane [μαχομένου]ς scribit idque cum proxime superioribus coniungit. At quomodo dici potest multos occisos cum pugnarent contra barbaros neque quemquam illis resistere paratum fuisse? 12 ΛIIM. Hiller supplevit ἀ[τ]ιμ[οῦντάς τε αὐτὸν] καὶ. Quem in summa rei verum vidisse existimo, sed cum ἀτιμοῦν vox solennis iuris publici de capitis deminutione usitata sit, illud latius patens verbum ἀτιμάζειν hic aptius mihi videtur. 13 τε αὐτὸν Hiller. Sed quo iure et qua de causa Sotam potissimum contemptim a barbaris tractatum esse enuntietur non satis perspicio. Quod contra primum de ipsorum Prienensium civitate, deinde de deis, denique de Graecorum natione verba fieri non ineptum videtur. 14 De verbi structura cf. not. 5. 15 Postremo loco ‾ΣOOIEI Prottii apographum. Verbum restituit Hiller cum sumeret ΣO errore pro EΠ lectum esse. Proxime superiora duo vocabula ipse supplere conatus sum. Linea horizontalis quae initio enotatur a Prottio, ex Σ littera finali adverbii κακῶς restare videtur. 16 Haec sic enuntiantur, quasi si antea de alio homine ac Sota verba facta sint. Quare fuit cum opinarer legendum esse [καὶ οὗτος μὲν οὖν ταῦτα ἐπ]οίει, Σωτᾶς δὲ συναγείρας κτλ. Sed nullo modo superiora sic restitui possunt ut alio spectent atque ad ipsum Sotam. Quare admodum moleste et inconcinne hic conexa esse enuntiata vix licebit negare. 17 Apertum est hic distingui τοὺς πολίτας τοὺς ἐν τῆι χώραι ab alio hominum genere, quod substantive οἱ ἐν τῆι χώραι appelletur. Possunt haec intellegi de servis et libertis civium qui agriculturam exercuerint, sed fieri etiam potest ut tum fuerit in agro Prienensi ordo agricolarum qui liberi quidem essent sed civitatis Prienensis expertes.

τῶν συγκινδυνε[υόντων αὐτοῖ]ς τῶ[μ π]ο[λι|τῶν. καὶ πρ]οαγομένου [τοῦ] πολεμίου -----------ων τιμᾶς ο---|------λ[ε]ιας γενόμενο[ς -----] κ--ελ----------- ραξ----ς ἔσωσ[ε, οὐ]|δὲν δεί[σα]ς[18] τὴν ἐκείνω[ν] ὠμότητα ---------- νελόμενος [--- ‖ ----- τ]οῖς πολίταις συνέχων [ὅπως καὶ μ]ε(τ)ὰ αὐτοῦ κινδυνεύων | [φανῆι[19] ὑπὲρ τ]ῆς κοινῆς σωτηρίας [καὶ νίκης, κα]ὶ ἔμεινεν ἐν τ[ῆι] χώ[ραι | ὡς μαχε]σόμενος πρὸς τοὺς βαρβ[άρ]ους, [ἐξ][20] οὐθενὸς κοινοῦ [ζή]λ[ου[21] εἰ | μὴ τοῦ σωθῆναι ὑπ'] αὐτοῦ[22] πολλοὺς τῶμ πο[λι]τῶν. καθό⟨υ⟩λου δὲ ἐν[έμεινεν[23] | ἀεὶ τὴν πόλιν εὖ][24] δρ(ῶ)ν[25] καὶ βοιηθῶν[26] τῆι χώραι. διετέλεσεν δὲ καὶ [προνοῶν ‖ τοῦ τὴμ πόλιμ[27]] μηθὲμ φαῦλομ[28] [π]αθε(ῖ)γ καὶ πολλοὺς τῶμ πολιτῶ[ν ἐφύλα|ξεν ὥστε σ]ωθῆναι αὐτοὺς [καὶ] τέκνα καὶ γυναῖκας καὶ τὴν χώρα[ν | αὐτῶν τοῖς τε Γαλά]τα[ι]ς [ἀνδρείως[29] ἀντι]ταχθῆναι. ὧγ γενόμενω[ν | καὶ στρατηγὸς ἡιρ]έθη πρὸς τὸν τῶγ Γαλατῶν πόλεμον· τύχηι [ἀγα]|θ[ῆι, δεδόχ]θαι τῆι βουλῆι καὶ τῶι δήμωι, ἐπηνῆ⟨ι⟩σθαι Σωτᾶν Λ[ύ]κου[30] ‖ [ἀρετῆς ἕνε]κα καὶ ἀνδραγαθίας ἧς ἐποήσατο ὑπὲρ τοῦ δήμου, [ἀγω|νισάμενος πρὸς τοὺ]ς Γαλάτας, καὶ στεφανῶσαι αὐτὸν στεφάνω[ι | χρυσῶι ἀπὸ δραχμῶν -] τραγωιδῶν τῶι ἀγῶνι τοῖς πρώτοις Διο[νυσί|οις,

---

18 Supplere conatus sum. 19 Supplevi. Hiller scripsit κινδυνεύων|[ται ὑπὲρ τ]ῆς κοινῆς σωτηρίας. At κινδυνεύομαι pro κινδυνεύω nemo quod sciam Graecus unquam dixit. Sumendum igitur est in proxime superioribus alicubi nomen ὁ δῆμος fuisse, ad quod illud κινδυνεύων referretur. 20 Supplevit Hiller. 21 Supplevit Hiller; sane κοινοῦ in hac sententia mirum est; contrarium potius ἰδίου exspectaveris. 22 Supplementa Hilleri retinui nisi quod ante infinitivum adieci genetivum articuli, quo si quid video careri nullo modo potest. 23 Supplevi. De huius verbi cum participio coniunctione cf. Syll.^{2} 356, 25: αὐτὸς μὲν γὰρ ἐνέμεινεν ἀρνούμενος. 24 Supplevi. 25 ΔΡΟΝ. Emendavit Hiller. 26 Cf. Syll.^{2} 147, 23. 194, 48. 27 Recepi Hilleri supplementa, qui tamen post προνοῶν non τοῦ, sed ὥστε habet. 28 Distinctionem notionum, qua apud antiquos adiectiva φλαῦρος et φαῦλος distinentur, hic iam neglegi vides. 29 Supplevi. τολμήσας Hiller. Sed neque in enuntiati structuram quadrat hoc participium, neque hic iterum indicandum erat, Sotam Gallis repugnasse, cum iam supra de successu huius dimicationis verba facta essent. Immo ad cives ab eo servatos spectat, qui illius merito non modo salutem nacti erant sed etiam facultatem pro patria contra Gallos pugnandi. Quod hoc ἀντιταχθῆναι ad primum modo subiectum, non etiam ad τέκνα καὶ γυναῖκας καὶ τὴν χώραν referri potest, nullam habet offensionem, siquidem similia atque adeo duriora hyperbati exempla etiam apud optimum quemque scriptorem occurrunt. 30 Supplevit U. v. Wilamowitz-Möllendorff apud Hillerum.

τὴν δὲ ἀναγγελίαν[31] ποι]η[σά]τω ὁ ἀγωνοθέτης [ἐν τῶι θεάτρωι, | ὅπως πᾶσι φανερὰ ἧι[32] ἡ πρόθ]εσις[33] ἣν ἔχει ὑπὲρ τῶ[μ πολιτῶν ----- || ----------------------] καὶ ἀόκνως βοηθῶ[ν[34] ---- -------- | -----------------------] ὁ στέφανος ὁ δ[ο]θεὶς Σωτᾶι [--------- | τὸ δὲ ψήφισμα τόδε ἀ]ναγ[ρ]άψαι εἰς στήλην λιθίνηγ καὶ στ[ῆσαι εἰς τὸ | ἱερὸν τῆς Ἀθῆνας. τὸ] δὲ ἀνάλωμα τὸ εἰς τὴν στήλη[ν γινόμενον[35] | καὶ τὴν ἀναγραφὴν τ]οῦ ψηφίσματος ὑπηρετησάτω ἐκ τῶ[ν ἱερῶν χρη||μ]άτων [ὁ ταμίας[36] --- -----]μένης[37].

31 Sic scribere satius duxi quam cum Hillero εἰσαγγελίαν, cuius nominis vis alia est. 32 Illa ἐν τῶι θεάτρωι Hillero debentur. Deinde vero is supplet ἐπαινεθήτω δὲ καὶ ἡ πρόθ]εσις; quae ipse in horum locum substitui, ni fallor accommodatiora sunt eiusmodi decretorum consuetudini. 33 Supplevit Hiller. Fieri etiam potest ut προαίρ]εσις potius fuerit. 34 Cf. not. 26. 35 Participium supplevi. 36 Supplevi. 37 Hic nomen proprium quaestoris fuisse apparet, quod passim in eiusmodi decretis magistratus appellationi additur.

---

766 Inter Arsamiam (*Gerger*, cf. n. 402 lemma) et vicinum vicum *Baxig* situm est praedium *Semsidia*, a quo meridiem versus spelunca in rupe excavata est; supra eius portam anaglyphum repraesentans mulierem sedentem, a dextra huius imaginis titulus. Eum exscripsit Ellsworth Huntington Americanus, cuius apographum publici iuris fecit C. F. Lehmann Beiträge zur alten Geschichte. Festschrift für O. Hirschfeld p. 402 (inde Revue arch. Quatrième sér. II 1903 p. 174 n. 205).

[Ἀ]υίδιον[1] Ἀν|τίοχον[2], Ἱε|ρωνύμου κ(αὶ)[3] | Λαοδίκης, φι||λομήτορα κ(αὶ) | [φ]ιλοπάτορα, | ζήσαντα ἔτη | κγ´, οἱ γονεῖς | μνήμης χ[ά]||ριν.

Litterae ЄꟺΠϹѠ. 1 Supplevit Lehmann. ΥΙΔΙΟΝ apographum Huntingtoni, in quo non notatur versum ab initio mutilum esse. Cum Avidius Cassius a. 164 p. Chr. n. legatus Augusti pro praetore provinciam Syriam obtinuerit, anno 175 p. Chr. vero adversus Marcum principem rebellaverit et ipse Augustus nominatus sed eodem etiamtum anno necatus sit, titulum in quo homo stirpis regiae (not. 2) nomen gentile propter civitatem illius gratia acceptam assumptum *Avidius* gerat, illa aetate non antiquiorem esse sponte patet. Tituli scriptura (cf. not. 3) perbene quadrat in illud tempus. 2 Cum nomina Ἀντίοχος et Λαοδίκη, tum locus et forma sepulcri, itemque adiectiva φιλομήτωρ καὶ φιλοπάτωρ, fere non usitata illa quidem nisi

in regiis orientis familiis, hos homines a stirpe regum Commagenes originem repetivisse indicant. Hoc probe perspexit Lehmann, itemque quod Antiochi mater quidem nomen in illa familia usitatum gerat, pater vero non item, quodque φιλομήτωρ priorem inter illa epitheta locum teneat, indicio esse vidit, maternam potissimum stirpem ad illos reges redire. Quod vero per turbas Avidii Cassii defectione excitatas hos homines in spem venisse coniecit regni Commagenes restituendi, sine idonea causa facere mihi videtur. Nam regni affectati in hoc titulo nullum repperire possum vestigium. 3 ΚЄ lapis et hic et v. 5, quae orthographia item aetatem altero p. Chr. n. saeculo non antiquiorem indicat.

---

767 In Michaëlis Fourmonti schedis quae continentur bibliothecae nationalis Parisinae codice *Supplément Grec* n. 855, fol. 298 inveniuntur apographa duorum titulorum sine originis nota. Priori (*a* v. 1—22) simpliciter praemittuntur vocabula '*première inscription*', alteri (*b* v. 23—31) '*2de inscription que je crois être la suite ou le commencement de la première, mais beaucoup maltraitée n'ayant presque aucunes lignes d'entières.*' Ex codice Berolinum transmisso exscripsit M. Fränkel et edidit Sitzungsber. der Kgl. Akademie der Wissenschaften zu Berlin 1903 I n. V p. 83 (inde Revue archéologique Quatrième série II 1903 p. 466 n. 367).

a --------- αυτ[---[1]-------|τὰν ἐ]π(ιμέλ)ειαν[2] ταύ[ταν καὶ ἀ|ξία]ν
κα[ὶ τ]ῶν προ(γ)όν(ω)[ν[3] καὶ τᾶς[4] | πα]τρίδος ποιησάμεν[ος, ἱερα‖-

---

Litterarum formas, quas non omnes plane accurate exceptas esse conicias, Fourmontus exhibet hasce: ΘΘΓΠΣ. ῥῶ plerumque volgarem formam habet, sed aliquotiens Ρ est. Littera φῖ bis occurrit; v. 6 + est forma nota, sed plerumque in titulis multo antiquioribus usitata, v. 15 init. errore Ψ lectum est, quod v. 18 init. legitime elementi ψῖ vim habet. 1 ΝΚΘΑΥΤ Fourmont; primae litterae recte exscriptae esse nequeunt, quia hanc consonarum cumulationem non tolerat sermo Graecus. Origo tituli, etsi testimonio caremus (v. lemma), tamen plane certa est. Nam fragmentum *b* quidem ipsum populi Cyrenaeorum nomen habet, *a* vero non modo omnibus rebus eius simillimum est, ut manifesto recte Fourmontus haec unius lapidis frustula esse coniecerit, sed etiam per se certissima Cyrenaeae originis vestigia habet. Cf. not. 7. 13. Non minus certum tempus (Augusti principatu, cf. not. 7). De dialecto cf. not. 8. 11. 16. 2 ΠΤΑΙΑΕΙΑΝ Fourmonti exemplum. Emendavit Fränkel sollerter et probabiliter. 3 ΚΑΠΩΝΠΡΟΓΟΝЄ. Supplevit et emendavit Fränkel. 4 Sic scribere malui quam τᾶς τε cum Fränkelio, qui qualem iudicaverit enuntiati structuram non assequor. Nam primo καὶ, quod ipse Fr. sub finem versus alterius supplevit, adiectivum ἀξίαν adiungitur alii epitheto ad idem nomen ἐπιμέλειαν relato, quod antea

τε]ύσας[5] τε δὶς Καίσαρος το[ῦ θε|οῦ][6] ἐκτενῶς καὶ φιλοτείμως | [καὶ] πρεσβεύσας ἐν τῷ Μαρμα|ρικῶι πολέμῳ[7] ἐν χειμῶσι ἑαυ|τὸν ἐς τὸς κινδύνος ἐπιδὸς[8] ‖ καὶ τὰν ἐπικαιροτάταν συμμα|[χ]ίαν[9] καὶ πρὸς σωτηρίαν τ[ᾶ]ς π(ό|λι)ος[10] ἀνήκοισαν[11] ἀγαγών· παρ(λα)|βών[12] τε τὸν τῶ κτίστα τᾶς πό|λιος ἁμῶν Ἀπόλλωνος[13]

---

intercidit; reliqua duo καὶ vero inter se respondentia τῶν προγόνων et τᾶς πατρίδος coniungunt. At hoc (et—et, cum—tum) Graece aut καὶ—καὶ aut τε—καί esse, nunquam vero καὶ—τε quis ignorat? 5 Supplevi, cum Fränkelius intactum reliquisset. Accurate conveniunt spatia, ac de sacerdotio hic dictum fuisse eo certius est, quia infra v. 15. 16 in sacerdotii Apollinis bene gesti laudibus idem adverbium ἐκτενῶς recurrit. 6 Supplevi. Divus Iulius est, non Caesar Augustus. 7 Fränkelius provocat ad testimonium Flori II, 31 (IV, 12, 41): *Marmaridas atque Garamantas Quirinio subigendos dedit* (Augustus). *potuit et ille redire Marmaricus* (ut Cossus Gaetulicus, de quo proxime superiore enuntiato dixit scriptor), *sed modestior in aestimanda victoria fuit.* De P. Sulpicio Quirinio cf. Prosopographia imp. Rom. III p. 287 n. 732. Quem quod proconsulem Africae fuisse in eoque magistratu illas gentes devicisse iudicavit Zumptius, id Mommsenus Res gestae Divi Augusti ed. 2 p. 170 refutavit monens, ut de Garamantibus res anceps esset, sic Marmaridas inter Aegyptum et Cyrenas incolentes nusquam attigisse provinciam Africam. Quare potius de proconsulatu Cretae et Cyrenarum haec intellegenda sunt, qui cum praetoriorum sit, bellum Marmaricum utique aliquot annis prius est consulatu Quirinii, quem ordinarius gessit cum M. Valerio M. f. M. n. Messalla Barbato Appiano a. 12 a. Chr. n. Mommsenus non improbabile certe existimat, Garamantas uno eodemque tempore, a. 20 a. Chr. n., impugnatos esse coniuncta opera a proconsulibus Africae Balbo et Cyrenarum Quirinio. 8 Cum accusativos τὸς κινδύνος hic, θεός v. 15, τὸς ἀνθρώπος v. 17 iure meritoque ut convenientes Doricae Cyrenaeorum dialecto toleraret Fränkel, non erat cur hic ἐπιδο(ὺ)ς suppleret. Nam utriusque formae una eademque est causa. 9 Ut verbum ἀγαγών indicat, συμμαχία hic non foedus est, sed auxilium, i. e. exercitus qui ex foedere missus sociis opem fert. Cf. n. 503[6]. Polyb. XXIX, 23, 5: αἰτοῦντες πεζοὺς μὲν χιλίους ἱππεῖς δὲ διακοσίους, ἡγεμόνα δὲ τῆς ὅλης συμμαχίας Λυκόρταν, τῶν δ' ἱππέων Πολύβιον. 10 ΠΥ|.ΟΣ. Emendavit Fränkel. 11 Participii formam Aeolicam, quae redit infra v. 20 προγεγονοίσαις, ad mixtum Cyrenaeorum populum ex variis gentibus Graecis rettulit Fränkel. Sed nescio an res aliter se habeat. Dialectus Dorica huius tituli vix ea lingua erat, qua Cyrenaei etiamtum Augusti principatu quotidie utebantur. Immo doctrinae grammaticae ope artificiose instauratus videtur maiorum sermo. Atqui homines, qui sermonem Doricum antiquum ex scriptorum et maxime quidem poëtarum libris cognitum habebant, facile Pindari aliorumque usu decepti haec Aeolica pro Doricis habere poterant. 12 ΠΑΡΑΝ|ΒΩΝ. Emendavit Fr. 13 Apollinem conditorem Cyrenarum dici etiam C. I. G. 5141, 2 (ἱερώμενος τοῦ κτίστου Ἀπόλλωνος) monet Fr., quod sine dubio spectet ad fabulam

σ⟨π⟩τέ‖(φ)ανον[14] καὶ τὰ πρὸς θεὸς ἐκτε|νῶς[15] καὶ εὐσεβῶ⟨ι⟩ς[16] ἐτέλ[ε]σεν κ(αὶ)[17] | τὰ ποτὶ τὸς ἀνθρώπος μεγαλ[ο]‖ψύ(χ)ως[18] καὶ πλουσίως ὑπὲρ δ(ύ)|ναμιν[19]· δεδόχθαι, ποτὶ τα(ῖς)[20] ‖ προγεγονοίσαις[21] αὐτῶι τει(μ)α(ῖς)[22] | ἐπαινέσαι τε αὐτὸν τὰν πό(λι)[ν][23] | δαμοσίαι καὶ παρκαλέ[σαι[24] -----]

b ---------- χοντα[25], ἀνθέμε[ν εἰκόνας ἐς[26]] | ὅς[27] κα δήληται[28]

---

de corvo qui dei iussu conditoribus urbis viae dux fuerit, cf. Callimach. hymn. II, 65 sqq. Φοῖβος καὶ βαθύγειον ἐμὴν πόλιν ἔφρασε Βάττῳ, καὶ Λιβύην ἐσιόντι κόραξ ἡγήσατο λαῷ, δεξιὸς οἰκιστήρ, καί ῥ' ὤμοσε τείχεα δώσειν ἡμετέροις βασιλεῦσιν· ἀεὶ δ' εὔορκος Ἀπόλλων. 14 ΣΠΤΕ|ΥΑΝΟΝ. Emendavit Fränkel, sed perperam interpretatus est, cum suspicaretur, coronam Apollinis fortasse in Carneorum ludis nactum esse Phaum, quippe quas ferias Cyrenis fuisse certo constaret (Preller-Robert Gr. Mythologie I p. 252). At manifesto corona hic non victoriae praemium est, sed sacerdotii insigne, quod haud raro pro ipso sacerdotio nominatur. Cf. locos geminos huius Syll.[2] 325, 19 Διὸς τοῦ Πολιέως ἀναλαβὼν στέφανον καὶ ἱερησάμενος εὐαρέστως. v. 21 τὸν ἐπώνυμον τῆς πόλεω[ς] Ἀπόλλωνος ἀναδεξά[μενο]ς στέφανον πανηγύρεσι πανδήμοις — τοὺς θεοὺς καὶ τὴν πόλιν ἐτείμ[η]σεν. v. 26 sqq. πάλιν τε τῶν πολειτῶν — ἐπιζητούντων ἱερέα Ἀπόλλωνος Ἰητροῦ — παρελθὼν εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἔλαβεν τὸν αὐτὸν στέφανον τοῦ θεοῦ. n. 342, 13 sqq. τοῦ τε ἐπων[ύμου τῆς πόλεως Διον]ύσου οὐκ ἔχοντος [ἱε]ρῆ ἀφ' ἐτῶν πλ[η]ό[νων, ἐπικληθεὶς ὑπ]ὸ τῶν πολιτῶν ἐπέδωκεν ἑαυτὸν [καὶ κατὰ τὴν Γαΐου Ἀ]ντωνίου παραχειμασίαν ἀ[ν]αλ[αβὼν τὸν στέφανο]ν τοῦ θεοῦ τάς τε πομπ[ὰ]ς καὶ θυσίας [ἐπετέλεσε] κτλ. 15 Cf. not. 5. 16 Hic quoque (cf. not. 11) Aeolicae dialecti vestigium deprehendere sibi visus est Fränkel. Sed nihil aliud hic usu venit nisi quod illa quidem aetate usquequaque perfrequens est, ut iota mutum non modo perperam omittatur, sed etiam prave addatur vocalibus productis. 17 ΚΞ. Emendavit Fr. 18 ΥΥΑΩΣ. 19 ΔΧ|ΝΑΜΙΝ. 20 ΤΑΕ. 21 Cf. not. 11. 22 ΤΕΙΝΑΡ. 23 ΠΟΝ. Haec omnia exempli Fourmontiani menda sustulit Fränkel. 24 Supplevit Fränkel, addito insuper ἐς τὰν κοινὰν ἑστίαν, quo de supplemento dubito, quia sic simplex potius verbum καλέσαι exspectaveris. Etenim παρακαλεῖν adhortandi potius quam invitandi notionem habere solet. 25 [τὸν δὲ πρῶτον ἄρ]|χοντα supplet Fränkel provocans ad titulum Therae, quae sane Cyrenarum metropolis fuit, Inscr. ins. mar. Aeg. III, 481, 10. Etiam alibi haec magistratus appellatio frequentissima (cf. n. 492[8]), sed num hic fuerit propterea dubito, quia mihi probabilius videtur, ab infinitivo ἀνθέμε[ν] demum incipere apodosin. 26 Supplevi. 27 Fränkel [ὡ]ς emendavit, quia persuasum habebat, ab hac voce incipere enuntiatum finale. Sed id restituere non poterat nisi violentissima verbi finiti (not. 28) mutatione. Contra si hic ΟΣ et proximo versu [τόπ]ΟΣ accusativos pluralis interpretamur, id quod per dialecti leges licet (not. 8), omnia bene se habent. Nam verbum ἀναθεῖναι non minus recte et usitate cum εἰς coniungi notum est, quam cum ἐν, et ei qui honoribus afficitur ipsi arbitrium loci eligendi, ubi imago aut statua collocanda sit, permitti

δαμ[οσίος ἦ ἱερὸς[29] τό]||πος[30], καὶ ἐς τὸ τ[ῶ] Ἀ[πόλλωνος[31]] | ἱαρὸν ἄγα[λ]μα, παρ[στᾶσαι δὲ ὅ]||πλον ἐπίχρυσον[32], ἔ[χον τὰν ἐπι]||γρα[φά]ν· ‘Φάον Κλεά[νδρω[33] τῶ Φι]||λοπάτριδος[34] ἀρετᾶς [καὶ τᾶς] || ποτὶ τὰν πόλιν εὔν[οιας ἕνε]||κε Κυραναῖοι’.

frequentissimum est. 28 I. e. βούληται. Hanc vocem raram et Doricam quod Fränkel emendatione δηλ[ῶ]ται expellere conatus est, sane mireris. 29 Supplevi. 30 I. e. τόπους. Supplevi. Fränkelius [ὥς] κα δηλ[ῶ]ται δαμ[οσίᾳ αὐτοῦ ὁ τύ]||πος, quo in enuntiato qualem vim nomini τύπος tribuerit non assequor. 31 Versuum 25—27 supplementa Fränkelii sunt, probabilia illa quidem, etsi insolitum est clupeum inauratum non imaginem pictam habere, sed inscriptionem modo. 32 Cf. n. 571[4]. 33 Supplere conatus sum. Κλέα integrum patris nomen esse, proxima ad laudes et praeconia pertinuisse sumit Fränkel. 34 Avi nomen hic agnoscere malo, quam cum Fränkelio [τᾶς φι]λοπάτριδος ἀρετᾶς supplere, quia neque φιλόπατριν ἀρετὴν usquam in titulo honorario commemorari memini et ab ἀρετῆς (ἕνεκα) eiusmodi laudes incipere perfrequens est.

---

768 Marmor album quadratum, quod primo basis statuae fuerat, postea in Ephesiorum theatro fulcri pavimenti in λογείῳ Romanorum aetate constructo vicibus functum est. Ed. R. Heberdey Wiener Studien XXIV 1902 p. 283 (inde Revue archéologique Quatrième sér. II 1903 p. 469 n. 371).

[Ὁ] δῆμος καὶ ἡ βου[λὴ | ἐ]τείμησε | [Γ]ναῖον Δομέτιον | [Κ]ορβούλωνα[1], || [τ]ὸν ταμίαν[2], | [ἐ]ν πᾶσιν εὐεργέτην | τῆς πόλεως.

Litterae ΑΠΣ, accurate incisae et in extremis hastis apicibus ornatae. 1 Si nobilissimum illum Neronis exercituum ducem (n. 629[129]) hic agnosceremus, satis graves difficultates orituras esse propter litteraturae genus, simillimum illud quidem laterculorum agonothetarum in superiore parte parietis scaenae incisorum (Jahreshefte des österr. Instituts II 1899 Beiblatt p. 41), quos ultra finem primi a. Chr. n. saeculi non descendere certum esset, observavit Heberdey. Esse vero in litteris antiquis vestigia prioris Cn. Domitii Corbulonis, quem illius patrem fuisse omnium maxime probabile esset; cf. Tac. Ann. III, 31: *Domitius Corbulo, praetura functus, de L. Sulla, nobili iuvene, questus est aput senatum* (a. 21 p. Chr. n.), *quod sibi inter spectacula gladiatorum loco non decessisset.* Cassius Dio LIX, 15, 3: Γναῖος Δομίτιος Κορβούλων βουλευτής, κακῶς ἐπὶ τοῦ Τιβερίου τὰς ὁδοὺς ἐχούσας ὁρῶν, τοῖς τε ἐπιμεληταῖς αὐτῶν ἀεί ποτε ἐνέκειτο καὶ προσέτι καὶ τῇ γερουσίᾳ ὀχληρὸς ὑπὲρ αὐτῶν ἐγένετο. τοῦτον οὖν παραλαβὼν (Gaius Caesar anno 39 p. Chr. n.) ἐπέθετο δι᾽ αὐτοῦ πᾶσιν οὐχ ὅτι τοῖς ζῶσιν ἀλλὰ καὶ τοῖς τεθνηκόσιν, ὅσοι ποτὲ ἐπιστάται τῶν ὁδῶν ἐγεγόνεσαν καὶ χρήματα ἐς τὰς ἐπισκευὰς αὐτῶν εἰλήφεσαν, καὶ

ἐκείνους τε καὶ τοὺς ἐργολαβήσαντάς τι παρ' αὐτῶν ὡς οὐδὲν δὴ δαπανήσαντας ἐζημίου. ἐφ' οὗ δὴ ὁ Κορβούλων τότε μὲν ὑπάτευσεν, ὕστερον δὲ ἐπὶ Κλαυδίου αἰτίαν τε ἔσχε καὶ εὐθύνθη. Non ab omni parte recte Heberdey Theodorum Mommsenum Röm. Staatsrecht II[3] p. 1078 not. 2 haec omnia ad illum nobilissimum imperatorem referre dicit; immo ea est Mommseni sententia, Tacitum quidem in anni 21 p. Chr. rebus de patre loqui, quae vero Dio de a. 39 p. Chr. referret, sane ad natu minorem Corbulonem eundem, qui postea Neronis exercitibus praefuisset, spectare. Sane mihi ut Dessauio Prosopographia imp. Rom. II p. 20 n. 122 et Heberdeyo probabilius videtur de eodem homine verba facere Tacitum et Dionem. Sed utut hoc se habet, praetorium anni 21 p. Chr. non fuisse illum exercituum ducem, sed eius patrem, inter omnes convenit. Huic igitur hic titulus recte ab Heberdeyo vindicatur. 2 Cur Ephesii Corbuloni per quaesturae tempus statuam posuerint, neque ex titulo perspici neque aliunde notum esse adnotat Heberdey. Sed fuit ille sine dubio quaestor provinciae Asiae, id quod satis fuit causae cur ab aliqua ex nobilissimis provinciae civitatibus monumento honorario ornaretur.

---

769 Lapis fractus a parte superiore. In vico *ʿAqrabâ* in impluvio domus privatae. Edd. R. Dussaud et F. Macler Nouvelles archives des miss. scient. et litt. X 1902 p. 700 n. 175 (inde Revue archéologique Quatr. sér. II 1903 p. 462 n. 359).

Δεσπόται ἡμῶν | Διοκλητιανὸς | Μαξιμιανὸς | Σεβαστοὶ καὶ || Κωνστάντειος | καὶ Μαξιμιανὸς | Καίσαρες[1] | λίθον διορίζον|τα[2] ὅρους μητρ||οκωμίας[3] Ἀκ|ράβης[4] καὶ Ἀσί|χων[5] στηριχθ|ῆναι ἐκέ- λευσα|ν, φροντίδι || Λουκίου Καια . α . .[6] | κηνσίτορις[7].

Litterae ЄΖΘΜΞΠϹω. 1 Intra annorum 293 et 305 p. Chr. n. terminos. 2 Geminum titulum habes supra n. 612. 3 Cf. n. 609[3]. 4 Hodie quoque vicus, ubi hic terminus inventus est, *ʿAqrabâ* appellatur. 5 Asichorum vici nomen conservatum esse in hodierno *Umm-Ôsidsch*, qui est vicus situs orientem versus ab *ʿAqrabâ*, adnotant editores, qui observant ethnicum redire in alio titulo Graeco invento in loco *El-Muzêrîb* (Bull. de corr. Hell. XXI 1897 p. 43 n. 16. Mitteilungen und Nachrichten des deutschen Palästinavereins VII 1901 p. 47 n. XIV) ἐπὶ Διογένους Καίου Ἀσιχανοῦ ἐκτ[ίσθη]. Sed eius tituli lectio dubia est, apographis dissentientibus. 6 ΚΑΙΑ . Α . . editores, qui Κατά[μου] supplent, quod tamen ipsorum apographo non convenit. 7 κηνσίτορ[ο]ς emendant D. et S., cum in exemplari maiusculo terminatio IϹ sit, ex Latino sermone translata.

---

770 Supra limen superius portae alicuius in oppido *ʿAnz.* Edd. R. Dussaud et F. Macler Nouvelles archives des missions scientifiques et littéraires X 1902 p. 679 n. 109.

Ἐποίησαν τῷ θεῷ Δ|ουσάρει[1] οἱ ἐκ κοιν[οῦ] | αὐτῶν[2] ἱερεῖς ὄντες[3] | ἔτους δεκάτου Ἀντωνεί||νου Καίσαρος[4], Αὖθο[ς Μ]ασ|άχο[υ[5],] Αὖθος Ἀνέμου, Αὖ|θος Θαιμοῦ. | Ἄνναμος Κάδου (οἰ)κ|οδόμο(ς)[6].

Litterae ΑΛΘΠЄ(sed v. 2 in nomine dei S)ω. ἓ ψιλον plerumque volgarem formam habet, sed v. 1 initio Є est. 1 Cf. E. Meyer ap. Roscher Lexikon der gr. und röm. Mythologie I, 1 p. 1206 sqq. Deus fuit Nabataeorum gentis Arabicae quae orientem et meridiem versus a Mari Mortuo incolens Romanorum temporibus Petram oppidum caput et sedem regni habebat, donec A. Cornelius Palma legatus auspiciis Traiani Augusti a. 105/6 urbem cepit et regnum in provinciae formam redegit. Sed sacra indigenarum ea re non magis exstincta sunt quam usquam alibi in imperio Romano. In vi ac numine dei cum Graecorum deis comparandis scriptores dissentiunt ut plerumque in hoc genere. Strabo enim XVI, 4, 26 p. 784 Nabataeos Solem colere dicit, proprium dei nomen tacet. Isidorus Characenus vero eundem cum Baccho existimat. Cf. Hesych. s. v. Δουσάρην τὸν Διόνυσον Ναβαταῖοι, ὥς φησιν Ἰσίδωρος. Ludos Δουσάρια Adraae et Bostrae, quae sunt oppida Nabataeorum, haberi solitos testantur nummi, et nomen Δουσάριος nonnunquam geritur ab illarum regionum hominibus; testimonia affert Meyer. 2 Quo hic genetivus spectet, obscurum. 3 ΙΕΡΕΙC ΟΝΤΕC. Quod cum editores ἱερε[ύ]σοντες legissent, in duas voces dirimere malui. Nam neque futurum hic recte se habet, neque ἱερεύειν est sacerdotio fungi, sed caedere, mactare. 4 Antoninus Pius (138—161 p. Chr. n.) aut Caracalla (211—217 p. Chr. n.). 5 ΑΥΘΟ⁝ΑΣ|ΑΧΟΙ. 6 ΗΚ|ΟΔΟΜΟΝ.

771 Fragmenta duo stelae marmoris albi, inventa die 4. m. Novembris a. 1904 Deli ante porticum Philippi. *a* mutilum ab omnibus partibus praeter dextram, *b* in tres particulas fractum, quae tamen inter se contingunt, utrimque integrum, supra et infra mutilum. Ed. F. Dürrbach, Bull. de corr. Hell. XXIX p. 169.

a [Θ ε] ο [ί.] | [Ἐπὶ Τυχάνδρου[1] ἄρχοντ]ος, ἐπὶ τῆς Οἰνεῖδος ἐνά-

Litterae accurate incisae. Α plerumque mediam lineam horizontalem habet, nonnullis locis arcum. Hastae litterae Μ modo directae modo paullulum inclinatae. Elementum Σ fere ubique brachia divergentia habet, sed non multum. Ξ media hasta directa caret, ΘΟΩ plerumque reliquis litteris paullo minores. 1 Supplevit Dürrbach secutus scribae mentionem v. 3 (cf. not. 2). Tychandrum anno 172/1 a. Chr. in magistratu fuisse Ferguson collegit ex regula ab ipso primum investigata de scribae prytaniae officio alternante per annos secundum ordinem sollennem tribuum (cf. Ferguson The Atheniam archons p. 60 sq.). Namque cum ea lex optionem det, utrum illi anno an 160/59 tribuere velimus Tychandri honorem, et aliis

της π[ρυ|τανείας, ἧι Σωσιγέ]νης Μενεκράτου Μαραθώνιος[2] ἐγραμ|[μάτευεν, Ἐλαφηβολιῶνο]ς τετράδι ἱσταμένου, ἐνάτει καὶ ‖ [δεκάτει[3] τῆς πρυτανεί]ας· ἐκκλησία κυρία ἐν τῶι θεάτρωι· | [τῶν προέδρων] ἐπεψήφιζεν Ἀκταῖος Σίμωνος Ἀ(θμονεὺς)[4] | [καὶ συμπρόεδροι· ἔ]δοξεν τεῖ βουλεῖ καὶ τῶι δήμωι· | ----------ν εἶπεν· ἐπειδὴ τῶν προγόνων τ[οῦ | βασιλέως Φαρνάκου[5] φίλων] ὑπαρ-

argumentis prohibemur de hoc recentiore anno cogitare, et hic titulus eis permultum ponderis addit, ut recte disputavit Dürrbach. Namque illo anno Pharnaces non iam inter vivos fuit (cf. not. 5). Caute sane et circumspecte Dürrbachius tangit rationem, qua quis haec argumenta infringere conetur. Etenim hic statuas duas Deli erigendas regi et reginae decerni (v. 36. 37), quod demonstrare videatur cuipiam post annum 167 a. Chr. demum, quo Delus Atheniensibus reddita esset, haec scribi potuisse. At recte negat hoc ita se habere. Etenim in illa insula variarum gentium commercio frequentissima et Apollinis sacris per totam Graeciam nobili etiam antea ab Atheniensibus monumenta dedicari potuisse et re vera dedicata esse probat allato titulo Stratonices Ariarathis filiae, quem habes supra n. 350. 2 Supplevit Dürrbach ex C. I. Att. II, 436, 1. 2: [ἐ]πὶ Τυχάνδρου ἄρχοντος ἐπὶ τῆς Ἀκαμ[αντίδος ------ης πρυ|τ]ανείας, ἧι Σωσιγ[έ]νης Μενεκράτου Μαρ[αθώνιος ἐγραμμάτευεν]. 3 Cum dies mensium et prytaniarum duodecim tribuum tempore in anno communi plane concinant, Tychandri annum intercalarem esse recte statuit Dürrbach, neque tamen rationem inter hos duos numeros intercedentem ita explicari posse, ut duodecim tricenorum binorum dierum prytanias fuisse statuamus, quae sane longe simplicissima est ratio in anno intercalari illius aetatis (12. 32 = 384). Immo quinque dierum intervallum intercedere, quod monstret inaequalem fuisse numerum. Ac facillime quidem rem sic expediri, ut sumamus quinque primas anni prytanias tricenorum singulorum, quinque postremas tricenorum ternorum, duas medias tricenorum binorum dierum fuisse; cuius instituti ratio sane latet. 4 Titulos Atticos C. I. Att. II, 811, *d* I, 182 παρὰ Σίμωνος Ἀθμ[ο(νέως)] (a. 323/2 a. Chr. n.) et II, 1716, 1 [Ἀκτ]αῖος Σίμωνος Ἀθμονεύς attulit D. et inde demoticum supplevit, quod hic non mutilatum est sed per compendium littera initiali sola indicatum. 5 Pharnaces I, Mithridatis V Eupatoris avus, quot annos regnaverit nusquam definite indicatur, sed prima res, quae ex eius regno memoriae prodita sit, anni 183 a. Chr. n. est. Nam tunc ab eo occupatam Sinopen, quae inde ab illo tempore caput regni Pontici mansit, recte homines docti collegerunt ex Polybii XXIII, 9, 2 et Livii XL, 2, 6 narratione de legatione Rhodiorum vere anni 182 a. Chr. n. Romam missa. Cf. E. Meyer Gesch. des Kgr. Pontus p. 72, ad quem provocat Dürrbach p. 184 not. 3. Strabo XII, 3, 11 p. 545 Cas. αὐτονομηθεῖσα δὲ (Σινώπη) πολὺν χρόνον οὐδὲ διὰ τέλους ἐφύλαξε τὴν ἐλευθερίαν, ἀλλ' ἐκ πολιορκίας ἑάλω καὶ ἐδούλευσε Φαρνάκῃ πρῶτον, ἔπειτα τοῖς διαδεξαμένοις ἐκεῖνον μέχρι τοῦ Εὐπάτορος. Postremum vero eius mentio fit apud Polybium XXVII, 17: ὅτι Φαρνάκης πάντων τῶν πρὸ τοῦ βασιλέων ἐγένετο παρανομώτατος. Tale iudicium aptissime illic narrationi suae interposuisse scriptorem, ubi de morte eius rettulisset, probabiliter disputavit E. Meyer Gesch.

χόντων τοῦ δήμου τοῦ Ἀ[θηναίων || ---------]ι τὰ προγεγονότα φιλ[άνθρωπα[6] -----|-----------]ν τε τὸν βασιλέα [--------|---------- ψήφ]ισμα ἀπο[δοῦναι ------------|----------]μβ-----| *b* [--------- ἐ]πηγγείλατο [----- || -------- παραχρ]ῆμα ἔδωκεν το[ῖς πρεσ]βευταῖς | [-------------- ὀ]λίγον ᾠήθη δεῖν παραλαμβάνειν, καὶ πάλιν τ[οῖς | παρὰ τοῦ δήμου πρεσβευτα]ῖς ἐλθοῦσιν συνέθηκεν[7], καίπερ οὐκ εὐκαιρῶν, ἀλλὰ | [καὶ το]ὺς ἄλλους παρῃτημένος[8] διὰ τὸ μήπω καθεστηκέναι τὰ πρά||[γμ]ατα, ἐπήγγελται δὲ καὶ εἰς τὸ λοιπὸν ἐξαποστελεῖν κατὰ τὰ ὡμο||λογημένα πρότερον[9]· ἀγαθεῖ τύχει, δεδόχθαι τεῖ βουλεῖ, τοὺς

---

des Königr. Pontus p. 81 ideoque Pharnacem anno 169 a. Chr. n. decessisse statuit. Eius rationem alio etiam argumento a Th. Reinachio L'histoire par les monnaies p. 129 confirmatam probavit Dürrbach. Titulum Amasensem Pharnacis habes supra n. 365. 6 Iam antequam primus ex illa stirpe Mithridates ὁ κτίστης regnum Ponti conderet (a. 302 a. Chr. n.), eius maiores familiaritatem cum Atheniensium populo contraxisse monet Dürrbach; namque Mithridatem Persam statuam Platonis a Silanione elaboratam in Academia dedicasse narrari a Laertio Diogene III, 25. Ariobarzanem vero, hominem nobilissimum, regis Mithridatis I avum, cum contra Persarum regem rebellaret, classe Timothei et militibus Agesilai adiutum et omnino eximiis honoribus ab Atheniensium populo affectum esse (Demosth. XV, 9. XXIII, 141. 202. Corn. Nepos Timoth. 1, 3). Sed vix ad tam antiquas res respicere existimaverim tituli verba; de eorum vero qui proximo ante Pharnacem saeculo in Ponto regnaverint erga Athenienses animo nihil memoriae proditum esse nemo mirabitur qui litterarum de illis temporibus exstantium condicionem noverit. 7 De pacto inter Pharnacem et Athenienses per legatos facto haec interpretatur Dürrbach, iniuria si quid video. Nam id quidem Graece συνθέσθαι est, non συνθεῖναι. Hoc activum vero mandandi vim habet (n. 345, 11), ut obiectum sit aut actio, quam quis perficere debeat, aut res, quae ei in aliquem locum deferenda sit. Iam cum infra huic συνέθηκεν adiungatur ἐπήγγελται δὲ καὶ εἰς τὸ λοιπὸν ἐξαποστελεῖν, perspicuum est hic dici de pecuniae summa, quam rex Atheniensium legatis ab ipso domum redeuntibus Athenas perferendam mandaverit. 8 Aliorum legatis ita respondit, ut propter statum regni nondum satis confirmatum in praesentia quidem veniam peteret neque quicquam daret. 9 Pharnacem antea pactum esse cum Atheniensibus de certis pecuniae summis certis temporibus (cf. v. 50 τὰ γινόμενα μέρη τῶι ἐνιαυτῶι) ab ipso illis numerandis apparet. Sed quo titulo hae pensiones promissae sint, nusquam indicatur. Dürrbachius aut usuras annuas pecuniarum ex Atheniensium aerario Pharnaci commodatarum aut pensiones per quas ipsum caput paullatim reddatur esse posse indicat, sed id admodum improbabile esse, quia Atheniensium civitas illo tempore profecto non tam opulenta fuisset ut regibus magnas pecunias mutuas daret. Quare rectius de multa cogitari, quam Pharnaces post bel-

λαχόν|τας προέδρους ε[ἰς τὴν] ἐπιοῦσαν ἐκκλησίαν χρηματίσαι περὶ τού|των, γνώμην δὲ [ξυμβάλ]λεσθαι τῆς βουλῆς εἰς τὸν δῆμον, ὅτι δοκεῖ | τεῖ βουλεῖ ἐπαιν[έσαι μὲν] τὸν βασιλέα Φαρνάκην καὶ στεφανῶσαι χρυ|σῶι στεφάνωι ἀρισ[τε]ίωι[10] κατὰ τὸν

---

lum quattuor annorum, quod a Sinopes occupatione initium cepisset, hostibus pendere coactus esset. Cf. Polyb. XXV, 2, 8 sqq. ἐγράφη δὲ καὶ τοὺς αἰχμαλώτους ἀποκαταστῆσαι Φαρνάκην χωρὶς λύτρων καὶ τοὺς αὐτομόλους ἅπαντας· πρὸς δὲ τούτοις τῶν χρημάτων καὶ τῆς γάζης ἧς ἀπήνεγκε παρὰ Μορζίου καὶ Ἀριαράθου ἀποδοῦναι τοῖς προειρημένοις βασιλεῦσιν ἐνακόσια τάλαντα καὶ τοῖς περὶ τὸν Εὐμένη τριακόσια προσθεῖναι, τὴν εἰς τὸν πόλεμον δαπάνην. At recte ipse D. observat, non videri Athenienses illis rebus se interposuisse; neque hoc ita interpretari licet, ut statuamus mero casu narrationem de pecuniis illis debitis intercidisse. Tenemus enim apud Polybium integrum pacis cum Pharnace factae argumentum, in quo nihil est de Atheniensibus. Quapropter longe aliter res se habuisse videtur. Notissimum est priore alterius a. Chr. n. saeculi parte certatim reges Asiae minoris amorem litterarum Graecarum et egregium erga Athenas illarum sedem favorem prae se tulisse, id quod de Eumene, Attalo II, Antiocho IV, Ariarathe Cappadoce certissimis testimoniis confirmatur. Quid mirum Pharnacem, ut erat magni animi et gloriae avidissimus, illos aemulatum esse ideoque Atheniensium animos donis ac beneficiis sibi conciliare conatum? At cum opes eius et belli impensis et pensionibus quae pacis condicionibus ei imponebantur exhaustae essent, non praesentem numerare poterat pecuniam, sed polliceri coactus erat se per longiorem annorum seriem quotannis certam summam daturum esse. At cum ipsius opes non tam celeriter in meliorem statum redigerentur quam speraverat (v. 17 καίπερ οὐκ εὐκαιρῶν. 18 διὰ τὸ μήπω καθεστηκέναι τὰ πρά[γμ]ατα), mora pendendi intercessit, quae ne nimia fieret, Athenienses per legatos illum pollicitationum antea factarum admonebant. 10 Cf. exempla huius formulae allata a me n. 763[14]. Eam altero a. Chr. n. saeculo Athenis quoque usitatam fuisse, qua de re dubitatum est, praeter hunc titulum apparet ex n. 248, quod Atheniensium, non Antiochensium populiscitum esse evicit Holleaux. Nam si quis vice versa propter hanc ipsam locutionem ab Attico more alienam illi obloqueretur, ei Dürrbachius recte obmovit testimonia plebiscitorum quae afferrent Polybius XVI, 26, 9 ἀπεδέξαντο δὲ (Ἀθηναῖοι) καὶ τοὺς Ῥοδίους μεγαλομερῶς καὶ — ἐστεφάνωσαν ἀριστείῳ στεφάνῳ et Iosephus XIV, 153 τιμῆσαι τὸν ἄνδρα χρυσῷ στεφάνῳ ἀριστείῳ κατὰ τὸν νόμον. Ceterum non recte idem de appellatione 'ἀριστεῖος στέφανος' verba facit. Neque enim masculinum adiectivi genus hic tenemus, sed substantivum generis neutrius, id quod primum quidem multorum eiusdem terminationis nominum, veluti ἀρχεῖον, ἰατρεῖον, ἱερεῖον, μαγειρεῖον, ταμιεῖον, ἰαμβεῖον, ἐλεγεῖον similitudine comprobatur, quae non adiectiva substantivorum vicibus fungentia, sed substantiva sui iuris esse inde apparet, quod nullum usquam masculini aut feminini generis vestigium invenitur; deinde vero definitum exstat testimonium tituli Delii Syll.[2] 86, 32: στέφανος ἀριστεῖον τῷ θεῷ.

νόμον, καὶ ἀνειπεῖν τὸν στέφα||νον τοῦτον Διονυσίων τε τῶν ἐν ἄστει τραγωιδῶν τῶι καινῶι ἀγῶνι | καὶ Παναθηναίων καὶ Ἐλευσινίων καὶ Πτολεμαίων τοῖς γυμνικοῖς | ἀγῶσιν[11]. ἐπεὶ δὲ καὶ προσήγγελται τὴν βασίλισσαν Νῦσαν[12], βασιλέ|ως Ἀντιόχου[13] θυγατέρα, συνωικηκέναι τῶι βασιλεῖ Φαρνάκει, καθῆκον (δ')[14] | ἐστὶν

---

11 Per easdem ferias tales honores pronuntiari iubentur C. I. Att. II, 444, 32. 446, 29. 464, 2. 465, 51. 467 (Syll.[2] 521), 48. 99 et alibi. Dürrbach. 12 Reginae nomen et originem hic demum titulus patefecit. Antiochi III Magni aut filia fuit aut neptis (cf. not. 23). Cognomines sane mulieres in regiis Asiae minoris familiis complures fuisse monet Dürrbach, uxorem Ariarathis V Cappadocis, filiam successoris illius Ariarathis VI, quae nupsisset Nicomedi IV Philopatori Bithyno, item huius regis matri, Nicomedis III Euergetae uxori. Denique nobilissimi illius regis Mithridatis Eupatoris et sorori et filiae idem nomen fuisse (Plutarch. Lucull. 18. Appian. Mithrid. 111), hic quidem sine dubio repetitum ab avia, quam ex hoc populiscito demum cognovimus. Ceterum affinitatem inter Seleucidas et Ponti reges iam antiquiorem fuisse Pharnacis I regno, cuius ipsius amita, Mithridatis II soror, Antiochi III Magni coniux fuisset (Polyb. V, 43, 1). 13 Antiochus III Magnus quattuor habebat filias; ex quibus cum trium nomina et matrimonia cognoverimus, restat una, quam anno 193 a. Chr. n. Eumeni II Pergameno oblata est (Polyb. XXI, 20, 8. Appian. Syr. 5), sed spreta. Quid postea ea factum sit, nusquam traditum est. Quare si quis huic Nysam nomen fuisse eamque postea Pharnaci nupsisse statuat, convenient quidem parentum nomina (not. 15) neque omnino eiusmodi sententia plane refelli poterit. At perquam improbabile est, virginem quae iam a. 193 a. Chr. n. nubilis fuisset, plus quam viginti annis post etiamtum matrimonio expetitam esse a rege vicino. Quare praestat Antiochum regem hic non ipsum Antiochum III Magnum, sed eius filium natu maximum intellegi. Ei enim et regium nomen fuisse (n. 232[1]) et uxorem Laodicen (not. 15) constat, filiam adulta aetate anno 172/1 a. Chr. ei fuisse non mirum est, siquidem ipsius nuptias hieme 196/5 a. Chr. n. a patre conciliatas esse testatur Appianus Syr. 4. Haec omnia tam docte quam accommodate ad persuadendum disputavit Dürrbach p. 190—193, qui idem observavit hanc parentelae rationem lucem clarissimam affundere loco Iustini XXXVIII, 7, 1: *se autem* (Mithridatem Eupatora) *seu nobilitate illis comparetur, clariorem illa colluvie convenarum esse, qui paternos maiores suos a Cyro Dareoque, conditoribus Persici regni, maternos a magno Alexandro ac Nicatore Seleuco, conditoribus imperii Macedonici, referat.* Etenim maternam stirpem a Seleuco Nicatore repeti non per ipsius Mithridatis matrem, sed per aviam paternam Nysam ex Seleucidarum gente oriundam. Haec minus accurata maternae originis notio eo minus offensionis habet, quod n. 54, 4 sqq. Ptolemaeus III Euergetes ἀπόγονος τὰ μὲν ἀπὸ πατρὸς Ἡρακλέους τοῦ Διός, τὰ δὲ ἀπὸ μητρὸς Διονύσου τοῦ Διός dicitur distinctione non ad ipsius, sed ad Hylli gentis auctoris parentes spectante. Cf. illic not. 5. 6. 14 Structuram, quam hiulcam esse D. observavit, inserta particula quam lapicida errore omisit sarcire conatus sum.

Ἀθηναίους μεμνημένους ἐπ' ἀγαθῶι καὶ τιμῶντας φαίνεσθαι ‖ τοὺς εὐεργέτας τοῦ δήμου καὶ τοὺς ἐξ εὐεργετῶν γεγονότας, ἐπαινέσαι | τὴν βασίλισσαν Νῦσαν βασιλέως Ἀντιόχου καὶ βασιλίσσης Λαοδί|κης[15], καὶ στεφανῶσαι χρυσῶι στεφάνωι κατὰ τὸν νόμον, καὶ ἀναγορεῦ|σαι καὶ τοῦτον τὸν στέφανον Διονυσίων τε τῶν ἐν ἄστει τραγωιδῶν | τῶι καινῶι ἀγῶνι καὶ Παναθηναίων καὶ Ἐλευσινίων καὶ Πτολεμαίων ‖ τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσιν[16]. στῆσαι δὲ τοῦ βασιλέως Φαρνάκου καὶ τῆς βα|σιλίσσης Νύσης ἑκατέρου εἰκόνα χαλκῆν καὶ ἀναθεῖναι ἐν Δή|λωι· τῆς δὲ ἀναγορεύσεως τῶν στεφάνων καὶ τῶν εἰκόνων ἐπιμελη|θῆναι τοὺς στρατηγοὺς καὶ τὸν ταμίαν τῶν στρατιωτικῶν[17]. χειρο|τονῆσαι δὲ τὸν δῆμον ἤδη τρεῖς ἄνδρας ἐξ Ἀθηναίων ἁπάντων, οἵτι‖νες ἐπιμελήσονται τῆς κατασκευῆς καὶ τῆς ἀναθέσεως τῶν εἰκό|νων. ἀναγράψαι δὲ τόδε τὸ ψήφισμα τὸν γραμματέα τὸν κατὰ πρυτα|νείαν ἐν στήλει λιθίνει καὶ στῆσαι παρὰ τὰς εἰκόνας· εἰς δὲ τὴν ἀ[να]|γραφὴν καὶ τὴν ἀνάθεσιν τῆς στήλης τὸ γενόμενον ἀνάλωμα μ[ερίσαι] | τὸν ταμίαν τῶν στρατιωτικῶν. ὅπως δ' ἂν καὶ νῦν καθήκοντος τοῦ καιροῦ ‖ πενφθεῖ ὁ ἀποκομιῶν τὰ ἐπιβάλλοντα δοθῆναι[18] ἀκολούθως τεῖ [τ]οῦ βασιλέ|ως αἱρέσει καὶ τοῖς γεγονόσιν ὑπ' αὐτοῦ προστάγμασιν, χειροτονῆσαι | τὸν δῆμον ἤδη ἕνα ἄνδρα ἐξ Ἀθηναίων ἁπάντων, ὅστις ἀφικόμενος | πρὸς τὸν βασιλέα Φαρνάκην τό τε ψήφισμα ἀποδώσει καὶ προσαγορεύσει | [καὶ] αὐτὸν καὶ τὴν βασίλισσαν ὑπὲρ τοῦ δήμου, καὶ ἐὰν ἐν δυνατῶι εἶ[19], πα[ρα‖λ]ήψεται τὰ γινόμενα μέρη τῶι ἐνιαυτῶι. ἀναγγέλλειν δὲ τῶι βασιλεῖ τὸν κ[ε|χ]ειροτονημένον, ὅτι ὁ δῆμ[ος π]ειράσεται μηθενὸς καταδεέστερον πρ[ο|άγ]εσθαι[20] τ[ῶ]ν ἄλλ[ω]ν [βασι]λέων, ἀλλὰ πάντα τὰ πρὸς δόξαν καὶ μνή-

15 Laodice nomen fuit cum Antiochi III Magni uxori ex regum Ponti stirpe oriundae (Polyb. V, 43, 1—4. 55, 4) tum horum duorum filiae, quam pater fratri germano Antiocho collocavit (Appian. Syr. 4). Cur hanc quam illam hic intellegi praestet, Dürrbachii rationem secutus indicavi not. 13. 16 Cf. not. 11. 17 Eisdem magistratibus hanc curam mandari in multis populiscitis Atheniensium (C. I. Att. II, 465, 19. 466, 43. 467, 49. 468, 32. 469, 37. 470, 26. 49. 471, 43) adnotat Dürrbach. 18 Cf. not. 9. 19 Videmus hic ipsos Athenienses magnopere dubitare an Pharnaces inopia pecuniae prohibeatur promissis stare. 20 Supplevit A. Wilhelm apud Dürrbachium. Medium est activi vi usurpatum. Athenienses promittunt se Pharnacis opes et gloriam non minus provecturos esse quam cuiusquam ex reliquis regibus. Paene oculis cernere hic tibi videaris illam de Atheniensium favore inter reges aemulationem, de qua not. 9 verba feci.

μην | ·[αὐτῶι ἀνήκο]ντα συνκατασκευάσει καθάπερ καὶ τοῖς ἄλλοις εὐεργέταις | [τῆς πό]λεως. τῶι δὲ χειροτονηθέντι ἀνδρὶ μερίσαι τὸ ἐφόδιον τὸν ταμίαν ‖ [τῶ]ν στρατιωτικῶν[21]. ὁ ἀποδημήσων πρὸς τὸν βασιλέα Φαρνάκην κατὰ τὸ ψή|[φι]σμα κεχειροτόνηται Φιλόξενος Πειραιεύς. οἱ ἐπιμελησόμενοι τῆς κατα|[σκ]ευῆς καὶ τῆς ἀναθέσεως τῶν εἰκόνων κατὰ τὸ ψήφισμα οἵδε κεχειροτόνην|ται· Λέων Αἰξωνεύς[22], Φιλόξενος Πειραιεύς, Διονύσιος ἐγ Μυρρινούττης[23]. | Ἡ βουλή, ὁ δῆμος ‖ τὸν βασιλέα | Φαρνάκην[24]. | Ἡ βουλή, ὁ δῆμος | τὴν βασίλισσαν | Νῦσαν.

21 Cf. not. 17. 22 Initio alterius a. Chr. n. saeculi in Atheniensium rebus publicis haud exiguam auctoritatem habuisse videtur Λέων Κιχησίου Αἰξωνεύς, qua de re Dürrbach provocat ad J. Kirchneri Prosopogr. Att. I p. 566 n. 8445. II p. 14 n. 9108. 23 Hic una cum filio cognomini recensetur in catalogo anni 183/2 a. Chr. n. C. I. Att. II, 983 III, 108. J. Kirchner Prosopogr. Att. I p. 282 n. 4219. 24 Hos duos titulos non solito more intra coronas scriptos esse testatur Dürrbach.

---

772 Basis lapidis calcarii nummulitici leucophaei inventa inter rudera oppidi Acoridis (*Tehneh*). Ed. G. Lefebvre Bull. de corr. Hell. XXVII 1903 p. 343 n. I.

Ἀγαθῆι τύχηι. | Ἄμμωνι[1] καὶ Σούχωι[2] | καὶ τοῖς συννάοις θε|οῖς[3] μεγίστοις Κόλλου‖θος[4] Πετεχῶντος[5] καὶ | Σαραπίων Κελύ-

Litterae ΑϾΠϹѠ accurate et eleganter incisae. Memorabilis antiquior forma ʘ. 1 Huius dei in illo oppido cultum etiam frequentia nominum inde descendentium in titulis sepulcralibus ibidem erutis (Ἀμμώνιος, Ἀμμωνᾶς, Ἀμμώνιλλα, Σαραπάμμων) testatum esse adnotat Lefebvre. Cf. indicem ab eo concinnatum Bull. de corr. Hell. XXVII p. 387 sqq. 2 Cf. n. 176[2]. Huius quoque dei sacrorum vestigia certissima exstant in nomenclatura hominum illic sepultorum. Cf. not. 7. 3 Hos Osirin, Sarapin, Isin, Horum esse conicit Lefebvre. 4 Idem nomen in monumentis sepulcralibus prope *Tehneh* erutis redit, scriptura sane aliquantum titubante, nam Κόλουθος simplici liquida est Bull. XXVII p. 370 n. 99, 2. 3. p. 373 n. 108 *bis*, 1, Κολλούθης ibid. p. 346 n. 2, 1. Utrum Κολλαῦθις ibid. p. 351 n. 21, 1. 2 et Κολλαῦτις p. 356 n. 39, 1. 2 idem sit nomen an aliud, ambiguus haereo. Ceterum illud nomen non infrequens fuisse in Aegypto et a poëta epico haud ignobili Lycopolitano (cf. Suidas s. v.) gestum esse notum est. 5 Ut Πετεσοῦχος (not. 7) a Suchi, Πετεχνοῦβις (Bull. XXVII p. 355 n. 34, 1. 2) a Chnubidis (n. 111, 18) dei nomine descendit, sic hoc nomen redire existimaverim ad appellationem dei *Chons*, unde mensis Παχών (antiquius *Pachons*) denomi-

λιος[6] καὶ | Πετεσοῦχος[7] Θέωνος | ἀνέθηκαν εὐσεβείας | χάριν ἐπ' ἀγαθῶι[8]. ‖ Lιε' Αὐρηλίου Ἀντωνίνου | Καίσαρος τοῦ κυρίου[9], | Ἁθὺρ[10] κε'.

natus est. 6 Cf. Bull. XXVII p. 353 n. 28 Κέλυλις [Θ]ο|τίυγχος | Lγ'. p. 386 n. 157 Κελύλης | Τοθήου | Lκε'. 7 Hoc nomen in coemeterio oppidi Acoridis perfrequenter redire (Bull. XXVII p. 347 n. 4, 1. 2. p. 352 n. 23, 2. 3. p. 354 n. 31, 1. 2. 33, 2. 3. p. 355 n. 35, 1. 2. p. 357 n. 44, 1. 2. p. 358 n. 48, 2. 3. p. 359 n. 52, 1. 2. p. 360 n. 57, 2. p. 364 n. 74, 1. 2) non mirum est, siquidem manifesto redit ad sacra dei Suchi (v. 2). Eodem sine dubio spectant nomina Χενπετεσοῦχος (Σενπετεσοῦχος?) et Χερμπεσοῦχος ibid. p. 362 n. 65, 1. 4. Ceterum ipsum nomen humanum Πετεσοῦχος a divino Σοῦχος derivatum rursus in dei appellationem abiit. Cf. n. 187, 3. 667, 3. 671, 2. 710, 3. 8 Cf. n. 699[6]. 9 M. Aurelium (161—180 p. Chr. n.) agnoscit editor. Sed nullam video certam causam, cur non etiam ad Antoninum Pium (138—161 p. Chr.) pertinere possit. Itaque in medio relinquendum est, utrum annus 151/2 an 174/5 p. Chr. n. indicetur. 10 Quartus anni Aegyptiaci mensis, cuius initium secundum fastos Alexandrinos est d. 28. m. Octobris. Hoc igitur monumentum die 21. m. Novembris dedicatum est.

773 Tabula marmorea inventa in impluvio ecclesiae S. Catherinae in insula Io, quae templi Apollinis Pythii locum tenere existimatur. Ex ectypo chartaceo quod F. Cortesis demarchus illius insulae transmiserat, ed. P. Graindor Bull. de corr. Hell. XXVII 1903 p. 394.

. . . α . άθ[ης εἶ]πε[1]· [πρ]όεδροι ἐπεψήφισαν Σωκράτης, Αἴσχρων, Στησίτιμ[ος,] | Ποσίδειος[2]· ἐπειδὴ Ζήνων[3], ὁ καταλειφθεὶς[4] ὑπὸ

Litteratura ea quae saeculo a. Chr. n. quarto ad finem vergente et tertio ineunte usitata fuit. M et Σ brachia divergentia habent, nisi quod semel M itemque semel Σ lineis parallelis exaratum est. Perbreves lineae transversae litterae E itemque perexigui arcus elementorum B et P. 1 Quae hic exstant . . . ΛΙΑΟΙ . . . ΓΞ, ea vix quicquam reponi patiuntur praeter nomen et aoristum εἶπε, ut perspexit Graindor. Qui idem quod paenultimam litteram nominis proprii H, tertiam vero a fine Θ fuisse sumpsit, vix erraverit. Sed Graecum nomen in quod hae relliquiae quadrent, ego quidem novi nullum. Quod contra Persicum [Ἀρι]α[ρ]άθ[η]ς cum eis accurate convenit, sed id tam antiquo tempore ab homine Graeco gestum esse probabile certe non est. 2 Numerum quattuor proedrorum editor haud inepte refert ad antiquas illas quattuor tribus Ionicas, quas in Ietarum civitate fuisse sane memoriae proditum non est, sed de vicina insula Delo id testatum habemus (V. de Schoeffer de Deli insulae rebus p. 109). Quod Gr. praeter

Βάκχωνος τοῦ νησιάρ[χου[5],] | παραγενομένων πρὸς αὐτὸν τῶν πρεσβευτῶν, οὓς ἀπέστειλεν ὁ δῆμ[ος | ὑ]πὲρ τῶν ἀνδραπόδων [τ]ῶν ἀποδράντων ἐξ Ἴου ἐπὶ τῶν πλοίων τῶν ἀφράκτων[6], ‖ [ἀ]νακαλεσάμενος [τ]ο[ὺ]ς τριηράρχους καὶ ἐξετάσας ἀνέσωισε τὰ ἀνδράποδα | [μ]ετὰ πάσης φιλοτιμίας, δεδόχθαι τῆι βουλῆι καὶ τῶι δήμωι, ἐ[παι]νέσαι Ζήνωνα | [ἀρ]ετῆς ἕνεκε καὶ εὐνοίας

Delum etiam Teon nominat, id quid sibi velit non assequor, nam continentis Asiae etiam aliae urbes Ionicae sunt, de quibus idem ex titulis pridem cognitum sit; vide igitur ne ille Teon cum Teno confuderit et insulam esse existimaverit. 3 Ad titulum Syll.[2] 193, 11. 12: ἐπειδὴ Ζή[νων καθεστηκ]ὼς ὑπὸ τοῦ βασιλέως Πτολ[εμαίου ἐπὶ τῶν ἀ]φράκτων εὔνους ὢν δ[ι]ατε[λεῖ] κτλ. provocat editor. Quod decretum populi Atheniensium de Zenonis honoribus aestate anni 287 a. Chr. n. factum est. Homo manifesto idem est, tempus huius tituli certe non multo prius aut posterius quam illius Attici. Gr. 4 Editor confert Syll.[2] 198, 8 Σ[τ]ρόμβιχος, στρατευόμενος πρότερο[ν] παρὰ Δημητρίωι καὶ καταλειφθεὶς ἐν τῶι ἄστει μετὰ Σ[πι]νθάρου et 216, 46: ἀναγγεῖλα[ι δὲ] καὶ Ἀλεξάνδρωι τῶι [καταλ]ελειμμένωι ὑπὸ [τοῦ β]ασιλέως τοὺς προ[απεσταλ]μένους πρὸς αὐτ[ὸν π]ρεσβευτὰς τὰ δεδογμένα τῶι δήμωι. Cum et illic et hic καταλείπειν notionem Francogallici '*déléguer*' habeat, statuendum esse Ietas Bacchona nesiarchum querellis de mancipiis fugitivis adiisse, illum vero Zenonem ad causam cognoscendam Ion misisse. At profecto καταλείπειν illis omnibus locis nullam vim habet nisi usitatissimam relinquendi. Baccho cum classe insulanorum qui auspiciis Ptolemaei Philadelphi bellum mari gerebant Ion attigerat; ipse illic non est commoratus, sed cum cursum suum persequeretur, Zenonem cum aliquot navibus Ii reliquit. Quare omnino non ad Bacchona, sed statim ad ipsum Zenonem, quippe qui praesens adesset in ipsorum insula, crimen de fuga detulerunt Ietae. 5 Praefectus societatis insulanorum, neque ab ipsis neque ex ipsis electus, sed origine Boeotius, a Ptolemaeo rege eis impositus. Cf. Syll.[2] 202, 2. 9. 60 et huius collectionis n. 43, 15. 67, 5. Bull. de corr. Hell. XVIII 1894 p. 402 sqq. 6 Eidem generi navium praefectus fuisse dicitur Zeno in titulo honorario Atheniensium Syll.[2] 193, 12. Cf. not. 3. Perquam probabiliter Gr. rem de fuga servorum sic expedivit, ut in naves quibus Zeno praeerat illos se insinuasse statueret ibique aut se ad remigandum conduci passos esse aut etiam delituisse donec naves Io solverent. Quare Zenonem ex navium praefectis exquisivisse quinam id genus homines in unaquaque navi inventi essent eosque dominis reddendos curasse. Quod navium, quae supra ἄφρακτοι appellatae essent, praefecti infra τριήραρχοι audirent, eo minus mirum esse, quia non omnes triremes constratas fuisse etiam aliunde constaret. Qua de re ipse provocat ad Polybii locum V, 62, 3: τούτων (τῶν πλοίων) κατάφρακτα μὲν εἴκοσι διαφέροντα ταῖς κατασκευαῖς, ἐν οἷς οὐδὲν ἔλαττον ἦν τετρήρους, τὰ δὲ λοιπὰ τριήρεις καὶ δίκροτα καὶ κέλητες. Cui addere licet Thuc. I, 14, 2: ὀψέ τε ἀφ' οὗ Ἀθηναίους Θεμιστοκλῆς ἔπεισεν — τὰς ναῦς ποιήσασθαι, αἷσπερ καὶ ἐναυμάχησαν· καὶ αὗται οὔπω εἶχον διὰ πάσης

ἧς ἔχει εἰς τὸν δῆμον τὸν Ἰητῶν, καὶ [ε]ἶν[α]ι [α]ὐτὸν | [π]ρόξενον καὶ εὐεργέτην τοῦ δήμου τοῦ Ἰητῶν καὶ αὐτὸν κ[αὶ ἐ]κ[γ]όνο[υ]ς [με]τὰ τῶν | ὑπαρχόντων[7]. εἶναι δὲ αὐτῶι καὶ πρόσοδον πρὸς τὴμ βουλὴν καὶ τὸν δῆμον, ἐάν το[υ ‖ δ]έηται, πρώτωι μετὰ τὰ ἱερά. πέμψαι δὲ αὐτῶι καὶ ξένια τοὺς στρατηγοὺς | [τ]οὺς περὶ Αὐτόνομον ἀπὸ δραχμῶν :𐅄:, τὸ δὲ δαπάνημα παρασχεῖν τοὺς | [ἐ]γλογεῖς[8] τοὺς περὶ Κλεόνοθον[9] ἀπὸ τῆς προσόδου τῆς πρὸς ἑαυτοὺς προσιούσης[10]. | [ἀ]ναγράψαι δὲ τόδε τὸ ψήφισμα εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Πυθίου, τῆς δὲ | [ἀν]αγραφῆς ἐπιμεληθῆναι τοὺς ἄρχοντας, τὸ δὲ ἀνά‖[λωμα] εἰς τὴν ἀναγραφὴν [παρ]ασχεῖν ἀπὸ τῆς προσόδου τῆς πρὸς ἑαυτοὺ[ς] | προσιούσης.

καταστρώματα. Fuerunt igitur hae triremes non constratae. 7 I. e. una cum iis qui iam sunt proxeni. Eisdem insulae decretum I. G. XII, 5, 2 B, 3 πρὸς τοῖς ὑπάρχουσι προξένοις affert Gr. Cf. etiam Syll.[2] 475, 1 sqq.: ----εος Ἀβ[υδηνὸν π]ρόξεν[ον] ἦμεν Κνιδίω[ν,] ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ὑποδέκεται τὰμ προξενίαν με[τ]ὰ τοῦ ὑπάρχοντος προξένου τᾶι πόλι ἐν Ἀβύδωι. 8 In illo antiquo Atheniensium cum civitatibus maritimis foedere hoc nomine appellabantur magistratus Atticus eis tributis, quae socii pendere neglegerent, exigendis destinatus; alii ἐκλογεῖς, qui primitias frugum Cereri et Proserpinae consecrandas colligebant, commemorantur Syll.[2] 20, 14. 15. In Ietarum civitate vero simpliciter ei intellegendi sunt, quorum officium erat vectigalia publica a civibus colligere. Graindor monuit, in eiusdem magistratus significatione Arcesinenses appellatione multo latius patente uti, sed tamen ad negotia eorum definienda verbo ἐκλέγειν uti Syll.[2] 517, 10 οἱ ταμίαι οἱ τὰς προσόδους ἐγλέγοντες τὰς Ἀρκεσινέων. 9 Nomen Κλείνοθος Athenis usitatum fuisse adnotat Gr. provocans ad J. Kirchner Prosopogr. Att. I p. 570 n. 8514. Cave vero id hypocoristicum existimaveris, cuius prior pars sit adiectivum κλεινός, altera decurtata ex voce aliqua a consona ϑ incipiente. Immo ex κλέος et νόθος compositum esse cum scriptura Κλεόνοθος in decreto Ietarum demonstrat, tum nomen Atticum significatione huius plane geminum Τιμόνοθος (Kirchner II p. 323 n. 13799. 13780). 10 I. G. XII, 5, 3 ἀπὸ τῆς προσόδου τῆς παρ' ἑαυτοὺς προσιούσης legi monet Gr.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

VOL. I.

P. 8 n. 3. P. Perdrizet in censura huius voluminis bonae frugis plenissima Revue des études anciennes VI 1904 p. 156 monet, operae pretium fuisse, de Septimii Severi eiusque progeniei veneratione Alexandri Magni etiam ad nummorum testimonium (Babélon, Traité des monnaies gr. et rom. I, 681) provocare.

P. 16 n. 5, 9. 10. De hoc epistulae loco Udalricus Wilcken collega carissimus observationem suam tam acutam quam probabilem per colloquium mecum communicavit; nempe Ptolemaei nomen hic gravissimam habere offensionem, siquidem ex v. 29 liqueret, tum demum, cum inter Antigonum et Cassandrum Lysimachumque de foedere iam convenisset, Ptolemaeum legatos misisse, ut ipse quoque illo pacto comprehenderetur. Quomodo igitur fieri potuisse, ut iam omnium quae antea inter illos triumviros acta essent, initium oreretur a colloquiis inter Cassandrum et Ptolemaeum. Accedere vero aliud: verba γενομένων λόγων Κασσάνδρῳ καὶ Πτολεμαίῳ ὑπὲρ διαλύσεων vix alio referri posse atque ad res ab utroque praesente actas, cum tamen ullo orbis terrarum loco tum eiusmodi conventum inter Ptolemaeum et Cassandrum haberi potuisse praefracte negandum sit. Quare non Ptolemaeum Lagi f. virum clarissimum illo priore tituli loco intellegendum esse, sed Demetrii, qui Antigoni frater fuerat, filium, qui patrui iussu tum cum Cassandro congressus esset. Sane illius verum nomen Πολεμαῖος potius fuisse didicimus ex titulo Attico Syll.[2] 184. At cum Πτολεμαῖος iam ante Philippi Amyntae f. tempora usitatum fuisset nomen apud Macedonas (cf. Syll.[2] 78, 7. Diodor. XV, 71, 1. 77, 5. XVI, 2, 4. Plutarch. Pelopidas 26. Aeschines II, 29 cum scholio), Alexandri vero aetate frequens (Arrian. Anab. I, 14, 6. 22, 4. 7. 23, 6. 24, 1. 29, 4. II, 5, 7. 8, 4. 10, 7. IV, 7, 2) et tum cum haec epistula scribebatur in omnium ore esset propter egregias res a Lagida gestas, contra illa volgari Graecorum sermoni, qui in appellativo nomine πόλεμος consonam duplicem initialem ignorabat, accommodata nominis forma Πολεμαῖος paene inaudita erat. Nam quae praeter hunc Demetrii Poliorcetae fratrem patruelem exstant huius scripturae exempla, veluti Syll.[2] 293, 6. 425, 2. 699, 27. 37. 845, 12, recentiorum temporum sunt. Quare nulla ex parte improbabile est, iam lapicidam Scepsium eodem modo peccasse, quo Diodori librarii fere ubique illius hominis nomen in Πτολεμαῖος corruperint. Sane non ipsum rerum scriptorem culpandum esse inde elucet, quod aliquot locis (XIX, 77, 2. 78, 3) diversa corruptela Πολέμων repperitur. Cf. Syll.[2] 184[2].

P. 46 n. 16. Iulius Beloch Archiv f. Papyrusforschung II p. 241 aliter de hoc titulo iudicavit. Convenit ei sane mecum de illo Ἀγαθῆι τύχηι non ad defunctum, sed ad superstitem referendo, sed Ptolemaeum II Philadelphum agnoscere mavolt. Sed in eo, ut monuit Wilcken Archiv für Papyrusforschung III p. 315, nomen regium omissum gravissimam haberet offensionem.

P. 52 n. 22. Interpretationem meam probat U. Wilcken Archiv für Papyrusforschung III p. 316, nisi quod dubitat num υἱόν in lapide fuerit.

P. 56 n. 28. Arsinoën II, Ptolemaei II Philadelphi sororem uterinam et per annorum 274—270 a. Chr. n. spatium uxorem, intellegit Strack. Cui Wilcken Archiv für Papyrusforschung III p. 316 sqq. ita obloquitur, ut posse titulum ad illam spectare non neget, sed eodem atque adeo maiore iure etiam ad Arsinoën I priorem Philadelphi uxorem, Euergetae matrem, referri posse iudicet. Nam quod reginae parentes non nominentur sane non plane impedire quominus alteram Arsinoën intellegamus, sed in illa priore multo facilius esse explicatu.

P. 57 n. 29, 2. Wilcken Archiv für Papyrusforschung III p. 317 me errasse docuit cum Ἀρσινόη[ς βα]σιλίσσης] reponerem. Etenim ex constante usu reginae appellationi ante nomen proprium locum fuisse, non post illud. Ipse Ἀρσινόη[ς Φι]λαδέλφου] supplementum maxime probabile indicat.

P. 58 n. 33. Wilcken Arch. f. Papyrusforschung III p. 317 a Strackio eas quidem rationes, quibus nullo modo titulum de Arsinoë II Ptolemaei Philadelphi uxore intellegi posse demonstratum ivisset, perbene refutatas esse concedit, sed ea refutatione neutiquam demonstrari, non licere aequo iure de Arsinoë III Ptolemaei IV Philopatoris uxore cogitare. Immo appellationem βασίλισσαν huic potius sententiae favere. Nam Ptolemaei pacem cum Maga utique post annum 270 a. Chr. factam esse, quo decessit Arsinoë II. At mortuam ex titulorum Aegyptiorum more simpliciter θεάν appellari, non βασίλισσαν.

P. 59 n. 34. (Cf. Addenda I p. 648) P. Perdrizet Revue des études anciennes VI 1904 p. 156 omnes huius generis cippos terminos (ὅρους) fundorum qui Arsinoës Philadelphi essent existimat. Ac certe id concedendum est, horum omnium lapidum miram similitudinem fortasse inde repetendam esse, quod uno certo tempore ei qui Alexandriae omnium reginae rerum administrationi praeessent in omnibus agris quas illa peregre possideret eiusmodi terminos erigi iusserint. Quare hanc sententiam vix minus probabilem esse quam meam fateor, sed nullo modo has dedicationes hominum privatorum qui Arsinoën divinis honoribus affecerint esse posse etiamnunc mihi persuasum est.

P. 60 n. 35. De diverso nominum βασιλεύς et βασίλισσα usu mihi assentitur Wilcken Archiv für Papyrusforschung III p. 319.

P. 67 n. 43. Alterum eiusdem decreti exemplum anno 1902 item in insula Co erutum esse eiusque exemplum ab Herzogio cum Holleauxio communicatum refert P. Graindor Bull. de corr. Hell. XXVII 1903 p. 398; ex quo apparere v. 14 sqq. ita potius restituendum esse: ὁ δῆμος [ὁ | ἡμέτερος παρεκάλεσεν αὐ]τοὺς μετὰ Βάκχωνος | [τοῦ νησιάρχου αὐτόθι παρα]μείναντας κτλ.

P. 72 n. 46 not. 11. Vocem γραφίον vectigalis significatione recurrere Berl. gr. Urk. II n. 277 II, 11 observat Wilcken Arch. für Papyrusforschung III p. 319.

P. 82 n. 52, 1. De illa ἑπτακωμίᾳ paullo plus didicimus ex papyris Florentinis quos publici iuris fecit G. Vitelli Atene e Roma VII n. 64. 65. Cf. quae exposuit U. Wilcken Archiv für Papyrusforschung III p. 305 sq. Epistulae sunt inscriptae Ἀπολλωνίωι στρατηγῶι Ἀπολλωνοπ(ολίτου) ζ'κωμίας (De hoc notae numeralis in nominibus compositis usu cf. n. 210[5]). Ex eis cognoscitur perperam titulum n. 52 Ptolemaide (*Menshijeh*) inventum dici, ut sunt in hoc genere mendacissimi indigenae. Immo originem eius ad Apollonopolin magnam (*Edfû*), ubi illae duae epistulae inventae sunt, redire. Quod Wilckenus mihi significavit egregie convenire cum Arbactis sive Hieracis (nam sine dubio recte me not. 5 utrumque nomen ad eundem deum rettulisse) sacris, quae hic titulus testaretur. Etenim hoc nomen Horum significare, cuius templi magnificentissimi parietinae vastae etiamnunc Apollonopoli exstant (cf. R. Pietschmann ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie I, 2 p. 2846), cuiusque sacra etiam nomina hominum quae in illis papyris occurrerent insigniter testarentur, quippe ex quibus haud pauca a nominibus Ἀπόλλων, Ἱέραξ, Ὧρος derivata essent. Eodem etiam nomina Παχοῦμις et Παχομ-ατρῆς redire, quorum prima pars articulus, altera nomen *ʿḥm* Aegyptiorum lingua accipitrem (ἱέρακα) significans esset.

P. 88 n. 55. Eximio acumine et felicissimo successu hunc titulum retractavit M. Holleaux Bull. de corr. Hell. XXVIII p. 408 sqq. profectus a lacuna v. 22. 23, quam neque Berardo neque mihi contigit ut expleremus. Alii conati quidem sunt, sed eorum lectiones (ἐπι[μελητή]ν, ἐπι[στράτηγο]ν) ferri nequeunt, quia ectypo Vindobonae asservato accurate examinato ab A. Wilhelmo iam certum est quartum elementum esse Γ neque post id plus quam tres litteras desiderari. Unde collegit ἐπίγ[ονο]ν legendum esse, quod et A. Wilhelm huiusmodi rerum inter primos peritos probavit neque omnino in dubitationem vocari posse videtur. Cum iam illa aetate ἐπιγόνους vocari solitos constet filios eorum qui Alexandro successerant, recte H. iudicat non illius Lysimachi, qui Ptolemaei Philadelphi filius fuit, sed antiqui illius qui primum Alexandri dux et sodalis, deinde rex Thraciae fuerit, filium innui. Eum habuisse filium Ptolemaeum nomine constat (cf. n. 224[4]).

P. 118 sqq. n. 66. 67. 68. Cum Sostrati titulos ederem atque interpretarer, nondum mihi nota erat egregia P. Perdrizeti commentatio, quae sane iam aliquanto ante in lucem prodierat, Revue des Études anciennes 1899 p. 261—272. Quod magnopere doleo cum quia aliis nominibus eius cognitio mihi utilissima futura erat, tum quia ei contigit ut multo accuratius Sostrati aetatem definiret. Nam argumentis, quae hanc in partem protulit, mihi quidem plane persuasit.

P. 122 n. 69 not. 4. Apud U. Wilcken Aktenstücke aus der Kgl. Bank zu Theben n. IX, 10 ἡγεμὼν ἔξω τάξεω[ν] occurrit, qui apocham scribit ἑρμηνεῖ τῶν Τρωγοδυτῶν. Cf. Wilcken Archiv für Papyrusforschung III p. 320.

P. 124 n. 72 not. 2. In titulo Lepsiano n. 166, ubi nomen Σοφωνιναός Schwarzius defendere conatus est, cum ipse graviter corruptum existimarem, Wilcken Archiv für Papyrusforschung III p. 320 in tabula Lepsii manifesto recte Σόφων Ἰνδός legit.

P. 134 n. 85. Philopatori eiusque uxori etiam Wilcken Archiv für Papyrusforschung III p. 320 titulum tribuit.

P. 151 n. 90 not. 60. Meam verborum ἕως τοῦ πρώτου ἔτους ἐπὶ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ interpretationem observatione sagacissima eademque ad persuadendum accommodatissima refutavit Wilcken Archiv für Papyrusforschung III p. 320. Etenim sane, si ἐπὶ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ab ἐτάσσοντο penderet, perversa maneret sententia loco ad Philopatoris annum primum relato. Nam quis aliquid fecisse dici potest sub regno cuiuspiam usque ad primum eius regni annum? Sed ἐπὶ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ arte coniungenda sunt cum τοῦ πρώτου ἔτους, et sic adeo cogunt haec de Philopatore interpretari. Nam de ipso qui tum regnabat rege merus genetivus (πρώτου ἔτους τοῦ βασιλέως) unus usitatus erat, de priore autem aliquo defuncto eadem constantia praepositio ἐπὶ ponitur. Sic Tebt. pap. 61, 70 ἐν τῷ κθʹ ἔτει ἐπὶ τοῦ ἀ[δε]λφοῦ dicitur cum Ptolemaei VIII Euergetae II aetate anni regni primi regis Ptolemaei VI Philometoris mentio fiat. In titulo 90 igitur intellegenda sunt vectigalia quae superiorum regum (Soteris, Philadelphi, Euergetae) regnis usque ad primum Philopatoris annum (205/4 a. Chr. n.) constituta sunt.

P. 166 n. 91, 2. Strackii supplementum ἐ[κγόνου a me non recte tituli n. 90, 3 comparatione defendi observat Wilcken Archiv für Papyrusforschung III p. 320. Nam illam esse partem sollennis regis appellationis ad verbum ex Aegyptiaco sermone expressam, in quo illis ἐκγόνου θεῶν Φιλοπατόρων et υἱοῦ τοῦ Ἡλίου item diversa nomina appellativa respondeant. Inde de hoc titulo mere Graeco nihil colligi licere, sed τοῦ ἐ[κ βασιλέως potius supplendum esse.

P. 166 n. 92, 7. Vocem Μαρωνεύς non civitatem Graecam Thraciae Maroneam, sed demum civitatis Alexandrinorum indicare, ut Strackius statuerat, Wilcken Archiv für Papyrusforschung III p. 322 ex terminatione collegit. Nam illius oppidi ethnicum potius Μαρωνίτης aut Μαρωναῖος esse apud Stephanum Byz. s. v. Atque etsi Stephani ethnica magna ex parte ficticia sunt, ut hic quoque Μαρωναῖος esse videtur, tamen de Μαρωνείτης probis et antiquis testimoniis constat. Cf. Syll.[2] 80, 87. C.I. Att. I, 226—259, ubi identidem recurrit. Demosthenes XII, 17. XVII, 23. L, 14. 20. 22. Polyb. XXII, 9, 2. 17, 2. 6. 9. 18, 4. 6. Sine dubio igitur Strack et Wilcken verum viderunt.

P. 169 n. 94, 3 cum Addendis I p. 650. Satis probabiliter Εργεύς et Εριεύς (de spiritu res incerta), quae ambo frequenter occurrunt in papyris Aegyptiis, eiusdem nominis formas, scriptura, non pronuntiatione discrepantes existimat Wilcken Archiv für Papyrusforschung III p. 322. Etenim post ρ consonam palatalem *j* locum habuisse, cuius signo cum Graeca litteratura careret, modo vocalem cognatam ι, modo consonam γ, quae nonnunquam etiam in Graecis vocabulis in *j* abierit (id quod demonstrant scripturae ὀλίος, Φιάλεια, Τραγιανός), scribi solitam.

P. 171 n. 97, 5 non recte a me ᾿Οσόρῳ scribi, tamquam si hic simplex dativus (pro ᾿Οσίριδι) esset, docuit Wilcken Archiv für Papyrusforschung III p. 322. Nam non modo iota mutum in tali dativo tam antiquo tempore omissum offensioni esse, sed ᾿Οσορ stirpem ita modo locum habere, si accentus alia stirpe Aegyptiaca cum Osiridis nomine composita in hanc a dei nomine transiisset. Quare ᾿Οσορ-ώ, i. e. ʻOsiris Magnus' potius legendum esse, ut Χνουμ-ώ, Χνομ-ώ, Χνουβ-ώ ʻChnubis Magnus'. Cf. n. 111, 21. 168, 32. 59.

P. 178 n. 102, 5. Articulum τῆς relativi loco usurpatum neque mirari debebam neque ex Dorica Theraeorum dialecto repetere. Nam Wilcken Archiv für Papyrusforschung III p. 322 eam rem in papyris perfrequentem esse monuit provocans ad F. Völkeri commentationem Syntax der griechischen Papyri. I. Der Artikel. Jahresbericht des Realgymnasiums zu Münster in Westfalen 1902 p. 6. — Ibidem v. 14 μαχίμων Wilckenus iure me vituperavit, quod de μαχίμων nominis vi non satis caute P. M. Meyeri opinionem secutus essem, luculenter illam quidem refutatam a Wilhelmo Schubart, quaestiones de rebus militaribus quales fuerint in regno Lagidarum, diss. Vratislav. 1900, et a Grenfellio Huntioque Tebtunis papyri p. 552.

P. 180 n. 103 not. 4. Aegyptum Ptolemaeorum aetate nondum in tres partes divisam fuisse certum est, ut Meyeri sententia de terra a Ptolemaeo Epiphane in tres epistrategias distributa ferri nequeat. U. Wilcken Gr. Ostraka I p. 423. Archiv für Papyrusforschung III p. 312. 323.

P. 185 n. 106 not. 6. εἰσαγωγέα non fuisse praesidem chrematistarum etiam Gradenwitzii Archiv für Papyrusforschung III p. 25 et Wilckeni ibid. p. 323 sententia est.

P. 191 n. 111, 16. Pro [ὀρ]οφύλαξ etiam de [ὁρμ]οφύλαξ aut [ὀρε]οφύλαξ cogitari posse observat U. Wilcken Archiv für Papyrusforschung III p. 323, et hanc potissimum postremam appellationem praefecto militari Syenes perbene convenire adnotat, quia regio deserta et montuosa prope Syenen (cf. n. 168, 40 ἐπὶ τοῦ κατὰ Συήνην ὄρους) illius imperio subdita fuerit. Contra terminorum (ὅρων) mentionem hinc alieniorem, quoniam tunc ipsum regni fines ad meridiem multo ultra Syenen prolatos esse titulus doceat. Vs. 20 [τῆ]ς [πεντεφ]υλίας, aut ut W. Otto proposuerit, propter spatii angustias potius [ε′ φ]υλίας (ut ιβ′ σχοίνου n. 210, 5, ubi ipsius ε′ φυλίας scripturae exemplum attuli ex papyro Londinensi), supplendum esse docuit Wilcken. Denique idem meam nominis Χνομὼ Νεβιὴβ interpretationem correxit; nam ʻChnubis magnus' voce Χνομ-ώ significari, additum vero Νεβιήβ ʻdominus Elephantines' esse. Denique v. 30 pro [βασιλικ]ὸν νόμον Wilckenus mavolt [συνοδικ]ὸν νόμον, quia incredibile ei videtur, de huius sodalitatis feriis legem regiam latam esse. Sed mea quidem sententia non de huius sodalitatis rebus speciatim lata erat illa lex, sed multo latius patebat cum eis, qui privatim regis natales sacris sollennibus obire vellent, de ratione et ordine caerimoniarum nonnulla praecepta daret. Utrum eiusmodi legem regiam fuisse probabile sit tum in Aegypto necne, sane non mei iudicii est. Ex altera

parte Wilckeni inventum magnopere arridet, sed num synodus de suis ipsius legibus adiectivo συνοδικὸς νόμος usura fuerit tamen dubito.

P. 196 n. 116, 1. Wilcken Archiv für Papyrusforschung III p. 323 supplet συγγνώ[μην τοῖς κατὰ τὴν βασιλεί]αν γεγονόσιν ἀγνοήμα[σιν], allato papyro Tebt. p. 5, 2. 3: ἀφιᾶσ(ε)ι τοὺς ὑ[πὸ] τὴ[ν βασιλήαν π]άντας ἀγνοημάτων. Iam papyrum Parisinum 63, 13 testari Ptolemaeum VII Philometora cum die 17. m. Augusti 163 a. Chr. n. regnum recuperaret, eis qui aliquid in eum deliquissent ignovisse, qua in re eodem vocabulo quod hic est utitur, ἀπολελυκότες πάντας τοὺς ἐνεσχημένους ἔν τισιν ἀγνοήμασιν. Non improbabiliter igitur ad eandem amnestiam etiam hunc titulum referri. — v. 3 χρ]ᾶσθ' αὐτῶι coniecit Wilcken, allatis nonnullis papyrorum testimoniis de contractione in ᾱ, quae omnino extra Atticam recentiore aetate non rara est.

P. 204 n. 124. Magnopere dolui, quod U. Wilckenii de hoc tituli sententia, etsi iam anno 1896 (Deutsche Litteraturzeitung p. 1388) publici iuris facta est, me fugit. Nam cum monumentum obscurissimum videretur tandem non sine gravibus scrupulis in Letronnii interpretatione acquievi, sed nunc iam nulla ex parte dubium mihi videtur, Wilckenum potius verum vidisse. Etenim natu minorem ex Ptolemaei V Epiphanis filiis per annos 169—163 a. Chr. una cum fratre maiore et sorore regnasse res certissima est neque unquam a quoquam in dubium vocata. Quem illo tempore θεὸν Φιλομήτορα appellatum esse, nomen θεὸς Εὐεργέτης vero tum demum assumpsisse, cum post fratris mortem (145 p. Chr. n.) denuo regno Aegypti potiretur, Wilckenus ap. Droysen Kleine Schriften II p. 442 demonstravit ex monumentis Aegyptiis quae hos tres omnes θεῶν Φιλομητόρων nomine comprehendunt. Quare quin statua Ptolemaeo VIII, qui postea Εὐεργέτης appellatus est, fratri Ptolemaei VI et Cleopatrae II erecta sit, non amplius videtur dubitandum esse. Id unum ambigas, utrum id illo communi omnium trium regno (a. 169—163 a. Chr.) an per illos annos (163—145 a. Chr. n.) factum sit, per quos Cyrenae unae in minoris fratris potestate erant, cum maior Aegypti sceptra teneret. Hoc Wilckeno probabilius videtur, quia lapis in Cyrenaica inventus est. Sed hoc mea quidem sententia non multum momenti habet, quoniam antea Cyrenaica partem regni Aegyptiaci efficiebat, in qua ut per omnes alias regiones regibus statuae poni poterant et re vera ponebantur (cf. n. 33 cum addendis). Ex altera parte illa aetate quae intercedebant inter fratres rationes, si quid video non probabile reddunt, tum in regis Cyrenaicae monumento honorario fratris et sororis mentionem facturam fuisse civitatem Ptolemaeensium. Quare illi priori sexennio (169—163 a. Chr. n.) titulum vindicare malim.

P. 205 n. 125 not. 1 cum addendis vol. I p. 652. De Ptolemaeo Eupatore accurate disputavit R. Laqueur Quaestiones epigraphicae et papyrologicae selectae, Argentorati 1904 p. 46 sqq., cuius sententia non multum discrepat a mea. Is enim unum eundemque Philometoris et Cleopatrae II filium primo a 153/2 a patre in societatem regni receptum, id quod probant papyri demotici, sed aliquot annis post rursus ea dignitate privatum et fortasse Cyprum missum esse, deinde vero post patris obitum per

brevissimum tempus cum matre Cleopatra II regnasse dum a patruo Ptolemaeo VIII Euergeta II interimeretur. Quam sententiam bene defendit ab editoris Tebtunis papyrorum I p. 554 dubitationibus, qui Eupatora Philometore etiamtum superstite decessisse et narrationem de caede adulescentis a patruo patrata (Iustin. XXXVIII, 8, 4) totam ficticiam esse probatum iverat. Quam memoriam neque ipsam quicquam habere quod fide indignum sit et insuper Iosephi contra Apionem II, 51 et Orosii V, 10, 6, qui sane temporum rationes perturbaret, locis confirmari observat Laqueur.

P. 207 n. 129. Hunc titulum Wilcken Archiv für Papyrusforschung III p. 324 iam anno 1896 (Berl. phil. Wochenschrift p. 1493) a se Ptolemaei III Euergetae (246—221 a. Chr. n.) regno vindicatum esse monet.

P. 207 n. 130. Cum hic in vocis Βερενικεύς interpretatione profectus essem a regula, quam in Graecis civitatibus valuisse certissimum est, domi demoticis uti cives, peregre ethnicis, me errasse docuit Wilcken Archiv für Papyrusforschung III p. 325, quia in Aegypto longe alius fuisset usus. Haec observatio vera est ac vel huius collectionis titulis compluribus comprobatur, ita ut Βερενικεύς non minus probabiliter demoticum (Alexandriae) quam ethnicum haberi possit. — Vs. 26. 34. 44 pro Πελλίας, Πελλίου W. emendat Πελαίας, Πελαίου, quod nomen in illa potissimum Aegypti regione frequentibus testimoniis traditum sit. Cf. Gr. Ostraka II p. 479.

P. 214 n. 132, 11. ξενι(κ)ὰ emendat Wilcken Archiv für Papyrusforschung III p. 325 tam sagaciter quam probabiliter. Adiectivum item ad φορτία referendum est, cum substantivum ξένια nihil significare possit nisi dona hospitalia, quae notio ab huius tituli argumento aliena est.

P. 218 n. 137 not. 3. p. 219 n. 138 not. 7. De loco, quem Ptolemaeus VII Eupator in ordine regum divinis honoribus affectorum tenet, docte et sagaciter disputavit R. Laqueur Quaestiones epigraphicae et papyrologicae selectae, Argentorati 1904, p. 31 sqq. Is observavit Philometore superstite semper filium cum patre una regnantem ante parentes commemorari, recte et legitime, siquidem per tempora a pluribus una gesti regni semper in illo indice eum cuius primae in imperio partes essent, ultimo, socium regni paenultimo loco enumerari moris fuisset. Postquam vero regnum a. 145 p. Chr. in minorem fratrem Ptolemaeum VIII Euergetam II transiisset, legitimum futurum fuisse contrarium ordinem, quia Ptolemaeus VII Eupator post patrem Ptolemaeum VI Philometora defunctus esset. Sed per proximos annos tamen eadem neglegentia vel tarditate, qua scribae etiam alibi formulas mutatae rerum condicioni non iam accommodatas retinuissent, hic quoque eos aliquantisper perrexisse Eupatora ante Philometora recensere, id quod in papyris annorum 141/0 et 140/39 cerneretur. Deinde vero, id quod singillatim iam in papyro anni 142/1 a. Chr. n. factum esset, constanter teneri ordinem contrarium, qui tum unus recte se haberet. Atque hoc quidem tredecim papyrorum Graecorum et demoticorum per annos 139—118 a. Chr. testimonio confirmat, cum unus modo demoticus anni 131 a. Chr. n. (Revillout Rev. Egypt. I, 91) antiquum ordinem (Εὐπάτωρ — Φιλομήτωρ) habeat. Morte Ptolemaei VIII deniqve novam effectam esse

vicissitudinem; nam inde ab anno 116 constantem esse seriem Εὐπάτωρ — Φιλομήτωρ in papyris Graecis, itemque in demoticis praeter Argentinenses, qui sane pergerent patrem ante filium collocare. Quibus ex observationibus apparet, me non recte titulos 137—139, quippe qui Eupatora priore quam Philometora loco commemorent, a. 127 a. Chr. aut aliquo ex proximis attribuisse; immo intra annorum 143—139 a. Chr. n. spatium collocandos. Lochum, de quo duo alia attuli testimonia anni 127 a. Chr., sane eundem esse videri quem hic haberemus concedit Laqueur, sed recte monet eundem hominem in duobus monumentis paullo plus quam decennio distantibus occurrere profecto nullam habere offensionem.

P. 220 n. 139, 21. Wilckeno Archiv für Papyrusforschung III p. 325 merito nimis durum visum est, παρ' αὐτῆι ad Isin deam, cuius mentio non facta esset nisi septendecim versibus ante, referri. Immo pronomen non posse non spectare ad stelam. Sic vero dativum pugnare cum sermonis legibus; immo emendandum esse παρ' αὐτή[ν], i. e. ut 'per hanc tabulam', 'huius tabulae ope' memoria grati animi ad posteros propagetur. De hac praepositionis vi provocat ad Isocratis VI, 52 παρὰ τοῦτον γενέσθαι τὴν σωτηρίαν αὐτοῖς, neque omnino rarus est hic usus. — Ibidem v. 23 inter ἐν τούτοις et καὶ τὸ ἱερὸν τῆς Ἴσιδος (ἡμεῖς τε) lapicidae culpa excidisse coniecit Wilcken.

P. 241 n. 168. De hoc gravissimo monumento egregie meritus est U. Wilcken, cum ectypi chartacei ope id restituere et illustrare aggrederetur. Iam anno 1888 cum societate archaeologica Berolinensi inventa communicaverat, qua de re breviter refertur Wochenschrift für klassische Philologie V 1888 p. 1262 et Archäol. Anzeiger 1889 p. 115. Deinde vero suae prioris voluminis huius collectionis censurae inseruit commentationem bonae frugis plenissimam de titulo (Archiv für Papyrusforschung III p. 325—334), quam ne neglegant impense rogatos velim quicumque libro meo usuri sunt, quia multifariam emendant, supplent, augent mea. Ac gravissima quidem hic excerpere necessarium mihi visum est. Lapidem, si revera Syene (*Assuân*) inventus sit, utique Elephantine eo delatum esse observat W.; nam hic, non illic antiquitus erectum fuisse ex ipsius tituli argumento apparere. — Vs. 3 [ἐπὶ τῶ]ν τόπων, formulam usitatam de regis in aliquem locum adventu, reponendum vidit Wilcken. — Ibid. πάντες ἀπήντησαν μετὰ στ[εφάνων] Wilcken. — Vs. 4 [ϑ]εόκτιστον Wilcken, quod Strackii Mahaffiique supplemento sine dubio praeferendum est. — Vs. 8 συ]νπαραλαβών W. — Vs. 10 ante ΥΡΑΣ in ectypo et in ipso lapide lineam horizontalem, quae commodissime ad litteram Γ referatur, dispici testatur Wilcken ideoque [ἀρ]γυρᾶς supplet. Rei argenteae vero mentio eum admonet loci apud Senecam Natur. quaest. IV, 2, 7, ubi cum Philae et Abaton (n. 138 11) commemorata essent, pergitur: *post spatium deinde magnum duo emicant scopuli : Nili venas vocant incolae, ex quibus magna vi[s] funditur, non tamen quanta operire possit Aegyptum . in haec ora stipem sacerdotes et aurea dona praefecti, cum sollemne venit sacrum, iaciunt.* Quod quoniam praefecti Romani aurea dona illuc demittere consuevissent, neminem unquam dubitare potuisse, quin antiquo regum Aegypti

iure et officio functi essent. Itaque aut φιάλας χρυσᾶς καὶ ἀρ]γυρᾶς aut certe simile aliquid scriptum fuisse de donis quae Ptolemaeus rex per occasionem sui Elephantinen adventus deo Nilo obtulisset. Iam igitur apparere, fere mense Mesore hanc caerimoniam peractam esse. Itaque, etsi per se magis arrideret Mommseni opinio, haec sacra facta esse priusquam flumen crescere inciperet, ut sufficiens incrementum a deo peteretur (cf. Mommsen Röm. Gesch. V p. 565), tamen gratiae referendae causa post inundationem donum deo oblatum esse apparere. Iam dum etiam crescebat flumen, regi in eo navigare fas non fuisse (Plin. Nat. hist. V, 57: *cum crescit, reges aut praefectos navigare eo nefas iudicatum est*); ac re vera facile fieri potuisse, ut regis adventu iam summum fastigium assecutum esset ac iam crescere desineret flumen. Nam illius anni civilis initium fuisse die 21. m. Septembris, mensem Mesore igitur pertinuisse a die 16. m. Augusti ad d. 15. m. Septembris. At recentiore aetate prope urbem *Cairo* Nilum priore mensis Octobris parte ad summam altitudinem assurgere; atqui in Cataractarum regione integro fere mense ante totum incrementum decurrere, ut iam initio m. Septembris finitum esset. Quod tempus fortasse etiam v. 6 designari praesenti perfecti notione usurpato ὁ μέγας θεὸς Νεῖλος ἀνήκει, i. e. ἀναβέβηκε, incrementum igitur finitum est. Ac de temporis quidem ratione verissime iudicat, sed num ἀνήκειν usquam alibi ascendendi notionem habeat, dubito; lexicographi quidem id dicunt, sed loci ab eis allati non comprobant; immo semper perveniendi, pertinendi similesve significationes insunt, praepositionis ἀνά vi locali debilitata et obscurata. — Vs. 11 ἐκτ[ισμένῃ πόλει] stare non posse reiecto [ν]εόκτιστον v. 4 observat W. — Vs. 13. 14 sic restituit W.: [ἵνα ἀ]είμνηστον τὸ ὄνομα αὐτοῦ τε καὶ βασ[ιλίσσης Κλεοπάτρας τῆς μητρὸς καὶ βασι|λίσσης Κλεοπάτρας τῆς ἀδελφῆς .... ὑπ]άρχῃ εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον. Additamento θεῶν Φιλομητόρων Σωτήρων spatium non sufficere, sed hic in tenore orationis eo ne opus quidem esse. — Vs. 14 παρ' ἡμῖν ὑπ]άρχῃ εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον, κυριεύουσι τ[ῆς ἐπικεχωρημένης ἡμῖν συντάξεως διὰ παντός]. W. Genetivum etiam alium fuisse posse, sed utique κυριεύουσι, quod nullo modo indicativus praesentis esse posset, sed utique dativus participii esset, flagitare dativum nominis vel pronominis quo referretur. — Vs. 20 post ἐπιτελεῖσθαι et vs. 22 post διακοσίας spatia vacua enuntiata inter se dirimentia esse monet W., ideoque aliter structam et dispositam fuisse hanc epistulam atque editores opinati essent. Tres fuisse periodos, quarum secundae initium sic restituit: προστετά[χαμεν οὖν Φομμοῦτι τῶι συγγενεῖ καὶ στρατηγῶι | καὶ ἐπιστρατήγωι. Reliquam huius enuntiati partem sane integram suppleri non licere, sed summam sententiae perspicuam esse. Vocem ὑπ]οκειμένην hic vix idem atque ὑπογεγραμμένην sibi velle, quia re vera nihil subiungatur, sed de eo usurpari quod constitutum sit, ut Pap. Lond. I p. 10, 21 τὰ ἡμίση τῶν ὑποκειμένων εἰς τὰ ἱερὰ διδόναι. p. 18, 5 ἐν τῇ γραφῇ τῶν εἰς τὰ ἱερὰ ὑπόκειται δίδοσθαι. Deinde W. emendat ὑπ]οκειμένην σύνταξιν διδομέν(η)ν κατ' ἔτος. — Tertiam huius epistulae periodum (v. 22. 23) sic legit W.: ἐπιχωροῦμε[ν δ' ὑμῖν καὶ τὴν ἀνάθεσιν ἧς ἠξιοῦτε στήλης ποιή|σασθαι ὑπέρ

τε ἡμῶν καὶ βασιλίσσης Κλεοπάτ]ρας τῆς ἀδελφῆς. De hac Cleopatra, Ptolemaei X Soteris II (non ut nos opinati eramus, defuncti potius Ptolemaei VIII Euergetae II) sorore eademque uxore Wilcken provocat ad testimonium Iustini XXXIX, 3, 2: *cui priusquam regnum daret* (Cleopatra mater) *uxorem adimit compulsumque repudiare carissimam sibi sororem Cleopatram minorem sororem Selenen uxorem ducere iubet.* Quae igitur hic una cum fratre et matre commemoratur non potest prior Soteris II uxor esse, sed altera Selene, quae ex quo regina facta est item nomen quod est Cleopatra sibi imposuit (Strabo XVI, 2, 3 p. 749. Iosephus Ant. XIII, 420). Videmus igitur m. Septembre a. 115 a. Chr. n. hanc Cleopatram Selenen regni potestate quidem, qua mater Cleopatra cum filio Ptolemaeo X utebatur, caruisse, sed honorum regni participem fuisse. — Vs. 35 περὶ τῶν κατὰ τὴν ση[μαινομένην διὰ τῆς ἐντεύξεως νῆσον, i. e. insulam Ψώ (v. infra) W., qui recte observat, de insula Σήτει (*Sehêl*) omnino, quantum ex relliquiis superstitibus iudicari liceret, nihil in his litteris scriptum fuisse. — Vs. 36 τ[ῆς δεδομένης ἡμῖν ἐντεύξεως ὑπὸ τῶν ἀπὸ Συήνης] Wilcken, secutus exemplum similium litterarum quae in papyris exstant. — Vs. 39 sqq. litteras petitorias non, ut Strackius existimavit ac mihi quoque verisimile erat, a sacerdotibus Chnumi scriptam esse, sed ab aliis hominibus, cum Mahaffyo statuit Wilcken, quia in praescripto illorum sacerdotum manifesto mentio facta non sit; neque qui hanc petitionem conscripserint, Elephantine habitasse, ut illos sacerdotes, sed e regione eius in adversa Nili ripa (ἐπὶ τοῦ κατὰ Συήνην ὄρους v. 40). Sed tamen apparere, necessitudinem quandam his hominibus intercessisse cum illis sacerdotibus, quoniam haec petitio regi ansam dederit ad sacerdotes scribendi (v. 32—35). In altera vero eorundem hominum petitione v. 59 Χνουμῶ Ν[εβι]ήβ legi, et v. 41 supplendum esse [ἐν Ἐλεφαντίνηι ἱεροῦ δεδοξασμένου ἔ]τι ἐξ ἀρχαίου καὶ ὄντος τῶν πρώτων, quae manifesto ad idem Chnumi delubrum spectent. In postrema parte tituli, ubi unus Mahaffy nonnulla legit, sed tam exigua, ut nos ea repetenda non existimaverimus, v. 67 a Mahaffyo lecta sunt πο Συήνης σκ, quae Wilcken ingeniose [τοῖς ἀ]πὸ Συήνης σκ[ληρουργοῖς] supplevit itemque v. 39 χαίρειν οἱ ἀπὸ [Συήνης σκληρουργοί] fuisse suspicatur. Hos lapicidas tum fortasse serviisse templo Chnumi Elephantinensi, ut iam conexio causae eorum cum illius dei sacerdotibus aperta sit. Sed difficillimum esse explicatu, quo pacto illius condicionis homines aulae regiae usum aliquem praestitisse dicantur (v. 37 παρεχομένων δὲ τὰς ἐν τῇ αὐλῇ χρε[ίας]), nisi forte ἐν τῇ αὐ[τ]ῇ emendandum sit. Sed haec omnia incerta esse ipse fatetur Wilcken. — Vs. 42 non Ψώαν ἱερω[μένης], sed Ψὼ ἀνιερωμένης legendum docuit Wilcken, nam ἀνιεροῦν hac de re sollenne esse et perfrequens. Hoc participium vero flagitare dativum nominis divini, ut legendum sit ἀνιερω[μένης θεῷ Χνουμῶ Νεβιήβ, γεωργουμένης δὲ εἰς τὸ ἐν Ἐλεφαντίνῃ Χνουβιεῖον. — Vs. 43 πριάμ]ενοι δὲ τὴν ταύτης προστασίαν διὰ Παχ[νούβιος] W. — Litteras ΡΙ v. 46 in ectypo certo agnosci testatur W. — Epistulae VII (v. 53 sqq.) tempus certum esse, quia Mahaffy duobus locis anni numerum mutilum quidem, sed ita ut facile suppleretur, agnovisset monuit W. Nempe v. 66 [ἔτ]ους

τρίτ[ου καὶ πεντηκοστοῦ], v. 71 [ἔτους τρίτου καὶ π]εντηκοστοῦ esse; Mahaffyi lectionem ectypo confirmari. Anni 118/7 a. Chr. n. igitur esse has litteras. — Praeterea de huius partis lectione haec adnotat W.: V. 53 supplendum Εὐεργ[έταις χαίρειν οἱ ἀπὸ Συήνης σκληρουργοί. — Vs. 54 quid post ὅρους fuerit incertum; π[ολλ]ὰ spatium non explere, neque postremam litteram ante lacunum Π esse videri, sed Τ. — Vs. 56 κα[ὶ ὄντος τῶν πρώτων]. — Vs. 59 [ἱερᾶς γῆς νήσου καλουμένης Ψὼ ἀνιερωμένης θεῶ]ι. — Vs. 62 ..νομένας [ἀ]ργυρικὰς ἐπιγραφάς.

P. 279 n. 194, 29 non opus esse Franzii emendatione, sed retento ΕΥ supplendum esse εὐ[ωχεῖσθαι] monuit Wilcken Archiv für Papyrusforschung III p. 334.

P. 303 n. 201. Num rex Silco Christianus fuerit, ut inde a Letronnio statuerunt editores, dubitat Wilcken Arch. f. Papyrusforschung I p. 419. 436. III p. 334. Structuram ἐπολέμησα μετὰ τῶν Βλεμύων (v. 3) redire in papyro Berolinensi 8914, 9 πολεμῆσαι μετὰ τῶν ἀπὸ Κερκῆσις monet idem; denique observat syncopen qua ἄρξ (v. 15) ex ἄρκ(τ)ος natum sit, haud pauca sui similia habere in papyris, ut ἄραξ et ἄρακος, βάθραξ et βάτραχος inter se alternent.

P. 312 n. 202 not. 7. Difficultatem, quam hic tetigi, Wilcken Archiv für Papyrusforschung III p. 334 sic expedire conatur, ut Senae titulum (v. 8. 9) per occasionem alterius Apollonii adventus accessisse statuat. Medio tempore Apollonium et civitatem Romanam nomenque Iulium nactum esse et patre defuncto in eius arabarchiam successisse.

P. 313 n. 204 not. 3 pro '31 p. Chr. n.' lege '33 p. Chr.' ibidem n. 205 not. 6 pro '33 p. Chr. n.' lege '35 p. Chr. n.'. Cf. U. Wilcken Archiv für Papyrusforschung III p. 334.

P. 325 n. 214. Wilckeni sententiam, quam hic secutus sum, a Seleuco I Nicatore eiusque filio epistulam scriptam esse, non a Seleuco II Callinico cum fratre Antiocho Hierace, disputatione acuminis plena et ad persuadendum accommodatissima defendit R. Laqueur Quaestiones epigraphicae et papyrologicae selectae, Argentorati 1904 p. 90 sqq.

P. 351 n. 223. Niesio ad priorem meam sententiam redeunti et epistulam Antiocho II vindicanti assentitur R. Laqueur Quaestiones epigraphicae et papyrologicae selectae, Argentorati 1904 p. 98 not. 1 studetque demonstrare maiorum mentionem hic v. 23. 24 et n. 222, 20 neutiquam eandem vim habere; sed id mihi quidem non persuasit.

P. 353 n. 224. Lapidem nunc Parisiis in museo publico (*Louvre*) esse refert M. Holleaux Bull. de corr. Hell. XXVIII p. 416 not. 1 et collatione nova instituta aliquot tituli locos emendavit: v. 7 post συντέλει fortasse obiectum πάντα lapicidae neglegentia excidisse coniecit Holleaux. v. 8 dubitat idem, an καθ' ἃ γρ[άφ]εται pro καθ' ἃ | [οἴ]εται fuerit. Num forte has duas observationes sic in unam colligere licet, ut sumamus in exemplari, quod quadratario traderetur lapidi incidendum, συντέλει [π]ά[ν]θ' ἃ γρ[άφ]εται δεῖν fuisse? Vs. 11 numeri notam nomini ἔτους subiunctam plane evanuisse testatur Holleaux. V. 20 χαρίσασθαι sibi non minus dutationis movere quam mihi fatetur idem. Distincte nihil iam in lapide agnosci nisi terminationem ΘΑΙ. Sed ante eam nonnulla litterarum

vestigia esse quae non conveniant cum supplemento [δίδοσ]θαι, de quo ipse cogitaverit. Vs. 34 ut restitutio [τοῦ προσήκο]ντος ἡμῖν κατὰ συγγένειαν confirmaretur, afferri potuisse etiam Polyb. IV, 35, 13: ἀπωτέρω μὲν τῶν προειρημένων, προσηκόντων δὲ κατὰ γένος. Vs. 35 ΑΝΑΤΕΘΗΤΩ integrum et recte scriptum in lapide exstare testatur Holleaux. Vs. 36 φανερὰ γίνηται incisum esse refert idem, vs. 38 [πρ]ὸς τὴν ἀδελφὴν προαίρεσις. Praeter has utilissimas singulorum locorum emendationes vero idem homo doctissimus de toto monumento ita disputavit, ut Sokolowium (Beitr. zur alten Gesch. IV p. 107 sqq.) et Laqueurium (Quaestiones epigraphicae et papyrologicae selectae p. 63 sqq.) id Antiocho III Magno tribuentes eo quidem nomine errasse demonstraret, quod negassent ad Antiochum II Deum referri licere, sed eatenus verum vidisse, ut aeque bene de Antiocho III cogitari docerent. Si illius esset, ante a. 248 a. Chr. compositum esse, si huius, intra annorum 221—192 a. Chr. spatium. Nam nullum accuratius temporis indicium inesse, nisi quod ex Laodices reginae mentione appareret neque ante eius nuptias neque post eius mortem haec scripta esse. Atqui de conubii quidem tempore Polybii V, 43, 1—4 testimonio constare, mortuam vero esse ante hiemem 192/1 p. Chr. per quam rex Euboeam Cleoptolemi Chalcidensis filiam uxorem duxisset (Polyb. XX, 8, 1 sqq. Liv. XXXVI, 11, 1. 2).

P. 354 n. 224 not. 4. Quod negavi Ptolemaeum Lysimachi regis filium eundem esse cum illo Ptolemaei Philadelphi filio, quem Trogus prol. 26 et Athenaeus XIII, 593 *a b* Ephesi a patre defecisse et interfectum esse referrent, recte me iudicasse nunc constat, cum Holleauxii sagacitate patefactum sit illi Ptolemaeo Lysimachi filio ab Euergeta Telmessi principatum datum esse. Cf. add. ad n. 55. Eum vero hominem cuius apud Livium XXXVII, 56, 4 in rebus anni 189 p. Chr., ubi simpliciter Ptolemaeus Telmessius appellatur, et in eiusdem anni tabulis traditionum Deliis Syll.² 588, 94. 95, ubi Πτολεμαίου τοῦ Λυσιμάχου legitur, mentio fit, manifesto non illum Lysimachi regis filium, sed eius ex filio nepotem cognominem esse. Cum vero edictum n. 224 aut ab Antiocho II ante a. 248 a. Chr. scriptum sit aut ab Antiocho III intra annos 221—192 a. Chr. n., utrum hic Ptolemaeus Lysimachi f., Berenices pater, avus an nepos intellegendus esset ambiguum esse monuit. Nam ante a. 248 quidem atque etiamtum proximis post a. 221 annis maxima cum probabilitate de avo cogitari, sed si titulus in posteriores Antiochi III annos incideret, necessario nepotem potius Berenices patrem habendum esse.

P. 413 n. 253. Wilcken Archiv für Papyrusforschung III p. 335 aliquanto latiorem fuisse lapidem conicit, quam Haussoullier, Koehler, nos sumpserimus. Nam v. 1 θ[εοῦ Ἐπιφανοῦς], v. 5 [βασιλεῖ Ἀντιόχῳ] desiderari. Quod ut non negandum est, sic aliis locis aegre restitueris quae illud amplius spatium commode expleant, maxime v. 2. 3 κτίσ[του] τῆς πόλεως. Quare nescio an titulus inaequali longitudine versus habuerit.

P. 425 n. 262. Nomen κάτοχοι me perperam intellexisse, quia immemor essem papyrorum Serapei quod Memphi erat, monuit Wilcken Archiv für Papyrusforschung III p. 335. Illic eandem vocem recurrere neque

dubium esse quin Preuschen Mönchtum und Serapiskult 1903 p. 36 recte homines interpretatus esset quorum mens divino quodam numine capta ac quasi possessa esset (*Besessene*).

P. 445 n. 268 not. 9. Iniuria Boeckhii emendationem a me spretam esse docuit Wilcken Archiv für Papyrusforschung III p. 335. Etenim προΐεσθαι de persolvendis pecuniis in papyris Aegyptiacis plus semel occurrere, ut ipse observasset Götting. Gel. Anz. 1894 p. 720.

P. 455 n. 279. Errore Gaeblero supplementa huius tituli deberi adnotavi. Immo is Erythrae p. 49 Fränkeliana repetit, F. Stähelin vero Geschichte der Kleinasiatischen Gallier p. 35 not. 2 ea proposuit, quae a me recepta sunt.

P. 515 n. 323, 13. Octavum diem Apollonii mensis hic significari apparet ex titulo n. 764, 29 [καλλίστην] | ἡγησάμενος εἶναι τὴν ὀγδόην τοῦ Ἀπολλωνίου μηνός, ἐν ἧι τελέσας ἐπιτυχῶς ἐν [------ τὴν στρατείαν ὁ βασιλεὺς Ἄτταλος Φιλομήτωρ κατῆλ]|θεν εἰς τὴν πόλιν.

P. 519 n. 333. R. Laqueur Quaestiones epigraphicae et papyrologicae selectae, Argentorati 1904 p. 100 sq. non modo suo Marte ad eandem sententiam atque ego pervenit, non Seleucidae cuiuspiam, sed Attali II aut Attali III has esse litteras, sed hoc iudicium argumento confirmavit, quod eis quibus ego usus sum multo gravius et certius esse non infitior. Acutissime enim observavit, Seleucidas quidem reges in epistulis plurali numero de semet ipsis uti, Attalidas vero singulari contentos esse, qui hic constanter usurpatus esset (v. 2 βεβαιῶ. v. 6 τῶν ἐμῶν προγόνων. v. 7 μ[οι]. v. 9 ὑπηγόρευσα. v. 11 ἐκέλευσα).

P. 525 n. 335, 82. Supplementum meum comprobatum est titulo n. 556, 15. 16, ubi nomen δωσιδικία integrum exstat.

P. 580 n. 375. Sententiam Meyeri et Reinachii, non unum, sed duos reges, quibus Mithridates nomen fuisset, inter Pharnacem I et Mithridatem Eupatora fuisse, Mithridatem Philopatora Philadelphum et Mithridatem Euergeten Eupatoris patrem, docte et sagaciter defendit F. Dürrbach Bull. de corr. Hell. XXIX p. 186 sqq. 193 sqq. Qui Th. Reinachium secutus dedicationem Lyciorum (n. 551) non Sullana aetate, sed a. 168 a. Chr. post Lyciam Rhodiorum dominatione liberatam factam esse statuit, ut regis Ponti inter Pharnacem et Mithridatem Euergetem regnantis titulus eiusdem aetatis et monumenti esse possit. Dubitationem movet quod in numero titulorum qui ad idem monumentum utique referendi sunt nonnulli inveniuntur manifesto recentiores. Sed si de illa Lyciorum dedicatione et hoc Mithridatis Philopatoris Philadelphi titulo verum vidit Reinachius, hoc monumento dirimitur lis inter ipsum et E. Meyerum de parentelae ratione. Nam cum Meyer Philopatora Philadelphum maiorem natu Pharnacis I filium, Reinach vero minorem eiusdem fratrem fuisse existimaverit, hunc quidem verum vidisse inde apparet, quod hic Mithridatis, non Pharnacis filius dicitur.

P. 624 n. 408, 1. Quod Ψερκιοκωμήτης ethnicum ad Pselchin Aethiopiae rettuli, opinio me fefellit. Nam hoc vici Pisidiae potius nomen esse apparet ex titulis quos edidit Sterret Papers of the American school at Athens III p. 232 n. 366, 24. p. 257 n. 376, 36. Cf. ibid. p. 273.

VOL. II.

P. 33 n. 445 not. 3. Mysiae Abbaitidis mentio fit etiam in titulo inedito Bargyliensi, ex quo P. Foucart La formation de la province Romaine d'Asie p. 30 haec excerpsit (inde Revue arch. Quatrième série II 1903 p. 472 n. 378):

v. 13 sqq.: Μανίου τε | Ἀκυλλίου τοῦ Ῥωμαίων στρατηγοῦ ἀναζεύξαντος ἐπ[ὶ] Μυσίας || τῆς καλουμένης Ἀβ[β]αΐτιδος εἰς τοὺς ἄνω τόπους, ἀπολιπόντος δὲ | ἐν τῆ [Καρ]ίᾳ ἀντιστράτηγον Γναῖον Δομέτιον Γναίου καί τινας τῶν δυ|νά[μεων ἀπ]οτάξαντος αὐτῶι καὶ τοὺς πλείστους τῶν συμμάχων, ἔ||[χοντος δὲ τοὺς ὑ]πὸ τοῦ δήμου ἀποσταλέντας κατὰ συμμαχίαν [μεθ' αὑτοῦ | καὶ ἄλλα τε πο]λλὰ καὶ μεγάλα ποήσαντος εὐημερήματα καὶ τὰ ὀχυρώ||[ματα τῶν Μυσῶν] δοκοῦντα εἶναι δυσάλωιτα (κατὰ) κράτος λαβόντα κτλ.

p. 23 sqq.: [μηκυνομένου | δὲ τ]οῦ πολέμου συνέ[β]αινεν θ[λ]ίβεσθαι τὴν πόλιν [τὴν ἡμετέραν διὰ τὸ || ὑπὸ] τῆς Κοΐντου Καιπίω[ν]ος ἐπιταγῆς κατὰ τὸ συνεχὲς [ἀεὶ τοὺς πολίτας | ἐστ]ρατευκέναι, ἐξαπεστάλθαι δὲ ὑπὸ τοῦ δῆμου καὶ ἀπὸ [τῆς ἀρχῆς στρατιώ|τ]ας εἰς τὸν πόλεμον καὶ πλείονας ἐ[πη]κολουθηκέναι κτλ.

Nonnulla hic aliter me adornasse ac Foucartum moneo; sed cum neque ea magni momenti sint neque plus proficere potuerim quia integri decreti exemplo carebam, non opus esse puto ea singillatim enotare. Argumentum decreti ad res a. 129 a. Chr. n. a M'. Aquillio consule in Asia gestas (Niese Gesch. der gr. u. maked. Staaten III p. 369 sqq.), spectare apparet. Q. Caepionem (v. 25) consulem anni 106 a. Chr. n. esse Cn. Domitium Cn. f. vero eum qui a. 120 a. Chr. n. fasces gessisset magna cum probabilitate coniecit Foucart.

P. 36 n. 448 not. 2. Cum non modo μισθοδοτεῖν τινα usitatum fuerit, sed etiam infra n. 764, 54 legatur ἐκρεαδότησεν ἀπὸ τῆς θυσίας τοὺς τροχάσαντας τὴν λαμπάδα, dubito an omnia huius generis verba accusativum personae asciscere possint, ut non reprehendendum sit δικαιοδοτήσαντα τὴν ἐπαρχείαν.

P. 91 n. 483. B. Keil Mitth. des arch. Inst. in Athen XXIX 1904 p. 76 sqq. Kolbii emendatione v. 31. 32 ο(ἰ)[κίας] reiecta supplet παρὰ τὰς ὁ|[δοὺς καὶ] τὴν γειτνίασιν, monens παρὰ τὰς ὁδούς pendere a κεκτημένοι, particula vero καὶ nomen τὴν γειτνίασιν coniungi non cum proximo ὁδούς, sed cum illo superiore v. 30: 'Ei qui fundos iuxta vias possident, puras et vacuas praebeant vias ipsas et viciniam earum'. Usque ad complurium stadiorum spatium purgari iuberi nemo credet. — Vs. 95 τοῦ προαιρουμένου, a Kolbio perperam intellectum, idem fere esse ac τοῦ βουλομένου, Keilium non magis fugit, quam me. — Item vs. 122. 123 τὰ πρὸς τοὺς γείτονας verum esse et adverbiali notione intellegendum, ideoque Kolbii emendatione τὰ⟨ς⟩ non modo opus non esse, sed articulum τὰς περιστάσεις omnino hic inepte addi, adnotavit Keilius; cum eadem ratione titulum interpretarer, ipse quoque editoris emendationem sprevi. — Praeterea tribus locis imagine lapidis accuratius examinata emendavit Kolbii exemplum: v. 84. 85 ΥΣΤΕΡΑΙΑΙ pro illo miro ΥΣΤΕΡΕΙΑΙ

agnovit, v. 26 ΕΙΚΟΣΙΝ, ut ne alibi quidem usquam ante vocalem in hoc titulo Ν omitteretur, v. 182 ΑΦΕΙΕΣΘΩ, quod praesens syntaxi flagitari iam priusquam in lapide agnosceret perspexerat. Emendationem lenissimam κομι[ζ]έσθωσαν v. 89 ipse quoque in medium protulit. Sed quod v. 129 dativum πέτραι defendere posse sibi videtur, cum eo facere nequeo.

P. 105 n. 484. Acutissime et doctissime de hac inscriptione disputavit Bruno Keil Mitth. des arch. Inst. in Athen XXIX 1904 p. 73 sqq. Qui primum quidem v. 28 Prottii supplementum (δῆλ)ον itemque totam illius interpretationem huius loci improbat. Etenim ὀλίγους non humiles esse, sed paucos. Eos vero intellegi piscium venditores. Qui cum illis iniquis exactionibus vexarentur, iam (καὶ) hoc ipsum iniustum esse. Sed cum etiam qui emerent, qui plurimi essent, hanc iniquitatem necessario sentirent, quia illi pretia augerent, etiam multo maiorem fieri iniuriam. Quare illud ΑΙΟΝ non ex (δῆλ)ον corruptum, id quod etiam a litterarum ductibus non multum probabilitatis haberet, sed ex [οὐ δίκ]αιον aliquot litteris omissis natum esse; quae omnia mihi quidem probavit homo doctissimus. Contra v. 23 genetivum ἐργασίας retinet, sed ante δοκεῖ conicit διάταξις (cf. v. 36. 37) aut omissum aut certe mente supplendum esse. At hoc quidem perquam violentum est, illud vero non multo lenius, et de eis quae in lege (διατάξει) scripta sunt, quo pacto dici licet δοκεῖ διαλέγεσθαι, tanquam si in opinione positum esset, quid illic scriptum esset, quid non? Quare ut rem incertam esse neque Prottii coniecturam difficultatibus carere concedo, sic in Keilii sententiam pedibus ire nequeo. Utique illum de vocis ἐργασταί notione mecum consentire eximio cum gaudio vidi.

P. 157 n. 512. Repetitus est titulus Revue archéologique Quatrième sér. II 1903 p. 174 n. 207.

P. 222 n. 546. Lapide iterum collato titulum edidit G. Mendel Bull. de corr. Hell. XXVII 1902 p. 324 n. 28, et definite testatus est v. 3 ΔΙΣ in lapide esse. Doubleti errorem ΚΑΙΣ exhibentis inde natum, quod duae fortuitae lapidis rimae ita cum dextra proxime antecedentis litterae Ν hasta media coniungerentur, ut fallax ligaturae ΝΚ species oreretur. Praeterea Mendelii exemplo antiquiorum testimonia confirmantur, nisi quod 5 simpliciter ΠΟΝΤΙΦΙΚΑΓΑΜΒΡΟΝ in lapide esse discimus; v. 8. 9 non Σεβ(αστοῦ) | [τὸν] πάτρωνα sed Σεβ|[αστοῦ,] πάτρωνα. Quod probare nequeo cum quia v. 9 initio ex ipsius Mendelii apographo probabilius est tres quam quinque litteras intercidisse, tum quia illius supplementa peccant contra legem versus per integras syllabas distinguendi ceteroqui in hoc titulo religiose observatam. Ceterum alius lapidis, qui geminum titulum habebat, partem dextram in qua paucae modo cuiusque versus litterae exstant, itemque tertii frustula exiguas sinistri marginis particulas continentia eodem loco inventa ed. Mendel ibid. p. 325 n. 29. 30.

P. 228 n. 551. Multo antiquiorem quam Mommsenus hanc dedicationem existimant Th. Reinach eumque secutus F. Dürrbach, qui anno 168 p. Chr. factam putant, Lyciis Romanorum beneficio Rhodiorum dominatione liberatis. Cf. Polyb. XXX, 5, 12: κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν ἡ σύγκλητος ἐξέβαλε δόγμα διότι δεῖ Κᾶρας καὶ Λυκίους ἐλευθέρους εἶναι πάντας ὅσους προσένειμε Ῥοδίοις μετὰ τὸν Ἀντιοχικὸν πόλεμον. Liv. XLV, 25, 6

in praesentia deducere ante certam diem ex Lycia Cariaque iusserunt praefectos. B. Niese Gesch. der gr. u. maked. St. III p. 194. V. quae adnotavi supra in Addendis ad n. 375.

P. 317 n. 622. Repetitus est titulus Revue archéologique Quatrième série II 1903 p. 456 n. 329.

P. 319 n. 624. Repetitus est titulus Revue archéologique Quatrième série II 1903 p. 457 n. 333.

P. 359 n. 653 not. 3. Eandem formulam habes etiam in titulis Syriacis ap. Dussaud et Macler, Nouvelles archives des miss. scient. et litt. X 1902 p. 657 n. 44 *a*: τοῦ βασιλέως πολλὰ τὰ [ἔ]τη. 44 *c*: Ἰοάννη Πρωτέω πολλὰ τὰ [ἔ]τη.

P. 360 n. 654. Mommseni de C. Cornelio Gallo commentatio nunc recusa est in libro Reden und Aufsätze von Theodor Mommsen, Berolini 1905 p. 449 sqq.

P. 400 n. 669, 34. 35 cum nota 68. Re iterum perpensa tamen cautius mihi videtur id quod molestum est in Wilkeni interpretatione tolerare quam vocabulo διαλογισμός propter hunc unum locum aliam significationem atque cum alibi tum infra in hoc eodem titulo habet tribuere.

P. 411 n. 672. Ex Schiffii commentatione titulus repetitus est Revue archéol. Quatrième série II 1903 p. 173 n. 204.

INDICES.

I.

Nomina virorum et mulierum
praeter reges et imperatores eorumque familias.

II.

Nomina civitatium regionum gentium tribuum pagorum cum ethnicis et demoticis.

III.

Nomina deorum et heroum cum templis delubris sacerdotiis.

IV.

Nomina feriarum et ludorum.

V.

Nomina mensium.

VI.

Nomina regum et reginarum aliorumque regiae stirpis hominum.

VII.

Nomina imperatorum Romanorum cum familiis.

Hadrianus.

Antoninus Pius.

M. Aurelius et L. Verus.

Commodus.

Septimius Severus cum filiis.

M. Antoninus Caracalla.

Antoninus Elagabalus.

VIII.

Res et verba notabiliora.

IX.

Grammatica et orthographica.

Vocales simplices correptae

ᾰ et ε

ἀμφιάσαντες 200, 24
ἱαράν 310, 7. 311, 6. 749, 6
τεσσεράκοντα 214, 32. 53

ε et ῐ

Τεβερίου 660, 1

ῐ et ει

τὸ γραφίον τῶν ὅρκων 46, 12
τὰ προάστια τῆς πόλεως 669, 48. τοῖς προαστίοις 483, 160

ο et ου

Πουστουμίου 548, 15. Κουρβούλων 629, 168

Vocales simplices productae

ῡ et ου

βουθουσίας 595, 11. 26

Diphthongi

αι et ᾰ ante vocales

ἀεί perfrequenter. αἰεί 763, 23. Αἰγαεύς 40, 3. Ἑρμάῳ 206, 1. Κουρτωλιάος 71, 2. Περγάος 70, 3. Μυ-

Mediae et tenues

πὰρ τῶν σαδράπαν 4, 18. τεδράδι 764, 47
Ζμαράκτου 660, 2. Μαρκαρίτου 660, 3

Nasales ante mutas insertae

τὰ ἐξενεγχθέντα 56, 10. ἀπενενχθεισῶν 329, 17. ἐνενχθείσας 329, 19
ἀνελήμφθη 629, 1. παραλήμπτης 202, 4

Consonae sibilae vicissitudines

κόζμου 423, 5, ἐν Ζμύρνῃ 458, 41. Ζμαράκτου 660, 2
ἔρρωσσθε 214, 29. ὑπέσστη 229, 5. ἐφεσστηκώς 727, 11. σύσστασιν 248, 8. ἀντισστράτηγον 558, 4
εἰστήλην 222, 40

Consonae duplices ζ et ξ

σώσζεσθαι 484, 18
ἐξ Σκήψεως 444, 8. ἐξ Σμύρνης 229, 81. ἐξστρατεύσας 56, 11. Ἀλεξσανδρεύς 102, 10
ἔχξ 214, 46

Variae consonarum mutationes

ἐνδειγνύμενος 44, 6. ἐκγ Λαμψάκου 444, 12. ἐκγ Μαγνησίας 229, 108. — ὀλίοι 315, 54. — στήλλαις 493, 35

Declinatio nominum

Nominativus singularis

ἐπιδός 767, 9

Genetivus singularis

μεταλλάρχη 660, 2
Ἀλαινῆ 635, 3. Θαιμῆ 638, 1. Ἰαδῆ 636, 2. Νεσῆ 632, 1
ἱππάρχεω 748, 2
Ἑρμογένους 530, 11. 703, 5. Ἀριστογένους 322, 2. Εὐμένους 248, 38. 267, 22. 314, 1. 342, 1. — Ἑρμογένου 308, 2. Ἑρμοκράτου 437, 95. Μενεκράτου 437, 95. 771, 3. Εὐμένου 267, 37. 290, 3. 301, 2. 302, 2. 308, 18. 319, 17. 325, 3. 329, 39. 332, 22. 25. 28. 45. Νικομήδου 342, 3. 4. 346, 1. 3. Ἀπολλοφάνου 319, 3. Διονυσοφάνου 735, 21
Μιθριδάτους 445, 4
Διομηδέως 610, 5
Ἀπελλείους 444, 7. Ἱεροκλείους 459, 13. — Πρεμαρρείους 175, 8. — Φατρήους 660, 16. Πιαθρήους 704, 4. — Τοτέους 130, 33. Βωννέους 629, 1. 4. Ὀλαιοῦς 629, 5
Ἄρεως 383, 56
διὰ γένου 470, 5. γένου πρώτου 470, 6 (sed γένους, ut ubique in reliquis titulis, 470, 15. 23)
Ἀρτεμῶς 160, 2
Φιλοῦτος 698. Φανεῦτος 95, 5. Βαβαῦτος 741, 5
ὑπὲρ ἑκάστου πλοός 572, 20. χοός 483, 60

Dativus singularis

Ἄρηι 553, 7
τῆι Λητῶι 746, 3
Δουσάρει 770, 1

Accusativus singularis

Ἑρμῆν *passim*. Ἑρμῆ 204, 5. 208, 6. 484, 34
Ἑρμῆ⟨ι⟩ 202, 8
θυγατριδῆ 377, 5
Ἀνδρομένη 150, 16. Ἑρμοκράτη 489, 4. Εὐμένη 248, 31. 266, 26. 28. 43. 46. 49. 267, 25. 33. 305, 10. Σωμένη 44, 10. Νικομήδη 345, 27. Φιλοκράτη 150, 16. — Μηνογένην 290, 2. Περιγένην 730, 15. 20. Δημοκράτην 254, 2. Μενεκράτην 437, 48. Φρασικύδην 44, 9. Νικομήδην 343, 1. Πυργοτέλην 39, 2
Ὡρομάσδη 384, 5
Ἱεροκλῆν 229, 21. Καλλικλῆν 46, 1. Πραξίκλην 78, 20 (-κλέα *perfrequenter*)
Ἄρη 229, 60. 70. 266, 24. 52. 386, 8. Ἄρην 199, 31
Ἀπόλλω 229, 61. 266, 52
Ποσειδῶ 266, 24. 52
βασιλῆ 150, 3. 8. 234, 25. 241, 3. 9. 252, 1. 297, 1. 320, 1. Ἀλεξανδρῆ 730, 15. Σολῆ 760, 8
χοῦν 483, 61

Nominativus pluralis

εὔρους (ὑπόνομοι) 483, 163

Nominativus et acc. pluralis generis neutrius

γείση 483, 129

Accusativus pluralis

τὸς κινδύνος 767, 9. τὸς ἀνθρώπος 767, 17. τὰ πρὸς θεός 767, 15. ἐς ὅς κα δήληται δημοσίος ἢ ἱερὸς τόπος 767, 24
τοὺς ἀεὶ καθισταμένους πρυτάνης 213, 20

Genetivus pluralis

πηχῶν 483, 25. 27
ἐπὶ τῶν πλῶν 132, 9

Dativus pluralis

βόεσιν 200, 15
γείσεσιν 483, 127
Ἑλικωνιάδεσσι 310, 6. ἀνηκόντεσσι 335, 55. μήννεσσι 335, 80
δυσί 118, 22. 333, 10. 533, 57. 68. 76. 85. 629, 52. 62. 730, 8
τρίσσι 335, 80
τοῖς ἕξασιν βασιλείσκοις 200, 28
ἀγώνοις 150, 14. 241, 21. λιμένοις 270, 12. πάντοις 241, 20. ἐντυνχανόντοις 150, 7. 241, 7. ἐπαγγελλόντοις 228, 15. νικησάντοις 305, 13

Adiectiva

θεᾷ Φιλαδέλφῃ 30, 2
τὴν πάτριον δημοκρατίαν 551, 1. τῆς πατρίου χρηστότητος 456, 66. ἐν ἀγορᾷ τελείῳ 150, 3. 241, 13. 305, 1. 345, 5. βουλῆς νομίμου ἀγομένης 629, 6. γενέθλιος (γενέσιος) ἡμέρα *passim*. ὅπως (ἡ νουμηνία) περισσότερον τιμηθῇ — καὶ μᾶλλον πᾶσιν γένηται γνώριμος 458, 25. πρὸς δόξαν καὶ μνήμην αἰώνιον 438, 12. αἰώνιον συνήθειαν φυλάσσων 669, 14. ὑπὲρ τῆς αἰωνίου καὶ ἀφθάρτου βασιλείας 569, 24. ταῖς ἐπιφανεστάταις καὶ αἰωνίοις αὐτοῦ γενεθλίοις ἡμέραις 493, 49. ὑπὲρ σωτηρίας καὶ αἰωνίου νίκης 678, 1. αἰώνιον τειμήν 642, 4
δικαίτατα 8, 91
ἐνδοξώτατος 521, 19

Pronomina

αὐτοσαυτόν 150, 6. αὐτοσαυτῶν 345, 10

εἰς φυλακὴν ἡντινοῦν 669, 17. ᾧ ἄν ποτε τρόπῳ 527, 6. καθ' ὀνδηποτοῦν τρόπον 736, 9. οἱῳδητινιοῦν τρόπῳ 515, 16. οἱῳδήπως τρόπῳ 521, 4

Numeralia

δύο ἐτῶν μέσων γενομένων 458, 77. ἕως τῶν πετρῶν τῶν δύο 335, 113. — δυσὶ πόλεσιν 533, 57. 76. τοῖς δυσὶν ἔθνεσιν 533, 68. 85. ἐν στήλαις λιθίναις δυσίν 118, 22. τοῖς δυσὶν ὑμῶν πρέσβεσιν 333, 10. ἐν ἡμέραις δυσίν 730, 8. ἐν ἀσκοῖς δυσὶ αἰγείοις 629, 52. 62
ἐν μήννεσσι τρίσσι 335, 80
δραχμὰς τέσσαρες 674, 28. 30
τοῖς ἕξασιν βασιλείσκοις 200, 28
δεκατρεῖς 214, 37. δεκατέσσαρες 672, 13. δεκαέξ 329, 6. δεκαεπτά 484, 11. 21. δεκαοκτώ 214, 40. 484, 9
τεσσεράκοντα 214, 52. 53

Verborum declinatio

Augmentum et reduplicatio

ἠδυνήθη 339, 11
ἐκομισαμένη 308, 10
ἀνανεοῦτο 90, 35. ἀναχωρήθην 201, 9
ἐπηνωρθωσάμην 669, 46
κατηγράσατο 339, 11
ἠφηβευκότων 178, 5. ἐφηβευκότων 176, 6
τῶν διοικημένων 5, 26. οἰκοδόμησαν 426, 4. 675, 2. ἀφέθη 435, 9
ἐνεκτημένοις 338, 18
εἰσχήκατε 223, 7. παρείσχηται 323, 3. 339, 51. παρεισχημένοι 233, 13. ἐπεισχημένα 764, 25

Praesens et imperfectum

τὰ προσκύροντα 732, 8. τὰ συνκύροντα 52, 1. 92, 5. τῶν συνκυρόντων 55, 20
οὐκ ἀφῶ αὐτοὺς καθεσθῆναι εἰς τὴν σκιάν 201, 20
χρᾶσθαι 214, 19. χράσθωσαν 441, 90
ἀξιῶσι (*indicativus*) 595, 36. διορθῶσθαι 484, 14. 27
ἠξίοιν 595, 23
ποιείμενος 150, 6. 241, 5. προκαλείμενοι 305, 7

ἵνα τιθῆνται 480, 8
στείχοντον 2, 6. εἰσάγοντον 2, 11. φέροντον 2, 33. φυλάσσοντον 2, 23. κατάγρεντον 2, 15. ἐπιμέλεσθον 2, 33. προστίθησθον 2, 1. 9
ἔσχοσαν 315, 59. ἠξίουσαν 751, 4
ἀνήκοισαν 767, 12.

Futurum activi

πλεύσει 572, 30.

Aoristus activi et medii.

ἐκκαθᾶραι 483, 199
γαμήσαντα 391, 8. 392, 10
εἶπαν 56, 7. 90, 8. 335, 2. εἶπαι 4, 89. πρυτάνεων εἰπάντων 233, 10
ἀνήνενκαν 223, 4. ἐσενίκη 4, 95. ἐνενκάτω 55, 38. ἀνενεγκάτωσαν 229, 45. εἰσενέγκαι (*infinitivus*) 218, 165. ἐσένικαι 4, 91. ἀνενέγκας 483, 185. διενέγκαντα 438, 7. 439, 7. εἰσενέγκας 218, 155. προσενέγκαντος 761, 2. προσενέγκασθαι 13, 20. 221, 11. 20. 44. 57. 70. ἐνενκαμένη 458, 34. εἰσενενκαμένη 458, 33. — ἀνενεγκεῖν 225, 15. τὸν ἐνεγκόντα 266, 43.
γενάμενος 705, 3
προειλάμην 383, 46
ἀνέθηκαν 25, 3. 214, 7. 524, 3. 587, 12. 607, 7. 637, 2. 772, 8. ἀνεθήκαμεν 602, 4
παρέδοσαν 669, 15. — ἔδωκαν 46, 7. 66, 2. 229, 35. ἀνέδωκαν 335, 48. ἀπέδωκαν 56, 53. 223, 3. 231, 10. 232, 9. 233, 33. 763, 4

Aor. I. II. Futurum I. II passivi.

διελέχθησαν 231, 11. 232, 10. 763, 68. — διελέγησαν 12, 8. 319, 11. διελέγεν 305, 4. διαλεγέντες 751, 4. διαλεγήσονται 229, 25. 26. 265, 8. — καταλεχθῆναι 56, 26. — τὰς παρθένους τὰς ἐπιλεγείσας ὑπὸ τοῦ παιδονόμου 309, 9
προσταχθέντα 664, 14. — ἡμέραι ἐτάγησαμ πέντε 229, 32. ὑπετάγη 168, 31. 52. 199, 25. ταγείς 735, 12. ὑποταγεῖσαν 654, 7. προσκαταταγησομένους 56, 27
τῶν ὀρυχθέντων ποταμῶν 54, 23. — ὠρύγη 672, 7. 673, 6
ὅτι ἂν βλαβῇ 218, 93

ἐξελασθῆναι 210, 4. ἐκαθέσθην 201, 5. καθεσθῆναι εἰς τὴν σκιάν 210, 20

Perfectum

παρείληφαν 229, 38. ἐνπέπρηκαν 697, 8

ἐπέστελκε 228, 13. ἀνέστρεπται 234, 16

ἀγήγοχε 219, 15. τούτων εἰς ἀποκατάστασιν ἀγηγοχότων 267, 12. διεξαγηγοχώς 329, 19. — διεξαγηοχότα 244, 6. ἀγείωχεν 493, 23

γεγράφηκεν 229, 100
ἐκτέθεικα 383, 217. ἀνατέθεικεν 90, 11. περιτεθείκαμεν 331, 23. συντέθειμαι 229, 62. συντεθείμεθα 229, 71. κατατεθειμένων 227, 3

ἐφεστηκώς 727, 11. καθεστηκώς 56, 73. προεστηκόσιν 339, 68. προεστηκότας 735, 19. συνεστηκυίας 90, 32. — ἑστάναι 458, 79. ὁ ἐνεστὼς μήν 458, 73. ἐν τῷ ἐνεστῶτι μηνί 764, 44. τοῦ ἐνεστῶτος ἔτους 262, 9. ἐν τῷ ἐνεστῶτι ἔτει 194, 14. τὴν βουλὴν τὴν ἐνεστῶσαν 218, 146. τοὺς ἐνεστῶτας ἄρχοντας 629, 10. τοὺς ἐνεστῶτας ἀεὶ στρατηγούς 215, 12. τοῖς ἐνεστῶσιν ἀρχείοις 218, 149. ἐφεστᾶσιν 403, 14. ἐφεστῶτος 614, 5. 615, 5. καθεστάναι 335, 108. προεστώτων (?) 351, 6
βεβηκός 332, 7. μεταβεβηκός 458, 7

τὴν εἰληχεῖαν πόλιν 437, 82. ἀναδεδειχοίας 763, 63
εὐεργετήκοισαν 348, 2. προγεγονοίσαις 767, 20

Barbarae temporum formationes

ἄχρις οὗ ἀγάγουσιν αὐτοὺς πρὸς ἡμᾶς 200, 22
ὅτε ἐγεγονέμην βασιλίσκος 201, 10
ἐφιλονικήσουσιν μετ᾽ ἐμοῦ 201, 18

Generum verbi vicissitudines

1. Activum et medium

οἳ ἦσαν εἴς τε τὰ ἱερὰ καὶ τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ κατοικοῦντας πολλὰ κακὰ συντετελεσμένοι 90, 23. οἱ τὴν σύνοδον συνεσταμένοι 111, 25. τὴν ἡμίσειαν πάντων τῶν παρ' αὐτοῖς καὶ αὐτῶν ἐμερισάμην 199, 4. ἀπελεξάμην ἐμαυτῷ τούς τε νέους αὐτῶν καὶ γυναῖκας καὶ πᾶσαν τὴν ὑπάρχουσαν αὐτοῖς κτῆσιν 199, 17. διαπεμπόμενος 199, 35. τοῦ τὴν Αἴγυπτον καταστησαμένου 90, 1. τὰ ἱερὰ καταστήσασθαι 90, 11. πέντε πόλεις — καταλαβόμενος 654, 5. Αὐρήλιος Βησαρίων — παραγγέλλεται πᾶσι τοῖς κεκτημένοις χοίρους 210, 5. ὀρθῶς οὖν καθ' ὑπερβολὴν διίστω 315, 15. παρεστήξεται 90, 39

2. Activum et passivum

ἀναχωρήθην 201, 9

3. Medium et passivum

ἐγενήθη 56, 57. 58. παρεγενέθην 758, 1. παρεγενήθη 70, 28. τὸ γενηθέν 46, 17. ἐπὶ συναγωγῆς τῆς γενηθείσης 737, 2

ἀποκριθῆναι 441, 67

πραγματευθεὶς δὲ καὶ παρὰ Στράτωνι τῷ στρατηγῷ τῆς Χερρονήσου 339, 12

ἐκαθέσθην 201, 5. καθεσθῆναι 201, 20

αὐτός τε ἀντετάξατο πρὸς τοὺς βαρβάρους 765, 16. τοῖς τε Γαλάταις ἀνδρείως ἀντιταχθῆναι 765, 37

τοὺς διαλεξομένους 229, 21. 22. οἵτινες — διαλεγήσονται 229, 25. 26

4. Activum, medium, passivum

προνοείτωσαν 441, 140. προνοῶν ὁ δῆμος ὑπὲρ ἁπάντων 229, 89. ἵν' εἰδὼς — προνοήσῃ 736, 18. προνοῆσαι 458, 64. 595, 12. — προνοούμενος θεραπείας τε καὶ κόσμου πρέποντος 383, 130. ἀνθ' ὧν τῶν δημοσίων ἔργων μετὰ ἐπιμελείας προενοήσατο 495, 20. — προενοήθην 383, 39. προενοήθη 90, 20. 326, 16. 339, 31. 77. προνοήθητι 224, 10. προνοηθήτω 339, 104. προνοηθῆναι 168, 19

Deponentium mediorum aoristus passivi passive usurpatus

δεξιωθεῖσαν 513, 14

ᾑρέθη, ᾑρέθησαν *passim*

ἠτιάθησαν 484, 30

ἐψηφίσθη, τὰ ἐψηφισμένα *passim*

Syntaxis casuum

Nominativus

ὑπὲρ σωτηρίας Αὐτοκράτορος Τραϊανοῦ Νέρουα Σεβαστοῦ υἱὸς Σεβαστὸς Γερμανικοῦ Δακικός 611, 1

Ποπλίου Ἰουεντίου Ἀγαθόπους 660, 4

οἱ δεσπόται τῶν ἄλλων ἐθνῶν, — οὐκ ἀφῶ αὐτοὺς καθεσθῆναι εἰς τὴν σκιάν 201, 19. οἱ γὰρ ἀντίδικοί μου, ἁρπάζω τῶν γυναικῶν καὶ τὰ παιδία αὐτῶν 201, 22

Genetivus

πειθαρχεῖν Σωσθένους τοῦ στρατηγοῦ 12, 11. καὶ τοῖς ἄλλοις οἷς καθήκει πειθαρχεῖν αὐτῶν 244, 38

Genetivus et dativus confusi

τῇ πρώτῃ καὶ μεγίστῃ μητροπόλει τῆς Ἀσίας καὶ δὶς νεωκόρου τῶν Σεβαστῶν Ἐφεσίων πόλει 496, 5. Ἀθηνᾷ Σωτείρᾳ Νίκῃ καὶ βασιλέως Πτολεμαίου 17, 1. ὑπὲρ βασιλέως Πτολεμαίου καὶ βασιλίσσης Ἀρσινόης — καὶ Πτολεμαίῳ τῷ υἱῷ αὐτῶν 87, 1. σὺν τοῖς φίλοις καὶ συναποδήμοις — καὶ υἱῶι — καὶ κεντορίωσι καὶ τῶν παιδαρίων μου πάντων 196, 11. Γαΐου Φλαβίου Φίγλου ταμίαι 583, 4. ἄρχουσι βουλῇ δήμῳ καὶ τῆς κυρίας πατρίδος 595, 4. ὑπηρετήσαντα — Ῥουτιλλίου Κρισπείνου τοῦ ἡγησαμένου καὶ ταῖς ἐπιδημησάσαις οὐηξιλλατίωσιν 640, 6 sqq. σὺν κόζμου 423, 5

Genetivus et accusativus confusi

ἁρπάζω τῶν γυναικῶν καὶ τὰ παιδία αὐτῶν 201, 22. ἐνίκησα αὐτῶν 201, 6

Dativus

soloece pro ablativo Latinorum usurpatus: ὅπως ἰδίοις τοῖς νόμοις αἱρέ-

σεσίν τε ὦσιν 442, 9. καθάπερ καὶ τίς πολιτεία τῷ καλλίστῳ δικαίῳ καλλίστῳ τε νόμῳ ἐστίν 455, 8. τοῦ διαμένειν τῷ προσήκοντι καταστήματι τὴν πόλιν 669, 3. — dativus temporis insolite usurpatus: ἀνθυπάτῳ Κορνηλίῳ Ταχίτῳ 487, 2. ἐπὶ c. dat. in temporis definitione: ἐπὶ Ῥαμμίῳ Μαρτιάλι ἐπάρχῳ Αἰγύπτου 678, 5. — dativus ubi antiquitus praepositiones usitatae erant: ἐπειδὰν κυρωθῇ τῷ μισθουμένῳ (i. e. ὑπὸ τοῦ μισθουμένου) 629, 12, cf. not. 13. ὡς — ὁ ἐνδοξότατος ἔπαρχος τῆς πόλεως ἀνήγαγεν τῇ ἡμετέρᾳ εὐσεβείᾳ (pro πρὸς τὴν ἡμετέραν εὐσέβειαν) 521, 19. ὑπὲρ τῶν ἐκείνοις (i. e. εἰς ἐκείνους) ἀνηκόντων 532, 17. — praepositio εἰς pro dativo usurpata: ἀποτεισάτω εἰς τὸν θεὸν τὸν Σαββατιστήν — καὶ τοῖς Σαββατισταῖς καὶ τῇ πόλει καὶ δυνάστῃ 573, 18. καθιερώθη — εἰς τὸν δεσπότην Δία ἀνίκητον Ἥλιον θεὸν Αὔμον 619, 3

Accusativus verbis quae plerumque intransitiva sunt adiunctus

ἐπολέμησα καὶ ὑπέταξα μάχαις τὰ ὑπογεγραμμένα ἔθνη 199, 2. Γάζη ἔθνος ἐπολέμησα 199, 3. Σεσεὰ ἔθνος ἐπολέμησα 199, 16. τούτους πολεμῆσαι 200, 10. ἀννωνευόμενοι ἄρτους σιτίνους 200, 20. ἐπίστευσα τὸν ὅρκον αὐτῶν 201, 8. τοὺς δ' ἐπιθεμένους τοῖς πράγμασιν ἐπεξελθών 219, 7. δικαιοδοτήσαντα τὴν ἐπαρχείαν 448, 4 (cf. II Addenda p. 551). ἐκρεαδότησεν ἀπὸ τῆς θυσίας τοὺς τροχάσαντας τὴν λαμπάδα 764, 54. ἐπηρέαζον μάλιστα τοὺς τὸν ἰχθὺν πιπράσκοντας. 484, 26

Structura passivi eiusmodi verborum

ἀλλότρια δάνεια παραχωρούμενοι 669, 15. κελεύω μηδένα τῇ τῶν δημοσίων προφάσει παραχωρεῖσθαι παρ' ἄλλων δάνεια 669, 16. — ἐνετεύχθην δὲ καὶ περὶ τῶν ἀτελειῶν καὶ κουφοτελειῶν 669, 26. — πολεμηθείσης τῆς χώρας 748, 8

Numeri

ἀτακτησάντων κατὰ καιρὸν τοῦ ἔθνους τῶν Βουγαειτῶν 200, 6

ὅπως ταῦτα πάντα κύρια ὦσιν 441, 50. ἵνα τούτοις ταῦτα πάντα κύρια ὑπάρχωσιν 441, 93. διδῶσίν τε ἐργασίαν, ἵνα ταῦτα οὕτως γίνωνται 441, 109. τὰ δὲ γενόμενα διάφορα τῶν ζημιῶν (ἐκ τῶν ἐπιτίμων) ἀποδιδόσθωσαν ἐκ μηνὸς εἰς μῆνα τοῖς ταμίαις 483, 48. 204.

Articulus omissus

τήνδε ἐξέδραν 101, 5. περὶ τούτου πράγματος οὕτως ἔδοξεν 436, 7. τῇ πόλει καὶ δυνάστῃ 573, 22. *perfrequenter per totum titulum* 383, vide ibi not. 6. 8. 13. 18. 26

Articulus et pronomen relativum

τῆς εἶχεν καλοκἀγαθίας 102, 5

ἃ μὲν αὐτὸς ἐγὼ ἐλθὼν καὶ νικήσας, ἃ δὲ διαπεμπόμενος 199, 34. ἃ μὲν ἐπεσκεύασεν, τὰ δὲ καὶ κατεσκεύασαν 510, 9

βασιλεὺς Πτοεμαῖος ὃς καὶ Ἀλέξανδρος 761, 1

Pronomen relativum et interrogativum

καθάπερ καὶ τίς πολιτεία τῷ καλλίστῳ δικαίῳ καλλίστῳ τε νόμῳ ἐστίν 455, 8

Pronomina personalia et reflexiva

ἣν παρέλαβεν παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ 90, 8. ὁ ἐπαμύνας τῷ πατρὶ αὐτοῦ 90, 10

οἱ ἡγεμόνες καὶ οἱ ὑφ' αὐτοὺς στρατιῶται 266, 20. Εὐμένη τὸν Ἀττάλου καὶ τοὺς μεθ' αὐτοῦ 266, 47. Ἄρκητι καὶ τοῖς ὑφ' αὑτὸν φρουροῖς 266, 56. Πολυλάῳ καὶ τοῖς ἡγεμόσι καὶ τοῖς ἄλλοις στρατιώταις τοῖς ὑφ' αὑτὸν τασσομένοις 266, 58

Coniunctivus pro optativo

διαμείνῃ τὸ γένος τῶν Ῥωμαίων 653, 4

Infinitivus

εἰς δύναμιν εἶναι τὴν αὐτῶν 229, 39. εἰς δύναμιν εἶναι τὴν ἐμήν 266, 31. 34

πρὸ μιᾶς ἡμέρας ἢ Ἄτταλον τελευτῆσαι 435, 14

ὁσάκις ἔπαρχος ἐπ' αὐτὸν ἀχθέντα ἔφθασεν κρείνας ἀπολῦσαι 669, 35. τὰ προάστια τῆς πόλεως ἔφθασεν — λαβεῖν 669, 45

Enuntiata relativa

καμήλου ὃς κενὸς εἰσαχθῇ 629, 89

Coniunctiones temporales et enuntiata ab eis pendentia

ἐπεί τ' ἂν δὲ συντελεσθῇ τὸ δεδογμένον, ἐπιγραφέτωσαν 213, 24. τὸ δὲ ἀργύριον τὸ εἰς τὴν εἰκόνα ἐξελεῖν τοὺς ἀνατάκτας, ἐπεί τ' ἂν καὶ τὰ ἄλλα χρήματα μερίσωσιν 213, 35

ἕως praepositionis ritu cum genetivo coniunctum. 1. *de tempore passim.* 2. *de loco*: ἕως Βακτριανῆς 54, 19. 20. ἕως ψυγμοῦ 176, 10. ἕως δρόμου 178, 11. ἕως τῶν Σαβαίων χώρας 199, 29. ἕως τοῦ ποταμοῦ τοῦ Αἰσήπου 226, 49. ἕως τῶν πετρῶν τῶν δύο 335, 113. ἕως τοῦ τάφου 335, 116. ἕως σταδίων δέκα 483, 32. ἕως τῆς πέτρας 672, 10. 673, 8

Coniunctiones condicionales et enuntiata ab eis pendentia

ἐὰν δὲ ὁ δεσπότης μὴ ποιήσειε 515, 33. — εἴ γε οἱῳδήπως τρόπῳ παραβαθῶσιν οἱ τύποι τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας 521, 4. εἰ ῥαθυμήσῃ 521, 15. — ἐὰν πρόνοιαν τῶν κατ' ἔτος διδομένων εἰς τὴν μίσθωσιν δηναρίων διακοσίων πεντήκοντα ποιήσασθε 595, 13

εἰ μή pro ἀλλά: οὐκ ἀφῶ αὐτοὺς καθεσθῆναι εἰς τὴν σκιάν, εἰ μὴ ὑπὸ ἡλίου ἔξω 210, 20

Coniunctiones finales et consecutivae et enuntiata ab eis pendentia

ἵνα pro ὅπως post verba curandi: ἐπιμελείσθωσαν ἵνα οἱ κύριοι (τὰς δεξαμενάς) στεγνὰς παρέχωνται 483, 194. ἐπιμελούμενος ἵν' ὑγιαίνῃς 168, 30. συνεπιμελήθητι οὖν ἵνα γένηται κατὰ τρόπον 214, 25. ἵνα μὲν οὖν καὶ εἰς τὸ λοιπὸν τυγχάνῃ πάντων τῶν εἰς τιμὴν καὶ δόξαν ἀνηκόντων, ἡμῖν ἔσται ἐπιμελές 244, 18. προνοηθήτω ἵνα ὡς κάλλιστος σταθῇ 339, 105. διδῶσίν τε ἐργασίαν, ἵνα ταῦτα οὕτως γίνωνται 441, 109. post verba iubendi: διὸ κελεύω τοῖς κατὰ νομὸν στρατηγοῖς ἵνα — ταῦτα εἰς τὴν προτέραν τάξιν ἀποκαταστήσωσιν 669, 49. ὅπως ἡ σύγκλητος τῷ ἄρχοντι τῷ εἰς Ἀσίαν πορευομένῳ ἐντολὰς δῷ, ἵνα φροντίσῃ καὶ ἐπιστροφὴν ποιήσηται 441, 60. γράμματα ἀποστείλῃ, ἵνα τοσοῦτον τέλος Στρατονικεῦσιν τελῶσιν 441, 106. Cf. etiam 266, 13. 441, 62. 93

ἵν' ἐάν τι παρὰ τὸ δίκαιον λελογευμένον ἢ πεπραγμένον ᾖ, τοῦτο διορθώσομαι 665, 37

ἵνα τοῦ τὰ ὅλα συντελεσθῆναι τὴν ταχίστην 5, 15

ὥστε ἡ δημοκρατία κατασταθῇ 218, 160

Ordo verborum

ἐν τῇ ὑπ' ἐμοῦ στήλῃ ἀνατεθείσῃ 736, 20. τοῖς παρὰ τοῦ δήμου πρεσβευταῖς ἐλθοῦσιν 771, 16

X.

Index locorum ubi monumenta inventa sunt.

Asterisco notantur lapides qui iam antiquitus aliunde translati videntur.

XI.
Comparatio numerorum.

American Journal of archaeology.

A. J.	I. O.	A. J.	I. O.
I 1885 p. 22 n. 6	36	II 1886 p. 149 n. I	85
p. 23 n. 9	37	p. 151 n. II	89
p. 79	120	X 1895 p. 334	121
p. 146 n. V	482	Ser. II P. III 1899 p. 244	64
II 1886 p. 128 n. X	538		

Archaeologisch-epigraphische Mittheilungen aus Oesterreich.

Mitth.	I. O.	Mitth.	I. O.
VII 1883 p. 135 n. 69	243	IX 1885 p. 123 not.	549
VIII 1884 p. 95	315	XVI 1893 p. 93	569
p. 180 n. 1	612	XVII 1894 p. 1	574
p. 181 n. 3	613	XIX 1896 p. 127	525
p. 189 n. 27	426	p. 149 n. 2	568
IX 1885 p. 118 n. 75	543		

Archiv für Papyrusforschung.

Arch.	I. O.	Arch.	I. O.	Arch.	I. O.
I p. 200 n. 1	19	II p. 435 n. 29	671	II p. 549 n. 30	734
p. 200 n. 2	28	p. 436 n. 31	672	p. 550 n. 31	735
p. 202 n. 4	48	p. 437 n. 34	673	p. 551 n. 33	739
p. 203 n. 5	34	p. 437 n. 35	675	p. 552 n. 35	723
p. 203 n. 10	64	p. 437 n. 37	674	p. 554 n. 37	738
p. 203 n. 11	49	p. 439 n. 43	676	p. 555 n. 38	736
p. 204 n. 12	47	p. 441 n. 53	703	p. 558 n. 40	741
p. 204 n. 13	59	p. 443 n. 61	705	p. 559 n. 41	742
p. 205 n. 14	61	p. 446 n. 70	708	p. 562 n. 99	711
p. 205 n. 17	62	p. 447 n. 73	710	p. 563 n. 105	696
p. 205 n. 18	86	p. 451 n. 92	718	p. 564 n. 114	716
p. 206 n. 18*a*	95	p. 451 n. 93	719	p. 566 n. 127	712
p. 206 n. 19	102	p. 452 n. 95	723	p. 567 n. 130	713
p. 207 n. 21	182	p. 452 n. 96	722	p. 571 n. 151	707
p. 208 n. 22	193	p. 539 n. 5	724	III p. 126 n. 1	725
II p. 428 n. 1	654	p. 539 n. 8	728	p. 127 n. 3	732
p. 429 n. 3	655	p. 541 n. 15	726	p. 128 n. 6	737
p. 433 n. 21	664	p. 542 n. 16	727	p. 130 n. 7	740
p. 434 n. 23	667	p. 544 n. 22	729	p. 134 n. 13	743
p. 434 n. 24	668	p. 545 n. 23	730		
p. 435 n. 28	670	p. 548 n. 27	731		

Greek inscriptions in the British Museum.

Br. Mus.	I. O.	Br. Mus.	I. O.
II p. 152 n. CCCLXXXIII	63	III, 2 p. 96 n. CCCCLIII	10
p. 152 n. CCCLXXXV	166	p. 149 n. CCCCLXXXV	242
p. 153 n. CCCLXXXVI	134	p. 167 n. DIII	496
III, 1 p. 8 n. CCCC	1	p. 187 n. DXXXVII	429
p. 9 n. CCCCI	11	p. 198 n. DLVIII	534
p. 10 n. CCCCII	12	p. 201 n. DLXIV	523
p. 29 n. CCCCXV	215	IV, 1 p. 25 n. DCCCXIX	79
p. 44 n. CCCCXXIV	351	p. 72 n. DCCCXCVII	46
p. 61 n. CCCCXLII	237	p. 81 n. DCCCCVI	16
III, 2 p. 96 n. CCCCLII	9	p. 90 n. DCCCCXXI	193

Bulletin de correspondance Hellénique.

Bull.	I. O.	Bull.	I. O.
I 1877 p. 86 n. 28	369	VII 1883 p. 346 n. 6	258
p. 106	461	p. 347 n. 7	353
p. 285 n. VII	247	p. 349 n. 8	430
p. 288 n. 66	214	p. 353 n. 9	371
p. 377	656	p. 355 n. 9	372
II 1878 p. 398 n. 4	136	p. 358 n. 10	374
p. 593 n. 1	495	p. 361 n. 11	373
III 1879 p. 360 n. 1	239	p. 465 n. 1	591
p. 362 n. 2	249	VIII 1884 p. 103	370
p. 363 n. 3	250	p. 105	259. 260
p. 365 n. 5	417	p. 106	261
p. 368 n. 9	68	p. 107	135
p. 424 n. 2	341	p. 158	310
p. 425	270	p. 467 n. 2	469
p. 470 n. II	104	IX 1885 p. 131 n. 1	51
IV 1880 p. 188 n. 3	343	p. 140 n. 2	50
p. 210 n. 1	216	p. 141 n. 3	103
p. 217 n. 10	256	p. 146 n. 7	18
p. 218 n. 11	255	p. 146 n. 8	77
p. 222 n. 15	344	p. 324	224
p. 223 n. 17	144	p. 387 n. I	222
p. 321 n. I	40	p. 405 n. 16	311
p. 400	16	p. 433	576
p. 433 n. 21	78	p. 437	441
p. 520 n. I	252	X 1886 p. 48 n. 8	563
V 1881 p. 227 n. 15	192	p. 51 n. 9	571
p. 383 n. 4	305	p. 148 n. 1	567
p. 477 n. 1	41	p. 217 n. 2	558
VI 1882 p. 332 n. 28	251	p. 219 n. 3	566
p. 337 n. 39	342	p. 224 n. 7	565
p. 341 n. 52	170	p. 267 n. 5	522
p. 343 n. 57	368	p. 292	450
p. 439	629	p. 404 n. 8	516
VII 1883 p. 5 n. 1	67	p. 416 n. 26	517
p. 16 n. 3	549	p. 456	499
p. 127 n. 1	364	XI 1887 p. 81 n. 2	333
p. 282 n. 2	578	p. 85 n. 5	314

Bull.	I. O.	Bull.	I. O.
XI 1887 p. 89 n. 9	471	XVIII 1894 p. 227 n. I	228
p. 249 n. 2	140	p. 235 n. II	234
p. 253 n. 4	173	p. 248 n. III	150
p. 265 n. 27	447	p. 254 n. IV	345
XIII 1889 p. 35 n. 2	520	p. 317 n. 24	358
p. 179	96	p. 545	515
	101	XIX 1895 p. 303	611
p. 190 n. 16	115	p. 523	663
p. 230 n. 1	116	p. 540	352
p. 312 n. 20	531	XX 1896 p. 167 n. I	675
p. 503	442	p. 169 n. II	674
p. 523	224	p. 177	182
XIV 1890 p. 162 n. 1	55	p. 358 n. 7	34
p. 587	230	p. 398	28
p. 621 n. 21	487	p. 398	703
XV 1891 p. 120	67	p. 523	515
p. 347	118	p. 584	66
p. 349	117	XXI 1897 p. 187 n. I	49
p. 556 n. 38	238	p. 189 n. III	48
XVII 1893 p. 34	489	XXII 1898 p. 368 n. 6	459
p. 306 n. 5	490	XXIII 1899 p. 292 n. 6	564
p. 315 n. 9	458	XXIV 1900 p. 165 n. 8	301
p. 402 n. 8	492	p. 238 n. 1	119
p. 542 n. 22	340	XXV 1901 p. 9 n. 144	539
XVIII 1894 p. 12 n. 12	485	XXVI 1902 p. 155 n. 5	750
p. 147 n. 1	176	p. 156 n. 6	749
p. 148 n. 2	178	XXVII 1903 p. 343 n. I	772
p. 148 n. 3	82	p. 394	773
p. 216 n. 3	530	XXIX 1905 p. 179	771

R. Cagnat Inscriptiones Graecae ad res Romanas pertinentes.

C.	I. O.	C.	I. O.	C.	I. O.	C.	I. O.
I, 61	551	III, 148	539	III, 316	535	III, 608	570
I, 76	577	III, 151	563	III, 335	538	III, 616	559
I, 121	575	III, 157	533	III, 434	556	III, 620	554
I, 136	679	III, 173	544	III, 482	555	III, 668	561
I, 154	714	III, 174	543	III, 486	558	III, 778	567
I, 401	445	III, 179	549	III, 488	565	III, 864	579
I, 418	497	III, 180	548	III, 489	566	III, 880	578
I, 420	594	III, 190	545	III, 508	601		752
I, 421	595	III, 194	542	III, 515	571	III, 901	753
I, 458	658	III, 225	541	III, 547	557		754
III, 63	528	III, 226	537	III, 551	560	III, 933	583
III, 90	531	III, 230	540	III, 556	568	III, 939	581
III, 115	529	III, 240	550	III, 563	556	III, 962	585
III, 132	652	III, 290	576	III, 607 A	553	III, 979	584
III, 135	546	III, 302	536	III, 607 B	552	III, 994	582
III, 137	532						

P. Cauer Delectus Inscriptionum Graecarum ed. 2.

C.	I. O.	C.	I. O.	C.	I. O.
130	270	365	80	430	8
299	316	428	2	433	78

Classical Review.

Cl. R.	I. O.	Cl. R.	I. O.
IV 1890 p. 283	257	XII 1898 p. 274	86

Collitz Sammlung Gr. Dialektinschriften.

C.	I. O.	C.	I. O.	C.	I. O.	C.	I. O.	C.	I. O.
214	2	492	316	2733	228	2751	66	4693	44
276	78	938	80	2737	150	3379	297	4774	112
281	8	1622	252	2738	345	3566a	243	4850	22
304	4	2529	234						

Corpus Inscriptionum Graecarum.

C. I. G.	I. O.	C. I. G.	I. O.	C. I. G.	I. O.
357	354	2619	161	3596	220
358	356	2620	166	3831	505
360	197	2621	134	3831 *a*[8] (*add.*)	511
361	428	2622	152	3831 *a*[18] (*add.*)	475
362	409—413	2625	154	3832	504
1188	297	2629	581	3833	507
1191	115	2737	453—455	3834	506
1564	316	2741	509	3835	502
1693	241	2790	500	*ad* 3849 (*lemma*)	446
2139 *b* (*add.*)	329	2852	214	3902 *b*	458
2166	2	2903 *f* (*add.*)	457	3957	458
2166 *b* (*add.*)	8	2910	503	4011	548
2166 *c* (*add.*)	4	2933	501	4017	547
2167 *d* (*add.*)	456	3069	326	4030	545
2254	13	3070	325	4033	543
2273	25	3137	229	4039	533
2276	366	3146	477	4085	537
2277	369	3147	478	4151	601
2278	367	3191	514	4154	546
2279	346	3436	526	4240 *d*	557
2280	350	3521	268	4267	570
2285	133	3527	312	4269 *b*	198
2451	112	3535	280	4269 *b*[1] (*add.*)	552
2502	416	3536	275	4269 *b*[2] (*add.*)	554
2614	20	3541	285	4272	559
2617	113	3568	330	4279	561
2618	126	3595	219	4303 *a* (*add.*)	572

C. I. G.	I. O.	C. I. G.	I. O.	C. I. G.	I. O.
4430	580	4712*b*	697	4905	190
4458	245	4713*f*	678	4922*d* (*add.*)	695
4471	263	4715	659	4930*b* (*add.*)	184
4474	262	4716	661	4931	196
4483	640	4716*d*	660	4932	
4485	646	4716*e*	167	4948	677
4489	632	4717	194	4955	702
4490	641	4722	680	4956	665
4491	643	4728	681	4957	669
4492		4732	683	4979	107
4495	644	4733	684	4989	209
4498	645	4734	682	5069	210
4501	631	4742*b*	662	5072	201
4502	634	4750	687	5073	131
4503*b* (*add.*)	647	4751	685	5074	204
4505	630	4770	720. 721	5075	202
4506	636	4772	690	5081	208
4507	642	4781	691	5082	203
4511	604	4788	693	5088	207
4521	606	4788*b* (*add.*)	688	5100	206
4536*f* (*add.*)	586	4789	694	5101	205
4551	609	4807	686	5127	54
4661	625	4808	689		199
4665	620	4815*c* (*add.*)	408	5128	200
4674	431	4822	698	5184	33
4675	432	4836*b* (*add.*)	30	5185	124
	433	4836*c* (*add.*)	38	5795	14
4676	434	4838a^2	72	5852	497
4677	99	4838*c*	73. 74	5853	595
4678	169	4839	717	5866*c* (*add.*)	658
4679	709	4859	114	5880	551
4681	718	4893	130	5885	575
4683*b*	706	4894	98	5900	679
4684	699	4895	142	5901	714
4694	60	4896	137—139	6342*b*	380
4697	90	4897*a*	180	6559	382
4698	128	4897*b*	186	8610	722
4699	666	4898	185	8617	605
4703*c*	94	4899	191	8627	610
4712	109	4904	188		

Corpus Inscriptionum Atticarum.

C. I. A.	I. O.	C. I. A.	I. O.	C. I. A.	I. O.
II, 1170	318	III, 547	376	III, 537	409
III, 16	503	III, 548	362		410
III, 479	603	III, 549	363		411
III, 541	354	III, 550	414		412
III, 542	355	III, 551	427		413
III, 543	356	III, 554	406	III, 622	587
III, 544	347	III, 555	197	IV, 2 p. 112 n. 432*b*	117
III, 545	357	III, 556	428	IV, 2 p. 113 n. 432*c*	118
III, 546	360				

Inscriptiones Graeciae septentrionalis.

I. G. S.	I. O.	I. G. S.	I. O.	I. G. S.	I. O.
I, 297 I, 298	} 81	I, 507	80	I, 1790	311
		I, 1788	310	I, 3167	316

Inscriptiones Peloponnesi.

I. P.	I. O.	I. P.	I. O.
I, 1	329	I, 854	115

Inscriptiones Graecae Siciliae et Italiae.

I. S. et I.	I. O.	I. S. et I.	I. O.	I. S. et I.	I. O.
701	658	986	551	1085	679
727	14	986*a* (Add. p. 695)	375	1103	714
829	497	989	381	1121	445
830	595	991	577	1472	382
ante n. 903 (p. 236)	367	1051	575	1674	380

Inscriptiones insularum maris Aegaei.

I. m. Aeg.	I. O.	I. m. Aeg.	I. O.	I. m. Aeg.	I. O.	I. m. Aeg.	I. O.
I, 37	76	II, 516	348	III, 320	44	III, 467	110
II, 6	2	526	8	327	59	468	112
58	456	639	317	462	34	1296	735
219	467	645	4	466	102	V, 481	730
498	78						

E. L. Hicks Manual of Greek historical inscriptions.

Hi.	I. O.	Hi.	I. O.	Hi.	I. O.	Hi.	I. O.
123	1	151	10	174	237	180	276
125	8	152	13	175	214	189	329
131	2	164	223	176	229	ed. 2 155	1
138	4	165	219	177	280	157	4
150	9	173	54	179	56	164	2

Jahreshefte des österreichischen archäolog. Instituts.

Jahreshefte.	I. O.	Jahreshefte.	I. O.
I 1898 Beibl. p. 78	508	III 1900 Beibl. p. 24 n. 10	649
Beibl. p. 103	341	Beibl. p. 25 n. 11	650
II 1899 Beibl. p. 43	480	Beibl. p. 25 n. 12	651
Beibl. p. 49	481	Beibl. p. 26 n. 13	604
III 1900 Beibl. p. 1	493	IV 1901 Beibl. p. 167	463

Journal of Hellenic studies.

I. H. St.	I. O.	I. H. St.	I. O.
IV 1883 p. 137 n. 40	585	IX 1888 p. 255 n. 125	39
p. 415 n. 30	482	X 1889 p. 74 n. 27	562
VIII 1887 p. 113	522	XII 1891 p. 177 n. 7	75
p. 496	436	p. 191 n. 45	108
IX 1888 p. 88 n. 1	57	p. 195 n. 52	143
p. 89 n. 2	58	p. 195 n. 53	582
p. 225 n. 2	157	p. 233 n. 16	573
p. 227 n. 5	181	p. 258 n. 31	580
p. 229 n. 14	257	p. 332 n. 12	579
p. 232 n. 20	148	p. 384	704
p. 233 n. 23	158	XVI 1896 p. 231 n. 34	217
p. 233 n. 24	105	XVII 1897 p. 276 n. 27	438
p. 235 n. 34	127	p. 411 n. 14	527
p. 238 n. 43	147	p. 417 n. 20	519
p. 239 n. 47	162	XVIII 1898 p. 123 n. 70	550
p. 240 n. 50	172	p. 312 n. 14	404
p. 242 n. 60	145	XIX 1899 p. 330 A	5
p. 242 n. 65	146	p. 332B	6
p. 242 n. 74	149	XX 1900 p. 153	529
p. 246 n. 89	156	XXI 1901 p. 275 n. I.	708
p. 249 n. 102	165	p. 283 n. VI	713
p. 250 n. 105	164	p. 290 n. XI	53
p. 250 n. 107	93	XXII 1902 p. 193 n. 3	748
p. 252 n. 112	84		

O. Kern, Inschriften von Magnesia am Mäander.

M.	I. O.	M.	I. O.
praef. p. XVII n. LXVI	503	61	233
18	231	87	319
19	232	138	361
22	282	164	485

Lebas Voyage archéologique. Inscriptions.

L.	I. O.	L.	I. O.	L.	I. O.	L.	I. O.	L.	I. O.
II 159*k*	115	868	505	2211	418	2589	632	2713*a*	244
630	316	869	504	2236	617	2590	633	2720*a*	262
1688	329	992	511	2296	618	2592	636	2726	584
1756	297	1245	557	2329	424	2595	635	2757	153
III 88	309	1250	198	2364	415	2598	640	2773	583
136*d*	405	1311	572	2365	419	2599	641	2778	17
188	1	1480	578	2393	619	2600	643	2781	155
490	3	1609	500	2413*b*	423	2606*a*	646	2784	174
549	457	1660*a*	460	2498	610	2609	645	2786	159
605	501	1766	330	2524	609	2611	648	2793	163
855	475	1882	605	2552	420	*ad* 2611	647	2796	157
860	502	2112	421	2558	608	2628	649	2808	123
866	506	2135	422	2567	604	2631	631	2809	125
867	507	2196	616	2571*c*	634				

R. Lepsius Denkmäler aus Aegypten und Aethiopien. XII.

L.	I. O.	L.	I. O.	L.	I. O.	L.	I. O.
23	94	102	682	201	183	392	202
27	661	103	681	208	695	393	
29	659	122	71	231	180	397	203
43	691	125	38	264	196	406	205
44	692	128	30	279	184	413	204
50	721	136	74	288	185	414	206
58	688	144	73	321	107	580	660
65	685	152	186	364	209	581	
71	680	167	72	377	201	582	
78	687	170	70	379	210	583	
94	683	188	676	386	208	588	647
95	684	197	87	389	207		

Letronne Rec. des inscr. Gr. et Lat. de l'Egypte.

Letronne	I. O.	Letronne	I. O.
I p. 1 n. I	60	I p. 389 n. XXXII	130
p. 7 n. II	98	p. 434 n. XLV	706
p. 10 n. III	107	p. 457 n. LI	717
p. 24 n. IV	109	p. 459 n. LII	
p. 35 n. V	131	II p. 19 n. LVIII	180
p. 40 n. VI	114	p. 34 n. LXVII	186
p. 46 n. VII	142	p. 41 n. LXXIII	190
p. 49 n. VIII	167	p. 44 n. LXXIV	
p. 80 n. IX	659	p. 47 n. LXXIX	184
p. 87 n. X	661	p. 52 n. LXXXI	185
p. 119 n. XIV	677	p. 67 n. LXXXIX	191
p. 124 n. XV	702	p. 182 n. CXXVII	695
p. 153 n. XVI	678	p. 241 n. CLXXV	30
p. 205 n. XIX	206	p. 242 n. CLXXVII	38
p. 210 n. XX	109	p. 265 n. CCI	694
p. 241 n. XXV	90	p. 372 n. CCCLII	682
p. 333 n. XXVI	137.	p. 391 n. CCCLXX	662
p. 333 n. XXVII	138. 139	p. 423 n. CDXV	660
p. 377 n. XXVIII	94	p. 466 n. DXXVII	666

E. Loewy Inschriften griechischer Bildhauer.

L.	I. O.	L.	I. O.	L.	I. O.
p. 109 n. 145	216	p. 159 n. 210	250	p. 205 n. 294*a*	256
p. 113 n. 154	280	p. 185 n. 256	591	p. 205 n. 294*b*	255
p. 125 n. 156	287	p. 198 n. 283	448	p. 298 ad n. 450	24
p. 133 n. 160	79				

Michel Recueil d'Inscriptions Grecques.

M.	I. O.	M.	I. O.	M.	I. O.	M.	I. O.	M.	I. O.
15	266	258	228	499	309	1089	26. 27	1229	230
18	265	327	339	515	332	1096	252	1233	132
19	229	340	329	516	267	1103	310	1234	60
35	221	356	2	518	338	1154	104	1235	92
36	13	358	8	524	218	1158	255. 256	1236	82
37	223	360	78	525	219	1160	368	1237	98
38	267	363	4	526	220	1162	171	1238	114
39	214	370	41	541	308	1193	79	1239	54
40	224	374	67	547	55	1198	16	1270	297
45	315	375	40	548	57	1213	269	1288	302—304
46	331	444	45	549	58	1214	273—279	1293	76
48	333	445	270	550	248	1215	280	1294	25
49	257	467	237	551	56	1216	281	1295	216
204	81	481	215	595	46	1217	283	1297	239
223	80	486	222	735	383	1221	328	1309	307
238	316	491	9	1017	51	1228	365	1314	99
252	234	492	10	1018	50				

Milne History of Egypt under Roman rule.

M.	I. O.	M.	I. O.
p. 123 fig. 68	674	p. 193 n. 15	722
p. 183 n. 1	655	p. 194 n. 16*a*	700
p. 185 n. 5	664	p. 195 n. 17*b*	723
p. 190 n. 10	705		

Mittheilungen des deutschen archäologischen Instituts in Athen.

Mitth.	I. O.	Mitth.	I. O.
IV 1879 p. 307	521	XXI 1896 p. 472	379
VI 1881 p. 209	88	XXII 1897 p. 38 n. 23	540
IX 1884 p. 196 n. 2	29	p. 411 n. 20	214
X 1885 p. 272	450	p. 480	479
XI 1886 p. 203	499	XXIII 1898 p. 367	64
XV 1890 p. 157 n. 1	438	p. 447 n. I	42
XVI 1891 p. 282	458	XXIV 1899 p. 190 n. 61	435
XIX 1894 p. 212 n. I	178	p. 275	458
p. 220 n. II	92	p. 428 n. 24	528
p. 225 n. III	100	XXV 1900 p. 111	458
p. 229 n. V	132	p. 206 n. 121	469
p. 233 n. VI	31	p. 437 n. 63	541
p. 305 n. I	476	XXVII 1902 p. 47 n. 71	483
XX 1895 p. 327	168	p. 78 n. 72	484
XXI 1896 p. 258	59	p. 101 n. 102	491
p. 262	524	XXIX 1904 p. 152 n. 1	764
p. 468 n. 2	542		

Mittheilungen und Nachrichten des deutschen Palaestina-Vereins.

Pal.-V.	I. O.	Pal.-V.	I. O.
III 1897 p. 40 n. 4	615	VII 1901 p. 35 n. I	622
IV 1898 p. 86 n. 10	620	p. 37 n. IV	625
V 1899 p. 58 n. 18	614	p. 43 n. VIII	621
p. 82 n. 36	627	p. 52 n. 7	623
p. 82 n. 37	626	p. 53 n. 10	622
p. 91 n. 68	628	p. 56 n. 16	625
VI 1900 p. 10	625	p. 68 n. 54	624

Olympia. V. Inschriften.

Ol.	I. O.	Ol.	I. O.	Ol.	I. O.
p. 425 n. 301	151	p. 431 n. 307	27	p. 449 n. 327	439
p. 431 n. 306	26	p. 437 n. 315	359	p. 547 n. 455	498

Papers of the American school at Athens.

Pap.	I. O.	Pap.	I. O.
II p. 234 n. 263	364	III p. 134 n. 302	536
p. 325 n. 379	499	p. 367 n. 532	535
p. 326 n. 380	501	p. 433 n. 629	653
III p. 115 n. 190	576	p. 442 n. 642	638

Inschriften von Pergamon.

P.	I. O.	P.	I. O.	P.	I. O.	P.	I. O.	P.	I. O.
5	265	35	272	171	291	224	323	406	452
13	266	38	284	172	292	225	327	410	448
18	267	39	285	173	293	226	324	418	461
20	269	47	281	174	294	237	300	419	462
21	273	48	286	175	295	240	336	421	465
22	274	50	288	176	296	245	335	422	466
23	275	52	283	176*a*	290	246	332	424	464
24	276	58	271	178	313	248	331	427	468
25	277	65	298	179	334	249	338	440	486
26		131	306	214		250	337	497	474
27	278	160	248	215	328	268	437	525	513
28	279	167	299	216		279	484	613	264
29	280	169	307	223	322	405	451		

Revue archéologique.

R. A.	I. O.	R. A.	I. O.
Nouvelle Série		XXXII 1898 p. 466 n. 67	508
IX 1864 p. 380	32	XXXIII 1898 p. 109	592
X 1864 p. 202	201	p. 445 n. 125	438
XIV 1866 p. 49	56	p. 446 n. 127	492
p. 88	94	XXXV 1899 p. 37	596
XXI 1870 p. 313	701	p. 181 n. 64	480
XXIII 1872 p. 214	598	p. 182 n. 66	481
XXV 1873 p. 111 n. 14	171	p. 184 n. 79	550
XXVI 1873 p. 375	365	p. 509 n. 209	435
XXVII 1874 p. 49	83	XXXVI 1900 p. 311 n. 28	664
XXX 1875 p. 111 n. V	129	XXXVII 1900 p. 351 n. 55	458
XXXIV 1877 p. 106 n. III	438	p. 357 n. 76	493
		p. 488 n. 128	564
Troisième Série		p. 498 n. 147	529
II 1883 p. 174 n. 1	52	XXXVIII 1901 p. 330 n. 39	652
p. 179 n. 3	69	XXXIX 1901 p. 115 n. 225	541
p. 181 n. 4	122	p. 142 n. 64	532
IV 1884 p. 264 n. 3	613	p. 149 n. 92	544
VI 1885 p. 95	7	p. 151 n. 93	667
p. 104 n. 1	470	p. 151 n. 94	671
p. 351	63	p. 151 n. 95	710
IX 1887 p. 203 n. 9	715	p. 461 n. 151	594
p. 208 n. 11	77	XLI 1902 p. 345 n. 50	707
X 1887 p. 209 n. 48	711	p. 439 n. 160	672
p. 214 n. 56	97	p. 439 n. 161	673
p. 215 n. 57	18	p. 460 n. 254	518
XXIV 1894 p. 281 n. 13	490		
XXVII 1895 p. 138 n. 78	425	Quatrième Série	
p. 143 n. 97	494	I 1903 p. 156 n. 158	484
XXIX 1896 p. 140 n. 30	654	p. 159 n. 153	491
p. 395 n. 79	663	II 1903 p. 29	590
p. 405 n. 119	657	p. 174 n. 205	766
p. 407 n. 130	674	p. 438 n. 228	716
p. 408 n. 131	639	p. 462 n. 359	769
XXX 1897 p. 268 n. 13	675	p. 466 n. 367	767
XXXI 1897 p. 437 n. 79	568	p. 469 n. 371	768

Revue des études grecques.

Rev.	I. O.	Rev.	I. O.
IV 1891 p. 297 n. 1	211	XIV 1901 p. 26	532
VII 1894 p. 297 n. IX	676		

Revue de philologie.

Rev.	I. O.	Rev.	I. O.
I 1845 p. 304	73. 74	XXII 1898 p. 259 n. 2	530
XIX 1895 p. 131	494	XXIII 1899 p. 25 n. 25	320.321
XXII 1898 p. 121	214	p. 148 n. 29	472

Rev.	I. O.	Rev.	I. O.
XXIII 1899 p. 149 n. 30	473	XXV 1901 p. 9	225
p. 275	24	p. 40	253
p. 283 n. 6	289	p. 86	438
XXIV 1900 p. 245 n. II	213		439
p. 323	35	p. 126 n. I	227
p. 331	253	XXVI 1902 p. 98	747
p. 332	254	p. 133	473
XXV 1901 p. 6	226		

M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemaeer p. 219 sqq.

Str.	I. O.	Str.	I. O.	Str.	I. O.	Str.	I. O.	Str.	I. O.
1	16	ad 50	70	82	122	109	132	139	174
3	20	51	55	82*a*	121	110	131	140	168
4	21	52	57	84	105	113	135	141	175
5	18		58	85	123	114	133	142	178
6	17	53	77	86	124	118	140	143	176
13	23	54	83	87	107	119	166	144	177
15	25	56	82	88	114	120	164	145	179
17	26. 27	57	89	89	92	122	134	146	180
18	29	58	87	91	112	123	152	148	257
26	30	59	88	92	115	124	153	149	181
27	32	60	110	93	106	125	151	150	191
28	33	63	75	94	103	126	156	151	185
29	14	65	84	95	111	127	157	152	186
30	31	69	90	97	113	128	158	154	187
32	15	70	98	101	125	129	159	155	192
34	81	72	85	102	126	130	129	157	194
35	50	73	94		137	131	167	158	195
36	51	74	100	103	138	132	171	159	39
38	56	76	97		139	133	169	161	143
39	54	77	99	103*a*	142	134	170	163	22
40	60	78	93	104	141	135	173	166	101
43	65	80	91	105	128	136	172	167	96
45	63	81	109	108	130	138	144	169	136

Sylloge inscriptionum Graecorum ed. 1.

Syll.[1]	I. O.	Syll.[1]	I. O.	Syll.[1]	I. O.	Syll.[1]	I. O.	Syll.[1]	I. O.
151	216	166	223	176	275	225	304	245	255
152	26. 27	169	104	177	276	229	252	246	339
153	25	170	214	205	239	232	115	249	171
154	40	171	229	219	307	234	309	254	368
156	219	173	280	223	302	235	328	263	448
157	220	174	273	224	303	244	256	266	449
158	221	175	274						

Lipsiae, typis Breitkopfii et Hærtelii.



δὲ δύνασθ[αι ἰαθῆναι[3] ‖ πλ]ή[ν][4] διὰ [τὴν τ]ῶν μεγίστων [καὶ θειοτάτων κυρ[ί]ων ἡμῶν Αὐτοκρατόρων Λο[υκίου Σεπτιμίου Σεου[ή]ρου Εὐσεβοῦς Περτίνακος κ[αὶ Μάρκου Αὐρηλίου Ἀν[τω]- ... Πο]πλίου Σεπτιμίου Γέτα Σεβα[σ]τῶν[5] τύχην,

SET OF

2

TRIM TO

6 3/4 x 9 1/4

tum paullo brevius esse pro lacunae ambitu concedendum est. 8 Supplevi. αἱρῆται Reinach. 9 In nummis emtionem venditionem (ἀποδόσθαι, πρίασθαι) ad idem redire ac permutationem (ἀμείβεσθαι) rectissime dicit R. Quare ut molestissimum tautologiae crimen vitetur statuendum esse, ἀμείβεσθαι hic non dici nisi de altera parte huius duplicis negotii, ut uni ἀποδόσθαι respondeat, cui deinde opponitur πρίασθαι. 10 Cf. n. 483[20]. Syll.^{2} 790, 87.

CUST. LOT NO. #16

ITEM NO.

DEPARTMENT

CATEGORY

BINDING CLASS

ACCOUNT I.D. 20702

TITLE I.D.

COLLECTION

LEVEL

NAME

Ohio State Univ

BIND FREQ

☐ SAVE TITLE (NEW) ☐ PERMANENT CHANGE

BINDING CLASS CIRCLE ONE ONLY

01 PERIODICAL CUSTOM (F+B ADS OUT)
02 PERIODICAL STANDARD (ADS IN)
03 PERIODICAL BUDGET
04 PERIODICAL LUMBIND
05 BOOK/PAPERBACK ADHESIVE BIND
(5P) PRESERV. PHOTOCOPY-ADHESIVE BIND
08 BOOK/PAPERBACK-SEWING OPTION
09 BOOK/PAPERBACK CLASSIC RECASE

JOB 49190 SEQ 6

6

INSTRUCTIONS

4919 006

RETAIN SEWING
SEW THRU FOLD
ADHESIVE BIND
OVERSEW
DO NOT TRIM
BIND AS IS
MOUNT COVER
POCKET

SPINE LETTERING/PLEASE TYPE OR PRINT 2-20 C

Orientis Graeci
Inscriptiones
Selectae, Supple-
mentum Sylloges
Inscriptionum
Graecarum,
v.2

Dittenberger

SET OF

DATE SENT 10/17/00

COVER COLOR 75

MATCH LETTERING (EXTRA CHARGE)

PRINT COLOR
(GOLD)
BLACK
WHITE

RUB SENT

SAMPLE SENT

PANEL LINES

BINDERY USE ONLY

OR	NF	HF	CF	PF	
AR	AF	RR	RF	TF	TR

TOP	0	1	4
BOTTOM	0	1	4
FRONT	0	1	4

BE	BS	EC	PA	
F	HA	HL	HP	
MB	MF	MS	KP	
ML	MI	OC	FP	
P	PT	SC	AT	
PC	PK	PL	PM	PO
PP	PV	P3	P5	RL
SR	SE	SW		

MANUAL BINDERY COPY 1